37
45 E
23

MAG 354

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

J. N. R. J.

TRACTATUS
DE
ARTE BENE DESIDERANDI
SEU
DE VALIDITATE VOTI
NON AMBIENDI.

Digitized by Google



IPol·Marzati· Patauinus ad Viuum del·An: 1689   Hub·Vincent Sculp·An·1710

Digitized by Google



Digitized by Google

TRACTATUS
DE
ARTE BENE DESIDERANDI:
SEU
DE VALIDITATE VOTI
NON AMBIENDI.
UBI

DIVERSARUM *Religionum præfati Voti formulæ ad Trutinam revocantur. Et ratio valde peculiaris detegitur, cur illud Patrum Societatis Jeſu obliget ſub mortali. Epiſcoporum qualitates deſcribuntur. De Eleemoſynæ obligatione convincentibus reflexionibus veritas demonſtratur.*

DE OBEDIENTIAE *virtute, de Religioſa ac prompta obedientia depromuntur diverſitates. De Præceptis expreſſis & tacitis; ac de quatuor ſuperiorum in ſubditos Poteſtatibus; nec non de Voti Violatione cumulantur quæſita.*

ITEM *De Violento, & voluntario, ac de pluribus coactionum ſpeciebus: nec non de tribus Auguſtini neceſſitatibus in ordine ad conſenſum in dignitates præſtandum, explicantur arcana. De Tribus Promotionis viis, nominationis, ſcilicet, poſtulationis, & electionis: Et quod Votum de non aſcendendo per unam, non excludat aliam, captu difficilia explanantur.*

INSUPER *De Genio, & inſtinctu explicantur naturæ & proprietates. Invitos non promovendos, regulæ proponuntur. De Voto non obediendi ſimplici Pontificis voluntati exagerantur abſurda. Particulam* Niſi *non relinquere arbitrium, ſed inferre neceſſitatem, contra quoſdam juris peritos propugnatur aſſertum. Epiſcopatum eſſe potiùs inter adverſa, quàm proſpera experientia convincitur.*

TANDEM *Electionem ad dignitates ſine electi conſenſu inanem remanere; non ſecus ac ſi Baptiſmus Adulto non conſentienti conferatur: ad differentiam pueri. Et vera diſparitatis ratio non ſine improbo ſtudii labore depræhenſa aſſignatur. Hæc & alia penè infinita maximè neceſſaria utriuſque juris profeſſoribus, Theologis, & præcipuè Regularibus in hoc opere diligenti examine diſcutiuntur.*

AUCTORE

PHILIPPO GRUTHER ROMANO

Ordinis Clericorum Regularium Minorum.

ROMAE, Typis, & Sumptibus Rocchi Bernabò, MDCCXI.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google



Ios. Seuerem ad Viuum del. Hub. Vincent Sculp.

Digitized by Google



Ios: Seuerom adVivum del: *Hub: Vincent Sculp: 1710*

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſs., & Excellentiſs. Dñis. D.

ANTONIO GRUTHER

SANCTÆ SEVERINÆ DUCI,

ET

D. PETRO MATTHIÆ

EJUSDEM FILIO.

TYPOGRAPHUS.

Ill.mi, & Exc.mi Domini.

VIX *Typis meis cudendum elaboratum Reverendiſſimi P. Philippi Gruther Romani opus excepi, quòd ſtatim duo menti meæ ſe ſe expendenda objecere, Egregia ſcilicet Aucthoris nominis Dignitas, & rara operis ejuſdem materies. Ex quo enim Typographiam exercere ſum nactus, ſimilium numquam quæſtionum ullam propoſitionem à me vi-*

ſum

Digitized by Google

ſum fateri debeo, Authoriſque nomen ſatis luminis habere cenſeo, cui folia hæc ipſa facem præſeferunt: iis ipſis plaudentibus, quibus, & muneris, & auctoritatis pondus accedit. Typis ergo meis, cùm ea arriſiſſet ſors, ut opus hujuſmodi æternitati donarem, hoc unum meum eſſe putavi, ut patrocinium ex potenti, quin etiam ex benevolo, & ut ajunt, Intereſſe habente Protectore aliquo ipſe expoſcerem, qui & lumen luminoſo adderet operi, & ab eo ſiniſtrum quicquid averteret. At diù rem mente verſatus, quem potiorem, magiſque E. V. efficaciorem dabo Patronum, qui præter conſanguinitatis Jura, virtutem ita præ oculis jugiter habet, ut ab ea ne lato quidem ungue abſcedere nefas judicet, ejuſdemque virtutis aſſeclas & tueatur, & foveat. quam excelſam ſanè animi dotem non tantùm in EXCELLENTIA VESTRA mihi admirari contingit, quin etiam & in Filio digniſſimo contemplari licet, primævis adhùc annis inclyto; ſicuti & avitis in Progenitoribus rimatus ſum; qui & glo-

riæ

riæ vixerunt, & à gloria nunquam recedentes objerunt. Unde Horatianum illud ſchema jure prolatum noverimus:

Fortes creantur fortibus

& quod ſubinde reponitur.

. . . Nec imbellem feroces

Progenerant Aquilæ Columbam.

Neque hìc Avitorum EXCELLENTIÆ VESTRÆ Heroum longum intexam Catalogum; quod etenim longiſſima vetat eorum ſeries, adhùc & moderatiſſimi Principis modeſtia retardat: At recentiora ſaltem non prohibebit enumerare facinora, quæ nunquam delendis characteribus Tabulæ Cæſareæ regeſtant. In iis ſiquidem egregius Vir ille notatur, Joachim liber Baro à Straſſer EXCELLENTIÆ V. Avunculus, qui ſub laudabili Sereniſſimi Principis à Salm Militum Præfecturâ Tribunus, longiorem ob militaris ſervitii diuturnitatem, generoſam ob animi virtutem, rerumque bellicarum experientiam, Cæſaris decreto, Generalis eſt dictus; & inter cætera hæc ſui nominis monumenta

Impe-

Imperiali in Archivio reliquit, ibi — Qui Dominus à Staſſer ob laudabilem ejus generoſitatem præſtitam, & experientiam in Bello, per diuturnitatem ſui ſervitii obtentam, ſua Cæſarea, & Regia Majeſtas eidem anno 1686. die prima Octobris univerſum Regimen prædictum, quod ante Lavergnianum nuncupabatur, benigniſsimè obtulit, atque concredidit, quod uſque ad ſecundam diem menſis Januarii 1690. poſſedit; Qua quidem die hoſtiles ſuſtinens impetus, glorioſa occubuit morte; *Cùm adhùc ſcriptum legatur*: Qua die, & anno ab immani Chriſtianorum Hoſte in Bulgaria ad Kaſanech invaſus, cui ſecundùm vires ſuas reſtitit, acceptorum vulnerum cauſa in acie mortem cum vita commutavit.

Nec minori dignum gloria reputandum cenſeo D. Petrum Matthiam de Gruther Regionis Pedeſtris Tribunum Kiclmanſchianæ EXCELLENTIÆ VESTRÆ Patruum, anno 1664., ſub Montecucculi mandatis, glorioſam victoriæ coronam, quam de Turcis ad Sanctum Gothardum

Miles

Miles Cæſareus retulit, ſpecioſiorem generoſo Sanguine ornavit, & immortalitatem nominis per mortem hoſtili ſibi ferro illatam, celebris Heros aquiſivit, unde habent regeſta: Quòd cùm omnes Officiales, & Milites ſingulari encomio, ac laude ob eximia fortitudinis ſuæ ædita ſpecimina inſigniti fuerint, nullus dubio locus eſſe poteſt, eumdem D. Matthiam Gruther, magnam quoque tantæ gloriæ partem aſſecutum fuiſſe.

At liceat viventis adhùc E. V. amantiſſimi Fratris hìc nomen inſcribam, non diſſimilis Virtutis Viri Joannis Michaelis Gruther in Generalis Caraffæ Militum Italicorum corpore ſubtribuni. Et ſanè quæ de hoc viro narrantur, cùm adhùc Equitum eſſet Dux in D. Placidi Dentice Regimine in Hiſpania, ſive alibi admiratione ſunt digna. Illuſtria enim de ipſo audiuntur facinora, mortis terrores inter impavidus, nunquam laboribus feſſus, inter pericula infractus, in anguſtiis imperturbabilis, Hoſtes adversùs intrepidus, ad eos impellendos acerrimus, ad repellendos conſtans,

ad conterendos fortiſſimus, in omnibus quidem clariſſimus; quo circa ipſe nominis fama notiſſimus. Comes de las Torres ad diem 7. Februarii 1707. ſcripſit: Certifico, que conoſco, y he viſto ſervir en el Reyno de Valencia D. Juã Miguèl Gruther Capitan de Cavallos con extraordinario zelo, portandoſe con gran valor en todas las operaziones, come apparecè tambien en la juſtificazion de Don Daniel Magoni: *Et Generalis D. Daniel Maboli authenticis ſuis in litteris ad diem 8. Decembris 1706. datis habet:* hà ſervido en la preſa de la Ciudad de Alicante, onde fuè echo priſioniero ſobre la brecha, aſſiſtiendo ſiempre à los pueſtos mas peligroſos.

Et D. Joannes Abarca Generalis in ſuis datis 19. Octobris 1706. narrat, quòd Barcinone ſub ea Populi revolutione, quæ evenit die 14. Octobris, omni penitus re privatus eſt, & ſæpe vita ipſa graviter periclitatus, qua de re ibidem notatur. Perdio tota ſu ropa, ſeñalandoſe con muchos peligros de ſu vida, ſeñalandoſe con gran valor en todas las operaziones con imponderable zelo.

Idem-

Idemque ſcribere pro veritate D. Didacus Martinez de vera teſtatus eſt ſub die 8. Septembris 1706. dicens: Fuè Priſionero ſobre la Brecha obrando con mucho zelo, y valor, aſſiſtiendo à los pueſtos, y ſortidas mas peligroſas. Fuè deſpojado, y perdio toda ſu ropa, per lo qual lo conſidero digno de qualquiera grazia, y honor.

Dignaque tanto Viro atteſtatione concludit ejus Generalis Dentice ſub die 22. Decembris 1706. aſſerens. Por lo qual lo conſidero digno, y mercedor de qualquiera grazia, y honor, que ſu Mageſtad fuere ſervido hazerle. *Et cùm in Hiſpaniarum pugnis in dextera manu fuerit vulneratus, cogitur, petita licentia, ad ſe curandum in Patriam redire, Regio Secretario teſtante D. Joanne Eliſondo ſub die 30. Januarii 1707.* Don Miguel Gruther Capitan de Cavallos en el Regimiento de Don Placido Dentice, y à la impoſſibilidad, con que eſta por una herida, que recibiò en una mano hè venido en concederle licencia, paraque

pueda retirarſe &c. *Quò perventus ea, quæ reportata eſt in Cajetæ Urbis occupatione, victoria, non ſine hujus Viri ſanguine inſignis facta eſt; Generali Barone de Vezel teſtante, ſæpe viſum fuiſſe ad obſeſſæ Urbis mænia convolare, ruptoſque murorum aditus per obſtantes Hoſtium catervas fervidus penetrare, quod æternum erit virtutis ejus Teſtimonium, qui licèt vulneratus, & dextera orbatus incederet, nihilominus validè in Hoſtes irruendo iter explanavit, quod ipſi glorioſum evaſit. Unde conſiderans EXC.*ME *DOMINE tot, & tantos honorum fulgores, qui in tua digniſſima Familia reſplendent, cogitavi, quòd hoc opus tui ſpectatiſſimi Fratris Philippi Gruther tibi dedicare, majorem tuo Sanguini redditurum claritatem: cùm compertum ſit, militares glorias, & armorum nobilitatem permaximè adaugeri præſtantia, ac ſplendore litterarum.*

E. V.

Humillimus Devinctiſſimus Servus
Rocchus Bernabò Typographus.

DE

DE

ARTE BENE DESIDERANDI

Ad Lectorem.

DESIDERIUM humaniſſimè Lector, eſt fervor, & animi calor de bono abſente, & per affectum quæſito. Cic. Tuſcul. *quæſt.* In amabile fertur, & eſt inchoatio amoris. S.Thom.2. *ſent. diſt.39 diſp.39. art.3.* Eſt motus internus appetitus, qui non apparet. Profectò qui deſiderat, etiamſi lingua taceat, corde cantat. Auguſt. *Pſal.86.* Deſiderii autèm locus ſinus cordis eſt. Aug. ſuper Joannem. Ferveſcit magis, quo res deſiderata diſfertur. Ambroſ. *Pſal.*118. & augetur. Greg. *hum.*23. Sed quia in qualitate deſiderii poteſt mens honeſta cognoſci. Caſſ. *l.*4. *Epiſt.*25. Et mala voluntate unuſquiſque miſer efficitur. Aug.13. de Trin., & Cupiditas eſt omnium malorum radix. Ità grandis neceſſitas poſtolavit pro deſideriis regulandis, artem aliquam invenire, adeòque de Arte benè deſiderandi regulas, & præcepta tradere, in materia præcipue, ubi cor Hominis ex ſua natura tendens ad alta. *Cap. ſi Religioſus de elect. in 6.* de facili poteſt ruere in præcipitia, propter ambitionis motus, qui adeò frequenter ad honores tendentes, in humano pectore inſurgunt. Ambitio enim eſt Dignitatum immoderatus appetitus ratione honoris S. Doct. 2.2. *quæſt.*131. *art.*2., quem Sacri Canones, regulas decribentes, reprimere non contemnunt. Joann. Monac. *d. Cap. ſi Religioſus poſtilla in margine.*

gine. ibi. *Animus Hominis generoſus de ſe tendit ad alta, ſcilicèt honores, & officia, quem animum reprimunt Jura*. Jura autem ad actum, & praxim reducta, artem benè deſiderandi conſtituunt, quam in titulum hujus operis aſſumpſi, & de ipſa diligenter pertractare ſuſcepi. Tu ergo benigne Lector, quia quod diutiùs abeſt, tantò magis deſiderium majori quadam vi amoris igneſcit. Ambroſ. ſuper Pſalmos, & deſiderium dilatione creſcit, ut ait Gregor. Hinc præſens ſuſcipe opus, illudque perlege. Et per hanc Artem de benè deſiderando recta deſideria perquire, quibus legentium appetitu expleto, dilationes deficient, & prava deſideria ceſſabunt. Gregor. *Hom.23.* ſuper Evangelium.

Fa-

Facultas Ordinis.

OPus, cui titulus inſcribitur *De Arte bene deſiderandi, aut de validitate Voti non ambiendi* elaboratum à P. Philippo Gruther Romano noſtræ Congregationis Presbytero Profeſſo, litterariis nunquam defatigato laboribus, intra, & extra Religionem conſpicuis muneribus inſignito, recognitum, & approbatum à duobus noſtris Theologis, in lucem edi poſſe concedimus, ſi iis, ad quos ſpectat, videbitur. Datum Romæ die.

Petrus Aguado Præpoſitus Generalis C.M.

Ludovicus Maria Maurus Patris Generalis Secretarius.

Impri-

Imprimatur

Si videbitur Reverendiſsimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

D. de Zaulis Archiepiſcopus Theodoſiæ Vicesgerens.

Approbatio.

PErlegi, ſicut mihi commiſſum fuerat à Reverendiſſimo P. Paulino Bernardinio Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, Librum Titulo prænotatum: *Tractatus de Arte bene deſiderandi, ſeu de Validitate Voti non ambiendi.* Authore Philippo Gruther Romano Ordinis Clericorum Regularium Minorum, nihil in illo fidei, boniſque moribus diſſentaneum depræhendere potui, quin opus totum viſum mihi eſt utile, jucundumque & benè compactum ad docendum pariter, ac delectandum; cùm ex eruditione multiplici abundet, & Sacræ Scientiæ uſquequaque ſtabiliatur nervis, ac luminibus illuſtretur. Ingenium quoque Authoris non infrequenter ſuſpiciendum occurrit in aliquot difficultatibus extrincandis per meditamenta non paſſim detrita, aut hominum vulgò comperta, quæ ex acie penetrant, ex pondere præmunt, & vi denique ſua rem univerſam conficiunt. Æquum proindè cenſeo, ut publici Juris volumen hoc fiat: in quo tanta ſuppetit eruditionis varietas, doctrinæque tum excellentia, tum copia.

Joannes Baptiſta Conti Societatis Jeſu.

Altera

Altera Approbatio.

EX Commiſſione Reverendiſſimi Patris Apoſtolici Palatii Magiſtri Judicium de Opere, cujus Titulus eſt: *De Arte bene deſiderandi, atque validitate Voti non ambiendi*: Elaborato ab Eximio Patre Philippo Gruther Romano Ordinis Clericorum Regularium Minorum.

Omnis homo naturaliter deſiderat. Sed non omnis homo ſemper bona deſiderat: & multo minus ſemper bona bene deſiderat: A natura inſtitutus ad optimum ſibi conveniens, nihil avidius deſiderat, quàm optima optimè deſiderare. Nihil etiam fructuoſius invenit, ſed nihil laborioſius quærit. Jam verò deinceps nihil quæret facilius, ubi duces viæ præibunt & opus hoc, & operis Author. Præcepta bene deſiderandi teſtamento legaturus filio adoleſcenti Æneas, omnia concluſit verbis illis. *Diſce virtutem ex me, verumque laborem*. Et tu bene deſiderabis Amice Lector, ſi ad Authoris attendas virtutem, veroſque labores intra Ordinem, & extra: Duobus veluti pedibus ſuſtentantur quique Regularium Cœtus, doctrina, & diſciplina. In utraque ſibi non imparem Roma ſuſpexit per quatuor luſtra docentem, & adhuc ſub titulo ſtudiorum Præfecti ſuſpicit Doctores dirigentem. Æquè floruit in diſciplina. Non dum præ ætate noverat deſiderare. Et Jam voto firmaverat non deſiderare, quæ bona deſiderari teſtatur Apoſtolus. Jam ſibi firmius debuit firmare alios. Bonorumque deſideriorum providum moderatorem habuiſſe gloriatur in Urbe Collegium Sancti Thomæ: Provincia Romana ſæpe: Totus Ordo ſæpiſſimè; contemplari aſſuetus illum vel in Comitiis Provincialibus,& Generalibus ſuffragantem:vel Moderatori ſupremo Aſſiſtentem,vel in Curia totius Ordinis negotia generaliter tractantem.Nec paſſus intra Ordinis anguſtias contineri, fluenta ſapientiæ derivavit in famulitium Sedis Apoſtolicæ; cui jam ad tricennium inter Cleri Examinatores efformat ſacros Miniſtros. Inter Archi-Gymnaſii Lectores erudivit Theologos. Inter Indicis Conſultores diſcriminavit à tritico Zizania. Sæpe inſuper occupatus, aut Divorum

Apotheoſi à ſacra Rituum Congregatione. Aut Hæreticorum Theſeon proſcriptioni à Santa Inquiſitione. Et ne ſolo ad bona deſideria virtutum exemplo te inſtruat ſumma pietate,& diligentia elaboratum Opus hoc tibi ſiſtit, quòd fidei moribus & honeſtati indiſſolubili fœdere colligatur, cujus tu Cenſor eſto amice Lector, poſt quam demiratus ancillantem Theologiam, omnemque Juris prudentiam ſive Civilem, ſivè Canonicam didiceris, noſtrum omne ſtudium eò dirigi debere, ut bona bene deſideremus. Ita de tanto opere cenſeo. Hac die 18. Decembris 1710,

Franciſcus Maria Campionus Congregationis Matris Dei, Apoſtolicus Cleri Examinator.

Altera

Altera Approbatio.

EX commiſſione Reverendiſsimi Patris Paulini Bernardini Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri accuratè percurri Librum, cujus Titulus eſt. *Tractatus de Arte benè deſiderandi, ſeù de validitate voti non ambiendi, Authore Philippo Gruther Romano Ordinis Clericorum Regularium Minorum*, nihilque in eo, vel tamquàm à vera Fide alienum, vel Sacrorum Canonum Sanctionibus diſſentaneum, vel à bonis moribus, rectaque ratione aberrans expunctione dignum deprehendiſſed omnia in eo tradita vaſto ſui Authoris ingenio apprimè digna videntur. Placet ſiquidem tractandi methodus, allycit reſolutionum ſoliditas. ſentiarumque perſpicuitas, delectat argumentorum profunditas ſumma cum eruditione tùm ſacra,tùm prophana conjuncta. Author enim ità Sacræ Scripturæ infallibilitate, utriuſque Juris firmitate, ac Sanctorum Patrum authoritate omnia compaginat, atque ſubtiliter ſuffulcit, digerit, & illuſtrat, ut in hac nova artis benè deſiderandi materia, ſolidius quidquam, ac ſuis numeris magis abſolutùm videatùr non poſſe deſiderari. Cenſeo proinde poſſe typis mandari Volumen hoc, quod ſtudioſo Lectori inſigniter utile, jucundunque futurum non dubito.

Fr. Petrus Thomas Sanchez Sacræ Theologiæ Magiſter Ordinis Carmelitarum, & Examinator Apoſtolicus Cleri Romani.

Imprimatur

Fr. Paulinus Bernardinius Sac. Apoſt. Palatii Magiſter Ordinis Prædicatorum.

AD AUTHOREM
Hujus præſtantiſſimi Operis
PHILIPPUM GRUTHER
ROMANUM

Ord. Cleric. Minor., ſemel Præpoſitum Collegii, diù Studiorum Præfectum, bis Provinciæ Viſitatorem, ter Romanum Provincialem, ſemel totius Ordinis Procuratorem generalem; Tandem inter Quatuor primum generalem Definitorem, atque in Capitulis Provincialibus quinquies aſſumptum, Generalibus verò ſexies aſcitum.

EPIGRAMMA.

QUI deſiderii perfectum tradidit uſum
Quàm deſideriis imperat ille meis?
Quique benè optandi felices edocet artes,
Optandus cunctis Gentibus eſſe poteſt.
Tu primus facilem reddis, vir maximè, callem
Qui ſemper durus, difficiliſque fuit:
Scilicet egregium, peregrinum, ac nobile votum eſt,
Id cupere, ut cupiat mens generoſa nihil.
Major Alexandro, totoque videbitur orbe,
Qui regat affectus tàm benè ſceptrà ſui!
Nil cupit eximium, ſanæque optabile menti,
Qui cupit, atque operis non cupit Arte tui.

In obſequii Teſtimonium
Joannes Sanctorius P. A.

In

In Laudem Reverendiſſimi Patris

PHILIPPI GRUTHER
ROMANI

Religionis Clericorum Minor. Lectoris Jubilati, Voti in Capitulis Provincialibus perpetui, Sacri Indicis Conſultoris, univerſitatis Sapientiæ Lectoris, atque Romani Cleri Apoſtol. Examinatoris.

PROGRAMMA.

Pater Philippus Gruther Romanus

ANAGRAMMA

numericum purum.

Hæc quæ ſcribit, Vita comprobat ipſe ſua.

EPIGRAMMA.

GRANDE *opus, & dignas æterno nomine chartas,*
Quas ſpectent, oculi poſteritatis habent.
Hìc velut in ſpeculo proh quàm benè noſcitur Author,
Qui facienda docet, quæ prior ipſe facit:
Scilicet exemplo præit. Quæ maxima ſcribit,
Hæc eadem vita comprobat ipſa ſua. (quod,
Maximus es, Gruther, *quòd tàm benè ſcripſeris: At,*
Quæ ſcribis, facias, dic, rogo, quantus eris?

Pro Veritate dicebat.
Franciſcus Lelli.

IN-

Digitized by Google



Ambulans autem Jesus iuxta mare, Galilaeæ uidit Petrum et Andream, mittentes rète in mare; et ait illis: Venite post me, faciam Vos fieri piscatores hominum. At illi Continuò relictis retibus, secuti ſunt eum. Matth. IV. 18. et hic Resolutione XI. num. 28. ſeq.

Ios. Seueroni inu et del. | Romę ſuperior. perm | Hub Vincent ſculp

Digitized by Google

Vidit JESUS duos fratres Simonem, & Andream; & ait illis: venite poſt me; et continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum.

O Quì noviſtis quondam parere vocanti
Depromptis Animis, obſequiiſque Deo.
Germani fratres rabiem liquiſtis, & æſtus,
Incerti & fraudes, & freta cæca maris.
Hinc & opum vobis omnis ſtat copia, & omnis
Certa ſtat in portu parta repente ſalus.
Hinc vobis Mundi pro ſpe, votiſque relictis,
Eſt Mundi Arbitrium, eſt arbiter ipſe datus.

N. N.

DIverſa inter ſe fratres ſermone ſerebant,
Et quàm piſcator proſpera fata trahat.
Chriſtus at occurrens, veſtras hinc tollite mentes,
Atque mei comites eſte laboris, ait.
Me duce nautarum ærumnas, curaſque, metuſque,
Linquite, & infidi ſæva pericla maris.
Ponere ſit vera fidei fundamina vobis,
Cura; docere hominem dogmata vera Dei.
Hæc ait; & fratres mage, quàm vis ulla magiſtri
Divino emiſſus traxit ab ore ſonus.
Unanimi nam ſponte ſequens veſtigia ſenſu,
Præſtat Apoſtolicas lætus uterque vices.

D. Petrus Matthias Grutther Neapolitanus
Collegii Clementini Convictor.

Cæ-

CÆrula Neptuni findentes æquora fratres
Vidit, qui magni Paſtor ovilis erat.
Quàm bene nunc liceat linquentibus æquora vobis
Nobiliora ſequi munia, Chriſtus ait.
Hæc ait; & ſubitò concordes verba ſequuntur,
Linquentes madidas æquore ſponte plagas.
Quin etiam Nullo penitus remorante paſtore,
Illico Apoſtolicum munus uterque ſubit.

D. Laurentius Bondacca
Romanus.

REtibus an nè ſtupes ignoti ad Verba relictis,
Frater ut extemplo currit uterque Dei?
Diſce hinc ne Domini detrectes dona vocantis;
Virtutis ſummum eſt, quo vocat ipſe, ſequi.

Colomanus Hamerani
Can. S. Marci.

INDEX.

TITULORUM.

PRÆAMBULUM I.

Referuntur, & examinatur formulæ diverſarum Religionum tale Votum profitentium; earumque deſcribitur & adnotatur diverſitas. Veriorque ſenſus delucidatur. pag. 1.

Voti de non ambiendo diverſarum Religionum formulæ. 6

EXAMINATUR.

Specialiter Votum de non ambiendo Patrum Societatis. Et undè proveniat, quòd ad conſentiendum in dignitates requiratur rigoroſum præceptum. 24

EXAMINATUR.

Cujus qualitatis eſſe debeat conſenſus in dignitates, & Voti qualitates deteguntur. 31

PRÆAMBULUM II.

Ex divinis paginis, & Sanctis Patribus, ex Sacris Canonibus depromuntur Regulæ ad Eccleſiæ Paſtorum vitam delineandum. 36

PRÆAMBULUM III.

An & quibus, & in quo caſu teneamur eleemoſynas facere, & de quibus, præ cipuè Eccleſiaſtici, atque Epiſcopi. 59

PRÆ-

PRÆAMBULUM IV.

Primò refertur modus, quo in Sacra Congregatione Concilii exponitur dubium. An Votum habens promoveri poſſit ad Eccleſiaſticas dignitates.

Secundò examinatur obiter in quo præfatum Votum obſtare poſſit promotioni voventium. 98

RESOLUTIO I.

Dè Ambitionis, & Præſumptionis Vitiis oſtenduntur naturæ, & proprietates. 107

RESOLUTIO II.

Quantùm ab Ambitionis vitio antiqui Eccleſiaſtici ſe præſervare ſtuduerint. 112

RESOLUTIO III.

Ad Epiſcopatum promotus, non ad ſuperbè dominandum, ſed ad humiliter inſerviendum ſciat ſe eſſe vocatum, & ad mortem pro Chriſti ovibus reportandam. 115

RESOLUTIO IV.

Nullus ex unanimi Patrum ſententia proprio motu licitè tendere poteſt in Prælaturas Eccleſiaſticas, & dignitates. 121

RESOLUTIO V.

Quibus ſint exhibendi Honores, illoſque ordinatè appetere licitum ſit. 124

RESOLUTIO VI.

Adducuntur Authorum ſententiæ, & fundamenta circà Voti validitatem de non aſcendendo ad Epiſcopatum. 128

RESOLUTIO VII.

Explicatur, & exemplificatur materia præſati Voti. 133

RESOLUTIO VIII.

Prælatura, Honor, & divitiæ contentæ in Epiſcopatu non ſunt validum, & convincens fundamentum pro validitate Voti negativi, non aſcendendi ad Epiſcopatum. 143

RESOLUTIO IX.

Neque aliæ rationes pro validitate voti negativi convincunt. 169

RESOLUTIO X.

Adducitur valida, & adæquata ratio ad concludendum pro validitate noſtri Voti negativi, de non aſcendendo ad Epiſcopatum. 177

RESOLUTIO XI.

Nullus non vocatus poteſt licitè conſentire in ſui promotionem ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & dignitates, & inter vocationes ſpecialiſſima eſt illa, quæ fit in ordine ad virtutem obedientiæ ſive mediante præcepto formali & expreſſo, ſivè tacito, aut ſimplici manifeſtatione voluntatis Superioris per promptam obedientiam explendæ, præveniendo quodcumque formale præceptum. 192

RESOLUTIO XII.

Quatuor dantur in Superiori Regulari poteſtates ad præcepta ſuis ſubditis imponenda. Et quid veniat nomine virtutis obedientiæ, promptæ obedientiæ, atque præcepti taciti vel expreſſi. 202

§. I.

Quædam ſcitu digna præmittuntur. 203

§. II.

De Patria in filios Poteſtate. 205

§. III.

De cæteris promiſcuè Juribus, & poteſtatibus reſpectivè ad ſuos Superiores, & Subditos. 207

§. IV.

De Violatione Voti obedientiæ. Et præcipiendi formulæ referuntur. 231

§. V.

De Præceptis tacitis, & expreſſis, & de prompta obedientia. 243

RESOLUTIO XIII.

Quomodò reſpectu humanæ voluntatis verificetur, & intelligatur coactio. Et metus eſt præcipua coactionis cauſa. 257

RESOLUTIO XIV.

Votum, quod aliquis non conſentiat in ſui electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis obligat, & cogit electum, ut conſenſum ſemper teneatur principaliter elicere reſtrictivè ex motivo obedientiæ individualiter ad perſonam ſolius Summi Pontificis præſtandæ: Et ita coactio ad conſentiendum in electionem quatuor modis optimè, & in omni rigore verificari poterit. Primò ex formali rigoroſo, & expreſſo præcepto. Secundò ex ipſa reſtrictione objecti, aut motivi obedientiæ ad Summum Pontificem. Tertiò ex timore, quòd Pontifex ſit præcepturus. Vel quartò ex ſimplici manifeſtatione voluntatis Superioris, ſivè ex tacito præcepto. 264

RESOLUTIO XV.

Ex quatuor coactionis ſpeciebus enumoratis in titulo antecedentis Reſolutionis in ordine ad coactè conſentiendum in dignitates; Præcipua eſt illa, quæ cauſari poteſt ex timore rigoroſi præcepti, quatenus ſi electus ſtatim non conſentiat, timet, quòd Pontifex ſit præcepturus. Altera verò oriri poteſt ex prompta obedientia.

HIC

Quoque reſolvimus, quòd etiam ſi in aliquibus formulis præſentis voti,

in

in ordine ad coactè conſentiendum, expreſsè requiratur Summi Pontificis præceptum.
Hoc dicimus non eſſe intelligendum de formali, & rigoroſo, ſed ſatis ſuperque eſſe virtuale, contentum in intimatione electionis, facta de ordine Papæ: Et quatenus ex adverſo virtuale rejiciatur, & tantummodò rigoroſum deſideretur. Tunc dicimus, verba illa voti de non acceptando & conſentiendo, niſi coacti indignitates, non eſſe intelligenda de promotione, quæ fit immediatè à Summo Pontifice, ſed de illa, quæ effici poteſt ab inferioribus Prælatis. 273

§. I.

Quædam ſcitu neceſſaria obſervanda præmittuntnr: 275

§. II.

Prima Reſolutionis Concluſio. 283

§. III.

Secunda Reſolutionis Concluſio. Coactionem in noſtro caſu etiam oriri poſſe ex prompta obedientia. 301

§. IV.

Ubi præter dicta ſub brevi forma, atque diſtincta methodo, ſingulariter probatur, coactionem optimè oriri poſſe à timore præcepti, à prompta obedientia, & à reſtrictiva objecti. 307

§. V.

Objecta, & reponſa traduntur. 311

§. VI.

De tribus neceſſitatibus ab Auguſtino allatis pro licito conſenſu in Eccleſiaſticas Dignitates. 316

§. VII.

Examinatur præcipuè, an pro adimplectione noſtri voti requiratur indiſpenſabiliter rigoroſum Summi Pontificis præceptum, vel virtuale ſufficiat. 320

§. VIII.

Facta electione alicujus perſonæ ad Eccleſiaſticam dignitatem, &

formiter de mandato Papæ intimata. Pontifex non eſt indifferens, quòd electus pro ſuo libito conſentiat, ſed eſt verè, & poſitivè determinatus, quòd acceptet, & conſentiat. 325

§. IX.

Adducuntur abſurda, quæ ſequuntur ex ſententia volente, noſtrum votum eſſe de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati, aut ejus virtuali præcepto; ſed eò uſque cunctandum, donec rigoroſo Pontifex præcepto percutiat. 329

§. X.

Votum, de quo agimus ſecundùm ſuas formulas, quas hìc examinandas repetimus, & litteralem earum ſenſum ad coactè conſentiendum, non requirit rigoroſum præceptum Summi Pontificis, ſub mortalis peccati pœna obligantis. Et ad examen revocantur omnes formulæ præfati voti. 333

§. XI.

Probatur iterum, & confirmantur, non poſſe dari votum, probibens obedire ſimplici voluntati, aut virtuali Pontificis præcepto. Et ſi vellent, quòd votum requirat rigoroſum præceptũ, ad coactè conſentiendum in electionem ad dignitates. Hoc *ſolùm verificari poterit in caſu, quo electio fiat non à Papa, ſed ab inferioribus Prælatis.* 337

§. XII.

Probatur iterum, quòd quando votum requirit rigoroſum præceptum ad conſentiendum in electionem, hoc ſolùm eſt intelligendum, quandò electio fit ab inferioribus Prælatis; & adducuntur objecta, atque ſcitu neceſſaria explicantur. 354

§. XIII.

Supra facta argumenta diluuntur. 361

RESOLUTIO XVI.

Epiſcopatus eſt potius inter adverſa, quàm proſpera collocandus; & quatenus quoad aliquam ſui partem inter proſpera reſideret: licitè, & meritoriè conſentiretur in illum, non ſolùm mediante rigoroſo præcepto, ſed etiam tacito, & in ordine ad promptam obedientiam. 263

RE-

RESOLUTIO XVII.

Noſtrum votum ſub illa formula, promitto non conſenſurum in mei electionem niſi coactus præcepto, aut obedientia Summi Pontificis, obligat ad conſenſum præſtandum non ſub arbitraria conditione, ſi vove ns conſentire voluerit; ſed abſolutè. 389

RESOLUTIO XVIII.

Ille, qui votum habet de non conſentiendo in ſui electionem ad Epiſcopatum, niſi coactus præcepto, aut obedientia; & ſimul retinet omnia alia requiſita, quæ reperiuntur in aliis concurrentibus; Tunc Superior ex Juſtitia tenetur eligere illum, qui tale votum habet. 422

RESOLUTIO XIX.

Summus Pontifex quacumque ratione recuſans rigoroſè præcipere votum habenti, ut conſentiat, & dignitatem acceptet, ad huc remanet ex Juſtitia obligatus, ut cum illo diſpenſet; dummodo votum habens præceteris concurrentibus ſit magis idoneus, & dignus. 432

RESOLUTIO XX.

Datur tacita diſpenſatio, quæ ſufficit, ut votum habens licitè in Prælaturas conſentiat; & nulla cauſæ præcognitione poteſt Papa validè diſpenſare. 443

RESOLUTIO XXI.

Primò. Nulla Religio, neque Religioſus, licèt præfatum votum habeat de non procurando, & non conſentiendo in honores ſanctos, & dignitates, niſi ex coactione obedientiæ, aut præcepti, poteſt à ſe abdicare capacitatem ad illas.
Secundò. Neque ullus Superior, & privata perſona poteſt juſtè ſub prætextu prædicti voti impedire, & retardare alicujus promotionem ad eaſdem.
Tertiò dignitatum conſecutio maximè conducit, & redundat in eximium cujuſcumque Religionis ſplendorem. 450

RE-

RESOLUTIO XXII.

Tres præcipuè dantur viæ promovendi perſonas ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & dignitates. Nominatio, nimirum, ſeù Præſentatio. Poſtulatio, & electio. Quæ licèt in aliquo conveniant, ſunt tamen inter ſe ſubſtantialiter diverſæ. 463

RESOLUTIO XXIII.

Votum ſpecificè, & expreſsè de non conſentiendo in electionem ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & dignitates, non eſt votum de non conſentiendo in nominationem &c. ſeu non prohibet conſenſum, quatenus requireretur in nominationem, & idem de poſtulatione, cæteriſque viis. 484

RESOLUTIO XXIV.

Vrbanus VIII. in ſua Conſtitutione non alium conſenſum in ordine ad dignitates ſibi reſervat ad diſpenſandum niſi illum, qui per votum prohibetur. 502

RESOLUTIO XXV. & ultima.

De Conſenſu, & diſſenſu in dignitates in ſeptem Paragraphos diſtincta. 508

§. I.

An Inviti, & Recuſantes ad Dignitates ſint ſublimandi. 509

§. II.

Demonſtratur iterum, cujus Naturæ, & qualitatis eſſe debeat conſenſus in Eccleſiaſticas Dignitates. 528

§. III.

Per electionem intimatam, publicatam electus antequam conſentiat, recipit aliquam impreſſionem, ſeù idealem formam, per quam redditur melioris conditionis, & majori reverentia excipiendus, quàm antea. 533

§. IV.

Statim ac Pontifex eligit, Titium ad Epiſcopatum, vel eumdem creat aut pronunciat Cardinalem Titius non evadit in re, & in actu exercito talis, niſi prius ejus accedat conſenſus. 537

§. V.

Adultus baptiſmum validè non recipit niſi ſuum interponat Conſenſum. 547

§. VI.

Eadem veritas de Baptiſmo magis Probatur, & oſtenditur. Ab Innocentio III. Cap. majores de Baptiſmo. 558

§. VII.

Multa adducuntur Illuſtrium virorum exempla quomodo ſe geſſerint in ordine ad dignitates reſpuendas. 567

CATALOGUS I.

Eorum, qui fuerunt promoti ad dignitates, & nolentes vcceptare, non fuerunt coacti, ſed in ſua libertate relicti. 569

CATALOGUS II.

De Laicis, qui fuerunt coacti ad ſuſcipiendas Eccleſiaſticas Dignitates. 570

CATALOGUS III.

De his, qui contrà eorum voluntatem, ad Eccleſiaſticas Dignitates fuerunt ſublimati. 571

CATALOGUS IV.

De his, qui ad Summum Pontificatum contrà eorum voluntatem ſublimati leguntur. 574
Renunciatio Cardinalatus Domini Philippucci. qui fuit Cardinalis electus à Sanctiſſimo D. Clemente XI. 17. Maji 1706. 576
Votum Eminentiſſimi D. Cardinalis Carpinei deſuper Renunciatione D. Philippucci. 576



TRACTATUS

DE

ARTE BENE DESIDERANDI

SEU

DE VALIDITATE VOTI NON AMBIENDI.

PRÆAMBULUM I.

Referuntur, & examinantur formulæ diverſarum Religionum, tale votum profitentium, earumque deſcribitur, & adnotatur diverſitas, veriorque ſenſus dilucidatur.

SUMMARIUM.

2 *Nomen hujus Tractatus.*
Affectus nomen operi imponit. ibid.
4 *Voti obligatio potiùs ab intentione, quàm à verbis dependet.*
Eàtenus quis obligatur à Voto quantũ intendit, & non ultra ib., & *Infra n.36.37.46.66.*
5 *Sine verbis non percipitur quid interiùs homo intendat.*
7 *Nudatus non poteſt exui.*
8 *Tantò major eſt probatio, quantò majori nititur auctoritati*
9 *Divini Textus ſunt regulæ infallibiles agendorum.*
10 *Epiſcopatus eſt bonum opus.*
11 *Curandum ſolùm eſt de iis, quæ conferunt ad ſalutem.*
12 *Peccat qui aliter facit, & profanas litteras quærit.*
13 *Brevitas deſideratur.*
14 *Ars artium regimen animarum*
15 *Officiales majora mala perpetrant, quàm alii.*
Quod fit à Prælatis trahitur ſubditis in exemplum. ibid.
16 *Principium bonum, medium melius, optimus finis.*
17 *Referuntur formulæ Voti de non ambiendo, quod profitentur Auguſtiniani Diſcalceati, Carmelitæ diſcalceati, Patres Scholarum Piarum,*

Miniſtrantes Infirmis, Patres Societatis, Clerici Minores, & Barnabitæ.

25 *Viæ aſcendendi ad Eccleſiaſticas Dignitates ſunt tres diverſæ, electio, nominatio, & poſtulatio.*

26 *Votum promittit duo, non procurare, & non conſentire.*

27 *Formulæ prohibent conſenſum vel univerſaliter, vel reſtrictivè.*

28 *Tertia Formula prohibet conſenſum univerſaliter.*

29 *Quarta Formula idem prohibet.*

Promotione prohibita, prohibentur omnes modi. ibid.

32 *Formula quarta prohibens conſenſum per unam viam tantùm, non cenſetur prohibere per aliam.*

33 *Quarta Formula non prohibet utrumque, ſed ſolùm promotionem faciendam.*

36 *Quod lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum.* 4. 36 *ſeq.* 66.

37 *Si lex voluiſſet obligare, potuiſſet exprimere* 4. 36. *ſeq.* 66.

38 *Lex univerſaliter loquens univerſaliter intelligenda.* 4. 36. *ſeq.* 66.

Et ubi non diſtinguit non diſtinguendum. 4. 36. *ſeq.* 66.

39 *Potens prohibere, & non prohibens, cenſetur nolle prohibere.* 4. 36. *ſeq.*

Quod non eſt prohibitum cenſetur permiſſum 4. 36. *ſeq* 66.

40 *Votum à voventis intentione robur deſumit.* 4. 36. *ſeq.*

Res prohiberi poteſt per nomen, & verbum. ibid.

Nomen ſignificat independenter à tempore. ibid.

41 *Verbum non ſignificat ſine tempore.*

Ad factum non datur libertas. ibid.

42 *Prohibitio aſſenſus Voti quartæ formulæ eſt in Cauſalitatem promotionis.*

43 *Particula,* ut, *importat Cauſam finalem, ſeu efficientem.*

Effectus eſt poſterior cauſa. ibidem.

44 *Verba intelligenda in ſuo potiori ſignificato, & ſecundùm communem uſum loquendi.*

45 *Solùm impropriandæ quando repugnant.*

46 *Verba intelligenda ſecundùm mentem proferentis.*

Non ſubtiliter de illis dialecticandum. ibid.

A forma verborum non eſt recedendum. ibid.

50 *Coactio debet provenire à virtute obedientię triplici modo, ſine præcepto, ſcilicèt, cum præcepto virtuali: 3. cum rigoroſo.*

54 *Circa formulam Juramenti PP. Barnabitarum.*

Juramentum eſt actus religionis, & latriæ. ibid.

Non minoris ponderis eſt & diſpenſatione indigens ac Votum. ibid.

Fractio Voti eſt ſpecies infidelitatis. ibid.

Obligatio Voti ex una parte eſt major ac Juramenti, & oritur ex virtute fidelitatis. ibid.

Juramentum oritur ex reverentia Dei. ibid.

Juramentum habet infallibile teſtimonium Dei, qui mentiri non poteſt. ibid.

Deus in veracitate eſt potior.

Juramenti violatio eſt duplex Iniquitas. ibid.

55 *Juramentum etiam magis obligat ex una parte, quàm Votum.*

56 *Votum, & Juramentum paribus paſſibus ambulant.*

Appe-

60 Quid veniat nomine oblationis.
Oblatio Spiritualis non eſt donatio. ibid.
Quid ſit donatio ibid.
61 Deo à creatura nihil donari poteſt, qui eſt proprius, & ſupremus omnium rerum Dominus.
62 Oblatio grammaticaliter quomodo veniat.
Oblatio quomodo veniat legaliter. ibid.
Offero non eſt dare, ſed quid antecedens. ibid.
Dare eſt traditio rei de præſenti. Offero de futuro. ibidem.
Contractus celebrati ſolo conſenſu, & re promiſſa, vel rei interventu. ibid.
64 Offerre eſt aliquem paratum eſſe dare.
Oblatio habet locum pœnitentiæ. ibid.
66 Oblatio ſtare poteſt abſque eo, quod acceptetur.
Votum de non acceptando rem in promiſſione, non eſt votum de non acceptando rem actu traditam, & collatam. ibidem.
Votum obligat juxta ſolam Intentionē voventis nec ultra, nec infra, ibidem, & 4. 36. ſeq.
67 Pro clauſula, refectis expenſis, non ſufficit pecunia oblata.
71 Votum prohibet acceptare electionem, nominationem, poſtulationem oblatas, non in re factas.
Electio facit Imperatorem. ibidem.
73 Præceptum virtuale eſt voluntas ſuperioris aliquo ſigno manifeſtata.
74 Proprio motu appetere Epiſcopatum eſt ambitio.
75 Votum habens de non ambiendo cogitur non ambire tam ex communi lege, quàm ex lege Voti.
78 Omnis coactio, & præceptum objectivè concurrit reſpectu ordinati appetitus pro eliciendo licito conſenſu in dignitates.
79 Coactio, & præceptum etiam effectivè concurrunt ad faciendum licitum conſenſum in dignitates.
80 Qui votum habet non eſt magis cogendus ad conſenſum præſtandum in dignitates, quàm ille, qui non habet votum.
Præceptum ſub peccato mortali magis repugnat, quàm expediat. ibid.
81 De ratione voti non eſt immutare rerum ſpecies, ſed ſolum addere religionis rationem.
Votum magis obligat tanquam lex particularis. ibidem.
82 Votum magis obligat, quia contra traſgreſſorem importat ſacrilegium, & 120.
84 Virtuale præceptum non eſt ipſa pura electio, ſed eſt ipſa electionis Intimatio, quæ eſt contingens.
85 Pura electio Papæ eſt retractabilis, & ità non eſt virtuale præceptum.
87 Dantur exempla de viris Sanctis, qui coacti conſenſerunt, ſed non legitur per rigoroſum præceptum.
94 Recuſarunt Epiſcopatum oblatum, non in re collatum.
95 Invitatus recuſet, electus acceptet.
97 Non expedit quod Pontifex cogat formali præcepto ſub pœna mortalis peccati.
97 98 Solùm rationibus ſunt con-

vincendi, qui reſiſtunt acceptare.
98 *Si quilibet recuſaret, non propagaretur Eccleſia.*
100 *Exempla reſpicimus, ſed Jura ſequimur.*
101 *Exempla ſequenda, & ad factum pertinent, & ſunt ad quorum imitationem aliquid fit.*
Sunt argumenti ſpecies ibid.
Non exemplis, ſed legibus judicandum ibid.
102 *Exempla non arctant regulam.*
103 *Quando ſequenda.*
106 *Pericula, quæ reperiuntur in Epiſcopatu per virtutes ſuperantur, & ſi vellemus attendere ad illa, nunquam aliquid boni aggrederemur faciendum.*
107 *Præcepta non ſunt adbibenda ſub pœna peccati mortalis.*
Faciens opus ex timore non conſequitur meritum.
Servitia coacta Deo non placent ibid.

1 EXCELSUM Ædificiũ erecturi, altiſſimis fundamentis Operam impendamus, ſi nolimus, priuſquàm fuerit ſublimatum ruere, arte magiſtra neceſſe eſt. Jacta fundamenta ad totam machinam extollendam, tanquàm præambula operis erigendi, & æternitati donandi debere præcurrere, meditamur: ut eorum præcognita profunditate, de altitudine judicemus, & ædificii futuri pandantur miſteria: & præambula ad opus per ſe nota exiſtant principia; quibus apprehenſis, ſequentia faciliùs intelligantur: vel tanquàm prima regula ad ulteriora attingenda; vel tanquàm prima notitia, pro ſequentibus comparandis.

Tractatus iſte, benigne Lector, quem legere, aſpicere, ac intelligere, idem eſſe vellem. *L* 1. §. *legit.* 1. *bis, quæ in teſtam. delen.* De Arte bene deſiderandi, ſeu de Validitate celebris Voti non abiendi reſpectivè, ad eccleſiaſticas dignitates ſortitur nomen. Nam cum præfatum Votum, ejuſque validitas ſit unicum objectum, & finis, ad quem omnes noſtri tractatus lineas dirigimus, & ſcopus, in quem noſtros conatus intendimus, atque noſtrę mentis oculi collimant. Eſt enim tota res, totaque ſubſtantia noſtri aſſumpti laboris, non ſecus ac ſcopus, qui eſt totius negotii pars principalis. Gajus in *l.* 1. *ff. de orig. Juris.* Et Ambitio ex altera parte, cùm ſit actus deſiderii inordinati appetitus: & in me ſemper fuerit affectus pro regulandis in tam periculoſa materia hominum deſideriis, & demonſtrandi, quod bonum deſiderare, niſi bene deſideretur, malum efficit deſiderium. Ut infra Præamb. 2. *n.* 38. Ad ſenſum Sanctorum Patrum Auguſtini, Thomæ, Chriſoſt. &c. Ideo ad effectus pravos arcendos, bonoſque comparandos, de Arte bene deſiderandi in fronte hujus Operis Titulus affixus inſpicitur. Ut quidquid circa præfatum venerabile Votum, ejuſque validitatem in affectu & in corde retineo, in nominis impoſitione palàm oſtendam ad Textum in *l.* 32. *ſed ſi Vir* §. *ſi duo Gloſſ. donandi ver. Affectus ff. de donat. inter Virum, & Uxorem,* ibi, *Affectus operi tuo nomen impoſuit.* 2

Inſuper licet Epiſcopatus ſub nomine boni operis ab Apoſtolo commendetur, & omnium Virtutum meritis reperiatur ſuffultus (quod in decurſu totius tractatus 2 a

præcipuè præamb.2. deſcribere non
prætermiſimus.) Non proinde ſe-
quitur abſolutè deſiderari poſſe; &
dictum Votum de Epiſcopatu non
quærendo invalidum reddi. Quia
dantur regulæ, & præcepta per ar-
tem benè deſiderandi ad præfati
Voti Validitatem firmandam, & bo-
ni operis deſideria benè exercendi.

2 b Ulterius multa fuſius in hoc
opere protraximus, quæ prælibaſ-
ſe ſufficere poterat. Sed non fru-
ſtra, aut ex inutili abundantia
fecimus; ut habet Textus in *l.* 95.
ff. de diverſ. reg. Jur. & *l.* 9. *ff. de
ſupel. leg.* Etenim id facimus ad
majorem utilitatem, & ob amorem
detegendi veritatem.

3 Cæterum, cùm ſolùm aliqui-
bus Religionibus, poſt tria Vo-
ta ſolemnia, aliud de non ambien-
do emittere fuerit in uſu: Ideo,
Quartum illud nominamus. Et ad
dignoſcendum quid ſit, Quantum
valeat, & quantum obliget, neceſſe
eſt, ut illius formulas, ſecundum
diverſa Religionum inſtituta deſcri-
bamus. Quoniam licèt Voti obli-

4 gatio potius ab intentione, quàm à
verbis originem trahat. *Cap. quod
ſuper his* §. *Rurſus de Voto*; *& Voti
redempt.* Quia eatenus quis aſtrin-
gitur voto, quatenus intendit, &
non ultra. *l. obligationum ff. de
action. & oblig.* & *cap. litteraturam*
& ibi *gloſſ. de Voto*, cum cæteris

5 allegandis infra *nu.*37. *ſeqq.* & 66.
ſine verbis tamen quid interius in-
tendatur, non percipimus. *Cap. his
autem* 22. *quæſt.* 2. ibi. *Verba In-
ſtituta, ut quiſque in alterius no-
titiam cogitationes ſuas proferat.*
Et D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 89. *à* 7.
ad 4. ibi. *Humanæ aures talia
verba noſtra judicant, qualia foris
ſonant.* Ideoque primo loco ejus
formulas, earumque notitiam præ-
mittere, & quibus terminis conci-
piantur tradere judicavimus.

6 Et cum hujuſmodi Votum ſit
de non procurandis eccleſiaſticis
dignitatibus, Epiſcopatu præſertim;
(ut ab omni ambitus velamine
Clauſtrales, contemplationis otiis
addicti, elongentur omninò; Et
quocumque mundano ſpoliati affe-
ctu, ad altiora agilius aſpirent. Licèt 7
qui jam ex ſua profeſſione eſt nuda-
tus amplius exui non poſſit. *Cap.
frequenſ. de reſtit. ſpoliat. lib.6.*) Ideò
opere pretium ducimus, in ſecundo
Præambulo in hac materia tam vo-
ventibus, quàm non voventibus, ex-
plicare, & ipſorum mentis ocu-
lis nomen, & naturam Epiſcopatus
objicere; & quanta habilitas, &
perfectio, & quàm grande virtutum
patrimonium, omni prius vitiorum
cœno ab humano corde repulſo, ut
Epiſcopatus dignè ſuſcipiatur, di-
vinitus requirantur; adeoque in
dicto ſecundo Præambulo ea co-
nabimur adunare, quæ ad Epiſco-
porum mores, & vitam moderan-
dum, concernunt. Quod, ut uti-
liter facturi ſimus, ſolum ad divi-
nas paginas, ad Sacros Canones,
ad Sanctos Patres, pro regulis in
hac materia depromendis, mentem
revolvere ſtabilimus. Cum horum
teſtimonia creditu digniora ſint. 8
Profectò, tantò major eſt probatio,
quantò majori nititur authoritati.
l. humanū 8. *C. de legib. & Conſt.* item
aliud. Et divini Textus, proculdu-
bio, ſunt teſtimonia omni exceptio-
ne majora, & omnium perfectè agen-
dorum regulæ infallibiles. Apoſt. 2.
ad Timoth. *c.3. n.16.* ibi *Omnis ſcrip-* 9
*tura divinitùs inſpirata, utilis eſt ad
docendum, ad arguendum, ad corri-
piendum, ad inſtruendum in Juſtitia;
ut perfectus ſit homo Dei ad omne* 10
opus bonū inſtructus; & bonum opus,
per antonomaſiam, Epiſcopatum
eſſe, idem Apoſt. prima ad eundem
Timoth. *cap.*3. ibi *ſi quis Epiſcopa-
tum deſiderat bonum opus deſiderat.*
Sed quæ in tam arduo negotio
ſcienda ſint, deſcribit idem etiam

Apoſt.

Apoſt. *d. cap.* 3. & ad Tit. *cap.* 1. *n.* 7.
Nam tempus breve eſt, *&* *ea ſcire*
11 *curato*, Bernardus inquit, *quæ pro*
Dominicis ovibus ſenſeris viciniora
ſaluti. Quid enim ad virtutum cu-
mulum, quas in Epiſcopo præfatus
requirit Apoſt. conferre poſſunt: aut
verborum grammaticalium ſtudium,
aut metrificantium pedes, aut logi-
corum fallaciæ, aut Rethoricorum
ornatus, aut Muſicorum moduli, aut
arithmeticorum numeri, aut Geo-
metrarum menſuræ, aut Aſtrologo-
rum divinationes, aut in Dialectica
arte dies impenſi, noctesque vigila-
tæ. Ad mirificum Text. *in cap.*
nonne 37. *diſt.* ibi *non ne vobis vi-*
detur in vanitate ſenſus, *&* *obſcu-*
ritate mentis ingredi, *qui diebus*,
ac noctibus in Dialectica arte tor-
quetur. *Qui phyſicus perſcrutator*
oculos trans Cælum levat, *&* *ultra*
profundum terrarum, *&* *abyſſi*, *in*
quoddam inane demergitur. *Qui*
Jambum ferit. *Qui tantam metro-*
12 *rum ſilvam in ſuo ſtudioſus corde di-*
ſtinguit, *&* *congerit*. Imò crimen
eſſe hoc facere, declaratur. *cap. Sa-*
cerdotes; *eadem* 37. *diſt.* *Non enim*
hac Dominicas paſcunt oves, *ſed ver*
bum Dei eſurire faciunt, *&* *in vani-*
tate ſenſus ad præfatum Textum, *&*
obſcuritate mentis illas ambulare
13 *permittunt*. De his plurima præte-
reo, cum hodie ita gaudeant brevi-
tate moderni, ut etiam unam ſylla-
bam non neceſſariam accuſent *C. de*
appell. l. ampliorem §. *In refutato-*
riis, & *C. de donat. l. fin.* Unde in
toto Tractatu brevitati ſtudebo. Et
in ſecundo Præambulo quæ adnota-
bimus pro Epiſcopali munere dignè
explendo, ſatis erunt. Et hæc non
ſine neceſſitate præmittimus: Nam 14
cum Ars artium ſit regimen anima-
rum *Cap. cùm ſit de ætate*, *&* *qua-*
litate, & latè explicat Hoſtien., &
Joan. Andreas, ambo in principio;
& officiales majora mala perpetrent,
quàm alii committant. *l. defenſionis*
7. *gloſſ. verb. Cæſariani poſtilla in*
marg. de conveniendis fiſci; & quod
agitur à Prælatis facilè trahitur à
ſubditis in exemplum. *Cap. mag.*
devotionis de vot., *&* *Voti re-*
dempt., optimum exiſtimavi in ope-
ris hujus exordio ad eorundem offi-
cialium inſtructionem, & ad eoſdem
de gravi debito admonendos, ſacra
& divina oracula præparare, ut mihi
liceat auſpicari *Principium bonum*, 16
medium melius, *optimumque finem*.
ad Text. *in Aut. in titulo in nomine*
Domini, & *gloſſ. verb. Jeſu Chri-*
ſti, & *in Aut. quomodò oporteat*
Epiſ. §. *Ver. benè autem col.* 1., *&*
gloſſ. 1. *in Aut. de hæred.*, *&* *fal. in*
princ. col. 1.

Voti de non ambiendo diverſarum Religionum formulæ.

I.

CARMELITÆ DISCAL-
17 CEATI. *Inſuper promitto, me nun-*
quam directè, vel indirectè, per
me, aut per alium intra Congrega-
tionem ullam Prælaturam, aut offi-
cium, per conſtitutiones prohibitum,
prætenſurum. Et pariter extra Con-
gregationem neque directè per me,
aut per alium ullam prælationem
prætenſurum, vel aliam acceptaturum, niſi aſtringar præcepto ejus
qui Jure præcipere poſſit.

II.

AUGUSTINIANI DISCAL- 18
CEATI. *Voveo, & promitto, me*
nunquam directè, vel indirectè per
me, aut per alium ullam prælatio-
nem, aut officium per Conſtitutiones
prohibitum, prætenſurum. Et pari-
ter extra Congregationem neque di-

rectè.

rectè, neque indirectè per me, aut per alium ullam prælationem prætenſurum, nec oblatam acceptaturum, niſi aſtringar præcepto ejus, qui mibi jure præcipere poſſit.

III.

19 PATRES SCHOLARUM PIARUM. *Inſuper promitto, me nunquam acturum, nec curaturum, nec indirectè quidem, ut in aliquam prælationem vel dignitatem in Religione eligar, aut promovear. Promitto etiam me nunquam curaturum extra Religionem, Dignitatem aliquam ſeu prælationem, nec conſenſurum, niſi coactus ſim obedientia ejus, qui mibi præcipere poteſt ſub pœna peccati.*

IV.

20 PATRES MINISTRANTES INFIRMIS. *Præterea polliceor, me aſtringendo voto ſimplici, nunquam curaturum ne indirectè quidem, ſeu quovis modo, ut in aliquam prælationem, vel dignitatem in Religione eligar. Nec quantum in me erit aſſenſurum; & extra Religionem, neque minus in aliquam prælationem, vel dignitatem promovear, niſi eſſem ſub pœna peccati mortalis à ſummo Pontifice ad id coactus ſeu aſtrictus.*

V.

21 PATRES SOCIETATIS JESU. *Præterea promitto nunquam me acturum, vel prætenſurum, ne indirectè quidem, ut in aliquam prælationem, vel dignitatem in Societate eligar, vel promovear. Promitto præterea nunquam me curaturum, prætenſurumvè extra Societatem prælationem aliquam, vel dignitatem* (Suar. de Relig. tom. 4. lib.6 cap.7. n.1.) *nec conſenſurum in mei electionem, quantum in me fuerit, niſi coactus obedientia ejus, qui mibi præcipere poteſt ſub pœna peccati.* ex Suar. de Relig. pat. 4. lib.6. cap.8.

VI.

CLERICI MINORES. *Inſuper promitto nunquam me curaturum, vel prætenſurum ſive per me, ſivè per alium extra Religionem prælationem aliquam, vel dignitatem, nec conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis.* 22

VII.

PATRES BARNABITÆ *Juramentum faciunt. Teſtem invoco Deum, quod in favorem Religionis dumtaxat aliquam dignitatem, extra Congregationem non quæram, aut eam ſine præcepto Summi Pontificis non accipiam, de qua infra num.*54. 23

Pro hujuſmodi formularum germana, & veriori intelligentia, non pro Triumpho, ſed pro veritate, plurima veniunt animadvertenda. 24

Primò, quod viæ aſcendendi ad Eccleſiaſticas dignitates ſecundùm Sacros Canones tres enumerantur. Electio, nimirùm, Nominatio, & Poſtulatio, quarum quælibet diverſificatur à cæteris, ut fuſè differemus *Reſol.*22. Itaut votum reſtrictivè factum de non conſentiendo in unam, non ſit votum de non conſentiendo in alias, de quo *d. reſol.*22. 25

Secundò, præfato Voto, prout ex tenore cujuſque formulæ legitur, duo videntur regulariter promitti. Primo non procurare dignitates. Secundò illas non acceptare, & in illas non conſentire, vel abſolutè per omnem viam, vel reſtrictivè per aliquam dumtaxat, & non aliam; licèt aliqua ex prædictis formulis videatur non prohibere utrumque, procurare, nimirum, dignitates, & in illas conſentire, ut dicemus. Cæterum ſedulò inſpiciendum, quòd Votum de non procurando dignitates, nullam habet 26

diffi-

difficultatem . Sed de non acceptando illas ſine rigoroſo Pontificis præcepto , hoc comprimit , & affligit omnem humanum intellectum , itaut velimus obligare Summum Pontificem , quod ſi velit providere Eccesiam de Paſtoribus, neceſſitetur erumpere in rigoroſum ſub pœna peccati mortalis præceptum . *Sed de his infra n.107. 6. & ſeq. & alibi pluries* .

27 Tertiò . Animadvertendum quantum ad hoc ſecundum non conſentiendi in Dignitates , diverſo modo per præfatas formulas obligari voventes . Nam, ut modo dixi, vel obligantur abſolutè , & indefinitè ad non conſentiendum in illas , quocunque modo , & per omnem viam, tam electionis, quàm nominationis , & poſtulationis , aut per unam viam tantùm : Tunc præfatæ formulæ prohibent conſenſum, & acceptationem per omnem viam , quando in formula diceretur abſolutè voveo non conſenſurum in dignitates . Sicuti juravit Archidiaconus, ſe nunquam velle eſſe Epiſcopnm . *Cap. Archidiaconus* 85. *d.ſt.* , & idem videtur explicare , & ſentire tertia formula , in qua di-
28 citur: *Promitto , me nunquam curaturum extra Religionem Dignitatem aliquam , ſeù prælationem , nec conſenſurum , niſi coactus ſim obedientia &c.* ubi ly *non conſenſurum* additur excluſivè univerſaliter, abſolutè , & indefinitè ſine ulla reſtrictiva ad omnem dignitatem , & per omnem viam aſcendendi , & conſentiendi in illas .

29 Quod & fortiùs relucet in quarta formula , ubi excluditur , & prohibetur conſenſus in dignitates per aliquod univerſale verbum quod eſt *Promotio* , ut ſi formula diceret , voveo non conſenſurum in mei *Promotionem* ad dignitates . Unde promotione abſolutè per votum prohibita, prohibita etiam cenſetur omnis via , quæ conducit ad dignitates . Quia in promotione omnes dignitatum viæ cenſentur incluſæ, Abbas in *cap.Super eo nu.*4. , & dicemus *reſ.*22. *nu.*4. & *reſ.* 23. *num.*39.

Et obſervandum , quòd in dicta quarta formula , quantum ad dignitates in Religione , votum reſtrictivè procedit , prohibendo conſenſum in dignitates per viam ſolummodò electionis. dicens. *Polliceor nunquam me curaturum , ut in aliquam prælationem in Religione eligar* ; & ità prohibitio ſe reſtringit ad excludendum conſenſum in dignitatem per viam electionis tantùm : itaut ſi in Religione eſſent aliæ dignitates conferendæ per aliam viam , puta ſucceſſionis , anſianitatis , deputationis , illas procurare non cenſeretur prohibitum per tale votum . 30

Deinde idem votum proſequitur dicendo ibi , *nec quantum in me erit aſſenſurum , ut extra Religionem, neque minus in aliquam prælationem , vel dignitatem promovear , niſi eſſem &c.* Cum autem verbum *promovear* ſit univerſale , & genericum pro aſcendendo ad dignitates per quamcunque viam : ità illo prohibito per votum , etiam ſingulæ viæ ducentes ad dignitates prohibitæ cenſentur . 31

Tunc autem prefatæ formulæ obligant ad non conſentiendum in dignitates per unam viam tantum , & non per aliam , quando reſtrictivè procedunt , prohibendo unam dumtaxat , & non aliam viam , ut videre eſt in quinta, & ſexta formula , in quibus dicitur . *Promitto non conſenſurum in mei electionem niſi &c.* Tunc enim votum non prohibet utcunque , & indefinitè conſenſum in dignitatem , & per omnem viam , ſed dumtaxat per viam electionis . Prohibitionem autem conſentiendi etiam per alias vias, nomina- 32

mina-

minationis videlicet, aut poſtulationis votum non dicit, adeòque non prohibet ſecundùm notas concluſiones, & Jura ſupra allegata *num.* 4., & modò infrà alleganda *nu.*37.*& ſeq.* Nec contra facit Textus, quod prohibitum una via, non cenſetur aliâ permiſſum *l. quod dictum ff. de pactis. Cap. cum quid una via* 84. *de reg. Juris*. Quia hujuſmodi regula multas patitur exceptiones, & ibi *gloſ.*, & non infringit voventis libertatem, cujus dumtaxat eſt velle ſe ad tantum obligare, & non plus, juxta allegata Jura ſupra *num.*4., & alleganda *num.*37., de quo latè *reſolut.* 22. differemus.

33 Sed in dicta quarta formula duo præſertim veniunt conſideranda, quæ in aliis formulis non occurrunt. Quorum primum eſt in illa non prohiberi conſenſum in promotionem jam factam, ſed ſolùm in promotionem faciendam, quod eſt in dicta formula ſolùm contineri primam partem voti non ſecundam. Ibi enim dicitur. *Polliceor nunquam me curaturum, ut in aliquam prælationem in Religione eligar, nec quantum in me erit aſſenſurum, ut extra Religionem promovear, niſi &c.* Undè manifeſtum eſt, quod in hac formula paribus paſſibus ambulant ly *eligar*, & ly *promovear*.

34 Nam quod votum prohibeat aſſenſum, curam, & ſollicitudinem in electionem intra Religionem faciendam, ſeù procurare electionem ad dignitates evidenter oſtenditur. Quia ibi additur particula illa *me non curaturum, ut in Religione eligar*. Quod eſt idem ac dicere, promitto me non daturum manus, neque cooperaturum, ut Religio in aliquam me eligat prælationem. In ſecunda verò parte, loco illius particulæ *me non curaturum*, ſubſtituitur illa alia, videlicet, *me non aſſenſurum*, ut extra Religionem promovear, quod eſt idem ac dicere, nunquam dabo meum aſſenſum, ut Superior, ad quem ſpectat, promotionem faciat de mea perſona, niſi me aſſentiri aſtringat Summus Pontifex.

Poteſt enim dari caſus, ut habens tale votum prænoſcat aliquem 35
Principem velle illum ad aliquam Eccleſiam nominare, aut ipſum Summum Pontificem velle illum eligere, & anticipatum ejus aſſenſum poſtulent. Tunc ſi præfatus vovens præſciens talem eorum voluntatem, illam aliquibus mediis ſollicitaret, Votum violaret prorumpendo in hujuſmodi actus, & aſſenſus. Unde videtur, tale votum ſolùm prohibere aſſenſum, & quamcunque cooperationem, in promotionem faciendam, non autem in promotionem jam factam, quod eſt votum ſolùm obligare, *quoad primam partem*, videlicet, de non procurando dignitates in futurum faciendas, aut promotionem ad illas, per quaſcunque vias, electionis, nimirùm, nominationis, & poſtulationis, non autem quoad ſecundam partem, nimirum, de non conſentiendo in promotionem, ſeù electionem &c. jam factas. De hoc 36
enim votum nihil dicit, nec prohibet, & quod non dicit, ab homine non eſt præſumendum *l. diſſentienti C. de repud. cap. illa devotionis de Sede vacante, & gloſſ. verſ. cum nuſquam*, ibi -- *quia quod non eſt prohibitum, intelligitur eſſe conceſſum*, juxta modò alleganda, & *Surd. conſ.* 219. *num.*21., & verificantur Jura, quod lex non extenditur ad præterita, ſed ad futura *l. leges C. de legibus. Auth. de nuptiis in princ. §. Dico igitur circa finem collat.* 4. adeòque non obligat. Tantò magis, quod ſi voti lex voluiſſet obligare, 37
potuiſſet exprimere, ſecundùm diſtinctum, & expreſſum ſenſum aliarum formularum. *ad Text. in l. unica ſin autem ad deficientis*

C. de caducis. tollen., & *l. ſi Servus* §. *Prætor ait. verſ. non dixit ff. de acquiren. hæred.*, & *cap. ad Audientiam* 12. *de decimis*. Vel prout cum omnimoda univerſalitate, & facilitate ſe expreſſit, excludendo omnem caſum præteritum, & futurum, Archidiaconus Florentinus ſupra relatus, qui nullo modo volens Epiſcopatum, juravit ſub his abſolutiſſimis, & univerſalibus terminis -- *Nunquam ad Epiſcopatum accedere* -- ut ad verbum refert.
38 *Cap. Archidiaconum* 85 *diſt.* Lex enim univerſaliter loquens, univerſaliter intelligenda *l. de pretio ff. de pub. in rem act. l. in fraudem ult. ff. de Teſtam. mil. l.* 1. §. *Generaliter ff. de legat. præſt.*, quia ubi lex non diſtinguit, nec diſtinguendum à nobis *l. non diſtinguemus ff. de recep. arbitr. l. Præſes ff. de offic. Præſid.* Tantò magis, quando de facili, ut modò dixi, prohibere potuiſſet. Nam lex illud noluiſſe præſumitur, cum facile id potuiſſet exprimere, & non expreſſit. *Menoch. conſ.* 30. *num.* 8. *Armendar. in proemio addit.*
39 *ad recop. legem*. Et cum potuiſſet votum ſpecialibus verbis prohibere conſenſum in promotionem jam factam, & non prohibuit, cenſetur noluiſſe prohibere. *Surd. conſ.* 173. *num.* 2., & *conſ.* 222. *num.* 5. nam quod non eſt prohibitum, cenſetur permiſſum, ut modò ſupra, & tenet *Calderin. conſ.* 52. an ſi dati ſunt *in princ. alias* 6. *de elect.*, & faciunt Jura *l. necnon* 28. *poſt princ.* ibi. *Sed ſi lex non prohibet*, & §. *Quod eis*, juncta *gloſſ. verb. prohibens. ff. ex quibus cauſis major. l.* 1. *ff. de Teſtib. l. Mutus* §. *Quæritur ff. de Procur. l. Statuas C. de Relig. & Sump. funer. Cap. Omnes* 3. *diſt. gloſſ.* ibi, &
40 reputandum eſt. Et voventis intentionem (à qua omne robur votum deſumit, & ultra illam non eſſe ad minimum extendendam, juxta allegata ſupra *num.* 4. 36. & *ſequen.* 3. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 88. *à* 3. *ad* 2. & 4. *ſent. diſt.* 38. *quæſt.* 2. *à* 3. *quæſtiun.* 1. *ad* 4. & 7.) fuiſſe reſtrictam ad prohibendam primam partem voti de non procurando dignitates, & non ſecundam, de non conſentiendo in illas non eſt dubitandum.

Roboratur magis, nam ſub du- 41
plici voce, aut vocabulo prohibita eſſe poteſt aliqua res, aut per nomen, aut per verbum, ut ſi dicamus, Superior prohibet electionem Petri, vel prohibet Petrum eligi, prout nomen, & verbum ſunt duæ ex octo orationis partibus, quas diſtinguunt, & requirunt grammatici, pro quocunque ſermone efformando. Nomen ſemper ſuam ſortitur legitimam ſignificationem, independentèr ab omni tempore, prout verſu illo Tyrones docentur. *Pars prima eſt nomen varians ſinè tempore caſus*. V. g. in caſu noſtro: *voveo non conſenſurum in mei electionem, aut promotionem &c.* hæc vox *electio* eſt nomen; & cum habeat ſemper ſuam ſignificationem independenter ab omni differentia temporis, præterita, nimirùm, præſenti, & futura, ut eſt notum: ſic votum ſemper pro-
hibet conſenſum in illam. 41

Verbum autem, ut iidem tradunt Grammatici, non ſignificat ſine tempore. Immo ſuam ſignificationẽ habet reſtrictam ſemper ad aliquam temporis differentiam ad regulam illam. *Verba modos pariter, diverſaque tempora flectunt*, & hæc eſt altiſſima veritas elevata ad divina. S. Thom. de Trinitate *in prima diſt.* 4. *quæſt.* 1. *a.* 2. *in* 3. *argumento* ibi -- *terminus in prædicato poſitus non trahit terminum in ſubjecto poſitum extrà ſuam ſignificationem; ſed tantùm reſtringit ipſum ratione conſignificationis temporis, ut ſiet pro præſentibus, præteritis, & futuris*; & citat Boetium *lib.* 1. *de Trinit. cap.* 5. Unde in illis verbis *voveo non conſenſurum, ut in aliquam prælatio-*

nem promovear ; ly *voveo* ſignificat, ſed reſtrictivè ad præſens ; ly *non aſſenſurum* , ſignificat , ſed reſtrictivè ad futurum ; ly *promovear* ſignificat, ſed non poteſt referri ad tempus præteritum,hoc eſt ad promotionem jam factam ; nam ſi hoc eſſet , præfata formula dicere debuiſſet : Promitto non aſſenſurum , ſi extra Religionem ad aliquam prælationem fuerim promotus , quod eſt ſignificare promotionem de præterito . Nam,quod ego aſſentiar,vel non aſſentiar in promotionem jam factam de mea perſona , non facit electionem, ſed illam ſupponit jam factam; Et non poteſt fieri , quod facta non ſit . Votum enim eſt de non aſſentiendo , ut eligar , hoc eſt , de non aſſentiendo , quod ſuperior me eligat; unde ly *non aſſentiri* cadit ſupra Cauſalitatem electionis faciendam, & non factam . Quia ad factum, ut non fiat, non datur libertas,nec dari poteſt liber aſſenſus,ut fiat,quod jam factum fuit ; ut ex terminis apparet .

Ergo ly *promovear* referri ſolùm poterit ad promotionem futuram, ſive faciendam , cui votum prohibet dari aſſenſum .

42 Sed ſubtiliter adverte , quod votum non prohibet in recto, & formaliter conſenſum in promotionem prælationis faciendam, ſed prohibet conſenſum in cauſalitatem ejuſdem. v.g. volens Superior Titium eligere ad Prælaturam : votum prohibet aſſenſum Titii , non directè in Prælaturam , ſed in cauſalitatem , aut in actionem , per quam neceſſe eſt , quod Superior electionem faciat , quod eſt votum prohibere , quod Titius non aſſentiatur , aut ſaltem ſuo affectu non cooperetur ſimul cum operatione Superioris , ut de illo electionem faciat . Proinde Votum dicit . *Promitto non aſſenſurum, ut extra Religionem ad aliquam*
43 *prælationem eligar* . Nota ly *ut eligar* . Nam ly *ut* importat cauſam , vel finalem , vel efficientem electionis ad mirificum *Text.in l. ſi Creditor ff. de diſtract. pign.*, & in *l. emptori ff.de evict.* , & in *l.4. de Teſtibus* , & pluribus concordantibus, & in *cap. ut Clericorum de vita , & honeſt. Cleric.* , *& cap. ut debitus honor de appellat.* unde illa verba voti . *Promitto , non aſſenſurum , ut eligar* , idem ſonant , ac promitto , non aſſenſurum , ad hoc ut me Superior ad aliquam prælationem eligat ; aut promitto , non aſſenſurum ad effectum , ut ab ipſo eligar ; effectus autem ſemper importat poſterioritatem ad cauſam , non ſolùm naturâ ſemper , ſed etiam tempore aliquando , per quod futuritio effectus importatur , ut omnis philoſophia demonſtrat : ex quibus videtur poſſe concludi , præfatum votum , prout ex ſuis propriis, & grammaticalibus terminis: & ſecundùm communem uſum loquendi , ſonat ; ſolùm obligare ad non aſſentiendum reſtrictivè tantùm in prælationem , aut promotionem faciendam ; non autem in factam. Quoniam ego ipſe optimè intelligo , quod in vi hujus Voti , ego non debeo aſſentiri , nec ullo modo cooperari operationi Superioris,ut Superior me promoveat. Sed ſi Superior me prorſus neſcientem ad aliquam dignitatem eligat , quare non poſſim licitè conſentire ſine præcepto , non percipio ? attenta litterali intelligentia verborum dictæ quartæ formulæ .

Etenim , verba intelligenda eſſe in ſuo potiori ſignificato, omnia 44
Jura tradunt . *l.1. §.1. ff. ſi Ager. vectigal.* , & in quantum patitur eorum naturalis intelligentia *l. non aliter ff. de legat.3.* , & ſecundum communem uſum intelligendi *l. librorum ff. de ſupellect. legat. l. cum autem C. de donat. ante nupt.* , & ſolùm improprianda , quando rei 45
natura illis repugnat, aut ad evitandum abſurdum . *Alexand. conſ.61.*

ſuper eo num.4. lib.1. *Card. Tuſch. concluſ.66. num.17.*, & præcipuè in couditionatis eorum naturalis ſignificatio tuenda; *l. ult. C. de iis, qui veniam ætat. impetr.*

46 Si autem dicerent Religionis ſenſum perperuum fuiſſe, præfatum Votum æqualiter prohibere tam aſſenſum in promotionem jam factam, quàm faciendam. Cedo liti, & volvo cartam, ut ex aliis Juribus perſuaſus remaneam; Cum quoque ſciendum ſit, verba eſſe intelligenda, non ſolùm ſecundùm quod ſonant, ſed etiam ſecundùm mentem, & intentionem proferentis, *l. non omnis in princ. ff. ſi certùm petatur*. Quia ſunt ſigna, & teſtimonia mentis noſtræ *l. labeo §. Idem tubero ff. de ſupellect. l. ſcire ff. de Tutor., & Curat.*, & non adeò ſubtiliter de illis dialecticandum *Card. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.1. tit.1. num.4.* cùm verborum ſubtilitatem pro ſummo Jure Julianus accipiat *l. ſi tibi pecuniam ff. ſi certum petatur*, quibus non obſtantibus primam opinionem veriorem exiſtimo. Quia à forma verborum ſine certa ſcientia non eſt recedendum. *cap. ad Audientiam de decimis, & gloſſ.* ibi *verſ. Intelligeremus cum Juribus ibi allegatis*.

47 Secundùm ſpeciale conſiderandum in præfata quarta formula eſt, illam rigoroſè obligare ad non præſtandum conſenſum, quod Superior illum promoveat, niſi interveniat coactio ſub pœna peccati mortalis, quod in nulla alia formula invenitur expreſſum. Unde videtur, quod in rigore cæteris aliis formulis præſtet, & quomodo rationabiliter hujuſmodi clauſula ſit intelligenda latè differemus *reſolut.16.*

48 Neque dici poteſt, quod ſi votum prohibet aſſenſum promotioni faciendæ, multò magis illum prohibet promotioni jam factæ. Quoniam hoc argumentum ad ſummum ſuaderet ex parte voluntariæ devotionis, & ex communi lege dignitates omni modo ex proprio motu eſſe reſpuendas, non autem ex lege præfati Voti ex modo ſupra allegatis.

Neque replicent votum in quinta, & ſexta formula prohibere 49
conſenſum in electionem tam faciendam, quàm factam per illa verba; *Voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi &c.* Hoc enim concedimus. Quia abſolutè per electionis nomen, independenter ab omni differentia temporis prohibetur conſenſus ſine ulla reſtrictione ad præteritum, vel futurum. Licèt in ſua prima parte omnis prohibeatur futuræ dignitatis procuratio, ut ibi ex lectura redditur manifeſtum. In quarta autem præfata formula ſolùm videtur prohiberi omnis futura promotio, & nullatenus tangitur præteritum, ut clare dignoſcitur ex vi illorum verborum pluries ſupra deſcriptorum, nimirùm. *Polliceor quantum in me erit, non aſſenſurum, ut extra Religionem in aliquam prælationem promovear*. Quæ verba non præteritum, ſed ſolùm futurum reſpiciunt.

Quartò. Animadvertendum 50
eſt, omnes præfatas formulas prohibere conſenſum ſub expreſſa clauſula, & conditione, niſi promotus veniat coactus, & aſtrictus ex obedientia.

Sed licèt præfatæ formulæ omnes conveniant in eo, quod coactio prodire debeat ex obedientia. Nihilominus differunt in modo explicandi, quommodo obedientia ſe habere debeat.

Et quidem triplici modo aſſignant coactionem ab obedientia 51
eſſe cauſandam, ſeù inferendam. Nam quinta, & ſexta formula poſtulant coactionem provenire debere abſolutè, & ſimpliciter à ſola

virrure

virtute obedientiæ. Quæ obedientia, quanquàm exerceri non poſſit ſine aliqua manifeſtatione voluntatis Superioris; quæ ex Div. Thom. & Cajet. infra, rationem habet taciti, vel expreſſi præcepti. Nihilominus præfatæ formulæ nullum præceptum exprimunt. Nam ſexta formula dicit: *Promito non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientiâ Summi Pontificis*. Formula verò quinta, & tertia addunt. *Niſi coactus obedientia ejus, qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati*; In quibus licèt apponantur illa verba, *præcipere poteſt*. Hæc tamen ſolùm introducta fuerant ſpecificativè, ad denotandum, nimirùm, legitimam perſonam, reſpectu cujus erit exercenda obedientia; & à qua legitimè erit inferenda coactio. Non enim quicunque Superior poterit in hac materia coactionem cauſare, ſed tantùm ille, cui conceſſum eſt poſſe præcipere, qui hodie eſt ſolus Summus Pontifex, ex ſpeciali reſervatione facta in Conſtitutione Urbani VIII., ut infrá dicemus *reſol.* 14. *nu.* 12. Adeoque prima coactio, quam poſtulant tertia, quinta, & ſexta formula, ſufficit quod cauſetur à ſola virtute obedientiæ, ut fusè dicemus in decurſu hujus tractatus.

52 Secunda verò coactio deſideratur, ut prodeat, non ſolùm à virtute obedientiæ, ſed etiam ab aliquali præcepto, ſine tamen expreſſione, an debeat eſſe tacitum, vel expreſſum, ſive formale, & rigoroſum, ſicuti legimus in formula prima, & ſecunda, in quibus dicitur. *Niſi aſtringar præcepto ejus, qui mihi jure præcipere poteſt*.

53 Tertia tandem coactio cauſari poſtulatur à præcepto expreſſo rigoroſo, & formali obligante ſub pœna peccati mortalis, ut ſcribitur in quarta formula, ubi habetur. *Niſi eſſem ſub pœna peccati mortalis à Summo Pontifice coactus*; quod fieri non poteſt ſine formali, & rigoroſo præcepto, de quo infra *reſ.* 14. *n.* 20.

Quantum ad Juramentum, 54 ejuſque formulam ſupra adductam *num.* 23. nihil, aut parum occurrit dicendum; Juramentum enim non ſecùs, ac votum eſt actus Religionis, & latriæ S. Doct. 2.2. *quæſt.* 89. *à* 4., nec minoris ponderis eſt diſpenſatione indigens, quàm votum. S. Thom. *ibidem quæſt.* 88. *à* 12. *ad ſecundam*, & licèt fractio Voti ſit infidelitatis ſpecies. Idem Sanctus *dicta* 2.2. *quæſt.* 88. *à* 3., & proinde obligatio ejus dicatur major, inquantum cauſatur ex fidelitate ad Deum, quàm obligatio Juramenti, quod ex Dei reverentia procedit. Sanctus Doctor *dicta quæſt.* 89. *à* 8. Nihilominus, quia mediante Juramento recurrimus ad Divinum infallibile teſtimonium, inquantum Deus mentiri non poteſt 2.2. *qu.* 89. *à* 1. *in Corp.* Profectò adducentes Deum in teſtem, recognoſcimus eum habere infallibilem veritatem. *d. art.* 1. *ad ſecundum*, & ratione hujuſmodi indefectibilis veritatis profitemur Deum in veracitate ſine ulla comparatione eſſe potiorem. S. Thom. *dicta quæſt.* 89. *ar.* 4. Inde evenit, quòd Juramenti violatio ſit duplex iniquitas ex *Eccleſ.* 23. & S. Thom. pronunciat 2.2. *dicta quæſt.* 89. *art.* 5. *ad* 3.

Præter quam quòd licèt Votum ſolemne magis obliget ex illa parte, qua actualiter tradit id, quod promittit. Nihilominus magis obligat Juramentum ex parte ejus, ex quo ſit obligatio. S. Thom. rotundè in 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 1. *ar.* 3. *quæſtiunc.* 3. *ad* 2. 55

His pro Juramenti veneratione compendioſè recollectis, ne extranei, imperiti, & ignari Jurantium meritum, quàm voventium minoris faciant; cùm ſecundùm omnium Doctorum mentem, Votum, & Juramentum paribus paſſibus ambu- 56

lent.

lent. Abbas ſupra,& infra allegãdus; præfata formula ex ſuis terminis(nimirùm, *ſine præcepto Sũmi Pontific is dignitates non accipiam*) cùm in totum conſonet cum cęteris formulis, ſic earum leges proſequi neceſſe erit.

57 Quartò. Cæterum ulteriùs progredientes Animadvertendum, & conſiderandum objicitur, quid importent verba illa, quæ apponuntur in prima, & ſecunda formula, nimirùm, *Inſuper promitto ullam prælationem extra Religionem non prætenſurum, vel oblatam acceptaturum, niſi &c.* An ſenſus hujuſmodi formulæ reſtrictus ad non acceprandam prælationem oblatam, prohibeat quocunque modo, & per omnem viam conſenſum in Epiſcopatum, aut ſolùmmodo prohibeat, quando proceditur per viam oblationis tantùm.

60 Sed tota hujuſmodi reſolutio dependet ab intelligentia illius vocis *oblatam* quam triplicem ſenſum habere poſſe, reperio: ſpiritualem, nimirùm, grammaticalem, & legalem.

Senſus ſpiritualis importatur, quando aliquid de bonis temporalibus datur Deo. Tunc enim propriè non poteſt dici donatio, ſed oblatio. *Cap. qui oblationes; & cap. Clerici. 13. quæſt. 2. & Gonzal. lib. 5. decr. cap. 13. cauſa Carpen. de verbor. ſignif.*

Et ratio eſt manifeſta; Quia ſicuti quod datur hominibus ſine ulla commutatione, & intereſſe, & cum tranſlatione Dominii dicitur donatio. *Cap. Cæterùm de donat. & l. fin. ff. de condict. data cauſa, & in l.* ubi *autem §. fin. ff. de verbor. oblig.* Ita cum Deus ſit primus, ac

61 proprius omnium rerum Dominus: abſolutum independens, atque diſpoticum ſuper omnia creara dominium habens, nihil illi à Creatura cum tranſlatione dominii donari poteſt; adeoque quidquid Deo datur propriè non dicitur donatio, ſed oblatio; unde nomen *oblatio* generale eſt ad omnia, quæ quocunque titulo ad Deum per Eccleſiam perveniunt; *gloſ. in cap. 29. cum inter vos de verbor. ſignif. ver. caſus in fin., & debet eſſe de propriis, & licitis; cap. cauſa 13. eodem titul.* ſic etiam oblatio in ſacris paginis ſæpè ſæpius ponitur loco Immolationis ſacrificii; *oblatus eſt, quoniam ipſe voluit*.

Grammaticaliter autem plurima ſubit ſignificata, ut vocabularia omnia, Onomaſtica, Calepin. Nizol. revoluendo, experimur. Et primò verbum offero idem eſt ac promitto, vel polliceor *Cic. ad Att. 21.* ibi -- *ut ni popoſciſſes, ego me tibi non offerebam, & Qu. fr. 302.* ibi -- *noſtræ Cauſæ non videntur homines defuturi; mirandum in modum offerunt ſe, pollicentur*. Significat quoque ſe paratum, & promptum eſſe ad aliquid dandum, in quo ſenſu, etiam legaliter uſurpatur, ut modo Infrà pro *ſyl. 181.* ibi -- *Caput meum obtuli pro Patriæ periculis*; ſeu ſe ad pericula expouere. *Cic. pro ſeſt. 3. Offerre ſe in diſcrimen pro ſtatu Civitatis*; & 17. *offerre vitam ſuam in diſcrimen*. Tuſc. 255. *offerre ſe ad mortem pro Patria*, & plura ſimilia apud *Nizzol. verb. offero*. 62

Legaliter autem verbum *offero* aliud diverſum ſignificat, ac verbum *dare*; nam antequam aliqua res actualiter detur, aut tradatur, aut conſignetur, præcurrit actus offerendi illam; undè dare dicit traditionem rei de præſenti, offerre autẽ traditionem rei de futuro; ad pręclarum *Text.* de ædilitio edicto, ubi prætii oblatio ſemper actum dandi præcedere debebat; *Gloſſ. ver. præſtet l. ædiles 25. ff. de ædilitio edicto,* ibi -- *Nota hic, quod ſi quis habeat dare, & recipere, ſemper priùs debet offerre*; undè evidenter reſultat, quòd cùm actus offerendi, & dandi 63

ſucceſ-

ſucceſſivè priùs, & poſteriùs ſe habere debeant, multùm eorum diverſificantur ſignificata. Quod & amplius apparet, cùm quidam ſint in lege Contractus, qui ſolo conſenſu, & ſola rei promiſſione perficiuntur. Quidam verò non conſenſu, nec re promiſſa, ſed rei interventu celebrantur, & contrahitur obligatio. *Gloſſ. ver. facias l. Juris gentium 7. ff. de pactis*; adeoque fit manifeſtum, quòd rei oblatio, & rei traditio non ſunt idem. Oblatio enim reſpicit dationem futuram: Traditio præſentem: & ita oblatio, & verbum offerre potiùs aſſumit naturam promiſſionis, quæ reſpicit non præſentem traditionem rei; ſed ſolùm explicat aliquem promptum, & para-
64 tum eſſe ad illam tradendam, quod non habetur pro dato, ſeù tradito, aut conſignato, ſed pro tradendo; itaut quis antequam tradat poſſit ſe pœnitere, *dicta gloſſ. ver. facias in fin.*, ibi; *quod ſola oblatio in Contractibus innominatis non habet vim implementi, adeò quod poſſit agi; Imo oblatio non impedit, quin ſit locus pœnitentiæ*.

Et augetur hæc veritas. Quia
65 ſola oblatio rei alicui facta, ſtare poteſt, quin ille, cui facta eſt, illam acceptet, adeoque rei oblationem à conſignatione diſtingui, non eſt dubitandum: ad clarum Textum in *l. acceptam mutuo 19. C. de uſuris*, ibi — *Acceptam mutuo ſortem cum uſuris Creditoribus offeras. At ſi non ſuſcipiant, conſignatam in publico depone*: & *l. ſi per te 9. C. eodem tit.*

66 Unde ſtare poterit, quod quis rem, puta pecuniam, oblatam acceptare recuſet; traditam verò, & actu numeratam libenter recipiat. Sic quoque ſtare poterit, aliquem Votum emittere, ſe non acceptaturum rem oblatam, & promiſſam; & à pari non acceptaturnm dignitatem oblatam, aut officium in ſpe, & in præparatione animi tradendum, nihil diſponendo circa actualem illius traditionem: & tunc remanebit voto obligatus rem promiſſam recuſare, quod ſi velit actu rem datam acceptare, non faciet contra votum, adeoque concluditur, quòd votum de non acceptando rem in promiſſione, non eſt votum de non acceptando rem actu traditam. Hæc ſunt Sole clariora. Votum enim totum ſuum eſſe, & conſervari, à ſola prima voventis recipit intentione, juxta notiſſimas concluſiones S. Thom. 2. 2. *quæſt. 88. ar. 3. ad 3., & quæſt. 189. art. 3. ad 2. art. 4. in corp.*, & adeo ligatio, & obligatio voti à propria voventis voluntate dependet, & intentione cauſatur, ut nec ad minimum præteriri poſſint; nec ultra, nec infra confinia, & terminos talis intentionis; aliàs non remaneret idem Votum. Sanctus Doctor perſpicuè 2. 2. *d. qu. 88. ar. 3. ad 3.*, & faciunt Textus ſuprà allegati *num. 4. 36. & ſeq.* Quidquid deindè minimum addas, vel demas, non remanet ampliùs idem votum, ſed chimera, Theologi omnes, & Jura omnia convincunt.

Et adeò verum eſt oblationem 67
rei longo intervallo diſtare à reali ejuſdem traditione, ut hoc omnes Juris Periti inevitabiliter obſervent, pro executione illius vulgatæ clauſulæ, *refectis expenſis*, pro qua ſola pecuniæ oblatio non eſt integra ſatisfactio, nec actualis ſolutio, nec expenſarum refectio; ut fuit dictum in *Pampilonen. Beneficii de Sos 28. Januarii 1576. coram Card. Blanchetto, & communitèr Doctores cumulati per Barboſ. de clauſul. clauſ. 132. num. 2.*

In caſu noſtro quantum ad 68
præfatas formulas ſupra deſcriptas *num. 17. & 18.* cùm per Votum quis ſolum ſe obliget per expreſſa verba dignitatem oblatam non acceptare,

non

non proinde ſequitur ex vi ejuſdem voti teneri etiam Dignitatem in re traditam non ſuſcipere. Nam dignitas oblata, eſt dignitas in ſpe, & in ſola animi præparatione illius, cujus eſt illam conferre, ut ex Juribus innoteſcit. Dignitas autem actualiter collata non eſt in ſpe, ſed in re. Votum illud non complectitur utrumque, niſi expreſsè dicat; adeoque ſtare poterit quod Votum de una, & non de alia ſe explicet. Nam quæcunque, ut dictum eſt, minima mutatio, voti obligationem immutat, de quo non eſt diſputandum, ſecundùm nota principia, & Jura modò allegata, & infrà alleganda.

69 Dignitas ergo oblata eſt Dignitas de futuro tradenda, ſeù in ſpe, aut in promptitudine, & præparatione animi illius, ad quem ſpectat illam conferre, & antequam illam conferat, poteſt ſe mutare, & pœnitere, ut ex Juribus dictum eſt.

70 Dignitas autem in re eſt Dignitas ſuo modo actu collata per Canonicas vias, electionis nimitùm, nominationis, & poſtulationis, quibus ſolùm ſecundùm Canones conferri poteſt mediante legitimo actu illius, ad quem de Jure pertinet talis via. Itaut actus electionis pertineat ad legitimum eligentem, nominationis ad Patronum, poſtulationis ad poſtulantem. Nam licèt quilibet ex hujuſmodi actibus requirat aliquid aliud pro ſuo complemento; Electio nimirum Confirmationem, Poſtulatio admiſsionem, Nominatio Inſtitutionem, & ſingulæ conſenſum promovendæ perſonæ, de quibus omnibus *reſolut.*22. peragemus. Attamen cum ſint initium neceſſarium Dignitatis ultimo conferendæ, ſunt in re, non in ſpe, ſicuti eſſent in ſpe, & in ſola oblatione, ſi ſuperior promitteret eligere, Patronus nominare, Poſtulator poſtulare. Tunc hos actus oblatos præfatum votum acceptare prohibet.

Prohibet inquam acceptare
Electionem oblatam; Nominatio- 71
nem oblatam, & Dignitatem, & quamcunque promotionem oblatam, non ſecus ac recuſarunt tot Sancti, ut modo dicemus. Non verò præfatum votum quantum eſt ex ſuis terminis, quibus concipitur, & ſub quibus cantat, prohibet acceptare Electionem, nominationem, & poſtulationem, jàm factas, & Dignitatem quamlibet, & prælationem actu collatam. ut ſi Titio dicat Superior; facio te Epiſcopum, Tunc cùm jam Epiſcopalis Dignitas dicatur collata, electio enim facit Imperatorem *cap. legimus* 93. *diſt.* & dicemus *reſ.*22.*num.*51. Sic quantum eſt de ratione hujus voti, illam acceptare votum non prohibet, quod ſatis videtur pro Intelligentia primæ, & ſecundæ formulæ.

Nec in favorem quartæ for-
mulæ proderit inſurgere dicendo 72
Habens votum de non conſentiendo in Dignitates, niſi coactus obedientia Summi Pontificis, magis cogendus eſt ad Conſenſum licitum præſtandum, quàm ille, qui votum dictum non habet, ſed ille, qui dictum votum non habet, pro licito conſenſu præſtando cogi quoque debet ab aliquo Superioris præcepto, aliàs ſi conſentiret ex proprio motu Conſenſum ambitioſum præſtaret, & peccaret: Unde neceſſe eſt, quod ſaltem cogatur à virtuali præcepto, ergo ille, qui dictum Votum habet, cogendus erit à præcepto rigoroſo obligante ſub pœna peccati mortalis.

Sed pro hujuſmodi difficultatis evaporatione; quæ diſperſa ſunt in hoc Tractatu, hìc compendiosè deguſtemus proficuum erit.

Primò ſciendum, quod vir-
tuale, aut tacitum præceptum non 73
eſt aliud, quàm ſimplex Superioris

volun-

voluntas, aut placitum, ſeù deſiderium exterius, aut per ſimplicia verba, aut facta indicata, quòd Subditus aliquam rem exequatur. D. Thomas, Cajet. Suar., & alii allegandi *reſol*.15. *nu*.48., *&* 151.

74 Secundò ſciendum, ſemper illicitum eſſe proprio motu, & affectu appetere Eccleſiaſticas Dignitates propter inordinatum appetitum, aſpirantem ad honores, vel indebitos ſibi, vel debito majores, quod eſt deteſtabile ambitionis vitium, ut communiter Doctores, & dicemus *reſol*.1. 2. 4., & hoc pacto, dignitates, & honores appetere, ſemper de ſua ratione eſt peccatum mortale, & reddi poteſt veniale juxtà quantitatem materiæ, & hoc univerſaliter reſpectu omnium hominum, tam votum habentium, quàm non habentium.

75 Tertiò ſciendum, quòd ſi hujuſmodi obligationi quis addat votum, ſeù Juramentum de non ambiendo, ſeù de non procurando proprio motu, & affectu, ſed ſolum coactus ex obedientia, aut præcepto legitimi Superioris; tunc ſi vovens contraveniret, ultrà rationem culpæ, quam ex ſua ſpecie committeret, peccaret quoque contra votum, addendo ſacrilegii deformitatem: Quapropter ad obſervantiam illius communis legis de non ambiendo ex duplici capite aſtringeretur, aut cogeretur, & ex Jure communi, & ex Jure particularis voti; unde magis cogeretur, & ſub graviori peccato, quàm ille, qui contra ſolum communem legem ambitionis actum committeret; unde in hoc caſu duæ dantur coactiones; una de abſtinendo ſe à conſenſu illicito ambitionis in dignitates; altera de ponendo conſenſu licito ex vi voti.

76 Quantum ad primam, ille, qui non habet votum, cogitur ſolùm ex uno capite, hoc eſt, ex ſola prohibitione communis legis ambitionis vitandæ; Ille autem, qui habet votum, ex duplici capite cogitur, videlicèt, & ex communi lege, & ex lege particulari ipſius voti, & ita magis cogitur, quàm ille, qui votum non habet.

Quantum verò ad ſecundam coactionem, de ponendo nimirùm conſenſu licito; eadem ratio currit; nam ille, qui non habet votum, cogitur ad ponendum conſenſum licitum, videlicèt non ex proprio motu, ſed ex Superioris voluntate, aut virtuali præcepto, ex dicto dumtaxat capite communis legis ambitionis vitium prohibentis; qui verò votum habet, cogitur ex duplici capite, & ex illo communis legis, & ex voto. 77

Et hujuſmodi coactiones etiam objectivè ſe habere reſpectu ordinati appetitus, pro eliciendo licito conſenſu in dignitates, omnis ratio demonſtrat. In quantum ipſum virtuale præceptum, quod eſt coactionis cauſa, redditur objectum dicti ordinati appetitus. Nam cùm ad repellendum quemcunque ambitionis actum neceſſe ſit ſe abſtinere ab omni conſenſu, qui originem habet à proprio motu; & amplecti dumtaxat illum, qui cauſatur à Superioris voluntate, ſeù ejus ſaltèm virtuali præcepto; inde fit manifeſtum, quod objectum dicti ordinati appetitus non poterit eſſe aliud, niſi objectum obedientiæ; Obedientia autem non datur abſque eo, quod reſpiciat pro objecto aliquale ſuperioris præceptum, ut ex terminis innoteſcit, & infrà dicemus; ergo Superioris præceptum erit objectum dicti ordinati appetitus, pro licito conſenſu eliciendo in dignitates; ex altera verò parte omnis coactio provenire debet ab aliquali præcepto; ergo coactio erit objectum præfati 78

ordinati appetitus ad licitè conſentiendum in dignitates; & conſequenter coactiones prædictæ objectivè concurrunt.

79 Cæterùm coactionem, quam requirit votum, effectivè procedere à præcepto, ipſius voti verba declarant; ubi dicitur, non conſenſurum ſe in electionem, niſi coactum obedientia, ſeù præcepto. Hoc eſt, niſi Superior præcipiat electo, quòd conſentiat; & ità in hac materia præfatum virtuale præceptum in utroque genere cauſæ concurrit objectivè, & effectivè.

80 Ad argumentum verò ſuprà factum *num.* 72. rotundè negatur major. Etenim ſtante ſemel, quod virtuale præceptum habet naturam ſufficienter cogendi ſubditum ad ſe conformandum Superioris voluntati, ut oſtendemus *reſol.* 12., 15., 16. Nil ulteriùs quærendum pro adæquata, & legitima Voti de non ambiendo adimpletione, de cujus voti ratione eſt, ſolùm prohibere conſenſum ex proprio motu in Eccleſiaſticas dignitates, & admittere conſenſum coactum, ſeu coactionem per præceptum, quam, & quod vovens liberè poſtulat, & vult, ut conſtat ex formula Voti, quod voluntariè emittitur: de quo fusè vide. *Reſ.* 18. *num.* 20. *A. & ſeq.* Si ergo hoc ſufficienter virtuale præceptum operatur, ut dicemus *reſ.* 12. *n.* 108. 161.: *reſ.* 15. *num.* 7. 49., *& alibi ſæpè*; non eſt deſiderandum aliud præceptum, quod obliget, & cogat ſub pœna mortalis peccati, dummodo non requiratur expreſsè ratione voti, conformiter ad ea, quæ dicemus in hoc Præambulo *num.* 107. *b.* Nam quod conſenſus fieri poſſit coactus etiam ex præcepto ſub pœna peccati mortalis non inficiamur. Sed utrum in hac materia expediat tale præceptum, latè dicemus *reſ. ult.* §. 1. *num.* 27., *& ſeq.*, aut quòd aliquo modo repugner, differemus *reſ.* 15. *num.* 8., *& ſeq.* præcipuè quando idem Summus Pontifex eſt, qui immediatè eligit, aut promovet Votum habentem ad prælaturas. Et de his *num.* 110.

Cæterùm quòd Votum non habentes eandem coactionem patiantur de virtuali præcepto non inficiamur, dummodò dignitatem non procuraverint. Sed habentes Votum obligantur ſub pœna Sacrilegii non conſentire niſi coacti, quod non verificatur de non habentibus Votum.

Undè nihil obſtat, quòd etiam ille, qui Votum non habet, dici poſſit æqualiter coactus à virtuali præcepto, ac ille, qui votum habet, ac proinde, quòd votum nihil addat majoris difficultatis ad conſentiendum in dignitates. Hæc inquam non obſtant, quia de ratione Voti non eſt immutare rerum ſpecies, ſupra quas cadit; cùm Votum debeat, & ſolùm poſſit verſari in omni virtutum materia. S. Doctor 2. 2. *qu.* 88. *art.* 2., & ſolùm Religionis circumſtantiam addit, & tranſgreſſioni ſacrilegii rationem adjungit; S. Thom. infra *num.* 120. Si enim pro licito conſenſu præſtando in Dignitates ſufficit coactio ex virtuali præcepto; votum de hoc licito conſenſu præſtando non immutat naturam, ſed ſolùm magis obligat ad obſervantiam ejuſdem, tanquàm lex ſingularis, ultrà illam communem, prohibentem ambitionem, & dictum conſenſum ex proprio motu, & coactum conſenſum approbantem ex ſolo virtuali præcepto; Et in hoc ſolummodò votum poteſt magis obligare, quàm communis lex: In 82
quantum ſub pœna ſacrilegii prohibet contrarium; quod conſenſus, nimirùm in Dignitates ex proprio motu procedat. Sicuti Votum Caſtitatis, v.g., quod ſub pœna ſacrilegii prohibet fornicationem, quæ aliàs

à communi præcepto ſub ſolo mortali damnatur.

83 Nec contrà inſtent dicendo, quòd ſi ad coactionem ſufficeret virtuale præceptum, quod conſiſtit in ipſa voluntate electiva Papæ, cum cenſeatur, quòd ſi Papa eligit, habet voluntatem, quòd electus conſentiat, quæ voluntas dicitur virtuale præceptum. Sed cùm hoc virtuale præceptum ſemper reperiatur annexum cum dicta electione, conſequens fit, quòd ſtatim ac aliquis eſſet electus, diceretur etiam coactus ad conſentiendum, adeoque hujuſmodi conditio de coactione non eſſet contingens, ſed neceſſaria, & per conſequens habenda pro non appoſita, & non faceret promiſſionem conditionatam, ſed remaneret abſoluta ex notiſſimis Juribus. *l. ſi pupillus 9. §. Qui ſub conditione ff. de novat.* ibi. *Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnino ex titura eſt*, purè videtur ſtipulari. Et *l. impoſſibilis 7. ff. de verborum oblig.* ibi *Si talis Conditio inſeratur ſtipulationi, ſi in Cælum non aſcendero, hæc utilis & præſens eſt.* In hac ſententia conveniunt Theologi omnes. S.Th. *in 4. diſt. 28. qu. unica art. 3. quæſtiunc. 3.* D. Bonaventura *in 4. diſt. 28. quæſt. 3. n. 13.* Durand. Paludan. Adrian. Victor. Sot. & alii ex Juris peritis. Hoſtien. *ſum. tit. de Conditionibus appoſ. n. 12.* & ſequaces.

84 Sed pro evertenda hujuſmodi difficultate duplex conſideratur conditio, vel neceſſaria ex parte rei, cui ſemper ineſt conditio ſine ulla dependentia à voluntate, ut ſi Sol luceat, conſentiam; & talis conditio ſemper habetur pro non appoſita, & promiſſio non eſt conditionata, ſed remanet abſoluta. Nam idem eſt dicere, promitto me conſenſurum ſi Sol luceat, ac dicere abſolutè me conſenſurum promitto.

85 Vel conditio non eſt neceſſaria, ſed contingens, ſeu voluntaria, & in hoc caſu promiſſio remanet verè conditionata, ut conſtat in noſtro Voto: Promitto non conſenſurum in mei electionem, niſi coactum obedientia, ſivè pręcepto Summi Pontificis. Nam licèt coactio proveniat à virtuali præcepto; virtuale tamen præceptum non eſt ipſa pura electio, ut prætendit argumentum, ſed eſt ipſa electio publicata, ſeu ipſa Intimatio, quam ex ſua libertate, & de ſuo ordine mandat fieri Pontifex electo. Intimatio verò contingenter, & ad libitum Papæ ſuccedit, eo prorſus modo ac provenit formale, & rigoroſum præceptum, unde evidens fit, quòd talis coactio non eſt conditio neceſſariò inhærens ipſi electioni, ſed illi ſuperveniens, & merè contingens.

Quòd autem ipſa pura electio 86
non poſſit eſſe virtuale præceptum, conſtat: Quia voluntas electiva Papæ non poteſt eſſe voluntas requirens conſenſum electi, quia voluntas electiva, ſeu electio eſt retractabilis, & mutabilis uſque dum ſuperveniat publicatio, & intimatio, ut dicemus *reſol. 15. num. 18., & ſeq.* Intimatio autem facta de ordine Papæ verè poteſt habere rationem virtualis præcepti, quia ſemel ac Papa reſolvit, quod electio intimetur electo, remanet determinatus, & vult, quòd electus ſit Epiſcopus; adeoque vult, qnòd conſentiat, & hoc eſt virtuale præceptum, per quod oritur, & ſuccedit coactio; Contingenter quidem, quia dicta Intimatio provenit non neceſſariò, ſed liberè à voluntate Papæ, & conſequenter relinquit Votum purè conditionatum.

Cæterùm de hac veritate, quòd 87
ad veram, & ſufficientem coactionem ſufficiat virtuale Superioris præceptum, & illud ſub pœna mortalis peccati raro ad uſum fuiſſe

introductum; infinita de ſanctis Viris adducuntur exempla, de quibus eximia celebrantur elogia, quòd fortiter coacti ſuſceperint Epiſcopatum, ſed raro legitur, aliquem per rigoroſum præceptum ſub pœna mortalis peccati fuiſſe pulſatum. Et quidem inter ſexcenta Virorum millia, licèt plures dicantur dignitates coactè per alia coactionis media ſuſcepiſſe; nihilominus vix in mundi memoriis enumerantur viginti, qui per rigoroſum præceptum fuerint adacti; de quibus Catalogum efformamus *Reſ.*25. Sed ut intueamur exempla de his, de quibus enunciatum fuit coactè dignitates recepiſſe, & tamen conſtat nullo fuiſſe adſtrictos rigoroſo præcepto; inter cæteros ſe offert

88 Sanctus Cornelius Papa, qui ut Epiſcopus fieret vim paſſus eſt, ut Epiſcopatum acciperet. *Cyprian. epiſt.*52. ſed non legitur coactus ſub mortali præcepto.

89 Ambroſius de ſe teſtatur *epiſt.* 25. ibi -- *Quàm reſiſtebam, ne ordinarer! Poſtremò eum cogerer, prævaluit impreſſio.* Sed non dicitur, cum cogerer ex mortali præcepto.

90 Divus Fulgentius Pontifex non rogatur, ſed cogitur in ſua vita *cap.*17., ſed non additur, à mortali præcepto.

91 Sanctus Cæſarius cogitur Epiſcopatus ſarcinam ſuſcipere. *Surius* 27. *Auguſti*; ſed non exprimitur, per præceptum ſub mortali.

92 Nec diſſimilis reſiſtentiæ Auguſtinus, Martinus, Gregorius, Bernardus, Epiphanius, Ammon, Syneſius, Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, & propemodum innumerabiles coacti dicuntur; ſed à dicto formali præcepto nullus.

93 Reſiſtebant. At non rigoroſo præcepto, ſed fidelium precibus, & clamoribus conſentire cogebantur.

Reſiſtebant. At non præfato præcepto, ſed potius divinitùs, mediis miraculis neceſſitati acquieſcebant.

Reſiſtebant, uſque ad ſe in ſepulchris vivos intumulandos, aut ſe in ſylvis abdendos, aut etiam ad ſua mutilanda membra, ſed non formali præcepto leguntur conſenſiſſe coacti, ſed aliis potiùs mediis devicti, licèt de mutilantibus ſibi membra, ut ad Epiſcopatum redderentur inepti, exempla, de Marco Evangeliſta ſibi pollicem decurtante, de Antonio Anacoreta ſuam auriculam abſcindente, de Ammonio Monacho propriam linguam dilaniante, fallacia potius, quàm ſincera cenſeantur, ut benè notat *Suar. to.*4. *de Relig. lib.*6. *c.*8. *n.*10. *& ſeq.*

Sed quod notatu dignum, & admirandum conſideratur, eſt, quòd, de quibus in Breviario legitur Epiſcopatum finaliter recuſaſſe, non de Epiſcopatu in re collato, ſed de oblato tantùm hoc feciſſe narratur, ut de Sancto Raymundo 23. Januarii, ibi -- *Archiepiſcopatum Tarraconenſem ab ipſo Pontifice ſibi oblatum conſtantiſſimè recuſavit.* Et de Sancto Thoma Aquinate 7. Martii, ibi -- *Adduci non potuit, ut honores acciperet, Archiepiſcopatum Neapolitanum etiam deferente Clemente IV. Pontifice recuſavit.* De Sancto Philippo Nerio die 26. Maji, ibi -- *Humilitati addictus ab honoribus ſemper abhorruit, atque Eccleſiaſticas Dignitates etiam primarias, non ſemèl ultrò delatas, conſtantiſſimè recuſavit.* De Sancto Bernardo die 20. Auguſti, ibi. *Genuenſem, & Mediolanenſem, alioſque Epiſcopatus oblatos recuſavit.* De Sancto Philippo Benitio die 23. ejuſdem menſis ad miraculi famam, ibi -- *Nonnulli ex Cardinalibus, qui Viterbium, Clemente IV. vita functo, pro ſucceſſore deligendo convenerant; in Philippum .....* Inten- 94

derunt. *Quo comperto, Vir Dei ne forte paſtoralis regiminis onus ſubire cogeretur, apud Tuniatum Montem tandiù delituit, donec Gregorius X. Pontifex Maximus fuerit renũciatus.*

95 Conſpirant, & faciunt Textus infrà allegandi *reſolut.* 25. §. 2. quòd Invitatus recuſet, ſed Electus acceptet, ad celebre factum de Sancto Andrea Corſino 4. Februarii, qui per viam electionis Epiſcopatui non in ſpe, ſed in re collato reſtitit aliquantulùm, ſed acceptavit, ibi -- *Feſulana Eccleſia viduata Paſtore eum ſibi Epiſcopum elegit..... diù latuit..... ne divinæ contradiceret voluntati, Epiſcopatum ſuſcepit.* Ubi obſervandum, quòd non præceptum ſub pœna mortalis peccati, ſed divina inſpiratio coegit.

96 An tandem Summus Pontifex contra reſiſtentes ſacras acceptare Dignitates rigoroſis præceptis ſub pœna peccati mortalis debeat impetere, crederem, quòd non, & loquor univerſaliter, tam de habentibus votum, quàm non habentibus, cum æqualis in hoc ſit utrorumque conditio, ut modò infrà dicemus.

97 Dico non expedire, quòd Summus Pontifex rigoroſè præcipiat, ſine aliqua urgentiſſima cauſa, ut dicemus infra *reſ.*25. licèt hoc intelligendum de his, qui ex ſuo voto non poſtulant rigoroſum preceptum, ut dicemus *reſ.*18. *num.* 20. *A.* non expedire inquam ex potiſſima ratione; quia non expedit cum tanto rigore operariorum in Vinea Domini quaſi extorquere, aut captare conſenſum per coactionem ipſis involuntariam. Cum Chriſtus illos, qui otioſi manebant in via, non rigoribus, ſed juſtæ mercedis oblatione ad Eccleſiæ neceſſarios traxit, & illexit labores. Matth. quod oraculum in hac materia non eſt parviſaciendum.

98 Et ſolis rationibus Auguſtinus id ipſum fecit cum quibuſdam Monachis, qui electi ad Dignitates reſpuebant omninò, ſuadens illis, quòd non appeterent, nec reſpuerent, ſed miti corde obtemperarent; ingratitudinis notam illis inurens: quia ſi quilibet Eccleſiæ laboribus ſe ſubmittere detrectaret, nullus inveniretur, per quem propagari poſſet Eccleſia. *Cap. vos autem* 16. *quæſt.*1. ibi -- *Sed miti corde obtemperetis Deo, portantes eum, qui vos regit. Nec veſtrum otium neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis: Cui parturienti ſi nulli miniſtrare vellent, quomodò naſceremini, non inveniretis.*

Et Princeps Apoſtolorum Petrus Clementem reſpuentem in tanta naſcentis Eccleſiæ neceſſitate, haud illum fuit aggreſſus, rigoroſo ſub pœna peccati mortalis percutiendo præcepto, ſed ſolis rationibus conatus fuit illi ſuadere, ut Epiſcopatum acceptaret, illius culpæ gravitatem exaggerans, ex quo ejus reſiſtentiam ſuperavit. Clemens primus Apoſtol.1. de Petro ſibi dicente, refert ibi -- *Si periculum peccati timens, ſuſcipere refugis Eccleſiæ gubernacula; certus eſto, quòd ampliùs peccas, qui Populum Dei, velut in fluctibus poſitum, & periclitando, cum juvare poſſis, ſubterfugis, tui tantummodò habens conſiderationem, & non quòd in commune omnibus expendit, providens.* Sed de hac materia fuſiùs *reſ.*25. §.1. *per totum.* 99

Cæterùm perſuaſum habemus, 100 quòd exempla juvant, ſed non vincunt. Illis reverentia exhibetur, ſed concludens probatio non innititur; exempla reſpicimus, ſed Jura ſequimur.

Exempla non dubitamus eſſe 101 id, ad cujus imitationem fit aliquid ex intentione Agentis. S. Tho. *de verit. quæſt.*8. *art.*9., & indicare ſaltèm quæ nobis ſequenda, aut vitanda veniunt. Feſtus *lib.*5. & ad

factum,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

factum, quo erudiamur pertinere
Cic. *prò Muren.* ibi - *Ad imitandum
verò tàm mihi propoſitum exemplar
illud eſt, quàm tibi*, quod & Bart,
Textus *in l. Sempronius ff. de leg.*, &
ſunt quædam argumenti ſpecies,
quandò ex ſimili facto aliquid pro-
batur *l. non poſſunt ff. de leg.* licèt
privatorum Judiciorum exempla
prohibita ſint *l. nemo Judex Cod. de
ſentent. & interlocut. omn. Jud.*
Quià, non exemplis, inquit Juſtinia-
nus, ſed legibus judicandum eſt.
*l. ſed licet ff. de offic. Præſid. & l.
nemo Cod. de ſentent. & interlocut.
& cap. 1. de Poſtul. Prælat.*, ſed hoc
reſtringit Bartol. Soccinus in tracta-
tu fallentiarum tribus limitationi-
bus, quas in fonte Lectoribus per-
luſtrandas relinquo, breviter di-
cendo, Textum illum præcipuè pro-
cedere, quandò exempla mala ſunt
Tom. de Tomaſett. *in flor. leg. reg.*
110. aut quandò legibus conſtat,
quod veritas eſt contrà exemplum.
Menoch. *conſ. 996. num. 27. vol. 10.*
Aut quandò res in contrarium eſt
certa, non verò in caſu dubio. Cę-
poll. *conſ. 18. ſtatutum col. 3.* Tunc
enim exempla declarant regulam,
& dubium aperiunt *l. Prætor.* Aliàs
Julianus §. *quoties ff. de collat. bon.*
ibi .. *Quod dico exemplis, ut ma-
nifeſtum fiat.* Bald. *conſ. 358. nul-
la mulier, num. 4. verſ. ſed quis eſt,
lib. 1.*, ubi quod exempla, quaſi di-
giti rem oſtendunt, & tactui quo-
dammodò ſubiiciunt, Card. Tuſc.
*tom. 3. litt. E. concluſ. 545. per to-
tam.*

102 Quomodocunque tamen exem-
pla procedant, nunquam arctant re-
gulam, aut generalem reſtringunt
diſpoſitionem *l. damni ſtipulatio ff.
de damni infect. l. penult. §. ult. Cod.
de Jur. & Facti ignor.* Nec exclu-
dunt ſimilia §. *hactenus Inſtit. de
Gradib.* Cravett. *conſ. 544. num. 15.*
declarant enim diſpoſitionem de ſi-
milibus ſolùm eſſe intelligendam
*l. 1. §. quod vulgo ff. de vi, & vi
armat.* & notat Bartol. in *l. Jure
§. oportet il 2. num. 7. ff. de excuſat.
Tutor.*

Nec dubium, quin Sancto- 103
rum exempla prò quæſtionum reſo-
lutionibus tanquam certa oracula
ſuccedant, & recipienda ſint, quan-
dò aliàs facta diligenti indagine, &
recurſu ad Sacras Scripturas vete-
ris, & novi Teſtamenti ad Apo-
ſtolorum geſta, ad Græcorum mo-
numenta, ac Conciliorum, & Pon-
tificum decreta, Sanctorum Patrum
dicta, atque Seniorum authoritates,
nihil prò dubii reſolutione deciſum
reperiatur; ut ad verbum definit
cap. de quibus 20. diſt. & tantò tu
tiùs exemplis inhærendum, quan-
tò magis ſanæ rationi illa confor-
mari inſpiciuntur; & ea digniora
cenſentur, quæ majori pietate abun-
dant; ad Text. in *cap. ſana*: ibi -- *ſa-
na quippè ratio etiàm exemplis an-
teponenda eſt*, cui quidem & exem-
pla concordant, *ſed illa, quæ tantò
digniora ſunt imitatione, quantò ex-
cellentiora pietate.*

Ex Juribus cumulatis conclu-
ſum recipimus, exempla apta ad
hortandum in facto exiſtere, ſi le-
gibus non adverſentut, & eò aptio-
ra, quò majori innituntur pietati.
Cœterùm non exemplis, ſed legi-
bus rem eſſe regulandam; nec ipſa
exempla generalem diſpoſitionem
reſtringere, & tunc in locum legis
exempla ſubrogari, quandò ex nul-
lo Capite legem inſpicimus in mun-
dum prodiiſſe, aut à nullo Superio-
re ęmanaſſe.

In noſtro caſu, lege divina, 104
naturali, & humana, Ambitionis
vitium prohiberi Doctores omnes,
& Jura convincunt, naturam ejus
definiendo, eſſe inordinatum appe-
titum honoris. S. Tho. 2. 2. *qu.* 131.
art. 1. de quo latè *reſol.* 1. & 2.

Itaque tota Ambitionis pravitas conſiſtit in defectu commenſurationis, aut carentia habilitatis ſubjecti ad officium, quod intenditur.

105 Rationes, quas adducunt Authores ad ambitionem arcendam, & eruditiſſimè deſcribit, & cumulat Suarez *loc. cit. tom.* 4. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 8. & nos *reſol.* 2. *adducemus*; inconvenientia potiùs, quàm eſſentiam ambitionis repræſentant. Nàm in quo conſiſtat illa inhabilitas ſubjecti reſpectivè ad Eccleſiaſticas dignitates procurandas, & ex proprio motu acceptandas, præcipuè Epiſcopatum, minimè tangunt; & exempla ex Juribus allegatis, legem non faciunt, ſed ſupponunt, adeoque labor noſter conſumandus erit in aſſignanda ratione, in qua ſita reperiatur ſubjecti inhabilitas, aut inidoneitas ad præfatas dignitates, quod faciemus *reſol.* 10.

106 Nec pericula, quæ inveniuntur in Epiſcopatu propter divitias, prælationem, & honorem, reddunt illum à nobis arcendum, quia dantur virtutes ad illa ſuperanda, nec à viris cordatis videntur attendenda, quia, cum non ſint proxima, ſed remota, non videntur officere, & vix in hac vita res quantumvis licitas, & honeſtas faciendas aggredimur, quæ in diverſa ſalutis diſcrimina non offendant. S. Thomas hac de re mirificè ſcribens 2. 2. *qu.* 88 *art.*4. *ad* 2. ibi -- *Alioquin oporteret ab omnibus bonis ceſſare, quia etiam per accidens ex aliquo eventu poſſunt eſſe periculoſa* ſecutus oraculum Eccleſ. 11. *qui obſervat ventum, non ſeminat, & qui conſiderat nubes, nunquam metet.*

107 Tandem non eſſe adhibenda rigoroſa ſub pœna peccati mortalis præcepta videtur convinci, nè conſenſus, qui aliàs utilis eſſet ad ſacros ſuſcipiendos labores, cum tali rigore quaſi extortus, & de ſua natura mutatus, aut inutilis, aut perniciosus evadat, prò quo facit Textus, quod ſervitia coacta Deo non placent. *cap. Jàm verò* 23. *quæſt.*6. *Gloſs. verb. huc uſque* ibi -- *Quia Deus coacta ſervitia aſpernatur*, & Auguſtinus ibi -- *Nemo niſi inutiliter ad bonum cogitur ſolo timore.*

Et multò magis inutiliter, quandò reſiſtentia provenit ex contraria habitudine, genio, ingenio, & inclinatione ad officium, & dignitatem, ad quam quis promovetur. 107 a
Quatenus tali dignitate gravatus, ejuſdemque acceſſoriis, à puerili ætate in ſolitudine educatus, non poſſe ſic incedere lamentatur. Et parum juvat, quod Invitus cogatur ad bonum, ſi tale bonum ſuæ inclinationi contrarium ſemper invitus toleraret; ut de ſe S. Petrus Damianus teſtatur. *Reſol.* 25. §.1. & nunquam voluntarius illud acceptaret; quia tunc ſine ulla utilitate conſtringeretur ad illud ſuſcipiendum. Auguſtinus ibi -- *Si bonum, ad quod mali coguntur, ſemper inviti tolerarent, & nunquam voluntarii ſervirent, inutilitèr cogerentur ad illud*; Et cum hujuſmodi coactio ſit cauſa, ut in contrarium inclinatus, dignitatem, & officium ſuſcipiat, defectus non tàm ipſi, quàm cogenti venirent imputandi, de quo fuſiùs *reſol. ult.* §. *primo, & reſol.* 15. *num.* 20. *reſ.*19. *num.* 2.

Sed quià votum de non ambiendo Patrum Societatis videtur, ſecundùm multorum ſenſum, expoſcere pro, dignitatibus recipiendis ſub pœna peccati mortalis præceptum; ideò non erit inutile ſingulariter illud examinare; & quod ſi hanc obligationem importet, ex quo illi proveniat,

EXAMINATUR

Specialiter Votum de non ambiendo Patrum Societatis. Et unde proveniat, quòd ad conſentiendum requirat rigoroſum præceptum.

SUMMARIUM.

107 b *Quod eſt odioſum, damnum affert.*
Paria ſunt, aliquod non fieri, & inutiliter fieri. ibid.
107 c *Non probroſus.*
Aptus ad onera ferenda. ibid.
Verè dignus. ibid.
Quid ſit dignitas. ibid.
Quandò liceat obligare præcepto rigoroſo ad dignitatem accipiendam. ibid.
107 d *Jeſuitæ emittunt duo vota.*
107 f *Quid ſit remedium.*
107 l *Vim vi repellere eſt permiſſum.*
Convicium convicio detruditur. ibid.
Quid ſit compenſatio. ibid.
107 m *Par in parem non habet imperium.*
Ultima voluntas pro lege ſervatur. ibid.
Voluntas eſt deambulatoria. ibid.
Ultima voluntas antecedentes infirmat. ibid.
107 n *Sufficit ſub veniali præceptum ad cogendum in dignitates.*
Votum benignè interpretandum. ibid.

107 SED ad hujuſmodi rem clarè demonſtrandam, lector attentè adverte, homines promovendos ad dignitates, illaſque recuſantes, in duplici genere poſſe contingere. Etenim dari poteſt, aliquem nolle recipere officium, dignitatem; vel primò ex aliqua ſpeciali, aut quaſi naturali averſione, quam habet ad talem ſtatum, & officium gerendum, ut dicemus *reſ. 25. num.* 45. Vel ſecundò quia cum ut ad cœleſtia elevatus, ſpiritualibus exercitiis, ſolitudini, & contemplationibus aſſuetus, operibus miſericordiæ addictus, vel exercitio magiſterii docendo alios, aut prædicationis evangelicæ fideles ad viam ſalutis vocando, aut Sacramenta miniſtrando, aut obligatum ſe videat ex ſpeciali Inſtituto, & Voto in Miſſionibus ſe occupandi; & ſcrupuloſus timeat, huic Voto impedimentum apponere; & etiam ex proprio motu, & carnali, ſeu temporali affectu in dignitates conſentire, ita Votum emittit dignitates ſine Pontificis præcepto non acceptandi.

Si promovendi ſint homines
primi generis, judico, non expe- 107 b
dire, illos præcepto cogere, ut dignitates, quaſi ſibi graves, & odioſas accipiant. Odioſas dico, quia potius damnum afferunt; ad Textum in *l. interpretatione, ff. de pœnis*. Et quia inutiliter geruntur ac ſi non eſſent. Profectò paria ſunt, aliquid non fieri, & inutiliter fieri; *l. penult. in princip. ff. de ſuis & legitimis Hæredibus. Infortiat. l. quoties, ubi gloſſ. & Doctores. ff. qui ſatis dare cogantur. §. ſciendum. Inſtit. de ſatis dat. tutor.*

Si vero ſint perſonæ ſecundi
generis, ita ut promovendus exiſti- 107 c
metur digniſſimus homo, & ſperetur ſingularis profectus; & neceſſarius, & valde utilis judicetur Com-

muni bono, & redundet in Reipublicæ ſingularem honorem, quòd tales ſint etiam aliqualiter inviti ad ſupremas dignitates evecti; utporè maxime idonei, integræ æſtimationis, minimèque probroſi. *ad tex. in l. final. ff. de tab. exhiben. & admodum apti onera quæcunque ferenda. l.45. ff. ad leg. Aquil. & verè digni; prout in §. Diſponat. in auth. de nuptiis, hoc eſt ſecundum leges.* Dignitas enim eſt honor alicui impenſus propter ſingularia merita beneficio Principis, aut legis. Bart. *l.1. de digni. lib.12. C. ubi latè.* Non dubito, expedire ad tollendos præſertim eorum ſcrupulos, & imaginationes ſedandas præcepto etiam rigoroſo obligare, ut dignitates accipiant. Tunc enim longe aberit malus finis, ſed optimus expectabitur. Unde non malus, ſed bonus exitus attribuetur cogenti.

Et in rei veritate de Patrum
107 d Societatis Voto rem altius attingendo, & profundius penetrando, meus conatus non alio tendit, quam firmiter ſtabilire, non debere illos ad dignitates aſcendere, illiſque conſenſum præbere, niſi coactos, & percuſſos rigoroſo, & ſub mortali Papæ præcepto; etiam ſi pro voto de non conſentiendo in dignitates ſolitarie ſumpto, ad coactionem inferendam, ſufficere poſſit præceptum ſub veniali culpa, ut plures ejuſdem Societatis Doctores tuentur; & pro hac declaranda veritate rerum eſſentias, & naturas rimando ex terminis apparet, quod eorum votum de non conſentiendo in dignitates propter concomitantiam voti de Miſſionibus duo præcepta requirit; unum ratione ſui, ſub veniali obligans, aliud obligans ſub mortali ratione voti, quod con-
107 d currit de Miſſionibus faciendis.

Et quidem Patres Societatis duo vota inter alia emittunt, unum de miſſionibus aſſumendis, alterum de dignitatibus non acceptandis. *Niſi coacti præcepto ejus, qui de jure præcipere poteſt ſub pœna peccati.*

Formulam de Miſſionum Voto refert Sanchez *præcep.decal.lib.6. cap.18.n.1. ſeq. ibi. Inſuper promitto ſpecialem obedientiam Summo Pontifici circa Miſſiones, prout in litteris apoſtolicis, & conſtitutionibus continetur.* Et hoc votum oſtendit Sanchez ibidem per ſuam extenſionem eſſe ſingulare in Societate, comparativè ad quoſcumque alios Fideles & Religioſos. Quapropter pro obſervatione ejuſdem, neceſſe eſt, ut Patres Societatis ſemper ſint prompti, parati, & ultimò diſpoſiti, ut juſſi Miſſiones in quaſcumque remotiſſimas infidelium partes aggrediantur; & hoc ſub mortalis peccati pœna, ſicuti & ad removenda quæcumque obſtacula & impedimenta, quæ occurrere poſſent, impeditiva earumdem: ita ut neque petito viatico, nullaque ſuffragante, & interpoſita excuſatione diſcedere, & ad Miſſiones properare teneantur, ut tale Miſſionum opus nec ad minimum retardetur.

Unde in ordine ad dignitates 107 e
recipiendas in præfatis Patribus duo inſurgunt impedimenta. Primum eſt votum de non conſentiendo in dignitates, niſi coacti præcepto &c. Sed hoc impedimentum abraditur, & ſuperatur, quotieſcumque Pontifex præceptum ſub veniali imponat, quod ſolùm obligare ſub veniali docent, ut dixi, plures ex iiſdem Patribus, & dicemus.

Secundum impedimentum in 107 h
ordine etiam ad dignitates comparandas, eſt votum de Miſſionibus aſſequendis, Præcipuum enim Miſſionum obſtaculum eſt dignitatum acceptatio, de quarum ratione eſt occupare viros promotos in quam-

plurimis ſui officii operationibus, & præcipuè ſi ſit Epiſcopalis dignitas; quæ divino jure reſidentiam importat, & conſequenter remota loca peragrare interdicit. Unde dignitates non relinquunt arbitrium aliò ſe divertendi, ne regimen, & publica utilitas aliquod patiatur incommodum, & detrimentum. Quæ ratio cum naturaliter appareat; convincitur, tam Miſſiones pro dignitatibus acceptandis, quàm dignitates pro Miſſionibus aſſumendis irrefragabile inferre impedimentum.

107 f Ad removendum autem hujuſmodi impedimentum, quod ſub mortali votum de Miſſionibus inducit ad dignitates recipiendas, neceſſe eſt, quod manus extendamus ad aliud remedium, quod ſub mortali obliget, & conſtringat ad aſcendendum in dignitates: Remedium dico, non relativè ad morbos, ſed ad res, quas cum cura, & opera noſtra aſſequimur. Cajus *l.1. de jure jur.* quod aliud eſſe non poterit, præter diſpenſationem, quàm formale, & rigoroſum ſub mortali præceptum, quo votum de Miſſionibus habens dignitates recipere compellatur. Quoniam hoc ſub mortali præceptum optimè ceſſare faciet obligationem ſub mortali de Miſſionibus faciendis.

107 g Igitur duplex Papæ præceptum videtur debere concurrere in Patribus Societatis ad dignitates licitè recipiendas. Unum pro coactione ad conſentiendum in illas ad formam ſupradicti Voti de non ambiendo, quod poterit ſufficere, ſi ſit tantùm ſub veniali obligans. Alterũ ſub mortali ad removendam,& vincendam illam contrarietatem, quam habet votum de Miſſionibus in ordine ad dignitates.

107 h Et ratio eſt. Quia quando duo concurrunt, quorum unum eſt impeditivum alterius; tunc apparet, quòd quanta eſt obligatio ſervandi unum, tanta debet eſſe obligatio repellendi aliud, quod eſt impeditivum illius; ſed obligatio ſervandi votum de Miſſionibus, & repellendi earum impedimenta, eſt ſub mortali. Ergo etiam obligatio non acceptandi dignitates, utpotè Miſſionum impeditivas, debet eſſe ſub mortali. Argumentum æquis paſſibus ambulat.

Deinde ſic proceditur. Una obligatio per aliam non ceſſat, niſi utraque iiſdem viribus polleat. Ergo obligatio ſub mortali per votum de Miſſionibus faciendis, & conſequenter de dignitatibus non acceptandis, prout ſunt Miſſionum impeditivæ, non tollitur, nec ceſſare poterit, niſi inducatur alia contraria obligatio ſub mortali recipiendi dictas dignitates; & conſequenter de Miſſionibus retardandis. Sed hujuſmodi contraria obligatio ſub mortali induci non poteſt, niſi per aliquod rigoroſum Papæ præceptum, obligans ſub mortali ad dignitates acceptandas. Ergo votum de non recipiendo dignitates, niſi Papa præcipiat, attentâ concomitantiâ de Miſſionum voto, debet importare Præceptum rigoroſum, & obligans ſub mortali. 107 i

Hoc argumentum videtur convincens. Proinde non mirum, ſi Patres Societatis docti, & timoratæ conſcientiæ, promoti ad Cardinalatum, nunquam voluerint conſentire, donec Pontifex ad elidendas eorum, quas habebant, contrarias ſub mortali obligationes de Miſſionibus faciendis rigoroſè præciperet, quod dicti Patres facere tenebantur, etiamſi eſſent in ſententia, quod ad licitè conſentiendum in dignitates, ſufficeret ſub veniali præceptum. Sicuti fecerunt multi relati *Reſ.25.* 107 k

Quòd autem ad elidendam 107 l

obli-

obligationem, quæ ſub mortali cogit, requiratur, quòd alia etiam ſub mortali compellens ſuperveniat, omnis ratio ſuadet, conformiter ad jura, & receptum proloquium, quòd vim vi repellere eſt permiſſum. Salamonius *in l.7. de juſ.& jur.& Convicium convicio detruditur. l.quæ omnia ff.de procurat.* atque honor honore, beneficium beneficio compenſatur. Quia compenſatio eſt debiti ad debitum hinc inde comparatio. *l.1. de Compenſ. Zaſ. in §. In bonæ fidei. Inſtit. de acti.* Sic præceptum præcepto reprimitur, adeoque præceptum rigoroſum de Miſſionibus faciendis, & dignitatibus tanquam illarum impeditivis detrectandis, ſolo præcepto rigoroſo ad officia honorifica recipienda ſuperatur.

Et licèt par in parem non ha-
107 m beat imperium. *l. nam & Magiſtratus. ff. de recep. arbitr. l. ille à quo §. Tempeſtivum. ff. ad trebell. cap. inferior. cap. denique 21. diſt.* Attamen poſterius præceptum anterius infringit, quia ultima voluntas pro lege ſervanda eſt. *Extrav. deteſtandæ feritatis. De ſepulturis cap.2. & gloſ. ibi. Ultimæ voluntates pro lege ſervantur. Auth. de nuptiis §.Diſponat. coll.4. & cap.* tua nobis. *de teſtamentis, & ibi gloſ.* Quoniam eſtò in hac vita ſemper mutabilis, & uſque ad mortem deambulatoria huc illucque voluntas diffluat. *l.4. ff. de adimend. legatis l.cum hic ſtatus. §. Ait oratio. ff.de donat. inter virum & uxor.* Nihilominus ultima voluntas prævalet, & antecedentes infirmat, atque immutabilis perſeverat. *Cap. cùm Marthæ. §. Caterum. de celebration. Miſſar.*

Quòd autem ad cogendum in
107 n dignitates quando Votum de non ambiendo de ſe ſolitariè, & ſine conſortio alterius Voti concurrit, ſufficiat præceptum ſub veniali culpa, fortiter pronunciant plures ex Patribus Societatis. Primo Pellizarius *Manual. Regular. tract.4. de Votis cap.5. ſubſection.4. num.255. ibi. Addo quod dicitur in hoc Voto ſub pœna peccati, intelligendum eſſe tam de peccato veniali, quàm de mortali, ac proinde ſi Papa Profeſſo Societatis injungeret præceptum acceptandi aliquam dignitatem extra Religionem, ſolùm ſub peccato veniali (quod utique poteſt facere ob dicta in tract. de Votis cap.4. ſec.2. q.4. §.Econtra) Profeſſum poſſe, & teneri oblatam dignitatem acceptare. Cùm Votum loquatur de peccato indefinitè: Et peccatum indefinitè ſumptum extendatur tam ad mortale, quàm ad veniale, ut patet.*

Et infra num.260. *ibi. Quæres 11. An requiratur præceptum formale ad hoc, ut Profeſſus Societatis licitè poſſit acceptare dignitates extra Religionem. Reſpondeo, videri probabile, non requiri; & probatur. Tum quia propterea Votum ſtrictè explicandum eſt quantum fieri poteſt, ſalva verborum proprietate. ac communi intelligentia, ut ſic quam maximè caveatur periculum peccandi, id autem fit interpretando votum ſtrictè, ita ut obliget minùs quàm fieri poſſit, quod inter alios bene advertit Bonac. diſp.4. de legibus q.2. p.6. num.20. aliis citatis. Cum ergo in propoſito Caſu non poſſit Religioſus acceptare prælationem, aut officium extra Religionem, niſi interveniente præcepto Papæ, & tale præceptum poſſit eſſe vel ordinarium, vel proprium, ac rigoroſum, dicendum eſt ad hoc ſufficere præceptum ordinarium, cùm ſic tantò facilius evitetur violatio Voti in acceptanda dignitate oblata,* & Votum eſſe ſemper benignè interpretandũ, communis ſententia tenet, ut quoad fieri poſſit minùs obliget. *cap. ex parte de cenſibus, & Docto-*

res omneſ. Azor. Suarez, Sanch. Layman. Caſtropalao tract.15 punct.12. diſp.4. n.3. & obligare ſolùm juxta intentionem voventis ibid. & dicemus R.9.n.26.& R.23.n.51.

107 o Secundò Videtur idem ſentire Sanchez *Præcep. decal. lib.4. cap.18.* pluribus in locis, in quibus explicans coactionem faciendam eſſe per præceptum, non addit ſub pœna peccati mortalis: ſed præceptum dumtaxat genericè ſumptum nominat, ita *lib.6. cap.18. n.29. ibi. Non conſentire electioni, niſi præceptum legitimi Superioris cogat, & ibidem num.33. ibi. Tertia Concluſio. Votum, vel juramentum non acceptandi Epiſcopatus .... niſi præcepto aliquo conſtringatur... eſt licitum, ac proinde obligat ſub mortali ad non acceptandum ſecluſo illo præcepti Caſu*, & ita alibi ſæpe. Unde Sanchez præceptum ſub pœna peccati mortalis nec explicat, nec determinat, imò potiùs ex ſuo modo dicendi ad venialem culpam propendet, in quo plures Societatis Authores legimus convenire.

107 p Ex quibus ſubtiliter intelligamus oportet, ut modò dixit Sanchez, quod ſi Titius dictum Votum habens conſentiat in ſui electionem ſine ullo præcepto, & ſub veniali obligante ſive expreſſo ſive tacito, mortale ſacrilegium committit. Si autem percuſſus dicto præcepto ſub veniali vel expreſſo, vel tacito non conſentit, ſolùm venialiter peccat.

107 q Juxta illos autem, qui requirunt, quòd præceptum licèt obligans ſub veniali non debeat eſſe tacitum ſed expreſſum, hoc parum refert. Nam tunc præceptum expreſſum, & tacitum cum eamdem ſub veniali obligationem importent, eamdem coactionem inferre cenſenda ſunt.

107 r Dices, Votum de Miſſionibus non eſt niſi Votum obediendi Pontifici circa Miſſiones præcipiendas. Sicuti Votum non conſentiendi in dignitates niſi Pontifex præcipiat, eſt Votum obediendi Pontifici in ordine ad dignitates. Unde rationabile eſt, quòd ſi Pontifex præcipiat Miſſiones, non præcipiat acceptare dignitates, & è contra. Ergo falſum eſt, quòd ad recipiendum in hoc caſu licitè dignitates requiratur, & pro Patribus Societatis rigoroſum præceptum; ſed ſufficit ſub veniali. Quia Papa poteſt præcipere conſenſum in dignitates, & Miſſiones non præcipere.

Reſpondetur, quòd votum de Miſſionibus faciendis, non eſt ſolùm de Miſſionibus faciendis hìc, & nunc in actu ſecundo; ſed etiam de Miſſionibus in actu primo, quoad præparationem animi, & voluntatem non ponendi, ſed repellendi præventivè omnia impedimenta ad illas quantum fieri poteſt. Unde Votum de Miſſionibus obligat ſub mortali Voventem, ut ſemper ſit paratus ad omne Pontificis etiam inexpectatum præceptum Miſſiones aſſequendi, ut dictum eſt ſupra *num. 107. f*: Cùm autem dignitates, & officia ſint Miſſionum de futuro impeditiva, ita requiritur rigoroſum præceptum, ut illa ſub mortali de Miſſionibus obligatio tollatur, & ceſſet.

Dices, Dominus Turnon Miſſiones facit, & Cardinalatum ſuſcepit, ergo Miſſiones, & Cardinalatus non pugnant. 107 ſ

Reſpondetur, dictum Dominum Turnon non eſſe dictis Votis obſtrictum, & ſi obſtrictus eſſet, & dignitatem per Papam collatam recepiſſet; cenſendum eſt Papam vel diſpenſaſſe, vel præcepiſſe.

Cæterùm ſi daretur aliqua dignitas compatibilis cum Miſſionum Voto, & earumdem exercitio, illarumque non impeditiva, tunc ad digni-

gni-

gnitates recipiendas ſub veniali dumtaxat præceptum ſufficeret.

107 t Tandem ex ſententia ſuadente ad cogendum in conſenſum pro dignitatibus recipiendis, ſufficere ſub culpa veniali præceptum, mirabiliter eliduntur omnium difficultatum ſcopuli, atque omnia detruduntur abſurda, quæ ex præcepto mortaliter obligante ſubinſerunrur. Profectò dicere, ut pluries obſervavimus, voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus per rigoroſum Pontificis præceptum, eſt idem ac dicere. Voveo, quòd numquam in mei electionem Summo Pontifici obedientiam præſtabo; neque ejus ſimplici voluntati, neque ad ejus nutus, aut virtuali præcepto, aut per promptam obedientiam obtemperabo. Quæ in horrida, & intolerabilia declinant abſurda, ut dicemus *Reſ.15.num.172.ſeq.* Quoniam, quòd quis recuſet obedire ſimplici Pontificis voluntati, tranſeat, ſed quod de hoc votum faciat, non videtur excuſandus. Sicuti, quòd quis non jejunet, non eſt reprehendendus, ſed ſi votum faceret de non jejunando, niſi Superior rigoroſè præcipiat, non parum eſſet obiurgandus. Nihil ſuffragante diſtinctione illa de proſperis, & adverſis, quam affert Sotus *lib.7. de juſt.q.2. a.4.* Quia Textus *cap.ſciendum 8. q.1.* loquitur de præcepto non expreſsè rigoroſo, ſed genericè ſumpto, ut obſervavit ſupra Pellizarius *num.107.* & nos dicemus *Reſ. 12. num.96. 128.ſeq.* quod commodè trahi poteſt ad præceptum virtuale, & ſub veniali. Secundo, quia Epiſcopatus, prout à Chriſto inſtitutus, eſt potiùs inter adverſa, quàm proſpera recenſendus, ut dicemus *Reſ.9. num.3. & ſeq. & Reſ.16.per totum.* Tertio, quia quòd Pontifex ſive ſimpliciter explicet ſuam voluntatem, ſive rigoroſè præcipiat, ſemper recta mens ejus præſumitur, & commendatur, ut dicemus *Reſ.15.num. 69.74. 110.ſeq.* Et rigoroſum præceptum non facit, quòd res difficiles, & periculoſæ reddantur faciles, & tutæ. Et ſimplex Pontificis voluntas non reddit illas difficiliores, & periculoſiores. Unde rigoroſum præceptum nec ex parte Pontificis præcipientis prodeſt, nec ex parte ſubditi, cujus eſt obedire, & Gregorius *d. cap. ſciendum 8. qu.1.* dicens iſti: 107 u *ut proſperis ex ſola juſſione, adverſis autem ex devotione militemus*, ponit præceptum non ſpecificè rigoroſum, ſed genericè ſumptum, quod bene intelligi poteſt de ſolo virtuali, vel de venialiter ſolummodò obligante, & ad ſolum finem excludendi conſenſum in dignitates ex proprio motu, & affectu, ut dicemus *Reſ.16. num. 30. 40.* pro quo ſufficit præceptum virtuale, & quæcumque ſimplex Pontificis voluntas.

Sed admiſſo, quòd bonum ſit 107 x acceptare dignitates ex rigoroſo præcepto; non proinde licitum videtur Votum excluſivum de obediendo ſimplici Pontificis voluntati. Qui ſi oſtendat ſibi gratum fore, quod Titius dignitatem acceptet, & Titius acceptare detrectet, quia invenit ſe obligatum expectare rigoroſum præceptum, aliàs mortaliter peccare; res eſt ſpinoſa intellectu, ut dicemus *Reſ.15. num. 86.* & Sanchez *Præcep.Decal. lib.6. cap.2. nu. 3.* poſtquam multum commendat promptam obedientiam ex Patribus, & perfectiorem, atque perfectiſsimam recognoſcit, dicit, ibi: *Nolle opus injunctum præſtare niſi præceptum Superioris accedat, meritum obedientiæ potiùs minueret.*

Ex quibus nitidè apparet, non 107 y poſſe in mentem hominum cadere, quòd Papa oſtendat ſuam voluntatem, vel approbet, vel eligat aliquem

quem

quem ad dignitatem, & quòd huiuſmodi ſimplex Papæ voluntas, ſit minùs recta, magiſque errori obnoxia, quàm ſi infligeret rigoroſum preceptum, ad Tex. allegandos *Reſ. 15. num. 69. ſeq.*

107 a Cæterùm preceptum rigoroſum ſub mortalis peccati pęna aliud non efficit, quàm difficile reddere aliquem promoveri; Cùm difficilè, & rarò Pontifices in tale preceptum erumpant. Palacius infra allegandus *Reſ. 6. num. 16.* ut violentiam humanæ non inferant voluntati; vel ut malus exitus non imputetur cogenti, ut dicemus *Reſ. ultima*.

107 A b Unde ſatis probabiliter concludendum videtur, quòd Votum non conſentiendi in dignitates, niſi coacti, & percuſsi rigoroſo præcepto, ſub pœna damnationis æternæ non ſit de facili amplectendum, cùm præcipuè impedimentum ponat; & ſit ſimul Votum de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati, quod eſt contra Auguſtini textum *cap. vos autem* per illa verba ibi: *Quomodo naſceremini non inveniretis*. Si rigoroſum deberemus expectare præceptum, & quid huic argumento utiliter reponi, aut reſponderi poſſit remitto lectores ad ſententię de rigoroſo pręcepto Patronos.

107 A d Si vera eſſet doctrina illa, quòd Patres Societatis in ordine ad dignitates debent expectare rigoroſum præceptum, eadem de rigoroſo pręcepto reſpectu omnium etiam militare deberet.

Reſpondemus, ſequelam non eſſe veram. Quia in tantum militat reſpectu dictorum Patrum, quia iſti ſpecialiter, & ſimul ligantur dicto Voto ſub mortali de Miſsionibus exercendis, quarum executio cùm impediretur, ſi admitterent dignitates, neceſſe eſt, quod dignitatum ſuſceptio inducatur per aliam ſimilem ſupervenientem ſub mortali obligationem, quæ induci non poteſt, niſi per rigoroſum Papæ pręceptum, licet ex vi Voti de non ambiendo ſolitariè ſumpti, & ſine concomitantia Voti de Miſsionibus ſufficiat præceptum obligans tantummodo ſub veniali.

Replicabis, ſi ad conſentiendum licitè in dignitates requiritur in Patribus Societatis rigoroſum Papæ pręceptum, non erit inconveniens, quòd tale votum ſit ſimul votum de non obediendo ad nutus, & ſimplici Pontificis voluntati. Et quòd rigoroſum ſit expectandum. Ergo ceſsant illa adeo decantata abſurda. 107 A e

Reſpondemus ex dictis, quòd præceptum rigoroſum ad acceptandas dignitates non poſtulatur, nec requiritur ex vi Voti de non ambiendo; cùm aliàs ſufficiat præceptum ſub veniali culpa; ſed ſolùm deſideratur ob ſpecialem caſum in Patribus Societatis ad enervandam, nimirum, illam ſub mortali obligationem de Miſsionibus ex voto ſub mortali faciendis. Quia ſi hoc Votum de Miſsionibus non interveniret, rigoroſum pręceptum non eſſet neceſsarium. Adeoque cùm ſub mortali obligatio ſolùm per aliam ſub mortali obligationem ſupervenientem ex rigoroſo obedientię pręcepto vincatur, & ceſset; ideo in dictis Patribus inquiritur rigoroſum obedientiæ pręceptum. 107 A f

Profectò tenendum eſt, quòd quacumque obligatione, quæ oritur à quocumque Voto, ſemper major eſt illa, quę à Voto naſcitur obedientiæ mediante formali, & rigoroſo pręcepto, quę cunctis obligationibus pręvalet, illaſque vincit, & ſuperat. Ea potiſsima ratione, quia nullum Votum valet niſi dependenter à Superioris voluntate: Doctores communiter cum Sancto Tho. 2.2. *qu. 185. ar. & dicemus Reſ. 19. n. 47.* 107 A g

Qua-

Quapropter Votum de Miſsio-
107 Ag nibus exercendis, & conſequenter Votum de dignitatibus non acceptandis utpotè Miſsionum impeditivis, ceſsat, & vincitur per contrarium obedientię pręceptum, injungens ſub mortali, & conſtringens, quòd ille, qui dictum Votum de Miſsionibus habet dignitates acceptet, & præceptum, ut dixi, debet eſse rigoroſum, quatenus inducere debet obligationem ſub mortali ad conſentiendum in dignitates, quas ſub mortali ex Miſsionum Voto reiicere tenebatur tanquam Miſſionum impeditivas.

An verò ſufficiat ſimplex vo-
107 Ah luntas Papę ad obligandum, ut votum habens faciat actum contrariũ ſuo Voto ſub mortali obliganti. Credo, quod non: Quia ſimplex voluntas Papę regulariter ſub mortali non obligat, & talis Voti tranſgreſsio ſemper mortale inducit peccatum.

Inſtabis. Etiamſi ad Votum
107 Ai de non ambiendo pro coactione ad conſentiendum in dignitates ſufficeret ſub veniali pręceptum, adhuc ſequerentur illa abſurda, quòd vovens non deberet obedire ad nutus, & ſimplici Superioris voluntati; ſed hoc pręceptum teneretur expectare. Reſpondetur negando ſequelam: Nam cùm etiam ſimplex Papę voluntas, & ejus virtuale præceptum obligare poſsint ſub veniali, ſic eandem ac dictum pręceptum coactionem inferrent, & optimè loco illius poſsent ſubrogari. Unde non ſequerentur præfata abſurda, de quo vide *Reſ.25. num. 77. B.* & *Reſ. 18. num.20. A.* & *Reſ. 15. num. 100. K.*

Quòd autem virtuale præceptum, & ſimplex Superioris voluntas ad culpam obligare poſsint juxta quantitatem materię, non eſt dubitandum. Parentes enim reſpectu filii dilapidatoris oſtendendo eorum amaritudinem, quę virtuali ęquipollet pręcepto ad culpam venialem, & mortalem obligare poſsunt, ut dicemus *Reſ.12. num.161. ſeq.*

His expletis examinandum venit cujus conditionis, & qualitatis eſse debeat conſenſus in dignitates.

EXAMINATVR

Cujus qualitatis eſſe debeat conſenſus in dignitates, & Voti qualitates deteguntur.

SUMMARIUM.

108 *Conſenſus in Epiſcopatum eſſe debet ad inſtar conſenſus fœminæ.*

Fieret violentia ſi cogamur operari contra leges. ibid.

109 *Conſenſus electi debet eſſe ſicut filia nuptura ad obedientiam Patris.*

Electio eſt ſpirituale matrimonium. ibid.

A carnali ad ſpirituale matrimonium valet illatio. ibid.

110 *Nemo poteſt eſſe bonus invitus. Malus exitus rei imputatur cogenti. ibid.*

111 *Præceptum virtuale ſufficit, & rigoroſum exorbitat. ibid.*

113 *Conſenſus in Epiſcopatum ex proprio motu excludendus.*

114 *In his, quę ad ſeipſum pertinent, de facili fallitur homo.*

117 *Conſenſus licitus in Epiſcopatum tripliciter contingere poteſt.*

118 *Summus Pontifex eligens ad dignitates eoſdem actus de-*

bet

bet exercere, & eodem modo ſe gerere tam cum votum habentibus, quàm non habentibus illud.

119 *Votum habentes majorem obligationem habent vitandi ambitionis motum, quam non habentes.*

Non habentes votum non vitando ambitionem fortè peccant. venialiter, ex Suarez. ibid.

120 *Votum eſt ſtrictè obſervandum.*

Violatio voti importat ſacrilegii deformitatem. ibidem, & 82.

121 *Per votum voluntas immobiliter firmatur in bono.*

122 *Votum non minuit libertatem.*

Magis meritorium eſt facere aliquid ex voto, quàm ſine voto, ibid.

123 *Votum confert ſpecialem rationem meriti.*

Votum multa beneficia confert voventibus. ibid.

124 *Votum non eſt crimen.*

Quando cætera requiſita ſunt paria, votum habens, ut dignior, eſt præferendus. ibid.

125 *Pontifex reſiſtentibus acceptare, non debet præcipere ſub mortalis peccati pœna, nec cum votum habentibus debet diſpenſare.*

108 COnſenſus in dignitates, & in Epiſcopatum ſecundùm Canonicas Sanctiones deſcriptus, eſse debet ad inſtar conſenſus fœminæ nubentis, quę mediis labiis, ambiguoq; ſermone muſsitat velle, & nolle, & tandem de nolente ſuaviter facta volens, nuptiis conſentit. *Gloſs. verb. fugientibus* 8. *quæſt.* 1. *cap. in ſcripturis veſtris* ibi: *Nullus eligendus eſt, niſi ab initia diſſentiat, tepidè tamen debet conſentire, ſicut fœmina, aliàs ſi diceret nolo, cum fortè vellet, faceret contra conſcientiam, vel ſi fortè diceret non ſum dignus, licèt Hugonus dixerit, quod poſſit ſimulare ſe non eſſe Idoneum*, de quibus infra *reſ.*25.§.2.*num.*111.

Quę verba indicant, quòd ex 109
ſua natura diſsenſus in Eccleſiaſtica officia non debet eſse rigidus, & inflexibilis, ſed facilè mobilis de nolente in volentem. Unde violentia fieret, aut inferretur vis, ſi has leges receptas mutare, aut contra illas operari cogeremur *l. Prætor* §. *quid ſit*, *ff. quod vi aut clam*. Etenim ad quid, quando rigoroſum pręceptum per voluntarium Votum non poſtulatur, & redditur voluntarium, ut dicemus *Reſ.*18. *num.*20. *& ſeq.* ad quid, inquam, tanta vis, & violentia, ſive ad quid adſtruere adeò rigoroſum pręceptum ſub mortalis peccati pœna, ut electus conſentiat; quando talis cōſenſus ex natura ſua omnem libertatē amat, libertatem, inquam, nudam fœmineam verſatilem ad Textum modò allegatum, licitam tamen cum ſolo Superioris reſpectu, ut filię nupturæ ad Patrem *l. nuptiæ*, *ff. de rit. nuptiar. l. nec filium. cap. de nuptiis*. Agitur enim de ſpirituali matrimonio, ut docent jura infra *Reſ.* 15. *num.* 21. *&* 230. & *Reſ.* 22. *num.* 51. Cui tanta adverſatur coactio, & de carnali ad ſpirituale valet illatio ad Text. *in auth. niſi rogati cap. de Trebell. cap. penult. & ultim. de translat. Prælat. & cap. cum inter Canonicos de elect.*

Quoniam natura hujus con- 110
ſenſus non cauſatur per vim, ſed deſtruitur, quotieſcunque enim ſua libertate privatur contractus, conſenſus inutilis redditur, & potiùs tanquam invitus reprobandus; cùm nemo bonus eſse poſsit invitus, ut dictum eſt, & confirmat Textus *cap. Vides.* 23. *qu.* 6. ne poſtea mali exitus detrimenta in animarum perniciem eventura, non magis, ut dictum eſt, culpę ęgrè ſuſcipientium, quàm co-

gen-

gentium rigori, tanquam illorum cauſæ imputentur, *cap. biduum 2. quæſt.6.* aut tribuantur Ulpian. *l.* 1. §. *Item quæritur de ſeparat.* de quo infra latiùs *Reſ.* 15. *num.* 113. 181. 233. & profusè *reſol.*25. §.1.

111 Unde Superior, aut Summus Pontifex erga illos, quos ipſe ex ſua benignitate eligit, ſive votum habeant, ſive non, ut ſalubriter conſentiant, non debet regulariter adhibere rigoroſa pręcepta, niſi ex voto, per quod redduntur voluntaria, illa poſtulentur, ut diximus ſupra *num.* 107. & dicemus *Reſ.* 18. *num.* 20. quia pręceptum virtuale ſufficit, & rigoroſum exorbitat, de quibus pluries in hoc tractatu.

112 Hęc concluſio, inquam, quòd pręceptum virtuale ſufficit, & rigoroſum exorbitat, pro ſua inalterabili veritate de facili reducitur ad ſua prima principia per ſe nota à nemine controverſa, & à cunctis unanimiter recepta, in cujus concluſionis favorem omnes Sancti Patres, & Sacri Canones decertant, prout latè *Reſol.*12. *num.*121. *Reſol.*15. *nu.*49. 31.86. *Reſol.*25. *num.*63.

Ex principiis autem per ſe no-
113 tis. Primùm, eſt excludendus, & reprobandus omninò ab Epiſcopatu ſuſcipiendo conſenſus ex proprio motu, & ex pravo ambitionis affectu elicitus, in quo Patres omnes conveniunt *Reſol.*4.

114 Secundùm, ad hoc, quòd conſenſus non proveniat ex proprio motu, & ambitionis cupidine, ſat erit, quod fiat conformiter ad Superioris voluntatem, ne electus decipiatur à propria. S.Doct. 2.2. *q.*88. *art.*2. *ad* 2. ibi: *Quia in his, quæ ad ſeipſum pertinent, de facili fallitur homo.*

115 Tertiùm, quòd ad hoc, ut ſit conformiter ad Superioris voluntatem, ſufficit, ut ipſe Superior ſuam voluntatem, talem eſſe oſtendat, quod eſt evidens. S.Th.2.2.*q.*104. *art.*2. *in corp.*

Quantùm ad hoc, ut Superior 116
ſuam voluntatem talem eſſe oſtendat, ſufficit, ut ipſemet, vel faciat ipſam electionem de Titio, illamque intimare faciat, vel ipſam electionẽ ratificet, approbet, vel forſan confirmet. Evidens enim eſt, quòd ſi Pontifex nollet Titium eſſe Epiſcopum, ipſum non eligeret, nec illi electionem intimaret. Igitur ſi eligit, & intimat, vult illum eſſe Epiſcopum, de quibus latè *reſol.* 14. Si ergo vult, ſequitur etiam velle, quòd Titius acceptet, quod ſufficit, ut conſenſus Titii non ſit ex proprio motu, & ambitionis affectu, ſed licitus, & virtuoſus ex Superioris voluntate, & conformiter ad communem legem, prohibentem ambitionis affectum, & conformiter ad ſuum ſpeciale votum de non conſentiendo in dignitates, niſi ex obedientia, vel Superioris præcepto. Adeoque præceptum virtuale ſufficit tam habentibus, quàm non habentibus votum, ut eorum conſenſus ſit ſecundùm Superioris mentem, & per conſequens præceptum rigoroſum ſub mortalis peccati pœna erit ſuperfluum, & exorbitans.

Inſuper neminem latet, id, 117
quod de ſe in hac materia eſt licitum vel illicitum, omnibus eſſe tale, ſive votum habeant, ſive non. Conſenſus autem licitus in Epiſcopatum tripliciter contingere poteſt, vel quando inſtat neceſſitas, itaut alii non ſint, qui ſaltem rationabiliter dignoſcantur eſſe magis idonei. Secundò, quando promovendus ſine dubio eſt certus ſe ad majora martyria, & ſupplicia ductum iri. Tertiò, quando charitatis zelo divinitus ad hoc inſpiratur, de quibus disertè S. Th.2.2.*quæſt.*185. *art.*1. *in corp.* ſed cum hæc non eve-

niant frequeuter, ideo conſenſum fieri licitum ex Superioris legitimi placito, aut voluntate, conveniunt omnes. Et S. Thom. citatus; undè cum tàm votum habentes, quàm non habentes teneantur licitè conſentire, & vituale præceptum ſufficienter manifeſtet Superioris voluntatem, de utriſque currit par ratio, & non erit recurrendum ad peccati mortalis præceptum.

Itaque Summus Pontifex eli-
118 gendo ad Prælaturas, & Dignitates tàm votum habentes, quàm illos, qui votum non habent, debet reſpectu illorum æqualiter exercere eoſdem ſpecie actus, ſcilicèt, examinis priùs ſuper idoneitate perſonę eligendæ, ut melior, & dignior cæteris præferatur. Secundò Electionis. Tertiò Intimationis; Itaut circa illos, qui votum habent, ultra dictos tres actus, nil aliud faciendum ſuperſit ad virtuale præceptum habendum, ut dictum eſt. Nec debet cum illis ſupra eorum voto diſpenſare, niſi ad cautelam, ut modò dicemus. Adeoque ultra dictos tres actus pro eorum licito, & coacto conſenſu exhibendo, nihil aliud à Summo Pontifice ſupereſt faciendum.

At licèt ex parte Pontificis nil
119 aliud faciendum ſuperſit, in ordine ad illos, qui votum habent: multùm tamen ex parte eorundem, comparativè ad eos, qui non habent votum, elaborandum remanet. Etenim votum habentibus ingens incumbit onus, ambitionis crimen longè arcendi, Dignitates non procurandi, & in illas nõ proprio motu, ſed solùm ex obedientia conſentiendi: quia votum cogit, & indiſſolubiliter ligat ſub ſacrilegii pœna ad ſtandum intra limites honeſti, & liciti conſenſus. Unde contra voventes non ſolùm urget communis lex de non ambiendo, ſed etiam particularis lex ipſius voti, quæ addit ſacrilegii deformitatem, S.Doct. 2.2. *quæſt. 99. art. 1.*, & ut ſentit, & notat Suar. *tom. 4. de Religion. lib. 6. de profeſſion. cap. 7. num. 3.* licèt ex Jure Divino, & naturali diſtrictè obligentur, & teneantur omnes ab ambitionis vitio abhorrere, & quemcunque fugere ambitionis actum; Nihilominus per votum magis aggravatur, & perglìſcit obligatio; quia fortaſſe, ut dicit ibi Suar. citatus, in hujuſmodi negocio, inordinatio tantùm eſſet venialis culpa, quę interveniente voto, erit mortalis, de quo modò non eſt diſputandum.

Unde votum venit ſtrictè, &
rigorosè obſervandum. S.Tho. 2.2. *quæſt. 88. art. 3. in corp.*, *& alibi ſæpè*; & omni ſtudio, & conatu ejus 120
tranſgreſſio eſt fugienda; nam cum votum ſit latriæ, & religionis actus, S.Doct. 2.2. *quæſt. 88. art. 6.* ejus violatio, ut modò dixi, ſacrilegii importat deformitatem. S.Th.
2.2. *quæſt. 99. art. 1.*, & cum per 121
votum immobiliter voluntas ſirmetur in bono S. Thom. 2.2. *quæſt.* 88. *art. 4. in corp.* ità hoc votum profitentes habent, ut manifeſtè, & poſitivè oſtendant voluntatiam aver-
ſionem à dignitatibus. Votum 122
enim licèt non diminuat perfectionis libertatem (S. Doct. *loc. cit. 2.2. quæſt. 88. art. 4. ad primum*) phiſicam enim libertatem relinquit, ut conſtat; magis ſemper meritorium, & laudabile reputatur facere aliquid ex voto, quàm ſine voto. S. Doct. *dicta 2. 2. quæſt. 88. art. 6.* Imò actus virtutis ex ſua ſpecie ægrè factus, ſi fiat ex neceſſitate voti, magis meritorius, & laudabilis redditur, quàm ſi ex prompta voluntate, & ſine voto fieret. S. Thom 2. 2. *quæſt. 88. art. 6. opuſc. de perfectione vitæ ſpiritualis cap. 12.* Et adeò prævalet in conferendo meritum

ratio

ratio voti, ut quis faciens ex voto opus bonum quantumvis tepidè, & remiſsè, magis tamen virtuosè agit, ac ille, qui ſine voto ferventiùs operaretur. S. Thom. 3. *contra gent. cap.* 138.

123 Ex his manifeſtè conſtat, quòd voventes habent beneficium voti, quoad tot, & tantas mirificas prærogativas, & qualitates, quæ ſpecialiſſimam ipſis conferunt rationem meriti. Etenim

Primò, Beneficium retinent libertatis, ne violetur natura meritorii conſenſus, & nihilominus per votum firmantur in bono.

Secundò, Beneficium obtinent circa utile Eccleſiæ ſervitium, quia dignitas, & officium non injungitur ægrè accipientibus, & invitis, ſed virtuosè ex proprio motu recuſantibus, & ex ſola obedientia conſentientibus.

Tertiò, Beneficium comparant circa præmium virtutum, quia honores non dantur minùs dignis, ſed magis idoneis, & merentibus conferuntur; & Juſtitia diſtributiva obtinet implementum, quia non poſtulantibus, ſed fugientibus ad Gregorii ſenſum dignitates diſpenſantur. Unde facto ſcrutinio inter
124 votum habentem, & illum, qui votum non habet, non ſolùm excluditur quorumdam antiquorum calumnia, ut dicemus *reſol.* 1. quod votum ſit crimen; Sed reperto ſingulari merito, quod ſecum votum affert, quando cætera ſecundùm Canones requiſita de ætate, doctrina, moribus, & ſimilia in utroque ſint paria: votum habentem, omnia Jura clamant, divina, & humana, Canonica, & Civilia ſub pœna gravis peccati, uti meliorem, & digniorem eſſe præferendum, ut dicemus *reſol.* 18. *num.* 5. *& ſeq. & reſol.* 22. *num.* 61. & nunc pro cunctis Fagnan. *decretal. lib.* 1. *cap. cum dilectus*, *de conſuetud.*, *& in cap. bonorum, de poſt. Prelator.*

Diximus, Summum Pontificem reſiſtentibus primi, & ſecundi generis *reſol.* 16. *num.* 100. k. non 125
debere regulariter ſub pœna mortalis peccati, ut conſentiant, præcipere. Sic etiam cum votum habentibus non deberet diſpenſare; quia ſi tolleret de medio votum, forſitan etiam tolleret de medio remedium, & frænum ad ambitiosè conſentiendum in dignitates, ad ſenſum Conſtitutionis Gregorii; & everteret principium majoris meriti pro exercenda arte benè deſiderandi, quod eſt votum, ut dictum eſt. Unde ſi cum voto ità benè procedit conſenſus coactus, abſque eo quod Pontifex rigorosè præcipiat, dummodo votum rigoroſum præceptum non poſtulet juxta ea quæ dicemus *reſol.* 18. *num.* 20. *A.* de Patribus Societatis. Cur ergo diſpenſandum? quod ſolùm fieri poſſet, ne obligaretur Pontifex ad irruendum in rigoroſum præceptum; hoc autem ex dictis non videtur neceſſarium; cùm pro omni honeſtate actus præceptum virtuale videatur ſufficere, de quo infrà *reſ.* 15. *n.* 100. 1. 113.

Cæterùm quia aliquando cum votum habentibus pro conſenſu licito præſtando videbitur requiri expreſſum, & rigoroſum præceptum, tunc magis expediens judicabitur cum illis ſaltem tacitè diſpenſare, & dari tacitam diſpenſationem, ut *reſol.* 22. demonſtrabimus.

Hæc omnia judicavimus per hæc præambula tradere prælibanda, 126
ut ſuis in locis ſingillatim in hoc tractatu diſcuſſa, haud nova, & inexpectata ſuccedant. Et cum ad artem rectè deſiderandi executioni mandandam, virtutum regulæ ſint præfigendæ, in ſequenti ſecundo præambulo illas conabimur cumulare.

PRÆAMBVLVM II.

Ex Divinis paginis, ex Sanctis Patribus, ex Sacris Canonibus depromuntur Regulæ ad Eccleſiæ Paſtorum vitam delineandam.

SUMMARIUM.

1 *Nominis Etymologia oſtendit naturam rei.*
Epiſcopatus eſt bonum opus. ibid.
Opus induſtriam, & laborem ſignificat. ibid.
2 *Negocium ſanctum ſuſcipit Charitas veritatis.*
3 *Epiſcopus non dormire, ſed evigilare tenetur num. 14.*
In Epiſcopatu principalis finis eſt operatio, & Animarum Cura, quæ obligat ad plures actus. ibid.
4 *Regula eſt rectè agere.*
5 *Epiſcopus omnia patienter ſuſtinere debet.*
6.7 *Quibus ſuccumbere non debet; ſed cum lætitia recipere.*
8 *Aliorum mala ſuper ſe trahere.*
9 *Dare debet Animam ſuam prò ovibus Chriſti.*
10 *A Deo verba expectanda.*
11 *Epiſcopus debet habere omnium perfectionum cumulum.*
12 *Debet eſſe ſinè crimine, & exemplum bonorum operum.*
14 *Vigilare debet num. 3.*
16 *Gratis Evangelium Dei miniſtrandum.*
18 *Fidelitas in bonis temporalibus miniſtrandis.*
20 *Neceſſaria ad ſalutem edocenda.*
23 *Quod à vitiis ſe abſtineat.*
24 *Et corrigat peccantes.*
25 *Scandala non præbeat.*
26 *A negotiis ſæcularibus ſe retrahat.*
27 *Divitias repellat, & de alimentis ſit contentus.*
28 *Epiſcopus non debet eſſe litigioſus.*
29 *Humilitas amplectenda.*
30 *Ambitionis vitium damnatur ſeq.*
32 *Quid ſit dominari ſeq.*
34 *Poteſtas Chriſti non in deſtructionem, ſed in ædificationem conceſſa Paſtoribus.*
37 *Unuſquiſque placeat Proximo ad ſalutem.*
38 *Epiſcopale opus eſt bonum, non tamen bonum eſt deſiderium, & ſeq.*
43 *Voluntas non eſt de facili præciſiva in bonis appetitus. Ex Gregor. num. 49.*
44 *Etiam in Epiſcopali opere dari poſſunt præciſiones.*
45 *Præeminentia, & Prælatura dupliciter conſiderari poteſt.*
Epiſcopus eſt Pater. num. 49.
48 *Epiſcopi ex propria culpa ſe viles reddunt.*
Tripliciter ſeparatur reverentia extrinſeca ab Epiſcopali dignitate. ibid.
52 *Regulæ prò Epiſcopis inſtruendis plures reperiuntur deſcriptę in extravagant.*
Epiſcopum non facit nomen, ſed vita. ibid.
53 *Debet coercere ab Eccleſia Homines malos.*
Subditorum peccata ipſis imputantur. ibid.
Poſſunt Principes excommunicare, mitiùs tamèn cum eis agendum. ibid.
Diſcretio neceſſaria eſt Prælato

in corrigendo promptiores ad miſericordiam, ibid.
Non ex vindicta corrigant. ibid.
54 Prælati non contemnendi etiàm ſi mali,
Non ipſorum opera, ſed doctrina eſt attendenda. ibid.
55 Non prælatio, ſed bona converſatio nos Deo coniungit.
56 Sunt Duces, & Paſtores.
57 Nil gratius Deo, quàm eſſe bonum Prælatum.
58 Malum Prælatum dari propter peccata Populi. num. 71.
Criminoſus Epiſcopus dicendus eſt Canis; non eſt Columba, ſed Corvus. 71. 12. 73.
Suo exemplo trahit ad Inferos. ibid.
59 Non debent ſpernere minorum exempla ad imitandum, & diſcendum. num. 60.
Eorum ambitio deteſtanda. ibid.
Epiſcopatus non avidè ſuſcipiendus. ibid.
Dantur non poſtulantibus, ſed fugientibus. ibid.
60 Doctrina, & ſcientia Paſtorum, quanta eſſe debeat.
Propter illiteraturam ab Epiſcopatu rejiciendus, ibid.
Ignoratio Scripturarum; Ignoratiò Chriſti eſt, Chriſtum neſcire, ibid.
Scholaſtici non contemnunt Eccleſiaſticam ſimplicitatem. ibid.
61 Paſtor debet eſſe ſimplex; ſimplicitate contraria dolo.
Diſciplinis forenſibus ſtudere non erit prohibitum. ibid.
62 Ignorantia in Paſtoribus acriter reprehendenda.
63 Nimia elegantia fugienda.
64 Epiſcopatus non ſuſcipiendus ad propria commoda, ſed ad labores.
Eorum modeſta ſupellex, victus frugalis &c. ibid.
In quibus abundant Epiſcopi, Pauperibus eroganda. n. 66.
Epiſcopus conſanguineis non diſpenſet, ſed quomodò circà illos ſe gerere debeat. ſeq.
Rerum Eccleſiaſticarum eſt diſpenſator, non Dominus. ſeq.
65 De propriis teſtare poſſunt.
66 De Bonis Eccleſiæ applicent ſibi juxtà ſuas Indigentias. n. 64.
Qui Altari deſerviunt, paſcantur de ipſo. ibid.
67 Epiſcopi ſciant ſe Presbyteros eſſe, non Dominos.
Epiſcopus ſedens, Presbyterum non permittat ſtare. ibidem.
69 Epiſcopus Sponſus Eccleſiæ.
Prò ſpeciali matrimonio conſenſus requiritur electi. ibid.
Electio publicata variari non poteſt. ibid.
70 Neophiti rejiciendi ab Epiſcopatu.
71 Criminoſus non eſt eligendus. 58. 12.
Debet retinere apud ſe Socios prò Teſtimonio ſuæ vitæ. ibidem.
Electus, qui Teſte prole, de longa continentia non convincitur, repellitùr. ibid.
Quàm à vitiis immunes. ibid.
73 Vitiis irretiti non debent promoveri. 58. 71. 12.
Criminoſi poſt peractam pænitentiam recipiuntur ad proprios gradus, ſed non debet eſſe ficta. ibid.
Ille, quem pænituit, recipiendus eſt. ibid.
74 In Epiſcopum prohibetur eligi, qui non eſt in Sacris, & multò magis Laici. n. 79.
75 Electio caſſatur propter pſalmorum imperitiam.
Requiſita prò eligendo. ibid.
Indignus rejiciendus. num. 77.
77 Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ ſunt malo incboa-

ta principio.
Integritas præſidentium ſalus eſt Subditorum. num. 7.
76 *Ætas in Promovendis. num.* 75.
78 *Ætate antiqui promovendi ſunt. num.* 75.
79 *Ad Epiſcopatum longa requiritur probatio,& irreprebenſibilis eſſe debet. ſeq.*
Per temporis Proceſſum quandoque purgatur vitium. ſeq.
Interſtitia ſervanda ſunt. ſeq.
Quàm malum ſit non obſervare temporum Interſtitia. ibid.
Eſt in præjudicium illorum, qui ab Adoleſcentia Altari inſerviunt. ibid.
82 *Qui autem inſerviunt, Pontificatum ſperent.*
83 *Quæ nobilitas ſpecialiter requirenda in Eccleſiaſticis.*

NON ſinè ſingulari providentia hoc Præambulum de Epiſcoporum laboribus, & anguſtiis præventivè elaborandum eſſe duximus. Nàm cum in decurſu hujus Tractatus examinaturi ſimus, an Epiſcopatus inter proſpera, aut adverſa veniat enumerandus; ſciant Lectores, in quam partem propendere juſtum ſit.

1 Et ad Tituli reſolutionem, & ad artem bene deſiderandi explicandam, nil tàm præclarè conducit, quàm nominis Etymologia, quæ rei naturam oſtendit Cic. 1. Acad. Alciatus *in l.Tabernę de verb.et rer. ſign.* Epiſcopatum autem bonum opus denominari convincit divinus Text. 1. ad Timoth. 3. ibi -- *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Opus verò ſecundùm Latinos, verbo *opus*, & *opera*, Induſtriam, laborem, ſtudium, ſolicitudinem operantis importat. Ceſ. de Bell. Gall. *Res erat multæ operæ, & laboris.* Et opus dicunt, quotiès reſpicimus ad laborem, & induſtriam animi potiùs, quàm corporis, ad Ciceronis ſententiam de Officiis 53. ibi -- *Nulla ejus ingenii monumenta mandata literis, nullum opus otii.* Et de ſenectute 82. ibi -- *præclarum opus eſt inſtituere Adoleſcentes*, quod, & idipſum eſt Epiſcopi opus, quod eſt inſtituere oves Chriſti, quibus conſonat Angelici Magiſtri interpretatio. Comment. dictæ Epiſt. Pauli ibi -- *Epiſcopus eſt nomen Græcum. Scopos enim idem eſt, quod intendens. Epui, ideſt ſuprà. Epiſcopus ergò dicitur quaſi ſuprà intendens.* Intendere autem, ſecundùm Philoſophos, animi munus eſt, non corporis; licet ingentes prò ſuo officio corporales labores non excludat Epiſcopatus, ut dicemus.

Quapropter, deſcribente Apoſtolo, *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*; ut artem de bene deſiderando explicet, idem eſt, ac ſi declaraſſet, qui Epiſcopatum deſiderat, bonum laborem, bonam induſtriam, bonam ſolicitudinem, bonum ſtudium deſiderat. 2
Undè reſpicimus, Epiſcopatus naturam non conſiſtere in otio, aut in quiete, ſed in motu perenni, atque actuali, & neceſſario exercitio virtutum, & Charitatis; *Negocium enim Sanctum ſuſcipit charitas veritatis, negocium juſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis.* Auguſtin. Quæ neceſſitas prò Grege tuendo Paſtores dormire non patitur, ſed ad vigilandum urget, ut unicuique ſit dictum. *Eſto vigilans, & confirma.* Ambroſ.*lib.2. cap.21.* & facit Text. D. Thom. 2.2. *quæſt.*185. *art.*1. *in corp.* ibi -- *In Epiſcopatu tria poſſunt conſiderari, quorum unum eſt principale, & finale, ſcilicèt Epiſcopalis operatio, per quam utilitati proximorum intenditur.* 3

In ipſo autem opere Epiſcopali, in quo conſiſtit tota ratio, & ſub-

ſubſtantia, totumque Paſtoris debitum, relucet ipſa Animarum Cura. Animarum verò Cura ad plures eximios, & heroicos obligat actus, quibus Dominicæ paſcuntur oves. Et ad hoc ut de his actibus prò noſtra Arte bene conſtituenda plurima percipiamus;

4 In antecedenti Præambulo promiſimus de Epiſcopatus natura diſſerere pro detegenda ad dictos efficiendos actus idoneitate, quam in ſuſcipientibus illum divinæ, & humanæ leges decernunt, in quibus traduntur regulæ ad Paſtorum vitam, & mores moderandos. Regula enim dicitur, eò quòd rectè agat, vel normam rectè vivendi præbeat, *cap. regula diſt.* 3., & juſtum eſt unumquemque regulas a ſuo magiſtro deſumere, *cap. de iis* 12. *diſt.* quod & conſonat conformiter ad Text. ibi allegatos *num.* 7. præcipuè Pauli ad Timoth. *cap.* 2. ibi -- *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum .... ut perfectus ſit Homo Dei ad omne opus bonum inſtructus*. de quo in præſenti agimus. Cùm, Apoſtolo prædicante, dictum fuerit, *quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*. Roman. 15.

5 Prima ergò regula ex divina impoſitione Epiſcopis inculcata circà arduum paſtorale opus verſatur, ut omnia Epiſcopi ſupra ſe patienter recipiant, & omnium acerbarum paſſionum calicem, quem Chriſtus libenter bibit, aſſumere non recuſent, uſque ad proprii ſanguinis effuſionem, & mortem prò ſuis ovibus obeundam, quæ cumulata tradit Paulus ſecunda ad Chorinth. *cap.* 4. ibi -- *Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei Miniſtros* (videant, qui legunt, quid ſit, eſſe Miniſtrum Dei) *in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis*, & *cap.* 11. *Miniſtri Chriſti ſunt (ut minùs ſapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Judæis quinquies quadragenas una minùs accepi; ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte, ac die in profundo maris fui. In itineribus ſæpè, periculis fluminum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in Civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis Fratribus, in labore, & ærumna, in vigiliis multis, in frigore, & nuditate*.

6 Et hæc toleranda eſſe mandat Deus ſuis Miniſtris, quocunque modo contingant, etiamſi, ut dicit Apoſtolus *d. cap.* 4. ibi -- *per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, ut ſeductores, & veraces*, itaut Dei fortitudine freti ſuſtineant, non autem ſuccumbant, ſed prout idem Apoſtolus regulam tradens dicit ibi -- *Quaſi morientes, & ecce vivimus, ut caſtigati, & non mortificati, quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, ſicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes*; & ſequitur ibi -- *In omnibus tribulationem patimur, ſed non deſtituimur, perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur; dejicimur, ſed non perimus, ſemper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, & ut vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris*.

7 Et non ſolùm neceſſe eſt Dei Miniſtris, ut in his omnibus non deficiant, ſed quòd cum lætitia cuncta ſuſcipiant 1. Petri *cap.* 2. *Sed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes*; & Pau-

lus

lus ad Coloſs. 24. *Qui nunc gaudeo*
in paſſionibus prò vobis, & adim-
pleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti
in carne mea, prò corpore ejus, quod
eſt Eccleſia, & Corinth.*cap.*12.*n.*10.
propter quod placeo mihi in infirmi-
tatibus meis, in contumeliis, in ne-
ceſſitatibus, in perſecutionibus, in
anguſtiis prò Chriſto. Cum enim in-
firmor, tunc potens ſum; & Acto-
rum 5. *Ibant Apoſtoli gaudentes à*
conſpectu Concilii; quoniam digni
habiti ſunt prò nomine ejus contume-
liam pati.

Imò, & Chriſti Miniſtri, cum
8 validiores ſint, ſervanda regula
erit, ut non ſolùm ſuas tribulatio-
nes ſuſtineant, ſed etiam ſuprà ſe
trahere curent aliorum ærumnas, &
calamitates, ex regula Pauli ad
Rom. 15. *debemus autem nos fir-*
miores, imbecillitates infirmorum
ſuſtinere, ... Etenim Chriſtus non
ſibi placuit, ſed, ſicut ſcriptum eſt,
improperia improperantium tibi ce-
ciderunt ſuper me. Et 2.Corinth.3.
Chriſtus nos redemit de maledicto le-
gis, factus pro nobis maledictum,
quia ſcriptum eſt, maledictus omnis
qui pendet in ligno.

Et hæc omnia conſumanda eſ-
9 ſe, & complenda per propriæ vitæ
diſcrimina, ut qui Epiſcopatum
prò illa parte, qua eſt opus bonum,
ſuſcipit, ſciat, debere eſſe paratum
vitam, & animam dare prò Chriſti
ovibus, ex regula Joannis 10. *Bonus*
Paſtor animam ſuam dat pro ovibus
ſuis; & omnium tormentorum
amarum poculum, quod potavit
Chriſtus, bibere non reformidet.
Ex regula ejuſdem Chriſti ad Fi-
lios Zebedei, primarum affectantes,
tradita per Matthæum 20. -- *pote-*
ſtis bibere Calicem, quem ego bibi-
turus ſum? nec mirum, quòd hæc
adeò atrocia contingant ſuſcipienti
bonum epiſcopale opus, cum ex
experientia dicat Apoſt. Petrus 1.
cap. 2. 21. *in hoc enim vocati eſtis,*
quia & Chriſtus paſſus eſt prò nobis,
vobis relinquens exemplum, ut ſe-
quamini veſtigia ejus.

Hinc regulas quoque tradit 10
Chriſtus Eccleſiæ Paſtoribus pro
conſtantia, fiducia, & ſecuritate in
animo retinenda, ad martyrium
ſubeundum, & ſapientiam, & verba
à Deo ſperanda, cum pro Dei cau-
ſa ante prophanos Judices peroran-
dum fuerit, & decertandum; ex re-
gula relata Matth. 10. *Cum ſteteri-*
tis antè Reges, & Præſides nolite
cogitare, quomodo, aut quid loqua-
mini; non enim vos eſtis, qui loqui-
mini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui
loquitur in vobis.

Alia quoque regula traditur, 11
quod Epiſcopatum ſuſcipiens conti-
nere debet in ſe omnium perfectio-
num cumulum, omniumque virtu-
tum apparatum, cum ex D. Th.2.2.
*quæſt.*185.*ar.*1.Epiſcopus expectare
non debeat ab alio perfici, ſed ſui
muneris eſſe, alios ſuo exemplo per-
ficere; Et hanc regulam dat Apo-
ſtolus *prima ad Timoth.*3. ibi -- *Qui*
Epiſcopatum deſiderat, bonum opus
deſiderat. Oportet ergò Epiſcopum
eſſe irreprehenſibilem, unius uxoris
virum, ſobrium, prudentem, orna-
tum, pudicum, hoſpitalem, docto-
rem, non vinolentum, non percuſſo-
rem, ſed modeſtum, non litigioſum,
non cupidum; & ibidem *cap.*5.*n.*21.
Teſtor coràm Deo, & electis Angelis,
ut hæc cuſtodias, ſine præjudicio nihil
faciens, in alteram partem declinan-
do. Manus citò nemini impoſueris,
neque communicaveris peccatis alie-
nis, te ipſum caſtum cuſtodi.

Et ad Timoth. 1. *num.*7. *Opor-* 12
tet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe,
ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuper-
bum, non iracundum, non turpis lu-
cri cupidum .... benignum, juſtum,
ſanctum, continentem, amplecten-
tem eum, qui ſecundum Doctrinam

eſt,

eſt, fidelem ſermonem; ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt arguere. Et ſecunda Timoth. *cap. 2. 7. In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum ſanum, irreprehenſibile, ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis*. Et ſecunda ad Tim. *cap. 2. num. 15. ſollicitè cura probabilem te exhibere Deo operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis*.

13 Et prima ad Tim. *cap. 6. nu. 11. Tu autem, Homo Dei, ſectare juſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & manſuetudinem*. Et ſecunda ad Timoth. *cap. 2. num. 22. Juvenilia autem deſideria fuge, ſectare verò Juſtitiam, fidem, ſpem, charitatem, & pacem cum iis, qui invocant Dominum de corde puro*. Et ibidem *cap. 3. num. 10. Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam*. Et prima Petri *cap. 1. num. 22. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde, invicem diligite attentiùs*. Et ità ſubtiliter ex divino afflatu deſcribitur omnium virtutum cumulus, ut earumdem catena mirabiliter enarretur. Secunda Petri *cap. 1. num. 5. Vos autem curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim ſi vobiſcum adſint, & ſuperent, non vacuos, nec ſinè fructu vos conſtituent in Domini Noſtri Jeſu Chriſti cognitione*. Ex quibus ortum habuit Chriſoſtomi compendioſa ſententia. *Si Sacerdotium integrum fuerit, tota Eccleſia floret, ſi autem corruptum, tota Eccleſia marcida eſt*. In Matth. 21. *homil. 38.*, quam tradit Hieronymus contra Luciferianos, ibi -- *Mundi totius, & Eccleſiæ condimentum Epiſcopus eſt; Qui ſi infamatus fuerit, ſive per negotiationem, ſive per hæreſim, ſive per libidinem, ſive per univerſa peccata, à quo alio poterit condiri, cum ipſe fuerit omnium condimentum*.

Inter cæteras autem regulas, 14
illa de Paſtorum vigilantia maximè attendenda venit Apoſt. *act. 20. 28.* ibi -- *Attendite vobis, & univerſo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo . . . . Quoniam intrabunt Lupi rapaces non parcentes Gregi . . . . . Et exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe, propter quod vigilate*. Et ſecunda ad Tim. *cap. 4. num. 2. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto*. Et facit Hieronymi dictum oratione adverſùs Judæos, ibi -- *Paſtores quamdiù nova Beſtia moleſta non eſt ſub ilicem, aut Populum porrecti fiſtula canunt, ſinentes oves . . . . . paſcere. Verùm ſimul atque ſenſerint Luporum incurſionem imminere, mox abiecta fiſtula fundam arripiunt. . . . . magno, longoque ejulatu vociferantes . . . . Feram priùs quam irrumpat, abigunt*.

Et vigilantiæ additur prompti- 15
tudo, & excluditur avaritia, prima Petri *cap. 5.* ibi -- *Paſcite qui in vobis eſt, Gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè*.

Et regula de turpi lucro abo- 16
minando, ac liberaliter, & ſine ullo temporali intereſſe in Dei Vinea

operandi injungitur ab Apoſt. *ſecunda Corinth. cap.11. num.7. Quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis, alias Eccleſias expoliavi, accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum, & cum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui, nam quod mihi deerat, ſuppleverunt fratres, qui venerant à Macedonia.* Et ibi *cap. 12. Ecce tertiò paratus ſum venire ad vos, & non ero gravis vobis, non enim quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos, nec enim debent Filii Parentibus ditare, ſed Parentes Filiis.*

17 Hinc ad tam refulgentes perfectionum, & virtutum de Arte benè deſiderandi regulas, additur quoque illa de fidelitate in bonis temporalibus Eccleſiæ, Pauperibus diſpenſandis & ſinceritas ſervanda, & aſtutiæ deteſtatio; divini verbi prædicatio, ſanctus zelus à vitiis ſe abſtinendi, & in illis increpandis; offenſionis ſcandala Fidelibus non exhibendi; in negotiis ſæcularibus non ſe implicandi; divitiarum cupiditatem deteſtandi, occaſiones contentionum dirimendi.

18 Et quidèm de fidelitate in Bonis temporalibus diſpenſandis, exprimitur in prima ad *Corinth.* ibi *cap.4. num.1. Sic nos exiſtimet Homo, ut Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores Miſteriorum Dei, hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur.*

19 De aſtutia verò, ac omnibus vitiis in Dei verbi prædicatione deteſtandis, ſecunda ad *Corinth.* 4. *Non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei; non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Jeſum Chriſtum.* Secunda ad Tim. *cap.2. num.16. Prophana autem, & vaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem,* & *n.23. Stultas autem, & ſine diſciplina quæſtiones devita; ſciens, quia generant lites.*

20 Et datur regula, quod Fideles qui adhuc carnales non poſſunt portare alta fidei miſteria, ſaltem non defraudentur de neceſſariis ad ſalutem. Prima ad Corinth.3. *Et ego Fratres non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam; nondum enim poteratis.*

21 Et abſolutè de mediis neceſſariis ad ſalutem Fideles eſſe inſtruendos ex regula apud Lucam *cap. 4. num.18. Tenentur Pauperibus evangelizare, & contritos corde ſanare, prædicare captivis remiſſionem; prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis .....* Et ex Paulo -- *accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quòd remunerator eſt.*

22 Et ſemper inſtare, ut reportent Animarum ſalutem, prima Petri *c.1. num.9. Reportantes finem fidei veſtræ ſalutem Animarum.* Et ſecunda ad Timoth. *cap.4. num 2. Prædica verbum, inſta opportunè, importunè.*

23 Et quòd à vitiis ſe abſtineant, & Juſtitiam ſequantur, liquet ex regula ad *Rom.13. num.13. Licèt in die boneſtè ambulemus; non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis; non in contentione, & æmulatione, ſed induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis,* & prima ad Corinth. *cap.9. num. 27. Sed caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, nè fortè cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.* prima Petri *cap.2. n.1. deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones.*

24 Ardor verò in vitiis corrigendis habetur ex regula Pauli *prima ad Tim. cap.5. num.20. Peccantem coram omnibus argue; ut & cæteri timorem habeant.* Et ſecunda ad

Timoth.

Timoth. *cap.2. num.23. Servum autem Domini docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati*. Et ſecunda ad Timoth. *cap.4. num.2. argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina*.

25 Et quòd propriis operibus ſanctificatum non deturpent officium, & Fidelibus non præbeant ſpiritualis ruinæ occaſionem: ſecunda ad Corinth. *cap.6.nu.3. Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum*.

26 Et ſæcularia negocia rejiciant, ſecunda ad Timoth. *cap.2. num.3. Labora ſicut bonus miles Chriſti Jeſu; nemo militans Deo implicet ſe negociis ſæcularibus*.

27 Et divitiarum cupiditatem repellant, prima ad Timot. *cap.6. nu.9. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt Homines in interitum, & perditionem. Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis, nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus; habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus*.

28 Et litium occaſiones dirimendas, ſecunda ad Tim. *cap.14. Noli contendere verbis, ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium*, & ibi *num.23. Servum autem Domini non oportet litigare ſed manſuetum eſſe ad omnes*.

29 Præſtat in opere bono Epiſcopali regula illa præ cæteris de humilitatis virtute, ut qui tale opus cum arte benè deſiderandi ſuſtinet, noſcat, & credat, quòd ad Epiſcopatus gradum aſcendere, eſt in humilitatem deſcendere; illumque conſequi, aliud non eſſe, quàm Miniſtri, ac Servi partes in ſe ſuſcipere, ac exequutioni mãdare; exemplo Chriſti Matth. 11. *diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*, de quo *ad Philip.2. num.7*. Apoſtolus teſtatur, quòd *humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem*. Et prævaluit ſemper inalterabilis Apoſtolica regula 1. Petri *cap.3. num.8. omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles*, nec aliquem in Eccleſia exaltari conceſſum, niſi humiliari præceſſerit. Ex Lucæ oraculo *cap.14. nu.11. Qui ſe humiliat, exaltabitur*. Nec ſpes futuri Regni haberi poſſit, niſi humilitas deprimat *ex illo Chriſti ad Apoſtolos* Matth. 18. *num.3. Niſi efficiamini ſicut parvuli non intrabitis in Regnum Cœlorum*, quibus ſenſibus exuberant ſacræ paginæ. Hinc Chriſtus
tanquam execrabile facinus acriter 30
deteſtatur, & damnat ambitionis vitium, & dominandi libidinem, quod arti benè deſiderandi ex diametro opponitur in Eccleſiæ Miniſtris, & verbis rotundis mandat, & diſponit Matth.20. *Sed quicunque voluerit inter vos major fieri, ſit Miniſter veſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter Servus, ſicut Filius Hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare*.

Quos ſenſus centiès, & milliès de Paſtoribus Eccleſiaſticis ſacra 31 volumina referunt, & adeò conſtanter ita obſervari præcipiunt, quantùm immobiliter evangelicæ regulæ à Gentilium, & Phariſæorum legibus abhorrent ex Evangelio citat. Math.20. *Scitis quia Principes Gentium dominantur eorum, & qui majores ſunt, poteſtatem exercent in eos, non ita erit inter vos*. Quæ verba D.Th. expendens 2.2. *quaſt.185 in corp*. ait. *Quantùm autem ad celſitudinem gradus appetere Epiſcopatum, præſuntuoſum eſt. Unde Domi-*

nus arguit Diſcipulos Matth.20. *Primatum quærentes, dicens, ſcitis, quia Principes Gentium dominantur eorum, ubi Chriſoſtomus dicit, quòd per hoc oſtendit, quod gentile eſt, primatus cupere, & ſic gentium comparatione, eorum animum æſtuantem convertit*. Et hoc eſſe quoque pharisaicam vanitatem teſtatur ibidem dicens. *Undè contrà Phariſæos Dominus dicit* Math. 23. *amant primos accubitus in cænis, & primas Cathedras in Sinagogis, ſalutationes in Foro, & vocari ab Hominibus Rabbi*.

Sed Divus Thomas expoſitione
32 in Matth. *cap.20. pag.mihi 60.litt.F.* ad artem benè deſiderandi perfectè conſtituendam eruditè habet. *Apud Judæos Gentiles abominabiles erant, unde horrorem incutit ...... ut notetur, quod hoc exemplum non eſt imitandum*. Et infra. *Dominari aliquando accipitur, prout correlativè ſe habet ad Servum. Undè idem eſt, quòd serviliter ſibi Servum ſubjicere. Et ſic ſumitur hìc, & ita conſuetum eſt apud Gentiles .... ideò dicit, Principes Gentium dominantur eorum; ideſt in ſervitutem redigunt ſubditos, &* parùm infra: *& conſuetum eſt, quòd qui poteſtatem habent, non utuntur ad beneficium, ſed poteſtatem exercent in eos ad opprimendum, non ad Juſtitiam; ſed Dominus illam conſuetudinem non vult in Eccleſia ſua.... Et ideò dicit, non erit ita inter vos, ideſt non debet aliquis inter vos, quaſi dominativus .... ideſt ſic deſideret quis habere præſidentiam in Eccleſia Spiritus Sancti, ut ſit ſicut Miniſter ...... Et quicunque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus. Ideſt ſi aliquis deſiderat habere primatum in Eccleſia, ſciat, quòd illud non eſt habere dominium, ſed ſervitutem. Servi enim eſt, quod totum ſe ad ſervitium Domini impendat, ſicut Prælati Eccleſiæ totum quidquid habent, quidquid ſunt, ſubditis debent* 1.ad Corinth.9. *Cum eſſem liber ex omnibus omnium me Servum feci*, ſecunda ad Corinth. 4. *Nos autem Servos veſtros per Jeſum*.

Ex quo Angelico Textu domi- 33
nari peremptoriè, & diſtrictè ſuis officialibus expreſsè vetat Chriſtus, eum nullatenùs uti Dominos, ſed solùm tanquam Servos, & Miniſtros in paſcendis ſuis ovibus ſe habere intendat, & mandet, ut ipſi Apoſtoli humiliter Chriſti mandata obſequentes de ſe ipſis palàm dicebant ſecunda ad Corinth.4. *Nos autem Servos veſtros per Jeſum*, & prima Petri *cit. cap.5. Paſcite, qui in vobis eſt, Gregem Dei, non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum... neque ut dominantes in Cleris, ſed forma facti Gregis ex animo*.

Nec gloriandum eſt Paſtoribus
Epiſcopis de poteſtate, niſi in quantũ 34
vergit in ædificationem, & Fidelium utilitatem ex regula Pauli ſecunda ad Corinth.10. *n.8. Nam, & ſi ampliùs aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram, non erubeſcam*. Sed cum de hac adeò gravi materia non ſtrictè, ſed profuſè ſit diſſerendum. Multùm enim intereſt quod attinet ad Evangelicam legem, ut venenum dominandi in Eccleſiæ Miniſtris minimè irrepat, ſed ſemper ad inſtar Servorum ſe gerant. totum id, quod ſuper hoc Textu Matth. 20. largè effuderit Sanctus Thom. deſcribemus ad litteram reſolut.3.

Hæc omnia igitur ad unguem
pro noſtra arte obſervari conſpicimus, ut dictum Apoſtoli, *Qui Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat*, verificatum exiſtat, cum ſingula prædicta in bono Epiſcopa- 35

tus ; ere contineautur, ſic illa digni Paſtores divina pro ſe ipſis comparabunt encomia, quæ Spiritus Sanctus per os Petri pronunciavit in ſua Epiſt.1. cap.2. num.5. *Sacerdotium Sanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum. Nos autem Genus electum, regale Sacerdotium, Gens ſancta, Populus acquiſitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum. In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.*

36 Aliàs ſi quis contrarium aliquid ad regulas prędictas attentaret, non ſacri Paſtoris conatus, & labores aſſequi proponeret, ſed ſacrilegi mercenarii partes auderet ſuſcipere. In ovile Chriſti, latronum more, non ingrediens per oſtium, ſed aliundè, & furtivè, non ad oves in viam ſalutis dirigendas, ſed ad illas perdendas, in vitiorum abiſſum rumulandas, atque Luporum faucibus devorandas non exhurrens; & ſolùm ad propriam commoditatem, & utilitatem mali Paſtores reſpicientes, aliena rapiunt, & diſſipant, ſicut prævidit æternus Paſtor Chriſtus Joan. X., *Qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliundè, ille Fur eſt, & Latro. Fur non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat. Mercenarius videt Lupum venientem, & dimittit oves*; E contrà *bonus Paſtor proprias oves vocat nominatim, & educit eas, antè*

37 *eas vadit, & oves illum ſequuntur, & vocem ejus audiunt, & non ſuæ commoditati, & utilitati proſpicit, ſed ſolùm, ut ſuo proximo placeat, & conſulat*; illius infirmitates ad ſalutem ſuſtinendo, & juvando ad regulam ſuprà *num.*8. & adductam *Rom. cap.*15. *Debemus autem nos firmiores imbecillitates Infirmorum ſuſtinere. Unuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem.*

Item regula eſt, quòd, licèt Epiſcopale opus ſit bonum, ut Apoſtolus declarat, attamen pro arte benè deſiderandi tuenda non dicit, quòd bonum ſit deſiderium illius. D.Thomas in *comm.in hæc ipſa verba prima ad Tim.*3. ibi -- *Et ideò dicit Apoſtolus, quid ſit Epiſcopatus, & quid deſiderat, quia bonum opus, non dicit, bonum deſiderium habet, ſed bonum opus, ſcilicet ut utilitatem Plebis*. Undè, licèt inconcuſſum remaneat, quòd præfati deſiderii actus ex objecto prædicti Boni Epiſcopalis operis ſit bonus, & perfectus; tamen remanet inveſtigare, an etiam ex cæteris circumſtantiis, quæ neceſſariò illum comitari debent, poſſit eſſe bonus. 38

Item appetere Epiſcopatum ratione circumſtantiam bonorum manifeſtum eſt, quòd eſt illicitum, & pertinet ad cupiditatem, & ambitionem S. Thomas citatus. 39

Undè pro arte benè deſiderandi cuſtodienda, regula eſt ex Divo Thoma, quod appetere proximis prodeſſe, eſt ſecundum ſe laudabile, & virtuoſum. Verùm, quia Epiſcopalis operatio habet annexam gradus celſitudinem, præſumptuoſum videtur, quòd aliquis præeſſe appetat, ut ſubditis proſit. Idem Angelicus Magiſter *loc. cit.*22. *qu.*185. *ar.*1. 40

Quam regulam Auguſtinus 19. de Civitate Dei confirmat dicens, quòd *locus ſuperior, ſine quo Populus regi non poteſt, & ſi adminiſtretur decenter, indecenter tamen appetitur*. Et ibidem replicat, quòd *hanc ſublimationem nemo debet ſibi aſſumere*. 41

Cui regulæ adhæret Chriſoſtomus *lib.*3. *de Sacerdote*, ibi -- *Si quis Epiſcopi munus appetit, honeſtum opus deſiderat. At ego non operis* 42

ipſius

ipſius, ſed dominationis, ac potentiæ deſiderium peſtilens eſſe dixi. Atque hoc deſiderium ſic toto ſtudio ab animo abjiciendum eſſe cenſeo, ut nè animum quidèm ipſum prorsùs permittas ab illo occupari. Undè videtur S. Chriſoſtomus judicare, impoſſibile deſiderium boni operis, ſine deſiderio Prælaturæ, & Prælaturæ deſiderium eſſe deteſtandum.

43 Et licèt intellectus ſit præciſivus, non tamen voluntas, quæ trahitur à majori delectabili, quod ſinè dubio reſpectu humanæ naturæ eſt dominari, & præeſſe, & ideò non videtur practicabile voluntatem appetere bonum opus, & non appetere prælationem; Et quidem difficiliores ſunt præciſiones cordis, quàm mentis, quandò voluntate ſeparanda ſunt commoda magis appetibilia, & congrua appetitui, ab aliis, quæ non adeò appetibilia à natura inſtituuntur. Tantò magis, quòd ſæpè contingit, ut mens dicat de virtutibus amare, quod verè non amat, & de vitiis non amare, quod verè amat. D. Gregor. *paſtoral. part.*1, *cap.*9. ibi -- *Sæpè ſibi de ſe mens ipſa mentitur, & fingit ſe de bono opere amare, quod non amat. De Mundi autem gloria non amare, quod amat,* ſed hujuſmodi præciſiones dari poſſe

44 in præſenti materia per intellectum, & voluntatem D. Thom. non dubitat *quodlib.*5. *ar.*22. *in corp.* ibi -- *Reſpondeo dicendum, quòd in eo, qui electioni canonicæ de ſe factæ* (in Epiſcopum) *conſentit, conſiderari præcipuè debet, quid intendit ſi aliquid temporale, puta honorem, & divitias, excutere à ſe jugum religionis, aut aliquid hujuſmodi, manifeſtum eſt, quòd mala eſt intentio. Undè meliùs faceret, ſi non aſſentiret, ſi autem intenderet profectum Eccleſiæ, ſic planum eſt, quòd bona eſt intentio.* Ecce quomodo D. Thomas in Epiſcopatu admittit præciſiones, diſtinguendo temporalia, & ſpiritualia, honorem ſcilicet, & opus bonum, quod ſi intendatur primum, eſſe pravam intentionem, ſi ſecundum eſſe rectam.

Sed ne parci ſimus in oſtenſio- 45
ne tantæ veritatis, dupliciter ſecundùm Concilia, & Canones conſiderari poteſt præeminentia, ſeu celſitudo gradus, honor, & prælatura. Primo modo ſecundùm poteſtatem, & caracterem internum, & ſpiritualem in ordinatione, & conſecratione receptum Trident. *ſeſs.*23. *cap.*4. Secundo modo ſecundùm externa ſigna honoris, & reverentiæ, Trid. *ſeſs.* 25. *cap.* 17. Primo modo eſt id, quo Epiſcopus conſtituitur ſpiritualis Pater, & Paſtor reſpectu aliorum. Trident. *ſeſs.* 25. *cap.* 17. ibi -- *Epiſcopi Patres, & Paſtores ubique ſe eſſe meminerint*, non cum qualitate, ut diximus ſupra *num.*32. imperandi, & dominandi, Gentilium more, & ad inſtar Dominorum, & Principum ſæcularium, ſed forma facti Gregis ex animo, ut dicit Apoſtolus ſupra *cit. num.* 33., & ex humilitate indiſpenſabili tanquam verus Miniſter, & Servus per Jeſum, ut dictum eſt *num.* 29.

Secundo modo præeminentia 46
cõſiderari poteſt quoad ſplendorem quemdam externum, & accidentia extrinſeca, quibus præ cæteris Epiſcopus honoratur ſpeciali reverentia, & honorificis titulis ab omnibus excipitur ſingularibus, decoris indumentis ornatur, commoditatibus, & redditibus temporalibus providetur.

Primo modo indubitatum eſt 47
nunquam ſaltem in re ſeparari poſſe opus bonum Epiſcopale ab ipſa intrinſeca ſpirituali præeminentia gradus. Verum tamen eſt, quòd hujuſmodi ſpiritualis præeminentia non poteſt eſſe objectum ambitionis, quia ex Chriſti inſtitutione tota humili-

militas eſt, optans ſolùm non dominari, ſed miniſtrare, & ſervire per Jeſum. Sicuti, quia opus Epiſcopale ex ſua Inſtitutione aliud non eſt, niſi omnium virtutum cumulus, & exercitium, tendere in illud, non vitii, ſed virtutis eſt. Undè non eſt ambitionis, & præſumptionis objectum, ſed ſolius virtutis. Et cum dicta præeminentia interna tota ſit virtus, ambitioſus illam non quærit ſecundùm ſe, conatur tamen illam corrumpere, inquantum quærit ad extra per honorifica ſigna reddere ſe in publico, & in Foro, more Phariſeorum ſalutationibus, & reverentiis ſpectabilem. Quod damnat S. Thom. *quodl.* 2. *a* 22. *in corp.* citans S. Auguſtinum ibi -- *Undè Auguſtinus dicit de Civitate Dei, in actione non amandus eſt honor in hac vita, ſive potentia, ſed opus ipſum, ſi rectè, atque utiliter fit, ideſt ut valeat ad ſalutem ſubditorum, & inducit illud Apoſtoli, quod habetur prima ad Timot. 3. ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.*

48 Præeminentia autem externa modò deſcripta, non ſolùm mente ſejungi poteſt ab opere bono Epiſcopali, ſed de facto, & in re, & multoties, vel ex neceſſitate, vel ex Impiorum injuria invenitur ſeparata; quia quandò Eccleſiæ non ſunt pingues, ut in regionibus Infidelium, tunc Epiſcopi in nulla externa reverentia habentur, & nulla honorifica tractatione excipiuntur, & vix tanquam ſimplices, & privati Presbyteri exiſtimantur, & multoties etiam contingit, quòd quidam Epiſcopi ex propria culpa ſuam vilipendunt dignitatem, & nimis indignè ſuo loco cedunt, & indecenti vilitate ſe gerunt, de quo amarè Trid. conqueritur *ſeſſ.* 25. *cap.* 17. ibi -- *non poteſt Sancta Synodus non graviter dolere, audiens Epiſcopos aliquos ſui ſtatus oblitos, Pontificiam dignitatem non leviter dehoneſtare .... & indecenti quadam demiſſione ſe gerunt, & veluti inferiores Miniſtri Altaris, nimis indignè, non ſolum loco cedunt, ſed etiam perſonaliter inſerviunt.* Undè conſtat, quòd tripliciter ſeparatur reverentia extrinſeca ab Epiſcopali dignitate, vel neceſſitate, vel Infidelium impietate, vel ex eorumdem Epiſcoporum vilitate. Adeoque nulla difficultas eſt, quòd quis reſpicere poſſit ſolummodo purum opus Epiſcopale, ſine ullo temporali bono conſequente ad illud.

Et in caſu, quòd quis ex ſuo debito oculos quoque haberet ad 49
illa temporalia bona honoris, & præeminentiæ, quatenùs concernunt ad condignam tractationem ſui gradus, & ſtatus, & redundant etiam in proximorum utilitatem, ut mandat Trident. *ſeſſ.* 25. *cit. cap.* 17. ibi -- *Sancta Synodus renovando Sacros Canones, Conciliaque generalia, atque alias Apoſtolicas ſanctiones ad dignitatis Epiſcopalis decorem, & gravitatem pertinentes, mandat, ut Epiſcopi tam in Eccleſia, quàm Foris ſuum gradum, & ordinem præ oculis habentes, ubique ſe Patres, & Paſtores eſſe meminerint, ut eos paterno honore, & debita reverentia proſequantur.*

Nihilominus, quia, quandò 50
agitur de honore, & præeminentia dubitari poteſt, quod affectus in illa non proveniat ex virtute, ſed ex humano, & carnali intereſſe, propter quod vitioſum eſſet hoc modo Epiſcopatum appetere.

Cenſeo veram eſſe ſententiam 51
Gregorii ſuprà *num.* 43. humanam mentem verſantem circà objectum ſpiritualibus, & temporalibus bonis admixtum, ut plurimum mentiri, fingendo amare virtutem, quam non amat; & vitium odio habere,

quod non odit: & authoritatem D. Tho. ſupra *n.*40. procedere non de Epiſcopatu collato, tunc enim virtutis neceſſitas poſcit,ut acceptetur, non prout habet illa temporalia ſibi annexa,ſed quatenus,ſpirituale opus eſt, tot virtutibus, & laboribus explendum.Sed de Epiſcopatu proprio motu appetēdo,& procurando, tunc illæ præciſiones non benè currunt in praxi,& quatenus in re fieri poſſent, ſemper vitioſum,& ambitionis actus eſſet, Epiſcopatum appetere, illumque procurare. Quia nunquam ex parte ſubjecti reperiri poteſt idoneitas ſufficiens, & requiſita ad illum digne appetendum, adeoque verificaretur ambitiò, quæ eſt appetitus inordinatus, ut dictum eſt, dignitatis indebitæ, aut debito majoris; & quòd homo, quantumvis in hac vita ſanctus, & perfectus, non ſit idoneus ad Epiſcopatum, proprio motu quærendum, procurandum, & acceptandum manifeſtè oſtenditur ex D.Tho. infrà *reſol.*10. Undè firma remanere debet regula perpetua, nullum in hac vita eſſe idoneum ad Epiſcopatum proprio motu comparandum, & appetendum.

52 Quas huc uſque pro arte benè deſiderandi protulimus regulas ad Epiſcopos, & Paſtores inſtruendos, omnes, & ſingulas pluries Sacri Canones inculcare non negligunt, & plures ex prænarratis in Extravagantibus evulgatas reſpicimus. Præcipuè Epiſcopos non debere eſſe litigioſos; Subditorum debere quieti intendere; ſi boni ſint, multa bona cauſare; Epiſcopum facere non nomen, ſed vitam; Et ad Canonum obſervantiam adſtringi. Incontinentes ſuam maculare gloriam, vigilis Paſtoris officium erga ſubditos exercere, eorumdemque debere eſſe cuſtodes; eorum geſta in Subditorum exempla allegari, Pupillorum curam ipſis incumbere,nec non Viduarum, & Peregrinorum *reg. 68. num. 60.*

Et in primis regula perpetua inter Sacros Canones recepta ad Epiſcoporum zelum commovendum, & obligationem eorumdem inculcandam eſt, ipſos à Chriſto fuiſſe inſtitutos, ad coercendos ab Eccleſia Dei Homines malos *cap.de Conſtantinopolitana 22. diſt. & cap. non quales 1. quæſt. 1.* modo infra allegando. Aliàs ipſis Subditorum peccata imputari *cap. quidquid 1. quæſt. 1. & cap. Epiſcopo 9. quæſt. 3.* ibi-- *de cujus manu* ſcribit Beda,*peccata ſubditorum requirit Deus.* Undè ad punitionem; poſſunt etiam Principes excommunicare *cap. ſi autem 11. quæſt. 3.* ibi -- *Si autem vobis Epiſcopis non obedierint omnes Presbyteri, Diaconi, & Clerici, omneſque Principes tam majoris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui Populi, non ſolùm infames, ſed & extorres à Regno Dei, & Conſortio Fidelium, ac à liminibus Sanctæ Dei Eccleſiæ alieni erunt*, ità Clement. *epiſt.* 3. omnibus Coepiſcopis..... & *gloſs. verb. Principes* ibi -- *Ergò Imperatores ſubſunt Epiſcopis, & ab eis poſſunt excommunicari cap. duo 96. diſt. & ſi in pluribus Civitatibus Imperator habet domicilium, quilibet poteſt eum excommunicare*. Mitiùs tamen cum eis agendum, quàm cum aliis *cap. de rebus 12. quæſt. 2.* Nam diſcretio neceſſaria eſt Prælato in corrigendo, *cap. ponderet 50. diſt.* Eſt enim diſcretio omnium virtutum mater *cap. præſentium 1. quæſt. 5.* Adeoque non indiſcretè ſubditum arguant, aut puniant *cap. cum Beatus 45. diſt. & cap. ipſe 11. qu. 3.* Imò promptiores ad miſericordiam, quàm ad puniendum *cap. licèt 45. diſt.* quia tutior redditur ratio de miſericordia, quàm de crudelitate,*c.alligant.* 53

25.*quæſt.*

25. *quæſt.* 7. Severi contumacibus, benigni pœnitentibus, *cap quanto* 2. *quæſt.* 5. ſi tamen in corrigendo exceſſerit, à Subditis veniam petere non tenentur. *cap. quando*, 86. *diſt.* Abſit tamen, quòd aliquandò ex vindicta corrigant, *cap. ſi quid*, *& ſeqq.* 86. *diſt.*

54 Hinc regula inter Canonicas pro arte benè deſiderandi pariter involvit, Prælatos non contemnendos, *cap. nemo contemnat* 11. *quæſt.* 3. etiamſi mali eſſent, *cap. multi*, *& duobus ſeqq.* 6. *quæſt.* 1. *& cap. Sacerdotes*, *& cap. Oves*. Nam non ipſorum opera, ſed doctrina venit attendenda, *cap. non quales* 1. *qu.* 1. ibi — *non quales Sacerdotes Domini ſint*, *ſed quid de Domino loquantur*, *eſt vobis magnopere prævidendum*, *nec in Vicariis Petri Apoſtoli vobis eſt attendendum*, *qui ſint*; *ſed qui pro correctione* ..... *quid pro ſalute veſtra ſatagant*.

55 Verum tamen eſt, divinum præceptum eſſe, omnes teneri Chriſti Paſtores, cæteris Sanctitate præcellere; Cùm non prælatio, ſed bona converſatio nos Deo conjungat. *cap. non loca.* 40. *diſt.* undè ſine ullo crimine eſſe debere, ut alios poſſint liberiùs arguere, *cap. primum* 25. *diſt.*, illoſque Prælatos dici majores, quorum vita eſt ſanctior, *cap. Paulus*, *& Petrum* 40. *diſt. & duobus ſeq. & cap. multi in fine*. Ac turpe eſſe, Superiores pejores eſſe inferioribus, *cap. viliſſimus.* 1. *qu.* 1. eorum enim integritas eſt Subditorum ſalus; & ordinem mutare compertum eſt, ſi quid inveniatur in corpore, quod non reperitur in capite, *cap. miramur* 41. *diſt.* Imò eorum vita Subditis eſſe debet continuum Sanctitatis exemplum, *cap. cùm Paſtores*, 2. *quæſt.* 7. Quamobrem Eccleſiæ Paſtores actioni, & contemplationi vacare neceſſe eſt, *cap. decrevit*, 88. *diſt. & cap. Epiſcopus nullam*, *& cap. Epiſcopi* 2. *qu.* 7. *& cap. in ſcripturis veſtris* 8. *quæſt.* 1. 3. *quæſt.* 1. & ideò Epiſcopi domus debet eſſe propè Eccleſiam, ut aptior ſit contemplationi, *cap. Epiſcopus*, 41. *diſt.* ut etiam in menſa inter corporis epulas, Sacra lectione refectus ſpiritus non jejunet, *cap. reverentia* 14. *diſtinct.* & non ſolùm lectioni intendere, & orationi, ſed etiam prædicationi, *d. cap. Epiſcopus nullam*. 88. *diſt. & cap. Epiſcopi* 3. *quæſt.* 1. Quapropter Epiſcopi reprehenſibiles eſſent, ſi venationi intenderent, *cap. quorumdam* 34. *diſt.* & occupationes ſæculares non abjicerent, *d. cap te quidem* 11. *quæſt.* 1. & proinde Advocati, & Tutoris officia prohibetur ſubire, *cap. Epiſcopus tuitionem cum quatuor ſeq. & d. cap. te quidem* 11. *quæſt.* 1. ſed ad omnium virtutum exercitium ſe applicare conetur, ut non ſufficiat lectio, & oratio, niſi adſit etiam eleemoſinę elargitio. *cap. Fratri* 7. 86. *diſt.* & debent eſſe Hoſpitales 42. *diſt.* §. *Hoſpitalem*. & Prælati tenentur Pauperibus, & oppreſſis providere, illoſque ſollicitè defendere, *cap. Epiſcopus* 28. *diſt. cap. pervenit* 84. *diſt. cap. Fratrem* 86. *diſt. cap. videntes.* 12. *quæſt.* 1. *& cap. his*, *& duobus ſeqq.* 87. *diſtinct. per tot.* compatientes erga Infirmos, *cap. recedite* 45. *diſt.*, nec facilè de Subditis credendum, *cap. ſi quid verò* 86. *diſtinct.* & Epiſcopum ideò inungi, ut exiſtat Procurator Animarum, & diſtributor ſpiritualium *cap. Clericum* §. *ex his omnibus* 11. *quæſt.* 1. diſcordantes concordare, *cap.* 1. 90. *diſt. & cap. ſtudendum ibidem.* Vigilanter oves Chriſti regere, *cap. rationis* 100. *diſt. & d. cap. ſuggeſtum*, *& ſeq.* 7. *quæſt.* 1. Epiſcopus enim ſunt Duces, & Paſtores, *cap. ſciſcitaris* 7. *quæſt.* 1. Profectò ex 56 officio debent ſuperintendere, quibus præficiuntur, *cap. qui Epiſcopatum*

tum 8. *quæſt*. 1. *& cap. Cleros* 21.
diſt., nàm proptèr adverſitatem non
debent Gregem relinquere, *cap.*
ſuggeſtum cum duobus ſeqq. 7. *qu*.1.
& licèt contrà Prælatos non ſit de
facili præſumendum, *cap. abſit* 11.
quæſt. 3. nihilominùs plus quàm
alii adverſitatibus debent eſſe ex-
poſiti, *cap. nulli*. 3. *quæſt*. 1. *& d.*
cap. ſuggeſtum, & duobus ſeqq. 7.
quæſt. 1. & plus laudatur patientia
Epiſcopi in adverſitate, quàm quies
in religione, *d. cap. ſuggeſtum* 7.
quæſt. 1.

Nec dubitandum, nihil in hac
57 vita laborioſius, & Deo magis gra-
tum, quàm eſſe bonum Prælatum,
cap. antè omnia 40. *diſt. & cap. duo*
96. *diſt*., bonorumque Prælatorum
Deum faciliùs orationes exaudire,
cap. Sacerdotes. 1. *qu*. 1.

Econtrà malum Prælatum
58 quandoque dari propter peccata
Populi, *cap. ex merito* 6. *quæſt*. 1.
cap. Audacter 8. *quæſt*. 1. & exem-
plum ibi de Saule, Illumque tole-
randum eſſe, quandiù per ſenten-
tiam non dejiciatur, *cap. ult*. 15.
quæſt. 8. *& cap. tres* 23. *quæſt*. 4.,
& incongruè Sanctorum loca tene-
re, ſi facta bonorum non ſectatur,
cap non eſt, & ſeq. 48. *diſt*. nam
honor adeptus, & illi exhibitus ce-
dit ei ad culpam, & ad pœnam,
cap. multi. 40. *diſt. & ſecuti in fin*,
2. *qu*. 7. Profectò criminoſus Epi-
ſcopus, magis dicendus eſt canis
impudicus, quàm Epiſcopus, *cap.*
qui nec 2. *quæſt*. 7. & non omnis
Epiſcopus, qui dicit pax vobis, eſt
ſicut Columba, ſed potiùs ſicut
Corvus audiendus, *cap. non omnis*
2. *quæſt*. 7. ſuoque exemplo multos
trahit ad Inferos, *cap. ſi Papa* 40.
diſt. & apud Deum nihil miſerabi-
lius, quàm malus Prælatus, *cap. antè*
omnia 40. *diſt*. & mali Prælati tot
mortibus digni ſunt, quot ad Sub-
ditos ſuos perditionis exempla
tranſmittunt, *cap. præcipuè* 11. *qu*. 3.
& ſciant, quòd in eodem genere
peccati graviùs peccant Prælati,
quàm Subditi, *cap. Homo* 40. *diſt*.

In ipſis ſummopere reprobari
ſuperbiam, & avaritiam, *cap. Dia-* 59
coni ſunt, circa med. 93. *diſt*. & adeò
ſuperbia ab ipſis removenda, ut in
eo, in quo aliis præficiuntur, præ-
ſumere non debent ſe illis ſanctio-
res, *cap. illud inferendum* 8. *qu*. 1.
& conſequenter non debent ſper-
nere minorum exempla ad imitan-
dum, & ſcientiam ad diſcendum,
cap. de Conſtantinopolitana. 22. *diſt*.
& cap. ſi habes. 24. *qu*. 3. & quantùm
ad avaritiam electus caſſatur pro-
pter illam, *cap. Archidiaconus Flor*.
85. *diſt*. ſicuti propter incontinen-
tiam, *cap. priuſquam* 28. *diſt*. & eo-
rum ambitio etiam deteſtanda. Nam
illi Prælati, Mercenarii dicuntur, qui
honores, & temporalia quærunt,
& non ea, quæ ſunt Jeſu Chriſti,
cap. ſunt in Eccleſia. 8. *qu*. 1. Quo-
niam Epiſcopatus licèt non ſit pro-
pter deſidiam reſpuendus, attamen
nunquam eſt avidè ſuſcipiendus,
cap. vòs autē 16. *qu*. 1. *& cap. olim* 8.
qu. 1. *& tribus ſeq. & cap. multi*. 40.
diſt. & ambitioſum à prælatione
repelli non eſt dubium *cap. Princi-*
patus 1. *qu*. 1. Quia de ratione pa-
ſtoralis dignitatis, & honoris eſt,
ut non poſtulantibus, ſed fugienti-
bus conferatur, *cap. ſicut* 1. *qu*. 6. *&*
cap. in ſcripturis 8. *qu*. 1.

De Eccleſiaſticorum Paſtorum
ſcientia, & Doctrina prò Dominicis 60
Ovibus inſtruendis multū inſudant
Patres, & Eccleſiæ Canones, ut il-
la nullatenùs negligatur eò uſque,
quòd propter illiteraturam quilibet
ab Epiſcopatu ſit removendus. De-
fectus enim ſcientiæ dejicit jam
promotum, *cap. quamvis de ætat. &*
qualit. & ordin. præfic. ex Hono-
rio III. *cap. Bremera contra Epiſco-*
pum Calinenſem ibi -- *Quid confeſ-*

ſus

ſus eſt coràm nobis, ſe nunquam de Grammatica didiciſſe, nec etiam legiſſe Donatum, & per evidentiam facti uſque adeò de illiteratura, & inſufficientia ſua conſtat, quòd contrà Deum eſſet, & Canonicas ſanctiones, tantum in Epiſcopo tolerare defectum, ipſum à Pontificali officii exequutione penitùs duximus amovendum.

Hinc illiterati, & corpore vi
60 a tiati pari paſſu tanquam Irregulares ab ordine repelluntur, *cap. illiteratos 36. diſt.* ibi -- *illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos nullus præſumat ad Clericatus ordiuem promovere, quia litteris carens, ſacris non poteſt adeſſe officiis, & vitioſum nihil Deo prorsùs offerro, legalia præcepta ſanxerunt.* Et idem *cap. ſeq. qui Eccleſiaſticis. dicta. 36. diſtinct.*

Undè litteras in ipſis ex neceſ-
60 b ſitate requiri non eſt dubitandum, cum teneantur docere alios, *d. cap. qui Eccleſiaſticis 36. diſt. §. Hinc etiam vectes*, ibi -- *ne tunc quærant diſcere, cum ex officio alios debeant docere.* Afferens exemplum de David ibi -- *Qui priùs ex gratia Spiritus Sancti donum ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationem Regni aſſecutus eſt.* Et ità ex neceſſitate faciendum, niſi velint de ſolo nomine eſſe Paſtores, *cap. ſi quis vult d. 36. diſt.* ibi -- *ſi quis vult eſſe Pontifex non tàm vocabulo, quàm merito, imitetur Moyſen .... opus ejus erat, ut aut à Deo aliquid diſceret, aut Populum doceret.* Et multa ſunt, quæ Epiſcopus tenetur ſcire *cap. omnes 38. diſt.* præcipuè Sacras Paginas, & divina myſteria, quorum ignorantia eſt Chriſti neſcire virtutem, *cap. ſi juxtà 38. diſtinct.* ibi -- *ſi juxta Apoſt. Paulum, Chriſtus Dei virtus eſt, Deique ſapientia, & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem, ejuſque ſapientiam; Ignoratio Scripturarum, ignoratio Chriſti eſt.* Itaque Epiſcopo non ſufficit innocens vita, niſi adſit & Doctrina, ex Hieronymo 43. *diſt.* §. 1. ibi -- *Nam latratu Canum, & baculo Lupi ſunt arcendi, in ipſa autem doctrina diſcretum oportet eſſe Rectorem, nec aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.* Idemque repetit Gregorius, *cap. immediatè ſequenti*, ibi -- *ſit Rector diſcretus in ſilentio, utilis in verbo, & debet docere Populum, Sacram Scripturam, non Grammaticam, non Philoſophiam. cap. cum multa.*

Et Scholaſtici non contemnant 60 c
Eccleſiaſticam ſimplicitatem, *cap. ſedulò monendi 38. diſt. Indignum enim* dicit Gregorius ad Leandrum Epiſcopum in præfatione morali in fine -- *vehementer exiſtimo ut verba cæleſtis Oraculi reſtringam ſub regulis Donati. cap. indignum 38. diſt.* nec dedignentur Superiores ex verecundia à minimis, & parvulis, quæ neſciunt addiſcere, *cap. nullus Epiſcopus, & Gloſs. verb. opprobrium*, ibi -- *Dicit Auguſtinus. Ego ſenex à Puero nondum anniculo paratus ſum edoceri*, ut 24. *quæſt. 3. cap. ſi habes. Et ſtultus eſt, qui bona, quæ videt, diſcere contemnit*, ut 22. *diſt. cap. de Conſtantinopolitana -- & ſi unum pedem haberem in ſepulcro, alium extra, adhuc vellem diſcere* ..... Undè Seneca -- *nulla ætas ſera eſt ad diſcendum.*

Paſtor enim ſimplex non re- 61
probatur, *cap. Petrus 36 diſt.* dummodò ſimplicitas ſit contraria dolo, tunc enim eſt bona, *cap. ſi cupis 6. quæſt.* 1. non verò ſi ſimplicitas, negligentia ſit, aut ſtultitia, quæ ſemper reprobanda, *36. diſt. in principio*, ibi -- *oportet, Ordinandum eſſe prudentem, quod contrà eos notandum, qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam*, & diſciplinis forenſibus ſtudere non erit prohibi-

tum, cum multùm conducant ad ſa-
crorum Canonum intelligentiam,
Gloſs. in verb. Epiſcopus Gentilium
37. *diſt.* Cæterùm in vanitate ſen-
ſus, & obſcuritate mentis ambulant,
qui ſæcularibus diſciplinis occupan-
tur, *cap. nonne vobis* 37. *diſt.* Intel-
lige ad prophanum finem, ut ibi
Gloſs. ver. nonne, & *cap. vivo d.* 37.
*diſt. & ſeq. & ſaeculares litteras per-
legi permittuntur, nec illas ignore-
mus, at non ut teneamus, ſed repu-
diemus. cap. legimus* 37. *diſt.* juxtà
intelligentiam Gloſſæ ibi per totum.
Et in hoc ſenſu non eſſe peccatum
facultatibus ſecularibus eruditi, de-
monſtratur, *cap. qui de menſa Regis
d.* 37. *diſt.* & ad intelligentiam ſa-
crarum litterarum, ſæcularium peri-
tia aliquandò juvat, *cap. relatum* 37.
diſt. ex Clem. Papa *epiſt*, 5. ad ſuos
Diſcipulos ibi -- *Cùm enim ex di-
vinis ſcripturis integram quis, &
firmam regulam veritatis ſuſceperit,
abſurdum non erit, ſi aliquid etiam
ex eruditione communi, ac liberali-
bus ſtudiis, quæ forte in Pueritia at-
tigit, ad aſſertionem veri dogmatis
conferat; ità tamen, ut ubi vera di-
dicerit, falſa, & ſimulata decli-
net.*

Tandem in Sacerdotibus, &
62 Paſtoribus ignorantia eſt acriter re-
probanda, & ſummoperè dete-
ſtanda, utpotè cunctorum errorum
parens, *cap. Ignorantia* 38. *diſtinct.*
& Sacerdotum inſcitia non meretur
veniam, nec excuſationem, *cap. ſi
in Laicis* 38. *diſt.* eòque magis, ſi
circà ſacros verſatur canones, *cap.
nulli Sacerdotum. dicta diſt.*, ubi quæ
Sacerdotibus, & Epiſcopis ſcitu ne-
ceſſaria ſunt, enumerantur, *cap. quæ
ipſis, & ſeq. dicta* 38. *diſt.* aliàs,
qui ignorat, ignorabitur; dixit
Gregor. *par.* 1. *cap. in paſtoral. &
cap. qui ea. d.* 38. *diſt.*

Et notandum, quòd nimia di-
63 cendi, & verborum elegantia fu-
gienda eſt, *cap. Eccleſiaſtica.* 38. *diſt.*
ibi -- *Eccleſiaſtica interpretatio
etiamſi habeat, & fugere, ut non
otioſis Philoſophorum Scholis, pacif-
que diſcipulis, ſed univerſo loquatur
Hominum generi.*

Regula quoque ex Trid. eſt
ibi -- *ut ii, qui Epiſcopale miniſte-* 64
*rium ſuſcipiunt, non ad propria com-
moda, non ad divitias, aut luxum,
ſed ad labores ſe vocatos eſſe intelli-
gant*, *ſeſs.* 25. *poſt cap.* 22. *decret.
de reform.* & ſequitur dicens, quòd
eorum ſit modeſta ſupellex, fruga-
lis victus, & nihil habeant, quod
ſimplicitatem, & Dei zelum non
redoleat, ad quæ conſpirat Text.
in *cap. Epiſcopus* 41. *diſtinct.* ibi
-- *Epiſcopus vilem ſupellectilem, &
menſam, ac victum pauperem ha-
beat, & dignitatis ſuæ authoritatem
Fide, & vitæ meritis quærat.* Quid-
quid in hoc capite dicat Gloſs. Tri-
dentinum enim pro perſuaſione hu-
jus moderationis allegat præfatum
caput, cui quoque addit *cap. pro
reverentia.* 44. *diſt.* & hujus decla-
rationem Gloſſa remittit ad *cap. in
omnibus de conſecrat. diſt.* 5. Quo-
niam licèt in primitiva Eccleſia
Epiſcopi ad eorum paupertati pro-
ſpiciendum, medietatem oblatio-
num acciperent, *cap. antiquos* 10.
quæſt. 1. & poſtea ſucceſſivè tertiam
partem, *cap. de his* 18. *quæſt.* 1. tan-
dèm quartam, *cap. quatuor.* 12. *qu.* 2.
& hodie ex hujuſmodi proventibus
nihil illis proveniat, *cap. placuit.* 10.
qu. 3. nihilominus ea, in quibus tunc
temporis ſuperabūdabant, Pauperi-
bus eroganda erant. Idē Trid. *loc. cit.*
& nō luxui tribuēda eſſe duxit, juxtà
Trid. *in cap. præcipimus, & in cap.
nulli Epiſcoporum.* 12. *qu.* 1. modò
infrà referendo. Et *cap. Epiſcopus.* 41.
diſt. ibi -- *Epiſcopus in menſa non
debet reſplendere vaſis aureis, &
argenteis, ſed fidei meritis, & quæ
Dei ſunt*, Trid. modò cit. *Epiſco-*

pus

pus conſanguineis non diſpenſet, ſed ſi Pauperes ſint, iis, ut Pauperibus diſtribuat, non tamen eorum cauſa diſſipet; Immò omnem humanum hunc erga Fratres, Nepotes, propinquoſque carnis affectum penitùs deponat. Ad vulgatos Canones, quos ibi cumulat Sancta Synodus. Et Epiſcopus cùm in multis debeat requirere Clericorum Conſilium, *cap. Epiſcopus ſine. 24. diſt.*, hoc tamèn magis illi obſervandum in Eccleſiaſticarum rerum diſpenſatione, *cap. Epiſcopus Eccleſiaſticarum. 12. qu. 1.* atque alienatione, *cap. ſine exceptione, 12. qu. 2.* Rerum enim Eccleſiaſticarum eſt Procurator, non Dominus, *cap. Fraternitatem de donationibus*.

65 De propriis tamen, vel acquiſitis poteſt Epiſcopus Teſtamentum condere. De aliis verò non. Quia cedunt, Eccleſię, *cap. Epiſcopi, & ſeq. 12. qu. 1.* ibi -- *Epiſcopi de rebus propriis, vel acquiſitis, Hæredibus ſuis ſi voluerint, derelinquant. Quidquid verè de proviſione ſua Eccleſiæ fuerit, .. In Jure Eccleſia reſervare cenſuimus*. Et idem repetitur in *cap. Pontifices d. 12. qu. 3. & qu. 5. per tot.*

66 Cæterum Epiſcopi poſſident Eccleſiæ bona, amplas nimirùm poſſeſſiones, & redditus, quæ non propria ipſorum ſunt, ſed communia: & omnium, quæ habet Eccleſia, efficitur diſpenſator, ad litteralem Text. in *cap. expedit. 12. qu. 1.* & illas habet ad diſpenſandum, quibus indignet in neceſſariis uſibus, *cap. Epiſcopus 12. qu. 1. & cap. Eccleſia cum duobus ſeqq.* & de illis ſibi juxtà ſuas applicare indigentias, *cap. nulli Epiſcoporum. d. 12. qu. 1. §. ſi ergò* ibi -- *licèt res Eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes. Primùm tamen ſibi, & ſua Eccleſiæ neceſſaria ſubminiſtrent, reliqua, quæ ſuperſunt, Fidelium uſibus miniſtraturi*. Juſtum enim videtur, ut de Eccleſiæ facultatibus neceſſaria ſibi præparet, *cap. ex his, 12. qu. 1.* ibi -- *Ex his autem, quibus Epiſcopus indiget, ad ſuas neceſſitates, & Peregrinorum Fratrum uſus, ipſe percipiat, ut, nihil ei poſſit omninò deeſſe. Lex enim Dei præcipit, ut qui Altari deſerviunt, paſcantur de ipſo*. Ad ſenſum Sapientiſſimi Doctoris Gentium 1. Corinth. 9. ibi -*Neſcitis, quoniã qui in ſacrario operantur, quę de ſacrario ſunt, edunt, & qui altari deſerviunt cum altari participant. Ità Dominus ordinavit iis, qui Evãgeliũ annuntiant, de Evangelio vivere. Scriptum eſt enim: non alligabis os Bovi triturãti.* Deuter. 15. Cum ſine tẽporalibus Chriſti miniſter vivere, & proficere nequeat, ut obſervat Tex. in *cap. ſi quis obiecerit. 1. q. 3.* ibi - *Epiſcopus ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore corporaliter vivit*. De quibus infrà *Pręamb. 3. n. 102.* & univerſaliter de patrimonio Jeſu Chriſti, cujus ſubſidio omnes Eccleſiæ ſuſtinẽtur miniſtri *cap. eũ ſecundũ de pręben.* adeoque verum eſt, quod Clerici de illo vivere debent.

Verum tamen eſt, quòd licèt Epiſcopi debeant ſcire, ſe Presbyteros eſſe, non Dominos, & nõ debere, ut dictũ eſt, in Clero dominari, *cap. eſto, & tribus ſeqq. 95. diſt.* Ipſis tamen non ſufficit, quoad mores, & fidẽ æqualẽ cum ſubditis gerere vitam; ſed ſicut ſunt honore ſuper illos, ſic, & vita debent eſſe pręſtãtiores, *cap. nec ſufficere. 8. qu. 1.* Nihilominùs Epiſcopus, ſe ſedente, Presbyterum non permittat ſtare, *cap. Epiſcopus in quolibet. 95. diſt.* 67

Ipſe enim in Eccleſia ſit ſublimior; in Domo verò ſit collega Sanctorum, *cap. Epiſcopus in Eccleſia. 95. diſt.* ita tamen, ut non contemnatur, *Gloſs. ibi verb. Epiſcopis*; & Epiſcopi noverint, ſe magis conſuetudine, quàm diſpenſatione majores 68

eſſe

eſſe Presbyteris, *cap. olim in fin. & duob. ſeqq. 95. diſt. ad ſenſum Gloſſ. ibi verb. tolerentur .*

Pro ſpecialibus conditionis re-
69 quiſitis ad ritè Epiſcopos eligendos,
cuncta , quæ neceſſariò obſervanda
erunt , Sacri præſcribunt Canones ;
nè in tam arduo negocio ſuperiores
fallantur . Profectò cum Epiſcopus
efficiatur Sponſus Eccleſiæ. *cap.ſicut alterius . 39. , & cap. ſicut vir. 7. quæſt.1. ,* & pro ſpirituali matrimonio cōſenſus requiratur electi *d.cap. ſicut alterius* ; & electio ſemel facta , & publicata variari non poſſit *cap. Epiſcopus 61.diſt.& cap. qualitèr. in fin.7. quæſt.1. ,& cap. talia 8.qu.3.* & expreſſiùs *cap. publicato de elect.* Et dicemus latè *reſol.15. num.18.& ſeq.* omnis ratio poſcit,ut Electores, antequam Epiſcopum eligant, maturè perpendant , & diſtinctè dijudicent , atque cognoſcant , an in Perſona exaltanda quotquot per ſacros Canones requiruntur , concurrant , & confluant , tàm pro vitioſis repellendis , quàm virtuoſis ſublimandis , nè ſuperiores malum Epiſcopum eligendo , noceant ſubditis. *ad Textus modò infrà citandos .*

Et in primis Neophiti ab Epi-
70 ſcopatu ſunt arcendi ; & Epiſcopos
fieri, vetant Canones . 48. *diſt. in proemio* ; cujus ſenſus, ibi -- *ut , qui heri erat in Theatro,hodie non ſedeat in Eccleſia ; Qui erat in circo heri , hodiè non miniſtret Altari . . . ne elatus in ſuperbiam , tanquam Religio Chriſtiana plurimum eo egeret . momentaneò enim Sacerdos neſcit habere humilitatem ; obſervare modos Perſonarum, vel ſe contemnere ; non jejunavit, non flevit, non ſe correxit, non Pauperibus erogavit . In arrogantiam incidunt , qui puncto hora nedùm diſcipuli , fiunt Magiſtri . Et ſicut Innocentius ait , miſerum eſt eum fieri Magiſtrum , qui necdùm didiçit eſſe diſcipulum .*

Criminoſum non eſſe eligen-
dum replicata Jura declamant *cap.* 71
primùm 25. diſt.& cap.1.6. quæſt.1., de quo ſupra *num.58.* & de incontinentia notatus , longè à dignitatibus Eccleſiaſticis arceatur.*cap.prohibetur 84. diſt., & cap.priuſquam. 28. diſt. & cap. de Syracuſana. ead. diſt..* ità ut Epiſcopus pro ſua indemnitate , & cautela, ad calumnias vitandas, habeat apud ſe maturos viros tam ex Clericis, quàm ex Religioſis,tam in Cubiculo , quàm in Monaſterio Socios , propter bonum Teſtimonium *cap.58.cum Paſtoris, & duobus ſeqq. 2. qu.7. & cap. Epiſcopi Deo. de conſecr.diſt.1.*& malos,& pravos in ſua ſocietate non admittant . *cap.pervenit. d.2.q.7.* undè electus, qui Teſte prole,ut infra dicemus *n.79.* longam continentiam convincitur non ſervaſſe , repellitur *cap. priuſquam 28. diſt.* Cæterùm quantùm à vitiis debeant eſſe immunes , qui ad Epiſcopatum ſunt ſublimandi , habes humane Lector 49. *diſt. in proemio* , ubi eruditè diſſeritur ; quòd illi, qui Interceſſores pro Populo à Deo parantur, neceſsè eſt , ut ejus gratiam benè vivendo mereantur : Undè Gregorius in Paſtorali ibi-- *Sollicitè formidandum , ne qui placare poſſè iram Dei creditur, hanc ipſe proprio reatu mereatur . Cuncti enim liquidò novimus . Quia cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur , irati animus ad deteriora provocatur . Qui ergo adhuc deſideriis terrenis aſtringitur , caveat , ne diſtricti iram Judicis graviùs accendens , dum loco delectatur gloriæ , fiat ſubditis Author ruinæ . Solerter ergo ſe quiſque metiatur , nec locum regiminis aſſumere audeat , ſi in ſe adhuc vitium damnabiliter regnet ; nec is , qui crimen damnat proprium, Interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum .* Et *Gloſſ. verb. Interceſſores ,* ibi -- *videtur , quòd orationes factæ*

à Sa-

à Sacerdotibus malis, noceant Subdi-
tis, quod intellige, quandò Electores
ex certa ſcientia eligunt malum.
Undè Sacrificium Deo non
72 offerat, qui vitiis etiam corporis eſt
maculatus, ad deſignandas animi de-
formitates *cap.1.hinc etenim.49.diſt.*
& *cap.ſeq.quoniàm* ibi dicitur *Cæcus*
eſt, qui lumen ſupernæ contemplatio-
nis ignorat. Claudus, qui viam per-
fectæ vitæ tenere non valet. Parvo
naſo eſt, qui diſcretionem non habet;&
de aliis pluribus comparationibus,
ibi — *Summa eloquentia ſit ſermo, &*
Sacerdotes panem pollutum offerunt:
qui dato munere Sacerdotium præſu-
munt. dicta 49.*diſt.cap.2.Sacerdotes.*
Cæterùm, ut diximus ſupra
73 *num.* 58. 71. vitiis, & criminibus
irretitos ad gradus Eccleſiaſticos
promoveri non poſſe quinquageſi-
ma diſtinctio per tredecim Capitula
mirificè oſtendit. Licèt ibidem, &
ſub eadem 50. diſtinctione poſt Ca-
pitulum decimum tertium plura alia
adducantur, in quibus demonſtra-
tur, quòd criminoſi poſt peractam
pœnitentiam, proprios gradus licitè
poſſunt adminiſtrare, & ad majores
conſcendere, ut apertè declaratur
in fine Capituli 28., ibi — *Quicun-*
que igitur pro criminibus ſuis dignè
Deo pœnitentiam obtulerint, authori-
tate Gregorii, Auguſtini, Hieronymi,
& Iſidori gradum priſtinæ dignitatis
recipere poſſunt. Non obſtāte *cap.29.*
ſequen. Hormiſdæ Papæ, ubi legitur
titulus. *Diaconus, aut Presbyter in*
adulterio deprehenſi reparari non
poſſunt. Hoc enim intelligitur de
illis. *Qui non odio criminis, ſed timo-*
re vilitatis, vel ambitione honoris
falſas Deo pœnitentias offerunt, ut
legitur ibi, & notat *Gloſſ. in d.cap.29*
ſi quis Diaconus verb. quòd ſi eos,
ibi — *dicitur, quòd ſi Clerici delin-*
quentes verè pœniteant; reſtitui poſ-
ſunt: exemplo David. Si verò non
reſipiſcunt, non eſt eis indulgendum.
Conformiter ad alium Textum in
cap. conſiderandum d. 50. *diſtinct.*
ubi habetur, quòd exemplo Petri
eligendus potiùs eſt in Prælatum, qui
poſt caſum pœnituit, quàm qui nun-
quam cecidit. Quia talis per caſum
ſuum aliorum Infirmitatibus compati
novit. Et hoc adeò verum eſt, ut
quis non poſſit accuſari de crimine,
de quo pœnituit; & multò minùs
impediri à promotione. *Gloſſ. verſ. ſi*
adhuc 49.*diſt. in proemio*, & faciunt
Textus *in cap. quicunque. 26. qu.5.*
& cap. Clericus 46. *diſt.*
Item in Epiſcopum prohibetur
eligi, qui non eſt in ſacris. *cap. ult.*
60. *diſt.& 61.diſt.*§.1.& antiquitus, 74
quia Subdiaconatus non reputaba-
tur Sacer, Subdiaconus in Epiſco-
pum minimè eligebatur, niſi neceſ-
ſitate cogente, *Cap. nullus* 60. *diſt.*
cap.de Syracuſanæ §.*Ecce* 28.*d.ſt. &*
cap.ultimo 40.*diſt.* & videnda erunt
ibi notata. & multò minùs Laici in
Prælatos eligi poſſunt.*cap Statuimus*
§. *His omnibus*.61.*diſt. & cap. Mo-*
naſteriis 19. *quæſt*.3.
Et electio caſsatur propter ava-
ritiam, & Pſalmorum imperitiam
cap. Archidiaconum florent. 85. *diſt.* 75
Undè ab Epiſcopatu ſemper quis
propter illiteraturam, ut diximus
ſupra juxta allegata removendus
erit: *cap. quamvis de ætate, & qua-*
litate, & ord. præfic. Scientia enim
ſaltem ſufficiens ſemper requiritur.
cap.nullus 60.*diſt.*ità ut ſuprà ſcien-
tiæ defectu aſsumendus ad Prælatu-
ram eſt omninò indiſpenſabilis. *cap.*
cum in cunctis de electione, undè per
examen probandus *cap. ſi officia* 59.
diſt. & quæ in electo requirantur,
deſcribuntur in *cap. cum in cunctis*,
ut eſse debeat de digno, ſcientia,
moribus, & ætate anni trigeſimi
completi, & de legitimo matrimo-
nio natus.
Et in electione ſemper conſi- 76
deranda major dignitas Perſona-
rum,

rum, gravitas, bonus zelus, *cap. in Canonicis.19.diſt.* magiſque idoneus præferendus, non Conſanguineus, vel Amicus *cap. Moyſes* 8. *qu.1. & tribus ſeqq.*

76
a Indignus autem nunquam: etiamſi in ſui favorem popularis commoveatur tumultus *cap. miramur* 61.*diſt.* ibi-- *Miramur tantùm apud vos ...... ambientium præſumptionem, aut tumultum valuiſſe Popularem, ut indignis quibuſque, & longè extra Sacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium, & gubernatio Eccleſiæ crederetur. Non eſt hoc conſulere Populis, ſed nocere ..... Integritas enim præſidentium, ſalus eſt Subditorum.... Principa-*
77 *tus autem, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupavit, etiamſi moribus, atque actibus non offendit, ipſius tamen initii ſui eſt pernicioſus exemplo; & difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio*; ità Leo ad Epiſcopos Africanos *Epiſtola* 85., in qua authoritate mirandum tot ſententias, quot verba.

78 Præ omnibus tamen promoveantur ætate antiqui, fide integri, in preſſura probari, & qui magis velint rerum ſuarum proſcriptionem pati, quàm Eccleſiam ſuam deſerere. *Cap. Novatianus.* 7. *quæſt.*1.

79 Hinc ad dignam de aliquo electionem faciendam longa requiritur de illius merito, & virtute probatio *cap. in Sacerdotibus.*61. *diſt.*, ibi -- *In Sacerdotibus eligendis curam oportet eſſe perſpicuam; irreprehenſibiles enim eſſe convenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis. Longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur Eccleſiæ.* Et *Gloſſ. verb. in Sacerdotibus* conſiderat ibi, quòd duo prohibet Hormiſda præfati Canonis Author, ibi -- *Primum Laicos in Epiſcopos non eſſe eligendos, etiamſi fuerint probatæ vitæ, & bonæ converſationis; probatus enim debet eſſe quis, antequam eligatur, & diſcere, antequàm doceat. Nam irreprehenſibilis, & emendatus eſſe debet, qui præfertur, & orat pro Populo, ſed longa probatione debet vitam ſuam monſtrare*; quæ longitudo, ſeu diuturnitas ſignificatur *in cap. priuſquam* 28.*diſt.* ubi Gregorius noluit confirmare electionem cujuſdam Joannis ad Eccleſiam Neapolitanam, quia habebat Filiam parvulam, hoc eſt parvæ ætatis, non grandævam, aut multorum annorum, adeoque non diuturnum erat ejus probitatis experimentum. *Gloſſ. verb. caſus*, ibi -- *Cum ejus Filia Teſte, convincatur ſui corporis continentiam non habere*, & *ver. Parvulum*, ibi -- *Parvitas Filiæ fuit argumentum, quòd non diù fuerat continens; undè aliud eſſet, ſi habuiſſet magnam Filiam.* Nam per temporis proceſſum quandoque purgatur vitium *cap. citò* 1. *quæſt.*1., & ſubitanea ordinatio, diuturna temporum intervalla excludens, pro meritis, & virtutibus comparandis, non eſt ſatis, quam Gregorius acriter damnat. *cap. Sacerdotale officium* 61. *diſt.*

Nec eſt dubium, ad Epiſcopale 80
munus neminem ſublimari poſſe, niſi ab infimo, puta, oſtiariatus gradu, uſque ad ſupremum ſingillatim per inferiores gradiatur. *cap. illud* 77. *diſtin.*, ſed inter quemlibet gradum de uno ad alium temporum cunctationes, & intervalla conſtituuntur, aut certam annorum ætatem obſervandam eſſe, Eccleſia ſemper præſcripſit. *cap. in ſingulis gradibus. d.*77.*diſt.* & *Gloſſ.* temporum interſtitia dicit eſſe obſervanda ibi -- *Quòd ſi ab infantia quis ſit mancipatus militiæ Clericali anno* VII. *poteſt ordinari Clericus, Oſtiarius, Lector, & Exorciſta, & ſic ſtabit uſque ad annum* XII. *Exindè*

Acolytus uſque ad annum 20., *&*
poſtea 21. Subdiaconus, *& 25. Dia-*
conus, *31. Presbyter*, *exindè poteſt*
eſſe Epiſcopus. Adultis quoque de
uno ordine ad alium ſua mora aſſi-
gnatur ibi.

Sed licèt hæc temporum inter-
81 valla ad aliam Methodum Tridenti-
num reduxerit. Motivum tamen,
quo ab antiquo præfatas temporum
interpoſitiones, & moras Eccleſia
introduxit, narrat *ſeſſ. 23. cap. 11.*
ibi-- *Minores Ordines per temporum*
interſtitia ..... conferantur, *ut eo*
accuratiùs, *quantùm ſit hujus diſci-*
plinæ pondus poſſint edoceri, *ac in*
unoquoque munere juxta præſcri-
ptum Epiſcopi ſe exerceant ....
atque ita de gradu in gradum aſcen-
dant, *ut in eis cum ætate*, *vitæ meri-*
tum, *& doctrina major accreſcat*.
Quod & bonorum morum exemplum,
& aſſiduum in Eccleſiis Miniſterium,
atque major ergà Presbyteros, *&*
Superiores reverentia, *& crebrior*,
quàm antea corporis Chriſti commu-
nio maximè comprobabunt. *Cùmque*
hinc ad altiores gradus, *& ſacratiſ-*
ſima myſteria ſit ingreſſus, *nemo iis*
initietur, *quem non ſcientiæ ſpes*
majoribus ordinibus dignum oſten-
dat. *Hi verò non niſi poſt annum*
à ſuſceptione poſtremi gradus mino-
rum Ordinum ad ſacros Ordines pro-
moveantur. Et *cap. 12.* ibi -- *Nullus*
impoſterum ad Subdiaconatus Ordi-
nem ante vigeſimum ſecundum, *ad*
Diaconatum antè vigeſimū tertium,
ad Presbyteratum, *ante vigeſimum*
quintum ætatis ſuæ annum promo-
veatur. Et tàm proficuæ, & incul-
catæ diſciplinæ regulas conculcare
nimis ſenſibiliter Sacri Canones re-
probant, tam propter præjudicium
eorum, qui ab Adoleſcentia Cleri-
cale Jugum tolerant, quàm propter
Sacrorum Myſteriorum imperitiam,
quam habent illi, qui compreſſis
temporum interſtitiis ad erudiri red-
duntur inhabiles, momentaneè
tranſeuntes, vel de gladio in femore
pendulo, ad Paſtorale baculum re-
gendum; quod eſt contra Textum
in *cap. ſi quis poſt. 50. diſtin.* vel de
ſtrepitoſa Curia, ad contemplatio-
nis otia. cui reſiſtunt Jura in *cap. non*
confidant 50. diſtin., *& cap. qui in*
aliquo 50. diſtin., & niſi cum magna
diſcuſſione, & cautela inter Eccle-
ſiaſticos recipiendos. *cap. legem 53.*
diſt. Quòd ſi in Militia ſæculari
gradatim quis promovetur ad hono-
res, multò fortiùs in Militia ſpirituali
cap. ſi officia, *& ſeq. 59. diſt.* hoc, ut
modò diximus, in magnum vergeret
præjudicium illorum, qui ab Adole-
ſcentia, Altari inſervierunt. *ad*
Text. in cap. 7. quid proderit 61. diſt.
ibi -- *Quid proderit per ſingula Cle-*
ricos ſtipendia militaſſe, *& omnem*
egiſſe in dominicis Caſtris ætatem, *ſi*
hi, *qui præfecturi ex Laicis requi-*
rantur, *qui vacantes ſæculo*, *& om-*
nem Eccleſiaſticum ordinem neſcien-
tes, *ſaltu præpropero*, *in alienum hono-*
rem ambiunt, *immoderata cupidita-*
te tranſcendere, *& in aliud vitæ*
genus (*calcata reverentia Eccleſia-*
ſticæ diſciplinæ) *tranſire*; ita Cæleſti-
nus ad Epiſcopos Apuliæ, & Cala-
briæ *Epiſt. 3. epiſt. 2.*, & prohibet
hoc fieri, ibi -*Talibus itaque Fratres*
cariſſimi, *qui Juris noſtri*, *ideſt*
Canonum gubernacula cuſtodimus,
neceſſe eſt, *obviemus*, *hiſque Frater-*
nitatem veſtram epiſtolis commone-
mus, *ne quis Laicum ad Ordinem*
Clericatus admittat, *& ſinat fieri*.
Undè, *& illum decipiat*, *& ſibi cau-*
ſas generet, *quibus reus Conſtituto-*
rum decretalium fiat.

Et deteſtabile eſſe, Laicos, 82
mortuis Epiſcopis, Tonſuram ſu-
ſcipere, & ſine longo litterarum
ſtudio in Eccleſiaſticis diſciplinis
Sacerdotium aſcendere, excla-
mat Gregorius *lib. 7. reg. epiſt.*
110. inter Canones redacta *cap. hoc*

ad nos. 59. *diſt.* ibi -- *Hoc ad nos perveniſſe non diſſimili dignum deteſtatione, quòd quidam deſiderio honoris inflati, defunctis Epiſcopis, tonſurantur, & fiunt repentè ex Laicis Sacerdotes ..... Qui antequam diſcipulatus limen attingant, tenere magiſterii locum non formidant, Qua de re neceſſe eſt, ut quamvis inculpati quiſque ſit meriti, ante tamen per diſtinctos Ordines Eccleſiaſticis exerceatur officiis.* Et idem dicta 59. *diſt. cap.* 4. *ordinatos*, nec eligendus Epiſcopus, niſi, qui multo antè nota, & probabilis vita commendet. *cap. Epiſcopum.* 61. *diſt. & cap. ſi officia.* 59. *diſt.* ad Epiſcopatum non aſſumendus, niſi per ſingulos gradus inſervierit Eccleſiæ, ibi -- *aſſueſcat priùs in Domini Caſtris, in Lectorum primitùs gradu &c.* & *cap. in ſingulis.* 77. *diſt.* ibi -- *ſi enim exactior ad bonos mores, vitam perduxerit, Pontificatum ſperet, &c.* Undè innoteſcit, quantum conatum, & ſollicitudinem Eccleſia, & Patres impenderint, nè contemnerentur temporum intervalla in promovendis ad ordines, nè Sacrorum Myſteriorum ignari, in Altari miniſtrarent. Et quanti faciat, ſi ab Adoleſcentia ſacrum jugum portaverint, & in Domini Caſtris per omnem ætatem inſervierint. & quantum amarè exageret, & deploret, ut qui per omnem ætatem, & ab Adoleſcentia Jugum Eccleſiaſticæ ſervitutis portaverint, cum offertur occaſio illos ſublimandi deſerantur, tanquam non eſſent; & in ſæculo inveterati priuſquam tonſurentur, ad Epiſcopatum ſublimati, & electi Infulis conſacrentur *d. cap. quid proderit* 61. *diſt.*

83 De Altaris, & Eccleſiæ Miniſtris natalia deſcribere ſuperfluum judico laborare. Satis dixit Ambroſius de Noe, & Arca *art.* 1. *circa med.* ibi -- *Quod non generationis nobilitate, ſed Juſtitiæ, & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis proſapia eſt, quia ſicuti Hominum genus Homines, ità Animarum genus virtutes ſunt. Etenim Familiæ Hominum ſplendore generis nobilitantur; Animarum autem clarificatur gratia, ſplendore virtutis.*

84 Hæc pauca ex adeò ampla, & ingenti divinarum Scripturarum, Sanctorum Patrum, & Sacrorum Canonum mole Lectoribus proponenda cumulavi, ut aliquid dehibarent quanti ponderis ſit Epiſcopalem ſtatum deſcribere, & deſcriptum aſſumere, & acceptare, & hoc præambulum multùm pro materiis exarandis juvabit. Et ſit Præamb. III,

PRÆAMBVLVM III.

An, & Quibus, & in quo caſu teneamur Eleemoſynas facere, & de quibus. Et præcipuè Eccleſiaſtici, atque Epiſcopi.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopis inculcatur Eleemoſynarum elargitio.*
Et ad hoc tenentur divino Jure.
Et fraudare, facinus eſt. ibid.
Bona Eccleſiarum ſunt bona Pauperum. ibid.
2 *Quid veniat nomine eleemoſynæ?*
3 *Opera Miſericordiæ quatuordecim.*
4 *Mortale eſt negligere mortuos ſepelire.*
Nihil accipiendum pro ſepultura. ibid.
Eſt maximum humanitatis officium. ibid.
5 *Tenemur divino præcepto eleemoſynam facere.*
7 *Pecuniam abſconditam tenemur revelare.*
8 *Eleemoſynam denegantes reprehenduntur, & Deus punit.*
Dicuntur injuſti. ibidem.
Idem crimen eſt habenti tollere, & indigenti denegare 10.
9 *Quilibet naſcitur ſine divitiis; nemo naſcitur dives. 13.*
Quod eſt commune non poteſt dici proprium. ibid.
Non eſt iniquus Deus dans uni, & non alteri. ibidem.
10 *Superflua non ſunt bona propria, ſed communia.*
Quidquid ultrà neceſſitatē quis retinet, Pauperibus rapit. ib. 8.
Non minùs peccat, qui aufert, quàm qui Indigentibus ſubtrahit. ibid. 8.
11 *Grandis culpa ſi quis te ſciente egeat. Non eſt cuſtodiendum, quod non juvat.*
Si non paviſti, occidiſti. ibid.
Cibaria omnibus communia tempore neceſſitatis. ibid.
Violenter aufertur, quod non datur. ibid. 8.
Negantem Eleemoſynam Eccleſia poteſt cogere. ibid.
Indigens aliena facit propria. ib.
Omnia ſunt communia neceſſitatis tempore. ibid.
Neceſſitas non habet legem, & illicitum reddit licitum. ibid.
Ad naturale Jus neceſſitas revocat omnia. ibidem.
Meum dicitur, quod commune cum aliis mihi eſt. ibid.
Meum, & tuum non erant in mundo. ibid.
13 *Dives, & inops à Nativitate non diſtinguuntur. 9.*
14 *Si meum, & tuum non eſſent, Homines quietiſſimè viverent.*
Meum, & tuum denotant proprietatem. ibid.
Meum, & tuum multorum cauſa malorum. ibid.
15 *Omnia de Jure naturali ſunt communia, & de Jure Gentium appropriata.*
16 *Abuti re eſt peccatum.*
Intereſt Reipublicæ quemquam benè uti divitiis. ibid.
17 *Eleæmoſina dirigitur ad ſublevandam Pauperis neceſſitatem.*
18 *Triplex eſt pauperis neceſſitas, extrema, gravis, & communis.*
Neceſſitas una poteſt tranſire in aliam. ibid. ſeq.
20 *Diviſio neceſſitatis in tria membra eſt adæquata.*

21 *Humanæ neceſſitates reducuntur ad duplicem differentiam.*
Non conſiſtunt in indiviſibili, ibid.
Communi neceſſitati providetur ab univerſali Hominum pietate. ibid.
23 *Divitibus depauperatis potiori Jure eſt danda eleemoſyna.*
24 *Adhibenda eſt diſcretio.*
Nobili, ac rudi non eadem eſt facienda eleemoſyna. ibid.
25 *Neceſſarium eſt triplex.*
26 *Secundum d. Tho. eſt duplex. 60.*
26 *Charitas non præcipit, ut alium liberem à periculo, & idem ſuprà me periculum traham, 33.*
27 *Quid ſit communis neceſſitas. 30.*
29 *Quod eſt proximè futurum, nihil diſtare videtur. 93.*
30 *Pauperis communis neceſſitatis deſcribuntur. 27. 86.*
31 *Neceſſitas non debet eſſe ficta.*
Major indigentia præfertur minori. ibid.
32 *Materia eleemoſynæ ſunt ſuperflua.*
Superflua utiliter impendēda. ib.
33 *Quod eſt nobis neceſſarium, non tenemur aliis dare. 26.*
34 *Adducuntur ſententiæ.*
38 *Reſpect. Pauperis communiter Indigentis non eſt præceptum faciendi eleemoſynam, & ſeq.*
39 *Ad eleemoſynam de præcepto requiritur, quòd appareat evidens urgens neceſſitas, & quòd non ſit in promptu, qui ei ſubveniat.*
40 *Semper apparet, qui ex devotione Pauperibus ſuccurrit.*
41 *Conditiones ad eleemoſynam ex præcepto ſunt, quod concurrat neceſſitas extrema, vel gravis, aut quòd appareant ſigna probabilia extremæ neceſſitatis futuræ, niſi ei ſubveniatur.*
43 *Neceſſitas communis non eſt vera neceſſitas.*
44 *Authores noſtræ ſententiæ.*
45 *Loca D. Thomæ, quæ videntur in contrarium probare.*
46 *Ex eadem re non poteſt omnibus ſatisfieri.*
47 *Superflua non debent applicari in aliud, quàm in ſublevando Pauperum neceſſitates.*
Arbitrium non debet eſſe effrænatum, & irregulatum. ibid.
48 *Verbum* debet *non importat neceſſitatem.*
51 *Particula* vel *ſtare poteſt prò copulativa.*
53 *Sententia Cajetani.*
54 *Deſcribitur ad verbum Textus D. Thomæ.*
Eleemoſynarum elargitio eſt in præcepto litt. C. ibid.
In eleemoſyna conſiderandum eſt aliquid ex parte dantis, & aliquid ex parte recipientis. ibid.
Eleemoſyna fieri debet ex ſuperfluis, & eſt aliquid poſſidentium litt. F. ibid.
Superflua dantur, & vitæ & ſtatui litt. G. H. ibid.
Ex parte recipientis requiritur, quod neceſſitatem habeat. litt. K. ibid.
Ab uno non poteſt ſubveniri omnibus 86. ibid.
Non omnis neceſſitas obligat ad præceptum, ſed illa ſola, in qua quis ſuſtentari non poteſt, ibid.
Alias eleemoſynas dare eſt de Conſilio.
Particula, ſic, *continuativa, & limitativa ad antecedentia. ibid.*
56 *Sententia Cajetani.*
57 *Particula* non omnis, *aliquid excludit.*
60 *Qui non habet ſuperflua ſtatus, non tenetur ſuccurrere alteri, ne*

ri, ne cadat à ſuo 25. 26.
Quando plura requiruntur ad aliquid, non ſufficit unum tantùm. ibid.
61 *Dans, & recipiens, unum ſinè altero ſtare non poteſt.*
65 *Miſericordia non eſt Juſtitia.*
64 *Ex correlativis, uno deſtructo, deſtruitur aliud.*
66 *Eleemoſyna eſt Juſtitia per ordinem ad convivendum.*
69 *Ubi eſt eadem ratio, eadem eſt Juris diſpoſitio.*
74 *In quacunque virtutis ſpecie datur duplex actus, de Conſilio, & de Præcepto, unus communiter factus, & alter heroicus.*
75 *Actus heroicus habet aliquod divinum.*
76 *Præceptum eſt de neceſſariis ad ſalutem.*
Conſilium ad bene eſſe. Conſilium, & Præceptum ſunt ejuſdem ſpeciei actus. ibid.
77 *Diviſio eſt totius in partes.*
80 *Particula* ſaltem *eſt ſubſidiaria.*
86 *Pauperes communes importuni.*
Fex Hominū otioſorū &c. ibid. 30.
Eleemoſyna communis frequentiſſima. ibid.
Omnibus fieri ſatis, eſt impoſſibile. 54.
Omnis *eſt dictio univerſalis nihil excludens. ibid.*
Non omnis, excipit aliquid. ibid.
Præter extremam, & gravem neceſſitatem, eleemoſyna eſt de Conſilio. ibid.
87 *Actus Heroici facti raro contingunt.*
Difficile fieri, eſt raro effici; & prò laborioſo uſurpatur. ibid.
Facilius eſt effundere ſuperflua, quàm neceſſaria propriæ vitæ. ibid.
88 *Libertas Hominis eo major, quo omnem obligationem excludit.*
89 *Onera ſemper vitanda.*
Omnis obligatio eſt onus, & obligatio eſt vinculum, ibid.
Præcepta cauſant obligationem. ibid.
Præcepta non multiplicanda, ibid.
90 *Chriſtus nullum præceptum impoſuit. Lex Chriſti ſuavis, & onus ejus leve.*
Lex Evangelica nullum præceptum continet, quod non ſit Juris naturalis. ibid.
91 *Deus aliquibus dat abundanter, ut indigentibus diſpenſent.*
91 a *Aliud ſunt ſinguli Homines, aliud Univerſitas.*
Univerſitas, Collegium, Communitas non venit appellatione ſingularis Perſonæ. ibid.
91 b *Tacitum ſubintelligitur, quando eſt æquè principale cum expreſſo. ibid.*
Actus omiſſus a Statuto ſecundùm Jus commune regulandus eſt. ibid.
Definitio rei, ſubſtantiam rei demonſtrat. ibid.
92 *An divites teneantur de Pauperibus inquirere.*
Eccleſiaſtici teneutur, præcipuè Epiſcopi, qui ſunt pauperum Patres. ibid.
93 *Quibus, & à quibus eleemoſyna facienda.*
Quod parùm diſtat, nihil diſtare videtur. ibid. 29.
Principis vita eſt præferenda. ib.
94 *An eleemoſyna ſit facienda ex Juſtitia.*
98 *Authores noſtræ ſententiæ.* 36.
100 *An Eccleſiaſticus teneatur ex Juſtitia de ſuperfluis eleemoſynam dare. ibid.*
An ſint Domini ſuorum redditꝰum. ibid. 102.
101 *Clerus in primitiva Eccleſia in communi vivebat.*
102 *Partitione facta, an quilibet*

redde-

redderetur ſuæ portionis Dominus 102.

102 *Aſſignatio reddituum confert dominium* 102.

Diviſio Prædiorum vicem emptionis obtinet. *ibid.*

Beneficiati fructus reddunt ſuos. *ibid.* 102.

103 *An redditus Eccleſiaſtici transfeant in Beneficiatum cum onere dandi ex Juſtitia ſuperflua Pauperibus*.

Beneficiati dicuntur fures, ſi de ſuperfluis non faciant eleemoſynam. *ibid.*

Et teneutur ad reſtitutionem. *ibid.*

101 *Nullus Clericus in Eccleſiæ Bonis dominium habebat*.

Bona Eccleſiæ dividuntur in quatuor partes. *ibid.*

102 *An quilibet Eccleſiaſticus reddatur ſuæ portionis Dominus, aut ſit ſimplex diſpenſator*. 100. *ſeq.*

Rationes probantes remanſiſſe verè Dominos ratione laboris &c. *ibid.*

Quid ſit Dominium. *ibid.*

103 *Qui Altari ſervit, de Altari vivere debet*. 104.

Qui ad onus eligitur, non eſt repellendus à mercede Reſol. 8.*n*.58. *ibid.*

Clerici vivere debent de patrimonio Jeſu Chriſti. *ibid.*

Grave eſt, quòd Domino ſerviat egeſtas. *ibid.*

Licitum eſt ſpe ſtipendiorum Eccleſiæ deſervire. *ibid.*

Bovi trituranti non debet ligari os. *ibid.*

Qui arat, ſemper arat, ſpe fructus percipiendi. *ibid.*

104 *Qui ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt comedunt*. 103.

Qui Altari deſerviunt, paſcantur de ipſo. *ibid.* 103.

Mercedes, & ſtipendia profluunt ex oneroſo opere. *ibid.*

Militibus dantur ſtipendia. *ib.*

Merces argumentum eſt eximii laboris. *ibid.*

Merces datur operariis in vinea Domini. *ibid.*

Aſſignatio reddituum confert dominium. *ibid.*

IN hoc Pręambulo inter cętera pręcipuè ad totum tractatum de arte benè deſiderandi præmittimus documenta, cùm de ratione operis Epiſcopalis adeò indiſpenſabiliter larga eleemoſynarum effuſio in Pauperes ſit diſpergenda, ut nihil magis præ illa inter Sacros Canones commendetur, inculcetur, & injungatur. *Cap. Fratrem*. 86. *diſt.* & *aliis pluribus antecedente præambulo allegatis num*.64. & *ſeq.* unde maximopere hoc onus Epiſcopos noviſſè operæ pretium eſt, cùm ipſi vocati fuerint in ſortem hujus tam ingentis Beneficii, ut de Calice Chriſti ſitim extinguant, & de menſa ejuſdem famem uſque ad ſaturitatem expleant; quod eſt de piorum Fidelium eleemoſynis propriam vitam ſuſtinere, adeoque in eleemoſynas ſuperflua erogare divino jure tenentur; Imo ſicuti gloria Epiſcopi eſt Pauperum neceſſitatibus providere, ita fraudare, quod eſt pauperum, grave facinus condemnatur. *Cap. Gloria Epiſcopi.* 12. *quæſt*.2., quia bona Eccleſiarum, ſunt bona Pauperum. *Cap indignè in fine* 12. *q*.2. & *cap. ultimo* 16. *q*.1. & *cap. quod autem* 23. *quæſt*.7. I

Nihilominus pro hac celebri quæſtione radicitùs declaranda, ſtudioſos noviſſe oportet, An Eccleſiaſtici, & præcipuè Epiſcopi de redditibus Eccleſiaſticis ſuam vitam ſuſtinentes, ſint illorum Domini, & integrum ſuper illis Dominium habeant. Nam ſi hoc eſſet, difficile redderetur reſolvere, illos ex Iuſti-

tia remanere obligatos eleemoſynas indigentibus miniſtrare; ſi autem dominio careant, & hoc penès Pauperes exiſtat; tunc ad ſummum eſſe poſſent Pauperum diſpenſatores, & peccare contra Juſtitiam eleemoſynam Pauperibus denegando, de quo infra *num.* 100.

2 Nomine autem eleemoſynæ intelligimus actus, quibus alteri ex compaſſione elargimur, ad ſublevandam alicujus miſeriam, propter amorem Dei, & divinam bonitatem, & hi dicuntur actus miſericordiæ corporalis, imperati a charitate. Doctores communiter, & faciunt Text. in *cap. tria* 45. *diſt. & Gloſ. ibi verb. benigno corde*.

3 Opera verò miſericordiæ quatuordecim recenſemus, corporalia ſeptem, & ſeptem ſpiritualia; ad ſenſum Sacrorum Canonum *cap. tua & ſequen.* 45. *diſt. & Doctores cum S. Tho.* 2. 2. *quæſt.* 32. *à* 2. *Bellarmin. lib.* 3. *de bonis operibus cap.* 2. Reginaldus, & alii: Corporalia hoc carmine collecta exprimuntur,

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
Spiritualia verò
Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.

4 Et inter alia peccatum mortale exiſtimatur, mortuorum ſepulturam negligere, ſi abſque gravi incommodo fieri poſſit; nec ſit alius, qui promptè faciat. Bannes 2. 2. *q.* 32. *à* 2. *Cõcluſione* 2. *Turian ibid. diſp.* 81. *dub.* 1. *ad fin.* & pro eo quid minimum recipere prohibetur *cap. præcipiendum* 13. *quæſt.* 2. Eſt enim maximum humanitatis officium. *cap. non æſtimamus* 13. *quæſt.* 2. aliàs ſi non ex amore Dei, ſed ob mercedem, & venialiter fiat, a ratione miſericordiæ operis ceſſaret.

5 Sed utrum teneamur. Primò proximo ſuccurrere per eleemoſynam, ſecundo quando, tertio quibus. quarto ex quibus bonis, breviter hic reſolvere elaboramus,

Et quidem quoad Primum, nos teneri ex divino præcepto, non eſt dubitandum, *Matth.* 25., ubi ad æternum ſupplicium pronunciantur ituri, eleemoſynam negligentes. Cùm ex altera parte nemo damnetur, ob omiſſionem conſilii, ſed ob mortalem culpam ex præcepti tranſgreſſione contractam; & ad Gehennam deputantur non ſolùm ob denegatam eleemoſynam in extrema neceſſitate detentis, ſed etiam in gravi, & urgenti, ut fuſiùs dicemus. 6

Quod & demonſtratur ex prima Joann. 3. ibi -- *qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit Fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo.* Et Proverb. 21. ibi -- *Qui obturat aurem ſuam ad clamorem Pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.* Et Lucæ 11 ibi -- *Quod ſupereſt, date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis*; & ſecundo ad Timoth. ultimo ibi -- *divitibus hujus ſæculi præcipe, facilè tribuere.* facilè autem tribuitur, ſi promiſcuè omnibus neceſſitatem etiam communem habentibus eleemoſynam erogemus. Aliàs ſequeretur, quòd quantumcunque quis abundaret divitiis, non plus teneretur facere eleemoſynam, quàm alius, qui tantummodò ſuæ vitæ, & ſtatui neceſſaria retineret: & ſi non daretur præceptum dandi eleemoſynam, vix probaretur peccare, qui ſua ſuperflua dilapidaret, & diſperderet in Hiſtriones, & Crapulas. Sarmiento ex Vaſquez; licèt iſte etiam peccaret prodigalitatis vitio.

Quod magis convincitur. Quia 7
ſi ex charitate tenemur Aſinum proximi in foveam dilapſum, & humi ja-

ja-

jacentem eruere, & erigere: & pecuniam furto ſublatam, vel abſconditam domino revelare; aliàs nobis imputaretur ad culpam. cap. *qui cum fure. de furtis*. Multò magis conſtringiunur Pauperes à ſuis languoribus, & calamitatibus ſublevare, & hoe præterire, eſt trahere ſupra ſe divinam ultionem; cum plerumque ex Dei ira Mundus fame, & penuria prematur, quia eleemoſyna Pauperibus ſubtrahitur. *ad Text. in cap. revertimini 16. quæſt. 1. circa med.* Et hoe ratio manifeſta ſuadet. nam extantibus ſuperfluis, & concurrente Pauperis neceſſitate; nemo de eleemoſyna facienda poterit excuſari. *cap. in ſingulis. 36. diſt.*

8 Undè non mirum, ſi Patres adeò acerbè eleemoſynam denegantes reprehenderint. *cap. ſicut ij* 47. *diſt.* ex Ambroſio ibi -- *Quis enim tam injuſtus, tam avidus, tam avarus, quàm qui multorum alimenta ſuum non uſum, ſed abundantiam, & delitias facit. Neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quàm cum poſſis, & abundes, indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quem tu detines. Nudorum indumentum eſt, quod tu recludis, & miſerorum redemptio eſt, & abſolutio pecunia, quam tu in Terram defodis. tot te ſcias invadere bona, quot poſſis præſtare, quod velis.*

9 Et de his ſupra eodem capite rationem reddit, dicens ibi -- *Quandò in hanc ingreſſus es lucem, quandò de ventre Matris exiſti, quibus, quæſo, facultatibus, quibuſve ſubſidiis ſtipatus, ingreſſus es? Proprium nemo dicat, quod eſt commune. Numquid iniquus eſt Deus, ut nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? & tu quidem eſſes affluens, & abundans, aliis verò deeſſent, & egerent.*

Superflua enim, de quibus
11 eleemoſyna eſt facienda, ut præfatus Textus declarat, non ſunt Bona propria poſſidentis, ſed communia egentium. *Gloſſ. in dicto cap. ver. ſicut* ibi -- *ſed dicit Ambroſius eum non habere propria, ſed communia ſunt indigentibus, quæcunque providet, ultra proprium uſum*, & infra ibi -- *Quia quidquid ultra neceſſitatem detinet aliquis, totum Pauperibus rapit, quia non minùs peccat, qui aufert, quam qui indigentibus ſubtrahit neceſſaria*. Et Hieronymus non diſſimiliter ſentit 42. *diſt.* §. 2. ibi. *Aliena rapere convincitur, qui ultra neceſſaria ſibi retinere probatur*. Unde ſapiens Lector conſidera, quòd hic eſt præclarus Textus, ad detegendam radicem obligationis faciendi eleemoſynam de ſuperfluis.

Hine avarus omittens eleemo- 11
ſynas erogare, non poteſt ſe excuſare dicendo, quòd ſua propria ſervat, & aliena non invadit. Quoniam ſuperflua tempore neceſſitatis, ut dicit Ambroſius, non ſunt propria, ſed communia; ideſt indigentibus communicanda neceſſitatis tempore. *dicta Gloſſ. ibi verb. commune*. & facit alius Textus *in cap. duo* 12. *quæſt. 1. & cap. aurum* 12. *quæſt. 2.* ibi -- *aurum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adjuvat? & cap. non ſatis* 86. *diſt.* ibi -- *Grandis culpa ſi te ſciente, fidelis egeat. & cap. paſce eadem* 86. *diſt.* ibi -- *Paſce fame morientem, quiſquis enim paſcendo Hominem ſervare poterat, ſi non paviſti, occidiſti*, Et cibaria tempore neceſſitatis ſunt omnibus communicanda, ad civilem Textum *ff. ad leg. Rhod. de jactu. l. 2. §. Cum in eadem in fin.*, & violenter dicitur auferri id, quod ultra ſibi neceſſaria quis retinet. Ambroſ. *in dicto cap. & gloſſ. ibi verb. etiam violenter*; nam non minùs, ut dictum eſt, delinquit, qui

aufert,

auſert, quàm qui retinet, ſeu non dat. in dicto cap. ibi -- *neque enim minus eſt criminis, habenti tollere, quàm cum poſsis, & abundes, indigentibus denegare*. Et concordat *Text. in cap. Et ſi illi 12. quæſt.2.* ibi -- *Et ſi illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt, æterni Judicis voce in futuro condemnabuntur, quanto magis ii, qui auferunt Pauperibus, quod non dederunt*. Et hoc adeò verum eſt, ut negantem eleemoſynam, Eccleſia poſſit cogere, ut det. *Gloſſ. in dicto Cap. verb. eſurientium, & arg. extrà de Simon, ad apoſtolicam*.

12 Et quidem verè auferunt, quia indigens ſecundùm leges, aliena facit propria, cap. ſicut 47. *diſt.* ut illud vulgatum inſurrexerit dictum, *omnia fieri communia neceſſitatis tempore*. dicto cap. ſicut, & proinde definitum recepimus, quòd neceſſitas non habet legem. *cap. remiſsionem 1. quæſt.1.* ità ut neceſſitas illicitum reddat licitum. *cap. mutationes. 7. quæſt.1.* imò ipſa ad jus naturale revocat omnia. cujus juris eſt, quòd, quotquot in Mundo ſunt, à Deo ſunt, non unius, aut alterius, ſed communia, & quòd ſolus Deus ſit Dominus, quis dubitat? *Domini eſt terra, & plenitudo ejus*. ut penitus exulaverint ab orbe *meum, & tuum*, quod non natura, ſed humanæ Regum, & Imperatorum leges introduxerunt, ut unus Plato finxerit aliquam Rempublicam, in qua omnia eſſent communia, quod dilucidè fertur *cap. dilectiſsimi. 12. quæſt.1.* ibi -- *communis enim uſus omnium, quæ ſunt in hoc Mundo, omnibus eſſe Hominibus debuit, ſed per iniquitatem, alius hoc ſuum eſſe dixit, & alius illud ..... & ſicuti non poteſt dividi aer, neque ſplendor ſolis, ità nec reliqua, quæ communiter in hoc Mundo omnibus data ſunt*. & ſingula prædicta ad verbum leguntur 8. *diſt.* *Gloſſ. ibi, & cap. quo jure*.

Ex quibus validum in lege 12 a
exurgit argumentum. Nam cum certum ſit, omnia fieri communia neceſſitatis tempore, & neceſſitatem legibus non ſubeſſe, & illicitum reddere licitum, & ad jus naturale omnia revocare, ſecundùm quod omnia in Mundo communia erant. Igitur dives, inopibus communia, prohibere non poteſt. Quia neceſſitatis tempore inopibus communia redduntur propria, & ſua verè dicenda ſunt. *ad Textum in l. illud dubitationes ff. de rit. nup. l. ſervi electione* §.1. *ff. de legat.* 1. ubi meum rectè dicitur, quod commune mihi cum alio eſt.

Unde non mirum, quòd ne- 12 b
gantem indigentibus eleemoſynam Ambroſius cap. citato injuſtum vocet, & crimen reputari dicit, aliena rapere, & neceſſaria inopibus denegare; adeòque non minùs peccare, qui aufert, quàm qui Indigentibus ſubtrahit neceſſaria. Nam non dare pauperibus, eſt auferre. Profectò quidquid ultrà neceſſitatem quis detinet, totum Pauperibus ſurripit.

Et altiùs radicem hujus verita- 13
tis detegunt allegata jura, divitem, & Inopem, ut declarat allegatus Textus ſuprà num.8. à nativitate non diſtingui; cum nemo de ventre Matris erumpens, ſecum ligatas divitias deferat; non enim iniquus eſt Deus naturæ Author; & cui ſpecialiter tribuitur Hominum nativitas, ut unum veſtitum, aliumque nudum in lucem producat. Hinc fortunæ bona non ea ratione uni à Deo conferuntur, ut cœteri ſaltem de neceſſariis non providcantur. Pro qua irrefragabili veritate mirificè facit divinus Textus Sapientię cap.6. Condidiſſe Deum divitem, & inopem, ſed non majorem de uno, quam de alio curam ſervaſſe, dicens ibi -- *Quo-*

niam Deus puſillum, & magnum ipſe fecit; & æqualiter cura eſt illi de omnibus.

14 Unde ſi pluries reſpiciantur multi ſub magnis calamitatibus miſerabiliter naſci, & vivere: hoc non provenit, quaſi Patens Deus de omnibus Bonis ad vitam neceſſariis abundanter Hominibus ſingulis non proſpexerit; ſed humana malitia facit, ut unus occupans multa, ſibi, & ſuis abundanter provideat, & ſuperflua indigentibus non diſtribuens, illos deſerat in anguſtiis. Propter quod moraliſſimus Seneca ſapientiſſimè pronunciaverit, quòd ſi illud frigidiſſimum verbum *meum, & tuum* tollerentur de medio, Homines quietiſſimè viverent. Meum enim, & tuum, denotant proprietatem in rebus, & dominium irrevocabile *l. Servos autem ſuos. ff. de leg.3. l. Q. Mutius. §. Argento. ff. de auro, & argento. Manoch. conſ.456. num.6.* Itaque proinde Chryſoſtomus hom.58. ad Populum Antiochenum pronunciavit ibi -- *non eſt meum, ac tuum*, ſed hoc verbum non penitus eliminatum: *multorum eſt cauſa malorum.*

15 Nec proinde quòd Deus multos divites faciat, cæteros deſerit, ut inopia pereant. Nam aliquem divitem conſtituere, idem eſt, ac de ſuperfluis erga pauperes illum diſpenſatorem efficere. Hinc communis ſententia prodiit, omnia de jure naturali eſſe communia, & de jure Gentium, aut ex Hominum iniquitate, dicto cap. dilectiſſimi, ſingularibus Perſonis appropriata. Cajetan. *opuſc. de eleemoſyna cap.3. & 22.* adeoque non eſſe credendum, ut idem Cajetanus ſapienter diſſerit, quòd ea, quæ uni ſuperfluunt, & vitæ, & ſtatui, ſint taliter ſua quoad proprietatem, & uſum, ut pauperum neglectis neceſſitatibus, illa diſſipet, dilapidet, & occultet; ſed à Deo, & natura illa taliter diviti fuiſſe credita, & commiſſa, ut indigentibus diſpenſet, & hoc fortiter poſtulat præceptum Juſtitiæ, & Charitatis, quod eſſet aliàs inutile; & dives non eſſet legitimus Bonorum Dominus, ſed injuſtus invaſor; ad ſenſum Ambroſii ſupra allegati n.8. Quia ſuperflua, ut dictum eſt, non ſunt propria poſſidentis, ſed indigentium, illiſque communia. *Gloſſ. in dicto cap. ſicut ii. verb. ſicut.* Et non erit iniquus Deus, ut uni affluenter donet, alteri verò, aut nihil, aut parùm, eadem Gloſſa, quam repetere jucundiſſimum ſapit ibi -- *dicebat (Avarus) ſi non ſunt mea, quæ poſſideo; & pecco retinendo; ergo Deus eſt iniquus. Qui tantum mihi dedit, & multis aliis egentibus nihil, vel parum. Sed reſpondet Ambroſius; Ideò, voluit Deus divitias dare, ut per uſum divitiarum, divitem, & per virtutem patientiæ coronaret egentem. Quia quidquid ultrà neceſſitatem detinet aliquis, totum Pauperibus rapit, quia non minùs peccat, qui auſert, quàm qui indigentibus ſubtrabit neceſſaria.*

Et licèt ſuperflua non eſſent 16
communia, ſed propria: & quis re a
propria utendo non committat peccatum; Attamen re propria abuti, graviſſima culpa eſt. Cum interſit Reipublicæ, quemquam facultatibus bene uti ad *Text. in inſtitutionibus de iis, qui ſunt ſui, vel alieni juris. §. Sed hoc tempore.* Malè autem abuteremur ſuperfluis, graviter peccando contrà Deum, & naturam, ſi illa diſſipando, & inutiliter apud nos detinendo, proximi utilitatem, & vitam deſpiceremus. Ad Textus ſupra allegatos. Nam ſi natura dictat, ut facias, quod alteri prodeſt, & tibi non nocet. Et ſuperfluorum reſecatio tibi non officit, & alteri applicata proficiunt. Quomodo poteris licitè indigentibus denegare? Nam

quod tibi ſuperfluit, natura tibi non applicat; Unde tibi inutiliter detines. Indigentibus ſuperflua applicara utiliter conferuntur. Sed eo ipſo, quòd aliquid redditur utile vel mihi, vel tibi, redditur meum, & tuum. Quia Jure meum dicere poſſum, in quo mea conſiſtit utilitas. *Gloſſ. in l. Prætor ff. de eden.* ergo ſi dives meum occupat, injuſtè detinet.

Et ex his evidenter demonſtratur, præceptum naturale eſſe, eleemoſynis miſeros ſublevare. Nam ſi
16 mihi diſplicet fame perire, aut à meo ſtatu decidere, quia mihi non conferuntur bona, quæ alteri ſuperfluunt, & mihi ſubſidia præſtant; Aut ſi grave eſt mihi famem pari defectu panis, quem tibi ſuperfluentem canes comedunt, certè hoc omnis ratio naturalis condemnat, & rationis lumen deteſtatur, & omnis naturæ inſtinctus prohibet, ex illo naturali dictamine, quod tibi non vis, ne facias alteri. Valent. *tom. 3. qu. 9. punct.* 4. Medin. *C. de eleemoſ. par.* 3. Reginal. *lib. 4. cap. 20. nu.* 240. & Doctores. Et humanus non eſt, qui huic reſiſtat veritati. Et multò magis deteſtabile pronunciatur Clericis, & paſtoribus Eccleſiaſticis emolumenta pauperum neceſſitatibus diſpenſanda, perperàm diſperdere, aut dilapidare, Et ab officio deponendi erunt, *cap. Apoſtolicos. 12. qu. 2. & cap. nullus. reſ.* 17. *qu.* 4. nec etiam erit cuſtodiendum, quòd cuſtoditum non juvat ſuprà *n.* 11.

Quoad ſecundam propoſitio-
17 nem, quandò teneamur eleemoſynam facere in extrema, gravi, & etiam communi neceſſitate.

Præintelligamus neceſſe eſt, quòd cum eleemoſyna ex d. *n.* 10. directa ſit ad ſublevandã Pauperis indigentiam, ſeu neceſſitatem, ſic ſemper requiritur ad rationẽ eleemoſynę verificandam quòd ex parte recipientis ſit aliqua neceſſitas, qua ceſſante, etiam & ratio, & meritum virtutis eleemoſynæ ceſſaret. Doctores communiter Azor. *Inſtit. moral. par. 2. lib. 12. n. 3.*

Neceſſitas autem in præſenti, ut conſiderant communiter Doctores, triplicis rationis attenditur; extrema nimirùm, gravis, & communis.

Extrema eſt, quam quis patitur cum probabili mortis periculo, 18
ad ſenſum Canonis in *cap. tempora pœnitudinis. 26. qu.* 7.

Gravis autem, & urgens indicatur *cap. ſi quis. 57. diſt.*, quam incurrunt, qui non habent neceſſaria ad proprium, & ſuæ Familiæ decentem ſtatum.

Communis tandem eſt illorum, qui oſtiatim per vias ſtipem quærunt: vel qui in Hoſpitali Domo ſtudio charitatis aluntur; nam etiamſi nihil habeant de victu, & veſtitu; adeò tamen illis ex Fidelium multitudine, devotione, & pietate de facili ſubvenitur, ut uno, aut altero eleemoſynam denegante, cæteri minutatim ſufficienter ſuppeditent, D. Thom. infrà *num.* 21. quòd ſi omnes deficerent, tunc neceſſitas, quæ communis nuncupabatur, tranſiret in gravem, aut etiam in extremam, & tunc per diverſa Jura regulanda veniret.

Unde ſedulò inſpiciendum, 19
præfatas tres neceſſitates gradatim ſe habere, ut de una in aliam pejorem homo ruere poſſit; hoc eſt, de communi in gravem, de gravi in extremam. Nam Titius v. g. mendicus, deficiente ſibi, ex aliquo accidente, conſueto illo ſubſidio ex communi quæſtu reportando, poteſt incidere in neceſſitatem gravem, & etiam extremam. Ita etiam de extrema poteſt quis tranſire in gravem, & communem, ut ſi idem Titius ægrotans, conſtitutus in proximo periculo fame pereundi, re-

ſtauratus per pinguem eleemoſynam revocetur ad priſtinas vires, ut poſſit oſtiatim incedere, & quæſtuare, tunc de neceſſitate extrema tranſiret ad communem. Et mutata neceſſitate de una in aliam, Jura quoque mutarentur, de obligatione eleemoſynam illi faciendi.

20 Secundò inſpiciendum quoque eſt, diviſionem neceſſitatis adæquatè à Doctoribus fuiſſe factam, in tria præfata membra, extremam, gravem, & communem. Et ad invicem præfata membra adæquatè diſtingui, & diverſificari; aliàs id, in quo non diverſificarentur, non eſſet diviſio, ſed identitas, ut ratio ſuadet, & Philoſophi recipiunt.

21 Quapropter humanæ neceſſitates, & indigentiæ, quibus Homines premuntur, reducuntur ad duplicem differentiam. Nam vel tangunt Hominum vitam, vel ſtatum: & non conſiſtunt in indiviſibili. S. Thom. infrà *2.2. qu.32.a.6.in corp.* Sed habent latitudinem, & gradatim deteriores evadunt. Et de his in Civitatibus magnis, in quibus major pars Hominum, vel ex famulatu, aut arte, vel aliqua magis, minuſve honorabili profeſſione vivit, ſine ullis annuis redditibus, ex immobilibus, Fundis, & Capitalibus provenientibus, victum, veſtitum, & habitationem ſub Tecto quærit. Caſus pluries, ac pluries accidit, quòd Familiæ Caput moriatur, Filios, & Uxorem relinquens, & tunc ceſſante famulatu, ceſſant quoque, & menſtrua ſalaria; & ex opificio non ampliùs quotidiana lucra reportantur. Ex quibus incipit in relicta familia gravis neceſſitas. Nam ſupellectilia, quæ ad uſum congruum, & commoditatem extabant, (non loquor de ſuperfluis ſolùm ad luxum, & vanitatem retentis, & ordinatis) ut de victu quotidiano, & veſtitu præfata familia parcè provideatur, viliori pretio venduntur. Et ita à ſuo ſtatu ruere inſpicitur. Quod cùm in dies hujuſmodi pergliſcat neceſſitas, divenditis aliis mobilibus magis ſpectantibus, & neceſſariis ad uſum domeſticum, gravis neceſſitas tranſit in urgentem; & ſi nullus ſit, qui ſubſidium præſtet, proceditur ad thalami, & lecti venditionem. Et ecce neceſſitas urgens in quaſi extremam dilapſa, & commutata. Undè cum nihil de rebus ſuperſit familiæ, ut victum ſibi etiam de ſolo pane comparet, niſi ſit, qui adiuvet, fame pereat neceſſe eſt, & ita neceſſitas facta eſt extrema.

Omnibus autem his neceſſita- 22
tibus ex præcepto ſtrictiſſimo, & ſub mortali ſuccurrendum eſſe, nullus debet ambigere. Gravi quidem ex ſuperfluis ſtatus. Extremæ verò ex ſuperfluis vitæ; cui extremæ neceſſitati, & cæteris, ſi nullus auxilium præſtet, Uxor, & Filii ſiti, & fame, longaque inædia, moleſtoque jejunio devicti, & confecti, ſuperato rubore, & verecundia per urbem coguntur incedere, & oſtiatim, aut ad Portas Eccleſiæ, & ubi Fidelium concurſus magis conſpirat, eleemoſynam quærentes mutant ſtatum, & neceſſitatem, & eorum extrema neceſſitas facta eſt communis; & committitur fidelium Hominum univerſitati, eorumque providentiæ, qui ex pietate, & devotione providere non prætermittunt. Hoc ita eſt verum, ut nulla Hominum authoritate fulciendum ſit. Sed cum S. Thomas reticere non potuerit, nec ego ſilebo in 4. *diſt.* 15. *qu.* 2. *ar.* 4. *ad quæſt.* 1. *in reſp. ad* 3. ibi -- *Illi qui omnia dimittunt propter Deum, ſtatum vivendi mutant. Cujus ſtatus decentia poteſt conſervari per ea, quæ à Fidelibus, & devotis, vel quotidie*

mini-

miniſtrantur , vel jam miniſtrata ſunt in poſſeſſionibus , & divitiis , Hic eſt præclariſſimus Textus , & loquitur Sanctus dumtaxat de neceſſitatibus communibus , quibus ſubvenitur à Fidelibus ; non ex præcepto , ſed ex pura devotione ,

Quòd autem hæc ita ſint, quotidiana demonſtrat experientia . Et ipſe centum in Urbe narrabo familias de ſerico ſtratu , ſuper paleata ſtramenta redactas ; de honeſto victu in mendicitatem dilapſas .

Ego non dico , quòd ſub inceſſu communis neceſſitatis non poſſit latere , & concurrere urgens , aut quaſi extrema neceſſitas , cui ex præcepto ſit ſuccurrendum , quod optimum erit, ut Fideles , ſi de hoc dubitent , eleemoſynas præſtent . Sed dico ſolùm , quòd ſiſtendo in terminis puræ communis indigentiæ , nullum urget præceptum eleemoſynam faciendi ; cùm appareat , undè de facili ſubveniri poſſit . Hoc eſt , ab univerſali Hominum devotione , & pietate , ut dictum eſt ex Sancto Doctore .

24 Verum tamen eſt , me pluries ab experientia deprehendiſſe , plurimas familias tempore earum proſperitatis mihi cognitas , poſtea in ultimas miſerias , & calamitates propulſatas , & cum verecundia ad ſtatum communis neceſſitatis redactas , publicè eleemoſynas quæſtuantes , ubi confluit Fidelium multitudo , nunquam ſublevatas fuiſſe ab urgenti , & quaſi extrema neceſſitate . Undè ſine dubio in ordine ad perſonas hujuſmodi ſemper remanebit obligatio rigoroſi præcepti , eleemoſynas elargiendi , ad Text. *in cap. non ſatis , & cap. conſideranda.* 86. *diſtinct.* ubi ſuadetur nobilibus , & divitibus depauperatis qui mendicare erubeſcunt , potiori Jure eleemoſynam eſſe dandam , dandam inquam , ſed ſemper congrua menſura, & prudens diſcretio adhibenda erit , quando agimus de neceſſario vitæ ex parte eleemoſynam recipientis, reſpectivè ad diverſi ordinis perſonas , puta ad Hominem ſordidum, cerdonem, vilis & robuſtæ complexionis , ſolo pane , & aqua , cæpis , ac radicibus aſſuetum alere vitam: & ad nobilem, puta unum Beliſarium gracilis, tenuiſque naturæ , ſolitum ſubſtantialibus cibis, & alimentis nutriri; non enim utriſque , in extremam neceſſitatem dejectis, per obulum ſuccurrendum à divite , qui tenetur ex præcepto eleemoſynam erogare , ad clarum Text. *in cap. Fratrem , & Gloſs. ibi ver. patientibus* 86. *diſt. & cap. ult,* 16. *qu.* 1. Ruſtico enim ſi non deſit vulgaris panis , delectabiliter , & incolumis reſiſtit , & vivit . Nobilis verò, ſi non habet ſolitas, ſuaves, & jucundas epulas , aut moritur , aut in Infirmitatem dejicitur . Undè eadem non eſt ſervanda eleemoſynarum elargitio , ſeu ciborum , & indumentorum qualitas inter Hominem agreſtem , & inurbanum ex una, & ingenuum , lenem , & delicatum ex altera ; ſic non uterque pari ratione habendus .

25 Quapropter tripliciter neceſſarium recognoverunt antiqui . Seneca *lib.* 1. *de Beneſ. tom.* 29. 82. ibi -- *Ex his, quæ neceſſaria ſunt, quædam primum obtinent locum , ſine quibus non poſſumus vivere . Quædam ſecundum : ſine quibus non debemus ; quædam tertium , ſine quibus nolumus vivere .*

Penſanda ſunt illa verba , nimirum , id neceſſarium primo loco dici , *ſine quo non poſſumus vivere .*

Remex ad Triremes damnatus, ibique detentus , pane , & aqua refectus , ſine epulis vivit . Ingenuus Homo ſine obſonio , & ſolo pane non ſubſiſtit .

Unde

Unde dives habens præceptum ſubveniendi primo, ſolum panem miniſtrando extremæ neceſſitati ſufficienter ſuccurrit, & præcepto ſatisfacit. Secundo verò ſi cibum proportionatum quantum poteſt non miniſtrat, peccat. Quia talis cibus patienti neceſſitatem debetur, & ſine eo vivere non poteſt. Proindè moralis Philoſophus addit ſecũdum neceſſarium, dicens ibi -- *eſſe id, ſine quo non debemus vivere*. Verbũ debet plerumque neceſſitatem importat, ad Text. in *cap. propoſuit*. §. *ſuper quo. Et cap. oblatæ. de appellat. & l. Prætor. in principio. ff. de eden. l. 1. §. qui magiſtratum. ff. quod quiſque Juris*. Si enim eſt debitum, non ſolùm tangit ſtatum, ſed naturam, quæ in diverſis individuis, ut vivant, diverſa ſubſidia, & alimenta poſtulat, aliàs natura exinanita expirat, etiamſi parum vini deficeret, ad Pauli Timoth. Textum. *Utere modico vino propter ſtomachum*.

Conſonat D. Th. 2. 2. *qu.* 32.
26 *ar. 6. in corp.*, qui, ut regulas tradat, de quibus bonis ſub præcepto dives indigentibus ſuccurrere teneatur, reſolvit, quòd quidquid aliquis cognoſcit eſſe ſibi, & ſuis neceſſarium, aliis tradere ex præcepto non obligatur. Non enim ordo charitatis ſuadet, ut alium à periculo liberem, & idem ſupra me periculum traham. S. Doctor *loc. cit.* ibi -- *Reſpondeo dicendum, quòd neceſſarium dupliciter dicitur; uno modo, ſine quo aliquid eſſe non poteſt; & de tali neceſſario omninò dari eleemoſyna non debet. Puta aliquis in articulo neceſſitatis conſtitutus, haberet ſolùm, unde poſſet ſuſtentari, & filii ſui, vel alii ad eum pertinentes; de hoc enim neceſſario eleemoſynam dare, eſt filiis vitam ſubtrahere &c. Alio modo dicitur aliquid neceſſarium, ſine quo non poteſt convenienter vita tranſigi ſecundùm conditionem, & ſtatum propriæ perſonæ, & aliorum, quorum cura ei incumbit*.

Hujuſmodi neceſſarii terminus non eſt in indiviſibili conſtitutus, ſed multis additis, non poteſt dijudicari, eſſe ultra tale neceſſarium; & multis ſubtractis, adhuc remanet, undè poſſit convenienter aliquis vitam tranſigere, ſecundùm proprium ſtatum; de hujuſmodi eleemoſynam dare eſt bonum, non cadit ſub præcepto, ſed ſub conſilio.

Quibus proſpectis, ſi communem neceſſitatem velimus ſecundùm ſuam naturam, & eſſentiam deſcribere, videtur dicendum, illam conſiſtere in carentia bonorum, 27
ſine quibus vita conſervari non poteſt, ſed cum certa ſpe illa de facili comparandi, minutatim quæſtuando à communi fidelium devotione, & pietate. Dixi cum certa ſpe, non ex meo marte, ſed ex allegata anthoritate. D. Thom. ſupra *n.* 21. ibi -- *Quòd ex ſola devotione fidelium, & non ex præcepto ſuccurritur communi neceſſitati*.

Hæc deſcriptio optimè pandit naturam communis neceſſitatis, & conſequenter & extremam, comparativè ad communem, oſtendit.

Etenim per illa prima verba, 28
quòd ſit carentia illorum bonorum, ſine quibus vita conſervari non poteſt; explicatur neceſſitas, quæ ſemper in aliqua bonorum carentia fundatur; & excluditur neceſſitas gravis, quæ reſpicit tantùm defectum bonorum, quæ requiruntur ad ſtatum. Pauper enim mendicus, qui publicè oſtiatim eleemoſynam petit, jam mendicare non erubeſcit, adeoque omnem decentiæ ſtatum dimiſit.

Excluditur quoque neceſſitas non ſolùm gravis, ſed etiam extrema, per illa ſecunda verba, nimirum, 29

quòd

quòd ſit carentia bonorum, cum certa ſpe illa per quæſtum de facili minutatim obtinenda à fidelium devotione, & pietate. Nam poſita hujuſmodi ſpe certa, cum ſtatim appareat promptum fidelium ſubſidium, & citò expectetur Populorum concurſus, ceſſat omnis ratio periculi vitæ, & ſtatus, & conſequenter ratio vitæ neceſſitatis; ut declarant Textus D. Thom. infrà *cit. 2.2. quæſt. 33. art. 5. ad* 3. ibi -- *Eſt aliquod tempus, in quo Homo mortaliter peccat ſi eleemoſynam dare omittat; Ex parte quidem recipientis, cùm non appareat in promptu, qui ei ſubveniat.* Unde ad rationem dandi eleemoſynã ex pręcepto non ſufficit utcũque quęlibe neceſſitas ita evidens, & urgens, ſed quòd non adſit in promptu, qui illi ſubveniat. Reſpectu autem pauperis communiter indigentis non verificatur hujuſmodi indigentia, quòd ſit evidens, & urgens, & ſine ulla apparentia, quòd nullus ei ſubveniat. Sed potius e contrà, habetur certa ſpes, ut eo ipſo, quòd per Urbem incedat mendicando, & quærendo, ſine dubio aliqua minutia, aut fruſtulum panis, aut minimum quadrantem cõſequatur. Et quidem ad hoc, ut neceſſitas obliget ad eleemoſynam erogandam, vel ut quis ex præcepto teneatur pauperi dare eleemoſynam, requiritur, ut rationabiliter apprehendat, quòd aliundè ſubvenire non poſſit, aut non ſit in promptu, qui ſuccurrat, aut quòd omnes alii ſint impotentes, vel ſaltem pigri ad ei ſubveniẽdum. S. Doctor *in 4. ſent. diſp. 15. qu. 2. a. 1. qu. 4. ad quartum* ibi -- *Tempus, quo obligat præceptum de eleemoſynis faciendis, accipitur ex parte accipientis, quando apparent ſigna probabilia extremæ neceſſitatis futuræ, niſi ei ſubveniatur. Cùm aliquis videt alios impotentes, vel pigros ad ſubveniendum.*

29 Unde certiſſimum eſt, non quamcunque neceſſitatem obligare ad eleemoſynam dandam, ſed illã dumtaxat, quæ aliunde ſaltem de facili reparari non poſſit; quod nullatenus verificatur de communi neceſſitate, cui ſemper de proximo eſt qui ſuccurrat; & id, quod in proximo eſt, nihil diſtare videtur, *cap. Pia. de expect. in 6.* Alex. *in l. 1. n. 12. verſ. nam intelligi debet.*

30 Cæterum neminem latet, mendicandi artem admodum quæſtuoſam eſſe, ad alendum corpus, prout obſervavit Plaut in Mil. & ſingulare Hominum artificium, omni verecundia poſtpoſita, & conculcata, ut faciat, quòd per quæſtum minutatim, aut per minimas partes, aut paulatim pauperes neceſſaria ſibi comparent. Tunc profectò nullum incommodum affertur danti. Primò quia minutia donat; minutia enim ſunt contemptibiles parvitates cujuſcunque rei, ut ſcribit Lactantius. Secundò quia quæ de menſa rejecta tanquam ſordida nauſeantur, & famelicis canibus in lutum projicienda deſtinantur; indigentibus conceſſa, opportuna, & magnæ utilitatis, & ſaporis redduntur. Grande enim lucrum ſecum affert mendicitatis conditio, ut abjectiſſimi Homines vitæ alimenta ad ſenſum Juvenalis Sat. 6. oſtiatim poſtulando, contrà ſententiam Plauti, velint potius mendicantes victitare, quàm ſaturi apud alios inſervire. Quòd eſt Cerdonum vafra conditio: plebecula viliſſima, infima, ſordida, & minuta Populi fœx; Quorum conatus, & artificium tendit, à quocunque humano labore abhorrere, & ſolùm quæſtui inhiantes, ut lucriones appellati, undique lucrum aucupentur; de quo infrà *num.* 86.

31 Secundò, pręintelligamus oportet

tet, neceſſitatem prædictam non debere eſſe fictam, & ſimulatam, ut obliget ad eleemoſynam dandam, ſed veram, & realem; aliàs non eſſet licitum eleemoſynam mendicare, ſed eſſet illam injuſtè extorquere, aliiſque verè indigentibus ſurripere, & furari, cum obligatione reſtituendi, & damni reparandi, ut communiter Doctores; & adeò indiſpenſabiliter requiritur ex parte petentis eleemoſynam, quòd aliqua concurrat vera neceſsitas, ut major indigentia prævaleat minori: & uni præ alio eleemoſyna concedatur. Sanchez *præcept. decalog. l.4. cap. 49. num.6.*

32 Tertiò præintelligamus neceſſe eſt, materiam, ex qua facienda eſt eleemoſyna, regulariter ex parte dantis eſſe debere de rebus ſuperfluis, ut communiter Doctores cum S. Th. infrà citan.

Superfluitas autem attenditur reſpectivè ad duplicem Hominis rationem, vitæ, primò, nimirum conſervandæ: ſecundò decentiæ ſtatus retinendæ. Adeoque contingit, Hominem abundare poſſe in multis, quæ pro ſuæ vitæ conſervatione ſuperfluunt. Et hæc dicuntur ſuperflua ſtatus. Superfluitas autem in quacunque re, niſi virtuoſè applicetur, & impendatur, ſemper eſt reprehendenda, præcipuè in cibo, & potu *cap. nihil enim ſic. ultima diſt.* In temporalibus etiam maximè in Eccleſiaſticis *cap. ſicut 47. diſt. & cap. aurum. 12. quæſt. 2.* In exceſſu quoque delitiarum *cap. Eccleſiæ Principes. 35. diſt. & cap. quiſquis rebus. 41. diſt.* & etiam in ędificandis Eccleſiis illiſque exornandis, ſic tamen, ut egentes, & Peregrini in neceſſariis non defraudentur. *cap. pulchra. 86. diſt.* ibi -- *Ornare Dei Templum honore congruo, impenſas convenientes frequentare, quantum oporteat elargiri peregrinis, non ſuperflua, ſed competentia; compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliorum, quantùm poſſumus, juvemus.* Et *Gloſſ. verb.* honore ibi -- *Hoc non ita fieri præcipitur, ut cura pauperum relinquatur.* Et infra *verb.* Additio, ibi -- *ſed ibi loquitur contrà Prælatos, qui neglectis Pauperibus, templa gemmis, & auro ornant, hic autem ad utrumque invitat, ſcilicet ad curam Pauperum, & ad ornatum Eccleſiarum. Mediocritas enim ſervanda eſt. Omne enim, quod non propter neceſſitatem, ſed propter venuſtatem accipitur, elationis habet calumniam.* Unde ſicuti ſuperflua vitæ ſunt illa, ſinè quibus vita ſimpliciter conſervari poteſt; Ita ſuperflua ſtatus ſunt ea, ſine quibus ſtatus decentia eadem, ac priùs permanet immutata. Cum uno ſolo diſcrimine, quòd ſi præfata ſuperflua in eleemoſynam diffundantur, manus Pauperũ illam deportantes, theſaurizant Homini theſauros in Cœlo: ſi autem non erogentur, theſaurizant Succeſſoribus, & in terrenos theſauros cumulata, Tineæ, ac ærugini rodenda traduntur.

33 Unde reſpective ad hujuſmodi diffinitiones de triplici neceſsitate, extrema nimirum, gravi, & communi; cum intermediis, ſcilicet, urgente, & quaſi extrema, ut dicemus: Et de duplici Hominis ratione quoad vitam, & ſtatum, & de duplici ad ſtatum, & vitam bonorum ſuperfluitate (non enim de nobis neceſſariis eleemoſyna ex præcepto facienda injungitur: ad dictum Textum in *cap. pulchra. 86. diſt. & Gloſſ. verb.* poſſumus, ibi -- *quòd ſit, cùm nobis neceſſaria ſubtrahimus, ad quod non tenemur.* Nam tantum quis debet dare, quantum ſibi poſsibile eſt. *Cap. 1. 82. diſt. & Gloſſ. verb.* generaliter. ibi -- *Epiſcopus debet providere Pauperibus ſecundùm poſſe ſuum*) Hinc tres invaluerunt diverſorum

Au-

34 Authorum ſententiæ.

Prima audactèr docens, Hominem ex præcepto teneri eleemoſynam dare ſolùm indigenti in extrema neceſsitate, non extra illam.

Secunda, ex præcepto te eſſe obligatum eleemoſynam erogare non ſolùm extrema, ſed etiam gravi neceſsitate laboranti.

Tertia, quèlibet ex præcepto aſtringi eleemoſynam diſpenſare, ſive extremam, ſive gravem, ſive communem neceſsitatem patienti. Unde apparet, quòd prima, & tertia ſententia ſunt oppoſitæ, illa per defectum, iſta per exceſſum. Nam prima eleemoſynam ex præcepto, applicando ſolummodo ad extremam neceſsitatem, nimis illam reſtringit.

Tertia dirigendo illam, etiam ad communem, nimis extendit.

Secunda verò ſententia, media via procedendo, excludit communem neceſsitatem, quam admittit tertia, ſecunda admittit gravem quam excludit prima.

35 Et indubitatum recipimus, quòd licèt eleemoſynæ Pauperibus diſpenſatæ, etiam ex propriæ vitæ neceſſariis, & ex divenditis patrimoniis ad ſenſum Evangelii, heroico ſanctitatis ſpiritu fieri poſsint, prò perfectionis gradu, & vita æterna abundantiùs conſequendis. ad Text. Matth. *cap.* 19. ibi -- *ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus*. Nihilominus loquentes de eleemoſyna facienda non de conſilio, ſed de præcepto, duo ſemper deſiderantur indiſpenſabiliter. Unum ex parte dantis, alterum ex parte recipientis. Ex parte dantis, ut habeat ſuperflua; ex parte recipientis, ut adſit neceſſitas, & indigentia. Indigentia quidem, cui de facili, & abundè ſubveniri non poſsit, ut dictum eſt: ſuperflua verò, vel vitæ, vel ſtatui, ut ſupra tetigimus.

Ex prænarratis tribus ſententiis primam tenent Gerſon. *in reg. moral. alphab.* 24. *litt. V. & alphab.* 32. *litt. o.* Turrecremata, S. Antoninus, Alexan., Liranus, Author ſummæ confeſs., Gabriel, Panormitanus, Roſella, Piſana, Medina, Durand. loc. infra allegandis *num.* 99. & uno verbo alii apud Valentiam *tom.* 3. *quæſt.* 9 *punct.* 4. *fol. mihi* 633. §. Quæ ſunt controverſa. Apud Azorium 2. *par. lib.* 12. *quæſt.* 2. *cap.* 7. Apud Turrianum *dub.* 4. & apud Vaſquez *in opuſc. de eleemoſyna cap.* 1. *dub.* 3. *& cap.* 3. *dub.* 4. *num.* 14. allegando ſpecialiter Alexandrum, & Major. 36

Secundam veram tuentur. Covarru. 3. *variar. cap.* 14. Petrus Navarus *libr.* 3. *cap.* 1. *num* 358. Malderus *loc. cit.* 2. 2. *quæſt.* 32. *ar.* 6. *dub.* 4. *propoſitione* 1. 2. *& alii.* 36 a

Tertiam ſuſtinent Cajetan. Navar. & alii apud Valentiam, & Azorium *loc. cit.* apud Banneſ. *quæſt.* 32. *art.* 6. *dub.* 4. *ver.* aliorum ſententia, & apud Luſium Turrianum 2. 2. *diſput.* 81. *dub.* 2. quibus adde Bellarm. *tom.* 3. *de bonis operibus lib.* 3. *cap.* 7. Becan. 2. 2. *cap.* 21. *num.* 8. Reginaldum *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 252. *&* 257. Petrum de Lorca *diſput.* 39. *num.* 14. *&* 22. & rationes videndæ ſunt apud Valentiam, & Doctores citatos. 37

Sed eleemoſynam ex præcepto eſſe faciendam, extremam, & gravem, & ſimilem neceſsitatem patientibus, non eſt dubitandum, & evidenter, atque concludenter probant rationes, & jura ſupra allegata *num.* 5. *ſeq.* 38

Quòd verò præceptum obliget ad eleemoſynam impertiendam pauperibus communi ſolùm neceſsitate laborantibus, Hoc opus, hic labor eſt, & ſequendo ſenſum D. Thomæ, & rationum pondus, mihi videtur negativè eſſe reſpondendum.

39 Et quidem primò probatur ex D. Thoma, reſpectu Pauperis communem neceſsitatem patientis elargitionem eleemoſynæ non eſſe in præcepto, & conſequenter illius omiſsionem non eſſe de peccato arguendam.

Quia tunc omiſsio eleemoſynæ eſt peccatum mortale, quando apparet evidens, & urgens neceſsitas ex parte indigentis, aut petentis illam, nec apparet in promptu, qui ei ſubveniat. Sed ex parte pauperis communem neceſsitatem patientis nulla apparet evidens, & urgens neceſsitas, ut illi eleemoſyna concedatur; & multi ex devotione ſunt in promptu ad illi eleemoſynam erogandam. Ergo omiſsio dandi communiter indigenti eleemoſynam non eſt peccatum, conſequentia ſequitur.

Major eſt ad litteram ſupra allegati D. Tho. 2. 2. *quæſt. 32. ar. 5. ad* 3. ibi — *Eſt aliquod tempus, in quo Homo mortaliter peccat, ſi eleemoſynam dare omittat, ex parte quidem recipientis cum apparet evidens, & urgens neceſſitas, nec apparet in promptu, qui ei ſubveniat*. Nil clarius.

40 Minor oſtenditur, quia pauperes oſtiatim incedentes per Urbem, hoc faciunt quotidie ex conſuetudine, & ab uno, & ab alio devoto ſemper minutia recipiunt, ut nunquam fame perire poſsint; & ſic non apparet in illis evidens, & urgens neceſsitas.

Minùsque apparet, quòd non ſint in promptu, qui eis eleemoſynam faciant. Immò è contra adſunt multi ex pietate parati, illis eleemoſynam elargiendi. Ergo reſpectu pauperis communiter indigentis non apparet evidens, & urgens neceſsitas, & quòd non ſit in promptu, qui ei ſuccurrat.

40 a Et quòd ſemper appareat in promptu, qui eis eleemoſynam donet, manifeſtè oſtendit D. Tho. ſupra num. 21. ubi ex fidelium devotione illis ſuccurritur, de quo ex quotidiana experientia certiores reddimur. Profectò cum Pauperes communiter indigentes, ut fusè ſupra diſſervimus, oſtiatim per urbem incedant, & in Fidelium Populorum concurſu aſsiduè circumeant; non deſunt plures, qui per obulos, aliaque reſidua menſæ abundanter illis ſubveniant: & ideo non poteſt non apparere; immò nimis palpabiliter apparet, quòd multi illis ſuccurrunt, & provident; & quòd evidentem, & urgentem non patiuntur neceſsitatem, & quòd ſemper eſt in promptu, qui eis ſubveniat. Adeòqne reſpectu talis pauperis ceſſat omnis ratio veræ neceſsitatis, & præcepti dandi illi eleemoſynam. Et per conſequens talis omiſsio non erit mortale peccatum. Et in hypotheſi, quòd nemo illis ſuccurreret, tunc non militaret ampliùs communis neceſsitas, ſed hæc tranſiret in gravem, aut extremam, quòd ex ſignis appareret, & tunc neceſsitas obligaret ex præcepto Fideles ad dandam illis eleemoſynam. Et ita ſemper remanet firmum, quòd ſiſtendo in ſolis terminis communis indigentiæ, non datur præceptum, ad eleemoſynas diſpenſandas.

Confirmatur præfata ratio. Etenim non poteſt dari præceptum 41
de eleemoſyna eroganda, niſi ex parte dantis, & ex parte recipientis verificentur conditiones neceſſariò requiſitæ, ad inducendum præceptum: ſed ex parte pauperis communiter indigentis non verificantur hujuſmodi conditiones. Ergo non poteſt dari præceptum erogandi eleemoſynam Pauperi communitèr indigenti. Conſequentia ſequitur.

Major videtur indubitata. Profectò conditiones, quæ requiruntur

ex parte recipientis, ad hoc ut quis ex gravi præcepto aſtingatur, ad dandam illi eleemoſynam; ſunt, quòd ex patte ipſius recipientis concurrat neceſſitas, vel extrema, vel gravis. Sed ex parte pauperis ſolùm communitèr indigentis nulla ex his duabus neceſſitatibus concurrit, ut patet. ergò &c.

Quòd autem præfatæ conditiones ad inducendum præceptum ſint, ſolùm neceſſitas, vel gravis, vel extrema: eſt expreſſus Textus Thomæ *in 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 2. art. 1. quæſt. 4. ad quartum*, ibi--*Quòd tempus, quo obligat præceptum de eleemoſynis faciendis, accipitur ex parte accipientis, & ex parte dantis. Ex parte accipientis, quando apparent ſigna probabilia extremæ neceſſitatis futuræ; niſi ei ſubveniatur. Cùm aliquis videt alios impotentes, vel pigros ad ſubveniendum. Non enim expectanda eſt ultima neceſſitas.*

42 Conſidera, humane Lector præfata verba, quàm valida ſint, ad manifeſtè demonſtrandum, nunquam pulſare preceptum ad dandam eleemoſynam Pauperibus, ſiſtendo in ſolis terminis communis neceſſitatis. Perpendendo, Angelicum Magiſtrum pro inducenda obligatione ex pręcepto non poſuiſſe communem neceſſitatem ex parte recipientis, ſed ſolùm admiſiſſe neceſſitatem extremam, vel gravem. Nam per illa verba; *Quandò apparent ſigna probabilia extremæ neceſſitatis futuræ; non enim expectanda eſt ultima neceſsitas*. Indicare S. Doctor ſolùm potuit neceſſitatem gravem, & neceſſitatem extremam. Profectò, ut conſtat ex terminis, neceſſitas ultima, idem eſt, ac extrema neceſſitas. Et cum neceſſitas extrema non ſit expectanda; & neceſſario, & gradatim extrema ſubſequatur ad gravem neceſsitatem, ſic gravis neceſſitas erit conditio requiſita, & ſufficiens ad inducendum præceptum. Non autem ipſa communis neceſſitas, de qua Sanctus nullam facit conſiderationem, & nunquam de illa pro dicta obligatione inducenda, verbum protulit.

Confirmatur; quia ad eleemoſynam faciendam ex obligatione præcepti, neceſſariò requiritur ex D. Tho. aliqua neceſſitas ex parte recipientis, ut conſtat ex definitione eleemoſynæ; quæ eſt actus miſericordiæ, directus ad ſublevandam miſeriam Pauperis. Sed neceſſitas communis non eſt vera neceſſitas, quod evidenter apparet; quia vera neceſſitas eſt ſolummodò illa, cui non imminet promptum, & præparatum levamen, & ſubſidium, ex Fidelium devotione diſpenſandum ex D. Tho. ſuprà num. 21. neceſſitas verò communis, cùm oſtiatim incedat, ut dictum eſt, & ubi fidelium Populorum concurſus conſpirat, importunè quærat, & inſtet pro eleemoſynis obtinendis, nunquam illi deeſt opportuna ſubventio, ut ex quotidianis experimentis perſuaſum remanet. Nam nullum mendicum fame periiſſe; immò aliquando diteſcere, frequentibus exemplis inſtruimur. Et per conſequens communis neceſſitas non eſt talis, ut poſſit inducere obligationem ex præcepto. 43

Cæterùm allegati, & allegandi Doctores Panormitanus, S. Antoninus, Roſella, Piſana, Author ſumm. Confeſs. Gabriel, Medina, cenſent, ſuam ſententiam eſſe Divi Th., quod probant ex citato Text. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 5. ubi apertè docet, ad præceptum eleemoſynæ duo requiri, unum ex parte dantis, ut in bonis ſuperfluum habeat, conformiter ad illud Lucæ 11., *quod ſupereſt, date eleemoſynam*. Alterum ex parte recipientis, ut ha- 44

beat neceſſitatem, & non qualemcunque, ſed illam ſolùm, cum qua is, qui neceſſitatem patitur, ſuſtentari non poſsit.

45 Sed Cajetanus in contrarium multa loca objicit S. Tho. de præcepto faciendi eleemoſynam etiam extra extremam neceſsitatem, ex quibus.

Primus locus D. Th. eſt in 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 4. *quæſt.* 1. *& quolibet.* 8. *quæſt.* 6. *art.* 12., ubi ait *ſuppoſito igitur, quòd aliquis habeat de ſuperfluis, & reſpectu individui, & reſpectu Perſonæ, tenetur Pauperibus erogare*. Sed hic Textus optimè intelligi poteſt reſpectivè de neceſsitate nimirum gravi, & extrema, non de communi, reſpectu individui, & Perſonæ. Nam certè non video, ex qua parte deſumi poſsit, D. Thomam docere, præceptum eſſe dandi eleemoſynam ex ſuperfluis pauperibus, utcumquè etiam extra neceſsitatem extremam, & gravem. Nam ibi Sanctus declarat, quòd homo habens ſuperflua individui, & Perſonæ, hoc eſt vitæ, & ſtatus, tenetur Pauperibus erogare, ſed non deſignat quibus, imò immediatè diſtinguit, quibus pauperibus ſuperflua eroganda ſint; & dicit, quòd ſi videt evidentia ſigna extremæ neceſsitatis, tenetur dare, & in hoc caſu Ambroſium loqui; ſi verò dicta ſigna non appareant, non tenetur dare. Et ſubdit ibi, *quòd quamvis teneatur dare ſuperfluum Pauperibus, non tenetur tamen omnibus dare, ſed tenetur diſtribuere ſecundùm quod ſibi viſum fuerit opportunum*; Ex his verbis non colligitur, quòd Homo habens ſuperflua, teneatur dare omnibus Pauperibus utcumquè tam extremè, & graviter, quam communiter indigentibus. Sed quòd ex præcepto ſolùm teneatur dare extremè, & graviter oppreſsis; quia ſi teneretur etiam communibus, tunc teneretur omnibus dare, quod negat D. Tho. Immò ſenſus etiam eſt, quòd & in caſu, quo ſuperflua non ſufficerent, neque teneretur dare omnibus extremè, & graviter indigentibus, neque huic.

Secundus locus eſt 2. 2. *quæſt.* 66. *artic.* 7. dicit. *Res, quas aliqui ſuperabundanter habent, ex naturali jure debentur Pauperum ſuſtentationi. Sed quia multi ſunt neceſſitatem patientes; & non poteſt ex eadem re omnibus ſubveniri: committitur arbitrio uniuſcujuſque diſpenſatio propriarum rerum, ut ex eis ſubveniat neceſsitatem patientibus*. Hic locus etiam applicari poteſt ad neceſſitatem gravem, & extremam. 46

Sed cum Sanctus loquatur univerſaliter. Per illa verba, nimirum, *ex naturali Jure debentur pauperum ſuſtentationi*, ſic talia verba definiunt in communi, & in genere, non eſſe ſuperflua aliter applicanda, quàm in neceſſitatibus Pauperum, ſive de præcepto, ſive de conſilio, & non in alias res diſtribuenda. Aliàs in pauperes committeretur fraus non ſine culpa ex Juribus ſupra *num.* 10. *& ſeq.* Et cùm caſus contingere poſſit, quòd ſuperflua modica, & pauperum neceſſitates multæ, ut ſingulis ſufficere non poſſint, relinquitur arbitrio divitis, ut illa diſpenſet. At non arbitrio irregulato, & effrænato, ſed prudenti, & ſecundùm conſcientiam; Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *qu.* 8. *num.* 40. & quidem ſecundùm prudentiam, & conſcientiam, quæ à Sacris Canonibus, & à Jure Cæſareo regulatur. Marcheſ. *de commiſs. part.* 1. *pag.* 202. 277. *in ult. impreſs.* Menoch. *cit. num.* 44. *& alii*. 47

Præterquam quod, verbum *debet*, ut conſiderant Juriſconſulti, non importat neceſſitatem, quando dirigitur ad perſonam, cujus favore 48

pro-

profertur. Nam cùm poſſit is favori ſuo cedere, non debitum præcepti ex ceceſſitate importat *l. cum Pater Filius* 79. §. *mando ff. de legat.* 2. *uni. Gloſs. verb. Juri*. Felinus *in cap. nam concupiſcentiam*. *num.* 8. *limit.* 2. *de conſtitut.* Sanchez *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 36. *verſ. ſecundus*. Et quilibet Pauper poteſt ſuo Jure cedere, ut alteri Pauperi æqualiter indigenti ſuccurratur, ut eſt manifeſtum.

49 Tertius locus eſt 2.2. *quæſt.* 87. *art.* 1. *ad* 4. Tertiò inquit, *Decimæ, quas cum Pauperibus comedere debebant, ſcilicet in veteri Teſtamento, in nova lege augentur per hoc, quòd Dominus non ſolùm Decimam. ſed omnia ſuperflua Pauperibus jubet exhiberi*. Secundùm illud Lucæ 11.

50 *quod ſupereſt, date eleemoſynam*. Hic etiam Textus non diſtinguit, & eamdem recipit expoſitionem. Et *quæſt.* 118. *art.* 4. *ad* 2. ait. *Minimum in avaritia eſt, quòd aliquis retinet ſua inordinatè; Sed hoc videtur eſſe peccatum mortale, dicit enim Baſilius: Eſt panis famelici, quem tenes; Nudi Tunica, quam tu ſervas; Indigentis argentum, quod tu poſſides. Quocircà tot injuriaris, quot exhibere valeres*. Quæ omnia reſpiciunt non communem, ſed ſolùm extremam, & gravem neceſſitatem.

Quintò S. Thom. reſpondens

51 argumento dicit. *Ad ſecundum dicendum, quòd Baſilius loquitur in illo caſu, in quo aliquis tenetur ex debito legali bona ſua Pauperibus erogare, vel propter periculum neceſſitatis, vel propter ſuperfluitatem*. Sed quid veniat hìc nomine debiti legalis, infrà *num.* 94. dicemus, & illa disjunctiva, *vel propter periculum neceſſitatis, vel propter ſuperfluitatem habitorum*, ſumi poteſt *copulativè*. Bartolus in *l.* 51. *is qui ducenta* §. *Verùm* 7. *in* oppoſitum *n.* 2. *ff. de rebus dubiis*. Cùm reſpectu eleemoſynæ ſuperflua ſine neceſſitate ſtare non poſſint, ut dictum eſt ſupra, & dicemus *num.* 54. *litt. F. K.* & tunc disjunctiva tranſit in copulativam, ne repugnantia contingant. Aloyſ. Ricc. *deciſ.* 72. *num.* 6. Et, *ſicuti*, poſita inter duas Perſonas æqualiter vocatas ſtat pro copulativa ad Textum in *l. cum quodam* §. *melius itaque*. *Cod. de verbor. ſignific.* Et tradunt Menoch. *conſil.* 187. *num.* 19. Peregr. *conſ.* 109. *l.* 3. *& alii*. Ita etiam poſita inter duo æqualiter requiſita, uti ſunt neceſſitas, & ſuperfluum reſpectu eleemoſynæ faciendæ, ſtabit prò copulativa.

Sextus locus eſt 2.2. *quæſt.* 32. 52
art. 7. *Sic ergò dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto, & dare eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate; alias autem eleemoſynas dare, eſt in conſilio, de quo loco infra ſpecialiter diſſeremus*. & nihil in contrarium probare, ſola littera oſtendit.

Nihilominus in prædictis locis
Cajetanus intelligit, Sanctum Thomam docere, in duobus caſibus eſſe præceptum eleemoſynam dandi; vel primò quandò adſunt ſuperflua; vel ſecundò, quandò quis extrema premitur neceſſitate. Et quandò Divus Thom. dicit ſupra 2.2. *qu.* 32. *art.* 5. requiri duo ad præceptum eleemoſynæ erogandæ; Unum ex parte dantis, ut habeat ſuperflua vitæ, & ſtatui; Alterum ex parte accipientis, ut extremam neceſſitatem patiatur, ut referemus *num. ſeq. litt. F. K.* Intelligendus eſt, non quòd hæc duo requirantur ſimul, & copulativè, ſed diviſivè. Ita ut aut unum, aut aliud concurrat, ideſt aut quòd ſint ſuperflua, aut neceſſitas. Ut quodlibet ex his ſe ſolo obliget, ad eleemoſynam. Et hanc ſententiam eſſe veram, & omninò ſequendam docet Azor. *cit.*

At ut ſenſum Sancti Thomæ 54

ſince-

ſincerè percipiamus, operæ pretium erit, ejus Textus ad litteram hic referre. Et præcipuè 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 5. ubi inquirit, utrum dare eleemoſynam ſit in præcepto, quo in loco dilucidè hanc quæſtionem decidit. Sed quia in corpore prò reſolutione hujus quæſiti multa cumulat, quorum quodlibet ſingulariter eſt obſervandum. Ideò ſingula per litteras diſtinctè obſignabimus.

A Et primò dicit ibi. *Reſpondeo, dicendum, quòd cùm dilectio proximi ſit in præcepto, neceſſe eſt, omnia illa cadere ſub præcepto, ſine quibus dilectio proximi non conſervatur.*

B Secundò, dicit ibi -- *Quòd ad dilectionem proximi pertinet, ut proximo non ſolùm velimus bonum, ſed etiam operemur. Secundùm illud Joann. 3. Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate.*

C Tertiò, *quòd ad hoc ut velimus, & operemur bonum alicujus, requiritur, quòd ejus neceſſitati ſubveniamus. Quod fit per eleemoſynarum largitionem.* Et concludit ibi dicens, *& ideò eleemoſynarum elargitio eſt in præcepto.*

D Quartò, dicit ibi -- *Sed quia præcepta dantur de actibus virtutum, neceſſe eſt, quòd hoc modo donum eleemoſynæ cadat ſub præcepto; Secundùm quod actus eſt de neceſſitate virtutis; ſcilicèt ſecundùm quod recta ratio requirit.*

E Quintò, *quòd ſecundùm hujuſmodi rectam rationem*, dicit, *eſſe aliquid conſiderandum ex parte dantis, & aliquid ex parte ejus, cui eſt eleemoſyna danda.*

F Sextò, *quòd eſt ex parte dantis conſiderandum eſt, ut id, quod eſt in eleemoſynas erogandum, ſit ei ſuperfluum, ſecundùm illud Lucæ* 10. *Quod ſupereſt, date eleemoſynam.* Proindè Sanctus alibi dicit, *quòd dare eleemoſynam non eſt omnium, ſed ſolùm aliquid poſſidentium, in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 1. *in* 4. *argumento.*

G Septimò, ibi addit. *Et dico ſuperfluum non ſolùm reſpectu ſui ipſius, quod eſt ſupra id, quod eſt neceſſarium individuo, ſed etiam reſpectu aliorum, quorum Cura ſibi incumbit.*

H Octavò, & de hoc rationem reddit dicens ibi -- *Quia priùs oportet, quod unuſquiſque ſibi provideat, & his, quorum Cura ei incumbit, & poſtea de reſiduo aliorum neceſſitatibus ſubveniat, reſpectu quorum dicitur neceſſarium perſonæ, ſecundùm quod perſona dignitatem importat.*

I Nonò, & de hoc affert exemplum dicens ibi -- *Sicut, & natura primò accipit cibum ad ſuſtentationem proprii corporis, quod eſt neceſſarium miniſterio virtutis nutritivæ, ſuperfluum autem erogat ad generationem alterius per virtutem generativam.*

K Et deindè dicit ibi -- *Ex parte autem recipientis requiritur, quòd neceſſitatem habeat.* Et reddit rationem dicens ibi -- *Alioquin non eſſet ratio, quare eleemoſyna ei daretur.*

L Decimò, poſtea ſubdit ibi - *Sed cùm non poſſit ab aliquo vno omnibus neceſſitatem habentibus ſubveniri;* Nota, *non omnis neceſſitas obligat ad præceptum, ſed illa ſola, ſine qua is, qui neceſſitatem patitur, ſuſtentari non poteſt.*

Per hæc verba, Sanctus manifeſtè declarat, & concludit, quòd eleemoſyna ex præcepto extendi non debet, niſi ad neceſſitatem, vel extremam, quæ reſpicit conſervationem vitæ, ſeu individui, vel gravem, quæ reſpicit conſervationem perſonæ, ſive ſtatus, aut dignitatis. Nam per illa verba *litt. L.*

Sed

Sed cùm non poſſit ab aliquo uno omnibus neceſſitatem habentibus ſubveniri, non omnis neceſſitas obligat ad præceptum. Quæ verba clarè indicant, quòd obligatio præcepri non extenditur ad communem pauperum neceſſitatem. Cùm horum turma propemodùm infinita obruat devotos fideles, importunè petendo, & mendicando, ut nunquam eis deficiat neceſſarium.

Affert S. Thom. authoritatem
M Ambroſii dicens ibi -- *In illo enim caſu locum habet, quod Ambroſius dicit. Paſce fame morientem, ſi non paveris, occidiſti*. Ecce, quòd Sanctus Thomas non intelligit de communi, ſed de gravi, vel extrema neceſſitate.

Undecimò, tandem concludit
N ibi — *Sic ergò dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto; & dare eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate*. (& nota) *Alias autem eleemoſynas dare eſt in conſilio, ſicut & de quolibet meliori bono dantur conſilia*: quod intelligi non poteſt, niſi reſpectivè ad communem neceſſitatem; Et per illa verba, *ſic ergò dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto*. Cùm ſint in ſequelam antecedentium, in quibus ſit ſermo de extrema neceſſitate. Sic dare ſuperflua de præcepto reſtringitur ad extremam neceſſitatem; dictio enim *ſic* eſt continuativa, & repetitiva formæ, ac qualitatis præcedentis. Gratian. *conſ.* 106. *num.* 52. & limitativa eſt, habens relationem ad præcedentia. Gratian. *d. cit. conſ.* 106. *num.* 52. *lib.* 2. Octavianus Vulpel. *de prepoſ.* ſub dictione ſtatim in principio. Menoch. *conſ.* 1040.

Propter hujuſmodi Angelici
55 Præceptoris Textum, & litteralem ſenſum perſpicuè patentem, antiquiores Diſcipuli D. Thomæ, celebreſque Doctores modò ſupra relati *num.* 44. Panormitanus, S. Antoninus, Roſella, & alii cumulati per Azorium, cenſuerunt, Sententiam D. Thomæ fuiſſe, eleemoſynam ex præcepto extendi non poſſe, niſi ad extremam, & gravem pauperum neceſſitatem, non verò ad communem, ob rationes ſupra allatas, & per Divum Thomam omni nitore, & claritate adductas.

Nihilominus Sapientiſſimus 56
Cajetanus ſua ſemper ſubtilitate incedens, ſuper hoc Divi Thomæ articulo expoſitiones proſecutus, reprehendit ſuos, vel coetaneos, vel antiquiores Doctores de mala intelligentia præfatæ Doctrinæ Angelici Magiſtri dicens ibi -- *Advertendum eſt, quòd Doctrina Auctoris hoc in loco à plerìſque fuit malè intellecta*. Et rationem adducit, dicens ibi -- *acceperunt namque, quòd ſecundum Doctrinam Auctoris hic, ad hoc quod eleemoſyna ſit in præcepto, duo ſimul requirantur, ſcilicet ſuperfluitas in debente, & extrema neceſſitas in eo, cui debetur. Cùm tamen expreſsè concludendo in calce corporis articuli dicatur diſtinctè*. Et affert verba Divi Thomæ ſupra à nobis ſignata *littera N.* ibi -- *Sic ergò dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto; & dare eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate. Alias autem in conſilio*. Et poſtea addit ibidem. *Et adverte, quòd duo capita ſeorſum ponunt eleemoſynam in præcepto, ſcilicet ſuperfluitas, & neceſſitas extrema*. Quibus Divi Thomæ verbis tota innititur ſententia Cajetani: Cujus ſtatim inſubſiſtentia apparet. Nam verba S. Thomæ, *ergò dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto*. Nihil aliud probant præter dicta, nimirùm, quòd eleemoſyna danda eſt de ſuperfluis, vel vitæ, vel ſtatui, ut omnes admittunt, non verò de neceſſariis.

Sed Cajetani mens, ut exten- 57
deret

derer eleemoſynam de præcepto, non ſolùm ad neceſſitatem extremam, & gravem, ſed etiam ad communem, fixa fuit in hoc, ut duo capita ſeorſim, & diviſivè diſtincta eſſent, à quorum quolibet, independenter ab alio, prodiret ratio præcepti prò eleemoſyna pauperibus diſpertienda. Ita ut extrema neceſſitas ubicunque reperiretur per ſe ſolam obligaret Fideles ex præcepto ad eleemoſynam indulgendam, & ceſſante extrema neceſſitate, quotieſcunque ex parte dantis invenirentur ſuperflua, hæc per ſe ſola obligarent ex præcepto ad eleemoſynam præſtandam cuicunque neceſſitati etiam communi.

58 Sed Author, qui ſtrictiori ſpiritu machinari intendebat in favorem Pauperum obligationem majorem, & reſpiciens ad manifeſtum Textum ſui Angelici Magiſtri, qui eleemoſynam ex præcepto reſtrinxit ſolùm ad extremam, & gravem neceſſitatem, ut ſuprà *nu.*54. ſicut videre eſt *litt. L.* ubi rotundè dicit ibi -- *Sed cùm non poſſit ab aliquo uno omnibus neceſſitatem habentibus ſubveniri. Non omnis neceſſitas obligat ad præceptum, ſed illa ſola, ſine qua is, qui neceſſitatem patitur, ſuſtentari non poteſt*; quæ quidem non poteſt eſſe alia neceſſitas, quàm extrema, atque gravis, ſive vitæ, ſive ſtatus, ſive individui, ſive Perſonæ, ut ſuprà ad dictum Textum *litt. H.* Non autem communis, quia particula *non omnis* aliquam debet excludere neceſſitatem, ut infrà *n.* 86. Ideò Cajetanus ingeniū acuens, recurrere cogitavit, ad ponendum in mediū præfata duo capita, ex quorū quolibet per ſe ſolum, & independenter ab alio, oriretur obligatio ex præcepto, eleemoſynam erogandi, extremā nimirum neceſſitatē. Et hac ceſſante, ſi perſeveret ſuperfluitas bonorū, tunc ſub mortali in quamcunque neceſſitatem impendendam eſſe eleemoſynam, etiam communem.

Sed ſiſtendo in Textu Divi Thomæ ſuprà allegato *litt. N.* non videtur poſſe reſurgere obligatio præcepti tribuendi eleemoſynam ex præfatis duobus ſingillatim capitibus ſeorſim ſumptis. Nam illa verba, nimirum, *ſic ergo dare eleemoſynam de ſuperfluo, eſt in præcepto*. Etiam prætermiſſa eorum germana ſignificatione ſuprà data *num.* 53. quæ eſt validiſſima, ſi ſumantur ſine relatione ad antecedentia, ſed ſolitariè, non reſolvunt quæſtionem, reſpectu cujus neceſſitatis eleemoſyna ſit de præcepto; An nimirum, reſpectu omnium neceſſitatum extremæ, gravis, & communis, vel reſpectu dumtaxat alicujus, puta extremæ, ſive gravis.

Et quòd hoc præfata verba ſolitariè ſumpta quæſtionem non reſolvant, videtur manifeſtum. 59

Primò quia ſuperfluum ex ſuis terminis, non importat præceptum faciendi eleemoſynam, niſi ſimul, & copulativè conſideretur, & accipiatur in ordine ad aliquam neceſſitatem, ut conſtat ex definitione eleemoſynæ, cujus eſt ſublevare miſeriam pauperis, quod ſanctus Thomas clarè oſtendit in Texu ſuprà allegato abſolutè dicendo *litt. K.* ibi *ex parte autem recipientis requiritur, quod neceſſitatem habeat. alioquin non eſſet ratio, cur eleemoſyna ei daretur*. Ubi aſsignat rationem indiſpenſabilem pro eleemoſyna inducenda. Unde ſuperfluum, ut ſuperfluum, non poteſt importare præceptum, niſi ſimul, & copulativè attendatur aliqua pauperis indigentia, ſine qua omnis ratio eleemoſynæ ceſſaret; Adeòque ſuperfluum ſolitariè ſumptum præcepti obligationem non poteſt inducere, niſi reſpectivè ad neceſsitatem. Quod etiā convincitur.

parte

60 Nam priùs eſt, quòd exiſtat à parte rei ſuperfluum ex parte dantis, & indigentia ex parte indigentis, & deinde quòd erumpamus in actum eleemoſynæ. Nam quolibet ex his deficiente, eleemoſyna evaneſcit, ut patet ex Textu. *l. ſi Hæredi ff. de condit. Inſtut. Jaſ. in l. prima num.* 2. *& 3. ff. de Juſtit. & jur.* ubi quando plura copulata requiruntur ad aliquid diſponendum, non ſufficit unum tantùm: & quando plura, puta, ſuperfluum, & neceſsitas requiruntur ad aliquid, puta, eleemoſynam producendam in eſſe, ſi aliquid deficiat, illud non poteſt dici, eſſe perfectum Bald. *conſ.* 64. quidam promiſit *in fin. lib.* 2.

60 a Secundò priùs eſt, dari illa duo, & poſtea, quòd efformetur Judicium, an reſpectu diverſarum neceſſitatum reſultet eadem obligatio præcepti. Sicuti priùs eſt, quòd exiſtant ſuperfluum, & neceſſitas; Et deinde ſententia pronuncietur, an reſpectu diverſorum ſuperfluorum oriatur obligatio præcepti. Quoniam nullus adverſatur, quòd ſi tantùm extent ſuperflua vitæ, & non ſtatus, non poteſt eſſe præceptum dandi eleemoſynam patienti gravem neceſſitatem ſui ſtatus, & multò minùs patienti communem neceſſitatem. Cùm nemo teneatur cadere à ſuo ſtatu, ut ſuſtenter alium in ſuo. Quapropter, qui non habet ſuperflua ſtatus, non poteſt, nec tenetur ſuccurrere alteri, qui ſuo ſtatui neceſſaria non habet ad Text. ſupra allegatum *num.* 54. *litt. H.* & ſupra *num.* 25.

60 b Sicuti nullus tenetur ſuſcipere in ſe periculum vitæ, ut alium ab eodem periculo eripiat, ut clarè oſtendit Textus D. Thomæ ſupra *num.* 54. *litt. H.* & ſupra *num.* 25. & ordo charitatis demonſtrat.

60 c Igitur, ſi ad hoc, ut inducatur obligatio præcepti prò danda eleemoſyna, prius videndum eſt, an dentur ex parte dantis ſuperflua, & qualia; & ex parte recipientis neceſſitas, & qualis, ad hoc ut efformetur Judicium, an obliget eleemoſynæ præceptum. Sic ſuperflua ſine indigentia: Et è contrà indigentia ſine ſuperfluis, ſeu unum ſine alio non poterit eſſe ratio inducendi obligationem præcepti. Et cùm ex altera parte communis neceſſitas non ſit verè neceſſitas, quia de facili habet, unde ſubveniatur; ita non eſt ratio, cur de præcepto danda ei ſit eleemoſyna, quia ſuperſunt ſuperflua, ex quibus ſequitur, ſententiam Cajetani non poſſe ſubſiſtere.

Quod magis oſtenditur, quia ad rationem eleemoſynæ verificandam, indiſpenſabiliter, ut pluries S. Thomas inculcat, prædicta duo requiruntur, nimirum, dans eleemoſynam, & illam recipiens. Aliàs ſi non eſſet, qui illam reciperet, eleemoſyna non diceretur facta, ut conſtat ex terminis, & ex ratione correlativorum, quorum eſſentia eſt, eſſe ſimul cognitione, & natura, ut Philoſophi non controvertunt, & aſſiſtit Jus *Gloſs. in cap. cupientes* §. *pæn. verb. de veteri de eleem.* 11. *in* 6. 61

Dans verò eleemoſynam, in caſu noſtro non ſumitur utcumque, & abſolutè, ſed quòd ſit dans, habens, & poſſidens aliquid, ut ſupra *num.* 54. *litt. F.* hoc eſt ſuperflua. Et recipiens pariter non ſumitur abſolutè, ſed quòd habeat aliquam indigentiam. 62

Igitur in caſu noſtro pro verificatione eleemoſynæ attendendum ſemper erit ad dantem ex ſuperfluis, & ſimul ad recipientem cum neceſſitate; ergo in hac materia non poteſt fingi caput inductivum præcepti, vel ex ſolis ſuperfluis, vel ex ſola neceſſitate, ſed ab utroque ſimul, & ſecundùm diverſas qualita-

tes eorum Judicium efformare, ergo ſententia Cajetani videtur deficere. Explicatur magis hoc idem.

Nam ipſa extrema neceſſitas
63 abſolutè, & ſolitariè ſumpta independenter à cognitione ſuperfluorum, non poteſt eſſe ratio inducendi obligationem præcepti, pro danda eleemoſyna. Quoniam parum refert, quòd ex parte Pauperis reperiatur extrema neceſſitas, ſi ex parte dantis non ſit aliquid erogandum in eleemoſynam: profectò, ut ſupra ex Divo Thoma dictum eſt *num. 54. litt. F.* Eleemoſyna non eſt, niſi poſſidentium aliquid. Unde ſi non detur, qui poſſideat aliquid, ſed omnibus bonis careat, & non habeat quid dare; nihil proderit extrema neceſſitas pro eleemoſyna recipienda. Sic etiam nihil concludit, quòd dicta extrema neceſſitas opprimat pauperem, ſi non reperiantur ſaltem ſuperflua vitæ ex parte dantis. Quia de neceſſariis propriæ vitæ nullus obligari poteſt ad eleemoſynam erogandam; ut communiter admittitur, & ordo charitatis expoſcit, & Jura ſupra allegata convincunt *n. 25. ſeq.*

Sicuti etiam ſuperflua vitæ non
63 poſſunt eſſe caput obligandi ad faciendam eleemoſynam Titio patienti gravem neceſſitatem, nimirùm, quia Titius ponitur in periculo decidendi à ſuo ſtatu; quia nemo tenetur ſubire periculum, ut dictum eſt, à ſuo ſtatu ruendi, ut ſuccurrat, & ſubveniat, ne alius à ſuo ſtatu cadat, ſecundum allegata Jura. Undè fit manifeſtum: quòd neceſſitas, & ſuperflua, cùm ſint mutuò correlativa, & ſecundùm earum diverſas rationes comparanda, ita ad imponendam eleemoſynę obligationem, nunquàm unum ſine alio poterit eſſe caput inducendi præceptum.

64 Inſuper cùm plures dentur neceſſitates diverſæ rationis, puta communis, gravis, & extrema; & plura quoque diverſæ rationis ſuperflua reperiantur. Puta ſuperfluum vitæ, & ſuperfluum ſtatui; & ſecundùm diverſas combinationes, quæ contingere poſſunt inter ſuperflua divitum, & Pauperum neceſſitates, ſic diverſæ obligationes dandi eleemoſynam inſurgere poſſunt, aut nullæ. Nam Titius, nulla habens ſuperflua, nulli tenetur ſuccurrere neceſſitati, neque extremæ. habens verò ſuperflua vitæ tenetur ſubvenire patienti extremam neceſſitatem, non autem patienti gravem, ſeu pericula ſtatus.

Habens verò ſuperflua vitæ, & ſtatui, tenetur ſuccurere tam patienti gravem, quàm extremam neceſſitatem. Non autem communem, ut contendit Cajetanus Ex illo ſuo fundamento, quòd ſuperflua, ut ſuperflua, per ſe ſola, & ſolitariè ſumpta, ſint ſingulare caput inducendi obligationem præcepti, faciendi eleemoſynam. Quia hoc principium deficit in omnibus: Cùm ſe ſolo ſumptum nihil dicat. Et adjunctum alteri benè omnia reſolvat. Quia ſumus in mutuò correlativis, quorum unum non poteſt operari ſine alio. Nam uno deſtructo, deſtruitur aliud Philoſophi omnes, & Juris-Periti *l. Filio ex parte §. Matri ff. de alimen. legat.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 257. *num.* 60. *in principio.* Giurb. *deciſ.*86. *num.* 20. Adeòque inter nos, & Cajetanum remanebit diſputatio, an ſuperflua vitæ, & ſtatui inducere poſſint obligationem faciendi eleemoſynam communi neceſſitati. Quod, ut decidatur, ſemper opus erit examinare, an communis neceſſitas ſit vera neceſſitas, non ſecus, ac gravis, & extrema; & cogere poſſit ex præcepto eleemoſynam erogandi, quod negavimus ſupra ex rationibus An-

gelici

Digitized by Google

gelici Magiſtri, affirmantis, de communi neceſſitate non verificari conditiones, quas ipſe requirit ad obligandum ex præcepto.

Inſuper evidentiùs videtur de-
65 cidi, ſuperflua, ut ſuperflua, ex ſuis terminis non poſſe habere rationem inducendi præceptum faciendi eleemoſynam, niſi ſimul coarctentur ab aliqua neceſſitate. Quoniam ſuperflua, ut ſuperflua indifferenter ſe habent, vel ad virtutem miſericordiæ, aut ad vitium prodigalitatis &c. ut patet ex terminis. Et quòd miſericordia non ſit Juſtitia, definit D. Thomas *in 4. diſt.15. quæſt.2. ar.1. quæſtiunc. 3. argum. 3.* ibi -- *Eleemoſyna non eſt actus Juſtitiæ, quia non reddit alienum; Sed dat ſuum; Nec eſt actus liberalitatis, quia liberalitas non attendit indigentiam, quam attendit eleemoſyna.* Licèt eleemoſyna ſit aliquo modo etiam liberalitas, in quantum miſericordia eſt ejus pars. Sanctus Thomas *cit. d. articulo primo ad tertiam quæſtiunculam* ibi -- *Oportet, quòd eleemoſyna ſit aliquo modo actus liberalitatis*, & infra ibi -- *liberalitas conjectat bonum communiter in dationibus, ſed miſericordia conjectat in eis aliquod ſpeciale bonum, quòd eſt relevatio miſeriæ aliorum.*

Et ad ſecundùm dicit ibi--*quòd miſericordia importat compaſſionem tantùm ad miſeriam alterius*; in quibus verbis, videant quoque Lectores, quàm inſeparabilis ſit indigentia à ratione eleemoſynæ. Et ad quartum dicit ibi -- *quòd ſubvenire miſeris non eſt actus Juſtitiæ ratione ſui, ſed ratione ſuæ partis, ſecundùm quod liberalitas etiam ad Juſtitiam reducitur ſicut pars.*

Et licèt Sanctus *in §. ſed contra*
66 *ad tertiam quæſtiunculam dicat ibi, ſubvenire miſeris eſt actus Juſtitiæ.* Nihilominus ſe explicat dicens ibi -- *Quòd eleemoſyna eſt Juſtitia, quatenus ſe habet per ordinem ad alium, cum quo eſt convivendum. Et ſic habet ſpecialem rationem moderationis; unde ad hoc eſt Juſtitia. Et illa, quæ ad Juſtitiam reducuntur. Propria ergo materia Juſtitiæ ſunt operationes exteriores, ut patientia, & aliquid hujuſmodi ſunt materia Juſtitiæ, in quantum in uſum veniant, & ideo ſunt materia remota.* Sanctus Doctor *in 3. diſt. 33. quæſt. 2. art. 2. quæſtiuncula 3. ad 3. quæſtiunculam.*

Ultra rationes per me huc uſ- 67
que laboratas, & cumulatas, & infra cumulandas contra Cajetani ſententiam, & ſequacium. Vaſquez quoque plures coadunat, ut de inſubſiſtentia præfata Cajetani ſententia convincatur; dicens, quòd ſi ſola ſuperfluitas obligaret ſub mortali ad dandam eleemoſynam, ſequeretur, quòd etiamſi nullus pateretur neceſſitatem, adhuc dives teneretur illud ſuperfluum erogare. Quod, ut videmus omnes, implicantiam involuit. Nam ille actus eſſet, & non eſſet eleemoſynæ, eſſet quia proveniret à ſuperfluis. Non eſſet quia nullam pauperis indigentiam ſublevaret. Ergo &c.

Nec dicat Cajetanus oportere,
quòd aliquis meo ſuperfluo indige- 68
ret, ut ex ſuperfluis inducatur præceptum. Nam tunc ruet ejus ſententia. Cùm non ſola ſuperflua abſolutè ſumpta faciendi eleemoſynam præceptum inducerent, ſed requirerentur ſuperflua, cùm reſpectu, & relatione ad aliquã indigentiam. Et tunc, quæ indigentia deberet eſſe? An etiam communis, & tunc litigandum veniret inter ipſum, cæteroſque Doctores.

Nec replicet Author, ſuper- 69
flua inducere præceptum, eleemoſynam dandi diverſo modo, ac ex-

trema neceſſitas. Quia hæc obligat ad dandam eleemoſynam huic determinatè patienti illam. Superflua verò obligant ad dandam eleemoſynam, ſed vagè, aut huic, aut illi.

Sed hæc videtur reſponſio pejor priore. Nam quòd extrema neceſſitas obliget determinatè dare eleemoſynam huic patienti illam, & non alii, non impugnamus. Licèt ſi plures eſſent, & non poſſet dives omnibus ſuccurrere, relinqueretur ejus arbitrio, ut uni daret, & non alteri, ut ex terminis conſtat, & idem eveniret, quando ſuperflua non ſufficerent prò omnibus communem neceſſitatem patientibus, tunc arbitrium eſſet divitis dare, cui voluerit. At ſi ſuperflua abundarent pro omnibus, & ex illis abſolutè ſumptis induceretur præceptum, illa in eleemoſynam erogandi, tunc non eſſet arbitrium divitis, ut uni, & non alii eleemoſynam daret, ſed omnibus, & ſingulis illa in totum diſpenſare teneretur, aliàs peccaret, ut conſtat ad Textum, quia ubi ratio eſt eadem, obligat eadem Juris diſpoſitio, *l, illud quæſitum eſt, ff.de leg.*Aquil. *l. ſi poſtulaverit* §. 2. *ad leg. Jul. de adulter.* & ubi eſt eadem ratio, eſt eadem lex, *l.bis ſolis, verſic. ſatis etiam cautè putamus, Cod. de revoc. donat.* Nec eſt potior ratio extremæ neceſſitatis, quòd determinet huic dandam eſſe eleemoſynam, quàm aliarum neceſſitatum. Quia cùm illa eleemoſyna non ſit danda, niſi patienti aliquã neceſſitatem, ſic ſemper neceſſitas huic obligabit eleemoſynam dare.

70 Inſuper ſi ſuperflua uti talia ex præcepto applicata, aſſignata, & deſtinata eſſent à natura pro ſublevandis omnium pauperum neceſſitatibus etiam communibus, adeòque ſolùm per actum miſericordiæ eſſe impendenda: Tunc illa non poſſent applicari in alia opera pia, quæ ad virtutem miſericordiæ non ſpectant, Hoc eſt in erectionem Cappellæ, conſtructionem Eccleſiæ, conſecutionem Indulgentiæ, & ſimilia &c, Hoc eſt contra communem Fidelium praxim, Populorum uſum, & ſuperiorum approbationem. Et ex illa ſententia ſequerentur infinita incommoda temporalia, & ſpiritualia, & conſcientiarum ſcrupuli.

Nec juvabit effugium, licere ex ſuperfluis dicta pia opera exequi, ne dives evadat avarus, & avaritiæ labe damnandus. Nam contra eſt, quia non expendendo ſuperflua deſtinata ex Jure naturæ, & gentium, ad ſublevandam alicujus miſeriam, gravem committeret fraudem in Pauperum, eorumque neceſſitatum præjudicium, & damnum, & ſic ſemper lethaliter peccaret. Unde licèt erogando illa in opera pia vitaret avaritiæ peccatum, non tamen peccati fraudem arceret. 71

Corduba in quæſtionario *qu. 26. lib.* 1. in omnibus nobiſcum ſenſit, ſed in communem neceſſitatem exiſtimat divitem aliquid erogare de ſuperfluo debere, ut ſaltem in aliquo præceptum impleatur. 72

Sed contra dicimus. Quia ſi adeſſet præceptum expendendi ſuperflua in communem neceſſitatem, non eſſet ratio, quare præceptum feriret partem ſuperfluorum, & non totum, quia iſta taxatio nec à Jure gentium, nec naturali, nec divino inveniretur præſcripta, De quo item infrà *num.* 79.

Tandem mihi modo ſcribenti, optima, meo videri, occurrit ſpecies, ad validè probandum, communi neceſſitati non eſſe ex præcepto ſuccurrendum. 73

Prò cujus claritate meminiſſe fas erit; Primò eleemoſynam poſſe ex duplici via emergere, vel ex obligatione præcepti, vel ſolius

virtu-

virtutis amore, & conſilio, quod nullus Doctor inficiatur. Et Sanctus Thomas diſtinctè confirmat ſupra allegatus *num.* 54. *litt. N.*

Quapropter quatuor dari poſſunt eleemoſynæ actus. Unus, qui dicitur communiter factus. Secundus, qui heroicè elicitur. Tertius ex præcepto. Quartus ex Conſilio. Primus, qui dicitur communiter factus, eſt, qui ſolummodò fit ex ſuperfluis. Secundus, qui heroicè elicitur, procedit tantummodò ex neceſſariis. Tertius ex præcepto ſolùm ex ſuperfluis erumpit. Quartus ex Conſilio, qui à nulla obligatione dependet. Et aliquando eſt communiter factus, ſcilicet ex ſuperfluis; Et eſt quando datur eleemoſyna communiter indigenti. Aliquando eſt heroicè productus, & fit ex neceſſariis. Ut cùm quis ſe ipſum exuit, ut nudum induat.

Secundò, triplicem, ut toties diximus, eſſe pauperum neceſſitatem, extremam, gravem, & communem, & intermedias. Reſpectu primæ, & ſecundæ, Doctores enumerari ſupra *num.* 36. admittunt præceptum. Attamen reſpectu tertiæ, hinc indè vagantur authores.

74 Tertio in quacunque virtutis ſpecie dari duplicem actum, unum de conſilio, alium de præcepto. Et regulariter actum de conſilio, unum poſſe eſſe communiter factum, ut dixi, alterum verò heroicum, & continentem aliquod divinum, & ſpecialem motionem Dei. Ut in caſu noſtro. Dare eleemoſynam de ſuperfluis reſpectu cujuſcunque neceſſitatis, eſt actus communiter factus, ut admittunt omnes, & S. Thomas modo infra citandus. Dare verò non de ſuperfluis, ſed de neceſſariis, & cum diſcrimine propriæ vitæ, & ſtatus, eſt actus heroicus. Profectò, exuere ſe propria clamyde, & operire nudum, eſt heroicum opus, quod Martinus fecit. Divendere patrimonium, & dare pauperibus, eſt heroicum geſtum, quod fecit Borromæus.

Actus verò hæroici ſemper continentur in aliqua virtutum ſpecie. S.Doct. 3.*par.quæſt.*7.*art.*2.*ad ſecundum*, ut modo infra. Sed adeò elevantur ſupra illam, ut aliquid divinum ſapiant. Ariſtoteles hìc à Sancto Thoma allegatus 3. *part. quæſt.*7. *art.* 2. ſecundo argumento. Dicit ibi -- *Virtus dividitur contra quemdam heroicum, ſive divinum habitum, qui attribuitur Hominibus Divinis*. Et ad ſecundum ibi -- *dicendum, quòd habitus ille heroicus, vel divinus non differt à virtute communiter dicta, niſi ſecundùm perfectiorem modum. In quantum ſcilicet, aliquis eſt diſpoſitus ad bonum, quodam altiori modo, quàm communiter omnibus competat*. Ex quibus comprehenditur, quòd actus heroicus diverſificatur ab actu communiter facto per quemdam perfectiorem, & altiorem modum, in quo relucet aliquod divinum: & 1. 2. *quæſt.* 68. *art.*1. *ad primum*, dicit ibi -- *quòd dona Spiritus Sancti nominantur quandoque virtutes ſecundùm communem rationem virtutis, habent tamen aliquid ſuperveniens rationi communis virtutis, in quantum ſunt quædam virtutes, perficientes Hominem, in quantum eſt à Deo motus. Unde & Philoſophus 7. ethicorum ſupra virtutem communem ponit quamdam virtutem heroicam, vel divinam, ſecundùm quam dicuntur aliqui divini viri.*

Itaque actus heroicus, ut dictum eſt, habet in qualibet virtutis 75
ſpecie aliquid ſpeciale ſupra quoſcunque actus ejuſdem virtutis communiter factos. Et illud ſpeciale explicatur, eſſe aliquem perfectiorem, & altiorem ſe habendi modum,

seu

ſeu aliquod divinum ex ſpeciali Dei favore, & motione proveniens; & per hoc heroicus actus diverſificatur à cæteris ejuſdem virtutis actibus communiter factis, tam de conſilio, quàm de præcepto.

76 Actus etiam de conſilio, & de præcepto communiter facti differunt inter ſe quoad obligationem. Cùm præceptum ſit de neceſſariis ad ſalutem, conſilium ad benè eſſe S. Doctor 1. 2. *quæſt.* 108. *artic.* 4. *in corp.* non autem differunt quoad ſpeciem, cùm conſilium, & præceptum ſint etiam de ejuſdem virtutis actibus. S. Thomas 2.2. *qu.* 124. *art.* 3. *ad primum*. Imò nullus actus perfectionis cadit ſub conſilio, qui in caſu aliquo non cadat ſub præcepto. S. Doctor modo citatus *d. quæſt.* 124. *art.* 3., & actus de conſilio exerciti viam parant ad illos, qui ſunt de præcepto. Cùm Dei præcepta ſint conſiliorum finis. S. Doctor 2. 2. *quæſt.* 189. *artic.* 1. *ad quintum*.

76 Hinc ſequitur, quòd cùm non omnes actus eleemoſynæ de conſilio poſſint eſſe, vel ſint actus heroici, & divini, quibus aliquandò aliquis ſupra ſe elevatus eleemoſynam indigenti donat, non ex ſuperfluis, ſed ex neceſſariis, aut neceſſariò requiſitis pro conſervanda propria vita, & ſtatu: ſic aſſignandi erunt aliqui actus eleemoſynæ de conſilio, ab Homine communiter faciendi contradiſtinctè ab illis, qui dicuntur heroici: & etiam debemus aſſignare reſpectu cujus neceſſitatis, an extremæ gravis, aut communis tales actus fuerint verificandi.

77 Et quidem tales actus eleemoſynæ de conſilio communiter faciendi, hoc eſt de ſuperfluis, non poterunt verificari reſpectu extremæ, & gravis neceſſitatis; quia extrema, & gravis neceſſitas poſtulant eleemoſynam de præcepto, ut omnes fatentur Doctores. Ergo ſolùm poterunt verificari reſpectu communis neceſſitatis. Ergo reſpectu communis neceſſitatis eleemoſyna non poterit eſſe de præcepto, ſed de mero conſilio. Quæ ratio non videtur contemptibilis, & ad claritatem poterit iterum ſub hac forma proponi.

Debet dari eleemoſyna de conſilio per actum communiter factum, 78 hoc eſt de ſuperfluis contra diſtinctum ab heroico. Sed eleemoſyna de conſilio non poteſt convenire extremæ, & gravi neceſſitati. Ergo reſtat, quòd ſolùm conveniat communi. Ergo reſpectu communis neceſſitatis debet dari eleemoſyna, non de præcepto, ſed de ſolo conſilio.

Omnes iſtæ propoſitiones videntur manifeſtè veræ.

Nàm primò, quòd debeat dari eleemoſyna de conſilio, Docto- 78 res omnes conveniunt cum Sancto Thoma *cit. ſupra num.* 54. *litt. N.*

Secundò, quòd debeat dari 78 per actum communiter factum contradiſtinctum ab heroico, videtur per ſe notum. Quia negari non poterit, quòd eleemoſyna de conſilio fieri poſſit de ſolis ſuperfluis, de quibus communiter, & ab omnibus regulariter fit eleemoſyna ſine ulla difficultate, & incommodo, quia ſuperflua ad nihil inſerviunt propriæ neceſſitati: Cùm proindè dicantur ſuperflua, quia extra omnem neceſſitatem ſe habent, ut conſtat ex terminis, & docet S. Doctor 2.2. *quæſt.* 32. *art.* 5. *ad* 3. *Ea ſuperflua eſſe dicens ibi, quæ ſecundùm ſtatum præſentem non ſunt ſibi neceſſaria.*

Tertiò, quòd ſit contradiſtinctus ab heroico, patet, quia actus 78 heroicus fieri non debet de ſuperfluis, ſed de neceſſariis ad propriam vitam, & ſtatum; quod eſt poſtpo-

nere

nere proprium commodum ad proximi utilitatem, & hic eſt difficilior actus. Cùm majoris perfectionis ſit amare proximum præ ſe ipſo, quàm infra ſe, quod requirit ſpecialem Dei favorem, & motum, & dicitur continere aliquid divinum, ut ſupra *num.* 64. *& ſeq.*

78 Quartò, quòd talis eleemoſyna de conſilio non poſſit convenire extremæ, & gravi neceſſitati, eſt evidens, ut modò diximus, quia Doctores omnes volunt, quòd reſpectu hujuſmodi neceſſitatum eleemoſyna debeat eſſe de præcepto. ſi ergo de præcepto, non poteſt eſſe de conſilio. Quia præceptum eſt de neceſſariis ad ſalutem, conſilium ad melius eſſe, ut dictum eſt ſupra *n.76.*

78 Quintò ergo reſtat, quòd eleemoſyna de conſilio ſolùm convenire poſſit communi neceſſitati. Conſequentia ſequitur, quia poſt membrorum diviſionem, cæteris excluſis, unum ſolum remanet. Et illud eſt, reſpectu cujus verificatur effectus. Unde cùm in præſenti neceſſitas extrema, & gravis excludantur ab eleemoſyna de conſilio: ſolùm reſtat indigentia communis, cui eleemoſyna de conſilio convenire poſſit, ut patet ex terminis. Patet inquam. Quia diviſio eſt totius in partes. Accurſius §.1. *Inſtitut. de obligat.* diviſio autem neceſſitatis, aut indigentiæ fit in tria membra, extremæ, gravis, & communis; Unde ſi extrema, & gravis excluduntur ab eleemoſyna de conſilio, reſtat ſolùm communis. Adeoque reſpectu ſolùm communis neceſſitatis eleemoſyna de conſilio facienda erit.

79 Reſpondere poſſunt, hoc argumentum tantummodò probare, quòd eleemoſyna de conſilio ſolùm ſit facienda communi neceſſitati, non proinde excluditur, quòd etiam eidem communi neceſſitati ſit facienda ex præcepto. Imò Doctores dicunt, quòd non omnia ſuperflua ſunt diſtribuenda de præcepto communi neceſſitati; ſed tantùm pars illorum. Cætera verò de conſilio Corduba ſupra *cit. num.*72. & conſentiunt Caſtropalao p. 1. de Charitate *tract.* 6. *diſp.*2. *punct.*2.*n.*15. dicens ibi -- *In communi neceſſitate Pauperum te obligatum eſſe, eleemoſynam facere, aliquoties ex bonis, quæ tibi neceſſaria non ſunt ad ſtatum &c.* & *cit.* Valen. 2. 2. *diſt.*27. *dub.* 8. *concluſ.* 3. *num.* 131. Suarez *diſp.*7. *ſect.*3.*n* 3 Bonac. *diſp.*3.*q.*4 *punct.verſ.*3. *ſententia n.*8.*& alios.*

Sed contra eſt, profectò jam 80 hujuſmodi Doctores admittunt, quòd ſolùm reſpectu communis neceſſitatis eleemoſyna de conſilio facienda eſt de ſuperfluis tamen; Nam cùm dicant, quòd ſolùm aliquando præceptum obliget, reſtat, quòd in cæteris vicibus ſolùm prævaleat conſilium, ſed durum eſt intelligere, quare ſolùm aliquando, & non ſemper obliget præceptum reſpectu communis neceſſitatis, & quare ſolùm in parte, & non in totum ſuperflua reſpectu ejuſdem ſint eroganda.

Nec valet reſponſio, ut ſaltem in parte adimpleatur præceptum. 80 Quia hoc eſſet ponere in reſponſione id, quod eſt in quæſtione. Quæſtio enim eſt, an reſpectu communis neceſſitatis eleemoſyna ſit de præcepto. Unde turpe eſſet prætendere, quòd hoc idem pro ratione militare debeat; Nos autem qui negativè ad talem quæſtionem reſpondemus; valde diverſis rationibus decertamus. Probantes primò, quòd de ipſa communi neceſſitate non verificantur omnia illa, quæ inducunt obligationem, ad dandam eleemoſynam de præcepto, ex doctrina Divi Thome *ſupra allegat. num* 39. *& ſeq. &* 54. Secundò,

quòd

quòd ipſa communis neceſſitas non eſt vera neceſſitas, & nullum patitur vitæ, & ſtatus periculum, ut ſupra *num.* 43. Tertiò cùm danda ſit eleemoſyna de conſilio per actum communiter factum, & de ſolis ſuperfluis, hic actus exerceri non poteſt, niſi reſpectu communis neceſſitatis, & ex ceteris latiùs deductis. Undè manifeſtum eſt, quòd noſtræ rationes non ſunt ipſa quæſtio.

Et dicere, quòd ſaltem in parte adimpleatur præceptum, idem
80 eſt, ac dicere, quòd cùm non poſſit in totum, fiat in parte, quia dictio *ſaltem* non excludit majorem partem, aut numerum, ſed eſt ſubſidiaria. *cap ſtatum* §. *Cùm verò de reſcript. lib. 6.* ut ſi dicatur, quòd debeant eſſe tres Canonici ſaltem, poſſunt adeſſe quatuor; quia non reſtringitur diſpoſitio, ut *cap. excommunicamus.* §. *Addamus. de Hæreticis.* Ex quibus ſequitur, quòd non ſolùm in parte, ſed etiam in totum ſuperflua diſtribuenda eſſent ex præcepto in ſubſidium communis neceſſitatis. Dummodò neceſſitas gravis, & extrema non concurrerent, aut divites ſuperabundarent ſuperfluis in tanta quantitate, ut omnibus quamcunque neceſſitatem habentibus ſupplere poſſent. Sed hoc videtur non poſſe ſubſiſtere propter rationes huc uſque cumulatas. Ergo &c.

Nec videntur aliquid convincere adducta per Caſtropal. Et ſe-
81 quaces, quòd ſaltem aliquando communi neceſſitati ſuccurramus, ne totum onus alendi pauperes in communitatem tranſfundamus.

Nam contra eſt, quia, vel
82 communitas commodè poteſt de bonis communibus, & ad talem effectum conſtitutis, pauperes alere, vel non. Si non poteſt; tunc mutatur caſus, quia communis neceſſitas facta eſt gravis. Et tenemur eleemoſynam præſtare. S. Doctor *ſupra cit. num.* 32. dicens *tunc aliquem teneri, quando videt alios impotentes, & pigros &c.*

Nec contra facit Textus Apo- 83
ſtoli 2. ad Timoth. ultima, *divitibus hujus ſæculi præcipe facilè tribuere.* Quia hoc etiam optimè intelligi poteſt reſpectivè ad gravem, & extremam neceſſitatem, ut ſint prompti, non moroſi, & pigri, ad ſenſum S. Thomæ modò allegati.

Neque dicant ſecundò, quòd 84
etiam reſpectu aliarum neceſſitatum, puta extremæ, & gravis, poteſt fieri eleemoſyna de conſilio, ut ſi fieret non de ſuperfluis, ſed neceſſariis. Nam contra eſt, quia tunc hujuſmodi eleemoſynæ actus non eſſet communiter factus, cùm non eſſet de ſuperfluis, ſed heroicus, & divinus, tanquam factus de neceſſariis, & extra communem regulam, qui raro admodùm contingit. Difficultas autem eſt de eleemoſyna communiter facta, non de heroica, an ſit de ſolo conſilio, non de præcepto reſpectu communis indigentiæ, ut probat noſtrum argumentum.

Cæterùm non omittendum,
quod actus eleemoſynæ in eo, in 85
quo eſt heroicus, nullam importat obligationem de præcepto, ſed de ſolo conſilio, quia ad ea, quæ de meliori bono ſunt, dantur conſilia non præcepta. Sanctus Doctor ſupra citatus *num.* 54. *litt. R.* ibi -- *quod præcepta ſunt de neceſſitate ſalutis; conſilia verò ad benè eſſe.* licèt confeſſio publica fidei coram Tiranno cum periculo vitæ ſit actus heroicus, & de præcepto, cùm ſit de neceſſitate ſalutis.

Tandem etiam advertere juvat, 86
quòd eleemoſyna reſpectu communis neceſſitatis eſt, quæ frequentior contingit in Hominum univerſitate,

attento

atteuto majori numero indigentium, oſtiatim ſtipem quærentium, qui propemodùm tanquam importuniſſimæ muſcæ, quæ ſæpiùs abactæ redeunt. Fex Civitatis, eleganter à Cicerone appellati, utpote adventitia illa otioſorum Hominum multitudo,quę nulli prodeſt,& multos onerat. Paradulphus Pratejus in ſuo Lexic.Verb.fecem.Et fidelium Hominum devotionē,moleſtiſſimè vocitantes,turbant,& obſident, eleemoſynam queruli poſtulantes:& uno rejecto,centum ingruunt, & ſuperveniunt; de quibus ſupra *nu.*30. ut ſingulis ab uno ſatisfieri moraliter ſit impoſſibile. S. Thomas ſupra allegatus *num.* 54. *litt. L.* ibi -- *Sed cùm non poſſit ab aliquo uno omnibus neceſſitatem habentibus ſubveniri; non omnis neceſſitas obligat ad præceptum*. Nota hic, ut aliàs diximus,*non omnis neceſsitas obligat ad præceptum*. Et quidem ſi non omnis: Ergo aliqua ad præceptum non obligat. Si ergo extrema, & gravis ad præceptum obligant: Ergo communis non obligabit; ut patet ex inductione Partium. Et ſicuti *omnis* eſt dictio univerſalis, quæ nihil excludit, *leg. Julianus, & in leg.Teſtatorem in princip.ff.de leg.3. ſic non omnis, & non ſemper*, idem ſonant, & exceptionem important, ut in *l. 3. §. 1. de offic. Præfec. vigilium*, quæ omnia optimè Sumuliſtis innoteſcunt; & ſupra idem Sanctus Doctor *num.* 54.*litt. N.* dicit ibi -- *Sic ergo dare eleemoſynam de ſuperfluo eſt in præcepto, & dare eleemoſynam ei, qui eſt in extrema neceſſitate. Alias autem eleemoſynas dare eſt in conſilio*. Unde Sanctus Thomas ſolam eleemoſynam reſpectu extremæ neceſſitatis, & ſimilis, puta gravis, urgentis &c. judicat de præcepto: præter iſtas vero aliæ eleemoſynæ abſolutè ab eo pronunciantur de conſilio. Iſtæ autem non poſſunt eſſe, niſi reſpectu communis neceſſitatis, ut conſideranti patet, & in numero ſemper magis, ac magis pergliſcunt, & excreſcunt. 87

Ex altera parte. Actus heroicè facti magis raro contingunt, quàm qui communiter fiunt. Heroici enim majores difficultates ſuperandas deferunt ſecum; & majorem Dei gratiam expoſcunt, ut dictum eſt ſupra ex S.Thoma. Et aliquid difficile fieri, eſt idem, ac rarò effici, *l. ſero ff. de annu. legat.* & difficile pro laborioſo uſurpatur. In Auth. *ut ii, qui ob ſe ha. per res mi. §. Quoniam autem*. Et ita nemo in effundendis eleemoſynis evadit heroicus, niſi largiter ſuperflua, & neceſſaria diffuderit, Alciat. *lib. 3. diſpun. cap.* 4. ſic in caſu noſtro de eleemoſyna: minus, & facilius eſt effundere ſuperflua, quibus non indigemus, & nobis ſuperabundant, quàm propriæ noſtræ vitæ, & ſtatui multùm neceſſaria aliis erogare, & nos in ultimam egeſtatem compellunt. Nam cum jactura propriæ vitę,& ſtatus vitam,& ſtatum proximi reparare,ſine dubio heroicumeſt, & ingens ſolius charitatis officium. Major enim charitas nō datur;quàm quando quis ſuam vitam pro Amicis in diſcrimen exponit; & patientes extremam, & gravem neceſſitatem pauciores ſunt, quàm habentes communem, ut dictum eſt. Igitur actus eleemoſynæ de conſilio communiter faciendi, multùm, & ſine ulla comparatione in numero heroicos ſoperexcedunt. 88

Hinc cùm omnis obligatio ſub mortali præcepto multùm officiat humanæ libertati, & ſecum ſalutis pericula trahat, ideo ſecundùm Jura curandum, ut obligatio ſub mortali inducatur, quantùm fieri poteſt infrequentiùs, & rariùs, & ſervetur libertas, quæ eo ma-

ior viget, quò magis omnem obligationem excludit, *l. non dubito §. Liberè autem ff. de captivis*. Nam omnis obligatio eſt Juris vinculum, ut modò dicemus, ac proinde quò magis obligationum tolluntur ligamina, eò plus innata fruimur libertate; ex Juribus modò allegatis, & *l. 90. ff. de Adem. libertat.* & ſtatim ac leges, ac præcepta prævalent, libertas reſtringitur, ut ad ſenſum experimur. Sed occaſiones dandi eleemoſynam in gravi, & extrema neceſſitate, multò graviores ſunt, quàm in communi, ut ſupra ſæpe dictum eſt, & obſervat Vaſques *opuſc. de eleemoſ. cap. 1. dub. 3. num. 12.* & communiter Doctores. Ergo obligatio ſub mortali dandi eleemoſynam extendenda non erit ad communem neceſſitatem.

88 Quod & magis convincitur, quia ſententia docens, non eſſe obligationem præcepti faciendi eleemoſynam communi neceſſitati, ſuos habet Claſſicos Authores, ut modò dicemus, & reputatur expreſſa Divi Thomæ ſupra *num. 39.* nullusque eam audet reprobare, Toletus, Durandus, & alii. Sed probabilem, imò probabiliorem aliqui dijudicant Cardon., & alii. Sed principium legale eſt, quòd obligatio præcepti ad tuendam libertatem in rebus licitis, aut indifferentibus inducatur, quantùm fieri poteſt, parciùs, & rariùs, *cùm libertas ſit naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet*; (nota) *niſi quid vi aut Jure prohibeatur*, §. 1. *Inſtit. de Jure Perſona*. Florentinus in *l. libertas ff. de ſtat. Homin.* & libertatis favore multa contra vigorem Juris ſtatuta ſunt. *ff. de fideicom. liberta. generaliter §. Si quis ſervo Cod. communia de manu miſſ. l. 1. de probat. ex litteris, & cap. ultimo de Judæis. & cap. cùm redemptor 13. quaſt. 2.* Igitur ſi eſt ſententia probabilis, & probabilior non eſſe præceptum ſub mortali faciendi eleemoſynam communi neceſſitati. Ita tenendum convincit ratio pro tuenda libertate *ad Text. in cap. licet. de conjugio Servorum*, quæ ſemper per præceptum reſtringitur, ut dictum eſt.

89 Quod & confirmari poteſt alio legali principio. Quia onera etiam temporalia ad Homines comprimendos, quantùm fieri poteſt, ſemper vitanda. Sic neminem duplici onere gravari pro eadem re eſt permiſſum, *l. navis onuſta §. Cùm autem ff. ad leg. Rhod. de Jact.* & multò magis plura onera aliquem ſubire eodem tempore eſt prohibitum *l. ſi cùm dotem §. Si Pater ff. ſolut. matrim.* onus enim ſemper ex obligatione reſurgit, ut definit Juſtinianus. *eſt Juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus ſolvendæ rei. Inſtitut. de oblig. in princip.* & præcepta obligationem cauſare quis dubitet? adeoque non multiplicanda; Sed cautè, & parcè imponenda, & potiori Jure removenda à rebus, quæ nimis frequenter contingunt, & multò minùs multiplicanda, ſi ſub mortali conſtringant, & devinciant. Unde ſi noſtra ſententia ſolidis argumentis ſufficienter excludit præceptum dandi eleemoſynam communi neceſſitati; Cùm onera quæcumque naturali lumine ſemper ſint dirimenda, ſine dubio erit pro veriori tenenda.

90 Tandem ſi lex charitatis optimè expleri poteſt ſecundum probabiliorem ſententiam dandi ſolùm eleemoſynam ſub præcepto extremæ, & gravi neceſſitati; non autem communi; Et aliunde lex Chriſti ſuavis, onuſque ejus leve ab ipſomet commendatur, Joan. 3. & notat S.Tho. modò citandus. Et hoc quia Chriſtus nunquam, vel rarò præceptum impoſuit. Etenim intelligamus oportet, quòd ſecundùm Div. Th.

lex novâ pauciſſima præcepta ſuperaddit legi naturæ. 1. 2. *quaſt.* 107. *art.* 4. *in corp.* ibi -- *Lex nova præter præcepta legis naturæ pauciſſima ſuperaddit in doctrina Chriſti, ne converſatio fidelium oneroſa reddatur*. Quod comprobatur. Quia ex eodem S. Doctore 1. 2. *qu.* 108. *art.* 2. habetur ibi -- *Quòd lex nova ſuper veterem nihil addere debuit circa exteriora agenda*, & infra ibi -- *Sic igitur lex nova nulla alia exteriora opera determinare debuit præcipiendo, vel prohibendo, niſi Sacramenta, & moralia præcepta, quæ de ſe pertinent ad rationem virtutis, puta non eſſe occidendum, non eſſe furandum, & alia hujuſmodi*.

Et cùm ex alia parte omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ, licèt diverſimode. S.Doct.1.2. *quaſt.* 99.*art.*3.*ad* 2.& idem *art.*4. *in corp.* ibi -- *Ad dictamen legis naturæ referuntur moralia præcepta, & ſecundùm hoc oportet tria præcepta legis veteris ponere. Scilicet moralia, quæ ſunt dictamina legis noſtræ. Cæremonialia, quæ ſunt determinationes Cultus Divini. Et Judicialia, quæ ſunt determinationes Juſtitiæ inter homines obſervandæ*; & ita ſervari debent ſemper ab omnibus, quia ſunt de lege naturali. S.Doct. 1.2. *q.*98.*ar.* 5. *in corp.* & indubitatum ſit, quòd præcepta cujuſcunque legis dentur de actibus virtutum. *d.*1.2.*qu.*106. *à* 1. *ad* 2. & actus virtutum eorumque moralia præcepta in lege veteri contineantur. S.Thom.1.2. *qu.*100. *ar.* 2. *per tot.* Sic non mirum, quòd in lege Evangelica nullum præceptum contineatur, quod legi naturæ non conſonet. Unde nulla ratio dictat, quòd tale præceptum ſub mortali ampliemus, & extendamus etiam ad pauperes communis indigentiæ, qui adeò frequenter, & pluries in die fideles moleſtant. Ergo concludendum videtur, non eſſe ſub præcepto pauperibus communis
indigentiæ eleemoſynam erogan- 91
dam.

Nec quidquam juvat pro ſententia Cajetani illam repetere Cantilenam, quòd ſuperflua ſolitariè ſumpta, & ex eorum terminis, & natura inſtituta ſunt à Deo, ut ex illis provideatur perſonis, quæ ſunt pauperes, & omni carent bonorum ſubſidio, nec aliquid poſſident, cùm proinde Deus alicui plura dederit abundanter, ut non habentibus illa ſubminiſtret, & diſpenſet, ut dictum eſt ſupra, & ex Juribus comprobavimus. Unde ſuperflua ordinātur ad Perſonas carentes illis; & non ut abundans teneat illa pro ſe; Cùm eadem ſibi non inſerviant ad Text. in *cap. aurum* 12. *quaſt.* 2. & plura alia allegata ſupra *num.* 11. Illiſque non egeat, ſed potiùs pro aliis cuſtodiat, & per conſequens natura ſuperfluorum ſtat ſolùm pro indigentibus; adeòque ſe ſolis ſunt radix faciendi eleemoſynam de præcepto. Ita etiam extrema neceſſitas ſe ſola eſt altera radix eleemoſynam erogandi, ita ut extantibus ſuperfluis, & nulla alia neceſſitate exiſtente, niſi communi, tunc communi neceſſitati illa ſuperflua ex præcepto diſpenſanda ſint. Et è contra, exiſtente extrema neceſſitate,& ſtantibus ſuperfluis, ipſa ſola extrema neceſſitas obliget ex præcepto ſuperflua elargiri. Imo addi poteſt, quòd concurrentibus ſimul extrema neceſſitate, & ſuperfluis, tunc ex duplici capite, ſeu ex utroque ſit præceptum dandi eleemoſynam.

Sed reſpondemus ex confeſſio-
ne Cajetani jam haberi, quòd ſuper 92
flua ſine aliqua neceſſitate, & extrema neceſſitas ſine aliquibus ſuperfluis non poſſunt eſſe radix præ-

cepti. Igitur duo remanent Cajetano liquidanda. Primum, quòd communis neceſſitas ſit vera neceſſitas; quod ſupra negavimus *num.* 27. *ſeq.* Secundum, quòd ſuperflua extra neceſſitatem gravem, & extremam, magis ex charitate debeantur communiter indigenti, quàm ipſi poſſidenti. Cùm charitas ordinata ſemper incipiat ab habente illam: & ita Cajetanus probare deberet, quòd Pauper communiter indigens, in ordine ad recipienda ſuperflua, ſit potioris conditionis, ac eſt ipſe ſuperfluorum Dominus, ad ſuperflua ſibi retinenda potiùs, quàm ad tradenda illa communiter indigenti. Quod Cajetanus probare non poteſt, niſi dicendo, quòd Pauper communiter indigens non habet, ut aliunde ſibi ſubvenire poſſit; ſed ſi hoc diceret, mutaretur caſus: quia tunc pauper non eſſet ampliùs communiter indigens; ſed extremè indigens; cui neceſſitati non negamus ſuperflua ex præcepto deberi. Si autem communiter indigens eſt ille, cui de facili ſubveniri poteſt, ut dictum eſt ſupra *num.* 28. *ſeq.* tunc non eſt major ratio, quòd ſuperflua debeantur potiùs illi, quàm Domino; Cùm pauperi, cui aliunde ſuccurritur, Titii ſuperflua non debeantur. Quia licèt Pauper communiter indigens habeat titulum quæſtuandi ad Homines in communi, ſeu reſpectu univerſitatis, non tamen reſpectu ſingulorum; quia aliud eſt ſinguli Homines, aliud univerſitas. Doctores communiter. Pureus *decif.* 84. *num.* 2. *lib.* 1. *in correctis*. Et Univerſitas, Collegium, ſeu Communitas non venit appellatione ſingularis Perſonæ. Roman. *conſ.* 195. *in caſu præmiſſo num.* 3.

91 b Cæterum admittimus, ſuperflua, & neceſſitatem eſſe radices faciendi eleemoſynam; Sed hæc an ſub mortali præcepta ſit reſpectu cujuſcunque neceſſitatis, hoc opus hic labor eſt, cùm diſtinctio ſit adhibenda, ut pluries diximus, juxta diverſitates egentium, & ſuperfluorum, & eorumdem Combinationes, ut hucuſque latè diſſeruimus. Authores autem, qui noſtram ſententiam conſtanter tuentur ſupra habes *num.* 36. & infra leges *num.* 98.

Et adverte, quòd quando duo copulativè neceſſariò requiruntur ad aliquod ex obligatione faciendum: 91 c
Si aliquando exprimatur unum, & non aliud, non eſt, quòd illud aliud non requiratur, ſed ſemper tacitè ſubintelligitur, quod fit, quando tacitum eſt æquè principale, ac expreſſum. Card. Tuſch. *practic. concl. tom.* 8. *litt. T. concluſ.* 12. *num.* 1. *& 2. & ſeq.* tantò magis, quia ſemper attendendum eſt ad ea, quæ principalis lex expreſsè dicit ea pari ratione, quia caſus omiſſus à ſtatuto, à jure communi regulandus eſt, in cujus diſpoſitione remanet, *l. cum Prætor. ff. de Judic. l. ſi extraneus ff. de condit. ob caſum. deciſ.* 463. *num.* 4. *& deciſ.* 171. *num.* 2. *part.* 1. ita cùm lex de eleemoſyna facienda ſecundùm D. Tho. hic *num.* 54. *litt. F. K.* ſemper duo requirat unum ex parte dantis, hoc eſt ſuperflua, aliud ex parte recipientis, hoc eſt neceſſitas; ita ſi aliquando exprimatur unum, & non aliud, non eſt, quòd illud non requiratur, ſed tacitè ſubintelligendum eſſe omnis ratio ſuadet: & tunc potiſſimè, quando id, quod tacetur, expreſsè importatur à definitione rei, cujus eſt naturam, eſſentiam, & ſubſtantiam rei demonſtrare ad textus allegandos, *Reſ.* 19. *num.* 7. *& Reſol.* 22. *num.* 2. Eleemoſyna enim definitur hic ſupra *num.* 2. ibi -- *actus, quo aliquid alteri ex compaſſione elargimur ad ſublevandam miſeriam Pauperis.* Unde non ſtat eleemoſyna ſine paupertate,

te, ſine miſeria, ſine neceſſitate; & adeò hoc verum eſt, ut neceſſitas non debeat eſſe ficta, ſed vera, cùm aliàs eleemoſynam recipere eſſet furtum facere ex Doctoribus ſupra *num.* 31.

Sed an Pauperes à divitibus ſint
92 inquirendi, ut eis eleemoſynas faciant (Quod præcipuè tangimus, quia ad noſtram intentionem ſpectat, ſuas Eccleſiaſticis obligationes detegere, præcipuè Paſtoribus, & Epiſcopis, qui de Altari comedunt, & de Chriſti Calice bibunt ad Textum hìc *nu.* 103.) Reſpondemus, quòd, ſi ſermo ſit de ſæcularibus dives non tenetur inquirere de pauperibus, ut illis eleemoſynas donet; ſed ſufficere, ut animo paratus ſit ad illorum neceſſitates ſublevandas.

De Eccleſiaſticis verò præcipuè Epiſcopi tenentur ex officio diligenter inquirere, & indigentium neceſſitatibus ſuccurrere. Nam Pauperum Patres ex Chriſti inſtitutione deputantur. Ad Textum ſupra *Pra.* 2. *num.* 45. 56. 54. & ſupra hìc *num.* 1. adeoque ſpeciali onere tenentur de illis inquirere, eiſdemque ſubvenire. S.Thom. 2.2. *quæſt.* 21. *art.* 1. & communiter Doctores.

Cæterum pro omnibus obſer-
93 vandum venit tam ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, quòd habentes ſolummodò ſuperflua vitæ, & non ſtatui, non tenentur ſubvenire, niſi ſolis extremè indigentibus, non vero gravi, & communi neceſſitate laborantibus. Et ratio eſt, quia non datur præcepti obligatio, ut neceſſaria noſtro ſtatui teneamur poſtponere, & contemnere, ut aliorum ſtatui ſuccurramus, ſeu gravi, & communi indigentiæ ſubveniamus. Hoc enim ordo charitatis non dictat. Cajetanus *verb. eleemoſyna*, Pett.Navarr. *de reſtitut. lib.* 38. *cap.* 1. *num.* 358. Reginaldus, & alii contra Valent. Bannez Turian. &c.

Cum hoc tamen ſtat juxta 93
eumdem charitatis ordinem, nos teneri extremè indigentibus eleemoſynam dare de noſtro ſtatui non ſolùm ſuperfluis, ſed etiam neceſſariis; quia vita proximi licèt vitæ propriæ ſit poſtponenda, noſtro tamen ſtatui præferenda. Authores citati, & citandi; dummodò in brevi ex malorum temporum qualitate, nobis periculum non immineat, in eamdem incidendi neceſſitatem; ad vulgatam regulam, *quòd parum diſtat, nihil diſtare videtur* ad Textus ſupra allegatos *num.* 29. *a.* Reginaldus, Vaſquez, Valentia, Medina, Becanus, Bannes, Azor. Malde., & alii.

Quòd autem vitæ Perſonæ pu- 93
blicæ, & Principis ſuccurrendum ſit etiam cum proprio vitæ periculo, ſi in Reipublicæ cedat evidentem utilitatem, non videtur dubitandum. Cùm privato bono publicum ſit præferendum, in quo videtur eſſe una mens Doctorum, Cajetanus, Aragonius &c.

An eleemoſyna ex Juſtitia fa- 94
cienda ſit, & perperam denegata, damnum compenſare teneamur, quantùm ad Eccleſiaſticos, præcipuè Epiſcopos examinabimus infra *num.* 100. Ad ſæculares verò videtur negativè reſpondendum. Quia eleemoſyna ex ſuis terminis reſpicit miſericordiam, non Juſtitiam. Intelligo commutativam, & ſtrictam ſecundùm ſuam ſpeciem S.Tho. 2.2. *quæſt.* 118. *num.* 4. ad ſecundum ibi dicens, *divitem teneri eleemoſynam facere ex debito legali*. Quia nomine legalis debiti non venit debitum ex Juſtitia rigoroſa, & commutativa; ſed ad ſummum ex Juſtitia legali: quæ Juſtitia ſolùm reſpicit obſervantiam mandatorum,

& legum. Vaſques, Turian., & alii *loc. cit.*

Et licèt in extrema neceſſitate omnia ſint communia, ut dictum
94 eſt ſupra *num.* 11. & impedire, ut quis communia non capiat, peccat contra Juſtitiam, ut ſi quis impediat piſcari, venari, haurire aquam ex communibus fontibus &c. Attamen quòd dives impediat, ne quis in extrema neceſſitate ſua bona accipiat, non facit contra Juſtitiam. Et ratio diſparitatis eſt, quia illa communia bona piſcari, venari, nullum habent particularem Dominum, & ita impedire eſt contra Juſtitiam. Cætera vero licèt ſint communia in caſu neceſſitatis quoad uſum, tamen ſtant ſub peculiari dominio. Unde impedire indigentem, eſſet contra charitatem non Juſtitiam, Bonac. Vaſques, *tit.* & alii.

Quando non ſunt pauperes, etiamſi adſint ſuperflua ſtatus, miſericordiæ opus de eleemoſyna facienda ceſſat; quia deſinit ſubjectum hujus virtutis, Azor. *par.* 2. *lib.* 12. *de* 4. *præcept. cap.* 7.

Nec videntur aliquid conclu-
95 dere quædam argumenta, quæ faciunt Authores ad probandum, divites ſub mortali teneri, facere eleemoſynam communiter indigentibus: dicentes.

Primò quia ſi ſolùm obligaremur ad faciendam eleemoſynam extremè indigentibus, pauci ex hoc capite damnarentur, quia raró contingit hujuſmodi indigentia. Azor. 2. *par. mor. Inſtit. lib.* 12. *cap.* 7.

Reſpondemus, quòd licèt pro
96 abſurdo vitando validum ſit argumentum ad Textum in *l. ſcire oportet §. Aliud ff. de excuſat. & cap. venerabilem circa med. de elect. cap. cùm ſatis de offic. Archidiac.* & aliis pluribus; & quòd admiſſa ſequela antecedens ſubſiſtat ad omnium Juris Peritorum ſenſum. Everard. in *topicis legal. loco* 95. & alii plures. Sequelam tamen dicti argumenti conſtat non eſſe abſurdam, adeòque libenter cum ſuo antecedenti admittendam; ex rationis neceſſitate ad Text. in *leg. ad rem mobilem ff. de procurat.* & ùtinam in cæteris humanæ vitæ actionibus eadem poſſet haberi ſequela, quòd pauci damnarentur. Nihilominus contra præfatum argumentum experientia contrarium demonſtrat; cùm extrema, quaſi extrema, urgens, & gravis neceſſitas adeò frequenter contingant, ut familiæ præcipuè in Civitatibus magnis, aut fame pereant, aut extrema patiuntur incommoda, vel à ſtatu decidant, & mendicare compelluntur, quod ego quotidie video; & non eſt, qui ſubveniat: plurimæque honeſtæ Matronæ, & Puellæ ob veſtium defectum, nec Miſſam diebus feſtis poſſunt audire. Utinam hujuſmodi indigentibus ſubveniretur; quia communes pauperes oſtiatim eleemoſynam quærentes, aut abundanter, aut ſufficienter ſemper providentur.

Quod dicitur de Epulone Lazarum minime miſereſcente, & ideo fuiſſe damnatum, ſed hoc ſcriptura non refert. Imò narrat fuiſſe gravi, aut extrema calamitate oppreſſum, cupientem ſaturari de micis, & quòd nemo illi dabat. *Luc.* 16.

Nec ſpernendum videtur in- 97
conveniens, quòd ſi habentes ſuperflua vitæ, & ſtatus tenerentur ſub mortali dare eleemoſynam communiter indigentibus, de facili damnarentur, cùm nimis ſit frequens, & importuna hujuſmodi Hominum turbâ: Chriſto Domino reprehendente murmurantes de pretioſi unguenti ad ſuos pedes effuſione; ex eo quòd poterat venundari, & dari pauperibus, Teſtante cõmunes pauperes nunquam defuturos.

Nec tollit difficultatem, ad vi- 98

tandum

tandum peccatum ſufficere, ut dictum eſt, aliquando iſtis dare eleemoſynam. Quoniam ſemper ſcrupuli piorum Hominum animum agitarent, ſi quolibet die non profunderent in eleemoſynam quotquot de ſuperfluis apud ſe retinerent, magnam reputando crudelitatem rem ſibi ſuperfluam ſervare, eamque Pauperi indigenti denegare. Sed deponunt hos ſcrupulos, conſiderantes pauperes communis neceſſitatis nullum incurrere ex fidelium devotione ſuæ vitæ periculum, adeòque ſemper de facili invenire, ut nunquam fame, ſiti, nuditate fuerint coacti perire.

99 Tandem apud Azor. *loc. cit.* pro ſententia divites non teneri dare eleemoſynam communiter indigentibus multi inſignis notæ cumulantur Authores.

Alex. *par. 4. qu. 34. membr. 5.*

Lyranus in illa verba Domini Lucæ 6. omni petenti te tribue.

B. Antoninus *par. 2. tit. 1. cap. 24. §. 5.*

Author. ſumm. Confeſs. *lib. 3. tit. 8. quæſt. 4. & 5.*

Gabr. *in 4. diſt. 16. quæſt. 4. art. 2. concl. 2.*

Panorm. *in cap. ſi vera de Jurejur.*

Gerſon. *in regulis moral. alphab. 24. litt. V. & alphab. 32. litt. O.*

Roſella *in ver. Eleemoſyna n. 1. & ver. mutuum. num. 1.*

Piſana *eod. ver. concluſ. 2.*

Medina *de pœnit. quæſt. 3. de eleemoſ.*, quorum plurimi putant eſſe ſententiam D. Th. *2. 2. q. 32. art. 5. &*

Durand. *in 4. diſt. 15. q. 2. ad. 2.*

Et alii apud Vaſques, & Bonacinam allegari inveniuntur, de quibus vide ſupra *num. 36. & ſeq.*

100 Sed tranſeuntes ad promiſſam ſupra in principio *num. 1.* deciſionem. An Eccleſiaſtici Beneficium habentes, & præcipuè Epiſcopi de Eccleſiæ bonis ſuam vitam, & ſtatum ſuſtinentes, peccent contra Juſtitiam de ſibi ſuperfluis eleemoſynam indigentibus denegare. Reſolutio pendet, ut ibi diximus, ab examinando; An Eccleſiaſticorum redditum ſint verè Domini, vel ſolùm eſſe debeant fideles diſpenſatores.

Pro quo facit priſcas à tempore naſcentis Eccleſiæ memorias recolete, uſque ad tempora Simplicii Papæ anno 471. Tunc enim Clerus in communi vivebat, & ſuperflua in Pauperes diſpenſabantur: propter quod eo tempore nullus Eccleſiaſticus ſuper bonis Eccleſiæ dominium habebat, ut Canonici Juris monumenta teſtantur tota cauſa 12. *quæſt. 1.* 101

Sed inde diſcordia ſuborta inter Clericos, & Epiſcopos de dictorum bonorum admniſtratione, in quatuor partes illa dividere excogitarunt, Epiſcopo, Clericis, Fabricæ, & Pauperibus applicando. Simplicius Pontifex *cap. de redditibus d. 12. quæſt. 2.* quod & confirmavit Gelaſius I. *in cap. vobis enim, & ſeq. d. 12. quæſt. 2.* Gregor. Magn. *cap. cognovimus ead. cauſa & quæſt.* & deinde ſucceſſivè aliæ partitiones ſucceſſerunt. Gratian. *cap. conſtitutum. 16. quæſt. 1.* & conſonat *cap. requiſiti de Teſtam. & cap. antiquos. 10. quæſt. 1.*

Partitione autem facta, cuilibet ſua aſſignata portione, lis inter Theologos ebullire cœpit, An quilibet Eccleſiaſticus redderetur ſuæ portionis Dominus, aut ſimplex diſpenſator. Dominium autem, quod Dominus habet, eſt Jus de re corporali perfectè diſponendi, aut vindicandi pro arbitrio, niſi lex, vel conventio prohibeat. Juriſtæ communiter. *l. in rem actionem ff. de rei vindicat. l. ſi quis vi §. Differentia ff. de acquiren. vel amitten. poſſeſſ.* 102

Nava-

Navarus cum pluribus *qu.* 2. de redditibus ſolùm diſpenſatores
102 remanſiſſe, non Dominos conſtanter tuetur.

Alii verè evaſiſſe Dominos conantur ſuſtinere, ea potiſſima, &
103 validiſſima ratione, quia portio illa aſſignabatur ex Juſtitia in præmium, mercedem, retributionem, & ſtipendium relevantis laboris Eccleſiæ Operariis, cui incúbere tenebantur quotidie, & in vinea Domini laborare, ad præclariſſimos Textus declamantes aſſiduè, Clericos vivere debere de patrimonio Chriſti, cujus obſequio deputantur, & alimenta ab ipſo quærere, de quo infra *Reſ.* 5. *num.* 11. *& cap. cùm ſecundum de præben.* ibi -- *Cùm ſecundùm Apoſtolum, qui Altari ſervit de Altari vivere dabeat, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede patet à ſimili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jeſu Chriſti, cujus obſequio deputantur .... dignum eſt, ut Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtententur, in qua, & per quam divinis obſequiis adſeribuntur*. Et *gloſ. ibi verb. obſequio, grave enim eſt, quòd Domino ſerviat egeſtas*. Et licitum eſſe ſpe ſtipendiorum Eccleſiæ deſervire replicatũ invenies, *cap. quid proderit.* 61. *diſt.* ita ut ſi bovi trituranti alligare os deteſtabile ſit, Deuter. *cap.* 15. 4. Quantò magis injuſtum erit Eccleſiæ operariis mercedem, & alimenta non miniſtrare. Sapientia Doctoris Gentium erudiriſſimè declamante ad Corint. 99. ibi -- *Scriptum eſt enim in lege Moyſi, non alligabis os Bovi trituranti, nunquid de Bobus cura eſt Deo, An propter vos utique hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt*, rationem manifeſtè reddente, quòd qui arat, qui triturat, qui metit, ne inutiliter, & incaſſum defatigentur, & labor ſine fructu contingat, & opus ſine mercede, & ſtipendio vileſcat, *Cap. charitatem.* 12. *qu.* 2. & infra alleganda *Reſ.* 25. *num.* 109. metere, triturare, & arare ſemper ſit ſpe fructus recipiendi, ita Apoſtolus modo ſupra dicens, ibi -- *Nam propter nos ſcripta ſunt, quoniam debet in ſpe, qui arat, arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi*.

Compenſationem oſtendens ibi 104
-- *Si non vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* Corinthiorum oculis anteponens Sacerdotum, & Levitarum in ſacrificia, & oblationes Jura à Deo ipſis conceſſa, ut de illis ſuam vitam ſuſtinerent, & alimenta perciperent Deuter. 18. 1. ibi -- *Quia Sacrificia Domini, & obligationes ejus comedent*, ſic Apoſtolus citatus dicit, ibi -- *Neceſſitas: quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario ſunt edunt, & qui Altari deſerviunt, cum Altari participent*, Et declarat, hoc eſſe Chriſti præceptum, dicens ibi -- *Ita & Dominus Ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere*, de quibus ſupra *Praamb.* 2. *nu.* 66. & faciunt Textus ibi allegat. *cap. ex his.* 12. *quæſt.* 1. ut dictum eſt modò ſupra. *lex enim Dei præcipit, ut qui Altari deſerviunt, paſcantur de ipſo*, & ad Timot. 5. 18. ibi -- *dignus eſt Operarius mercede ſua*. Quod quoque reſonat in *cap. quicunque Epiſcopi* 12. *quæſt.* 2. *& l. Principes legibus ff. de leg.* Tantò magis quia honor, onus, labor, & lucrum ſeparari non debent ad Text. adducendos *Reſ.* 8. *num.* 58. 61. Mercedes enim, & ſtipendia non gratis, ſed ſemper ex oneroſo opere profluunt, illique debentur, ſic militibus concedebantur ſtipendia, *l.* 58. *ff. de re Judic.* & non Militiæ tantùm, ſed & legationibus aſſignabantur, *l.* 6. *in fin. ff. de legat.* & merces argumentum

eſt

eſt eximii laboris, ut Juriſconſultus interpretatur, quæ pro ſalute alicujus datur, *l. ſi Pater* §. *Si quis de donat.* & pro annuo redditu accipi ſolet Paradalphus Pratejus, *verb. merces*, & non eſt ſenſus hìc de finali mercede, ſeu præmio, ſed de omni eo, quo quis fit dignus laborando, ut faciunt Eccleſiæ Operarii in Vinea Domini. S. Thom. 1. ad Tim. 5. *lect. 3. in princip.* & eſt terminus operis. S. Doct. 1. 2. *quæſt.* 114. *art.* 5. *& mercedem reddere eſt actus Juſtitiæ*. S. Th. *d. qu.* 114. *art.* 1. *in corp.*

Ex quibus perſpicuè videtur
105 convinci, præfatam aſſignationem, & pactionem de redditibus Eccleſiaſticis dominium Clericis contuliſſe, conſpirante Civili Textu in *l.* 1. *Cod. communia utriuſque Judicii*. Ubi dicitur, diviſionem Prædiorum vicem emptionis obtinere placuit; & plura non deſunt Jura hanc ſententiam confoventia, Beneficiatos fructus reddere ſuos. Et in illos dominium comparare. *Cap. unico de Clericis non reſidentibus in 6.* Trident. *Seſs.* 22. *cap.* 3. *de reformat. & ſeſs.* 23. *cap.* 1. *de refor. & ſeſs.* 24. *cap.* 12. *de reform.*, hancque ſententiam latè defendit Sarmient. *cap.* 1. §. 2. *num.* 37. Molin. *tract.* 2. *diſput.* 243. *& alii*.

106 Quidquid autem ſit de hac ſententia, non proinde inter Doctores majus quieſcit diffidium. An dominium illud, quod prætenditur acquiſitum ſuper bonis Eccleſiæ per Eccleſiaſticum Beneficium pro debita mercede, & ſtipendio impendendi laboris tranſeat in Beneficiatum cum onere, quòd quidquid ſuperfuerit ad congruam, & modeſtam ſuſtentationem Beneficiati teneatur ille ex Juſtitia in Pauperes erogare. Affirmativa ſententia videtur vera, & fortiter ſuadere, quia nimis acerbè Sancti Patres, & Canonica Jura contrarium facientes vocant Fures, & Latrones, *cap. ordinamus diſt.* 42. *cap. gloria* §. *Amico.* 12. *quæſt.* 2. *cap. præcipimus*, *cap. ex his*, *cap. habebat*, *cap. convenienter.* 12. *quæſt.* 1. *&* 16. *qu.* 1. Igitur dicendum venit, Beneficiatos ex Juſtitia obligati eleemoſynas facere de ſibi ſuperfluis, & contra facientes ad reſtitutionem teneri; Si aliunde bona habeant. Navarr. *cap. ult.* 16. *quæſt.* 1. *in quæſt.* 2. *monit.* 7. & alii plures, quos refert Molina *de Primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 52.

Nihilominus ſemper exiſtiman-
dum juxta communem omnium 107
Doctorum ſententiam, quòd ſi Beneficiati non teneantur ex Juſtitia eleemoſynas facere, & perperam retentas tanquàm fraudatas reſtituere, ſemper tamen ſaltem dicendum erit, non eſſe abſolutè Dominos, ſed remanere obligatos ex ſtrictiſſima obligatione miſericordiæ in Pauperes ſuperflua profundere, ut Eccleſiæ bona in illud idem principium redeant, puta miſericordiæ, & pietatis, ex quo ad Eccleſiaſticorum favorem in Chriſti nomine prodierunt; Ex Juſtitia autem non teneri tradunt Covarr., Molina, Soto, Sarmiento, & alii ſupra modò citati *num.* 44.

Expleto hoc tertio Præambu- 108
lo addimus quartum de modo, quo Sacra Congregatio Concilii procedit in promotione alicujus votum habentis, & An votum voventibus ad dignitates ſublimandis officiat, vel proſit, & ſit.

PRÆAMBVLVM IV.

Primò refertur modus, quo in Sacra Congregatione Concilii exponitur dubium : An votum habens promoveri poſſit ad Eccleſiaſticas Dignitates.

Secundò Examinatur obiter, in quo præfatum votum obſtare poſſit promotioni Voventium.

SUMMARIUM.

1 *Scientia de propria ratione vivendi cuilibet eſt neceſſaria.*

5 *Exemplum Sacræ Congregationis Concilii.*

8 *Votum non obſtat nominationi, ſed potiùs auget meritum nominati, & obligationem nominantium ad nominandum voventes.*

Dignitates fugientibus ſunt conferendæ, Honor nolenti applicandus. ibid.

9 *Votum obſtare poteſt, quòd nominatus conſentiat.*

Religioſus non poteſt licitè, & validè conſentire in dignitates, niſi de Superioris licentia. ibid.

10 *Superior compellendus, ſi non dat licentiam ad conſentiendum in Dignitates illi, qui ex voto impeditur, ut de ſe conſentire non poſſit. ſeq.*

Hodie licentiam conſentiendi dat ſolùm Summus Pontifex. ibid.

12 *Superior peccaret ſine cauſa non dando. n. 14.*

Nominatio, & electio dant Jus ad rem. ibid.

15 *Prohibito generali, prohibentur omnia contenta in illo.*

Votum impedire poteſt conſenſum, vel per unam tantùm, vel per omnem viam. ibid.

16 *Authores, qui reprobant dictum votum.*

Epiſcopatus immediatè inſtitutus à Chriſto. ibid.

Et an obſtet nominationi. ibid.

Gregorius mandat inquirere contra Archidiaconum, qui juravit ſe non accepturum Epiſcopatum. ibid.

Juramentum, & votum paribus paſſibus ambulant. ibid.

Juramentum ſecundum aliquos reddebat indignum, & cauſabat demeritum. ibid.

Quid ſit inquirere? ibid.

17 *Temerè fit, quidquid fit ſinè ratione.*

18 *Nemo propria authoritate poteſt venire contra proprium juramentum etiam illicitum.*

17 *Juramentum non aſcendendi ad Epiſcopatum reputatur nullum.*

18 *Juramentum tale quidam dicunt eſſe delictum.*

19 *Epiſcopatus, licèt ſit bonus, habet tamen adjuncta, honores, & divitias, & pericula.*

20 *Authores putantes dictum juramentum eſſe nullum.*

Verba, licèt ſint generalia, de licitis ſunt intelligenda. ibidem.

22 *Votum non nocet, ſed juvat.*

23 *Juramentum non acceptandi honores ſpectat ad Evangelica conſilia.*

24 *Evangelica conſilia ſunt tria.*

25. *Non quicunque honor eſt ſuperbia mundi.*

1 PLURIES conſultus in quorumdam promotione ad Epiſcopatum Religioſorum, votum habentium, de non procurando Eccleſiaſticas Dignitates, illaſque non acceptando, niſi à Summo Pontifice veniant coacti, quod verè ſpectat ad artem bene deſiderandi, quam in hoc tractatu explicandam aſſumimus, occaſionem accepi, revolendi hujus materiæ gravitatem, & examinandi, ad quid præfatū votum ſe extendat; Et an ipſis voventibus proficiat, aut noceat, quò ad illas faciliùs, & digniùs hominū merita ſublimentur. Er adeò in hoc aſſumpto excreverunt ardua quæſita, & implicatæ quæſtiones, ut omni deperdita ſpe, pro ſtyli brevitate ſervanda, relaxatis habenis, effluxit calamus in hoc exiguum volumen, quod libenter permiſi. Cùm ſcientia de ſola vivendi ratione cuilibet, & juxta cujuſque ſtatum neceſſaria, & optima cenſeatur. *ff. de fideicom. lib.* 50. apud Julian. adeòque ſpecialiter perquirenda, *cap. cùm ſi habet.* 24. *qu.* 3. Itaque hujuſmodi ignorantia Profeſſoribus præfari voti Chriſtum eſſet ignorare. *Cap. ſi juxta* 38. *diſt.* & de readeò gravi, divino exclamante oraculo, ſcientiā repellēs repelleretur à Deo.

2 Et non inutile judicavi duo in principio hujus tractatus præ omnium legentium oculis repræſentare; ex quibus primum erit, conferre ad noſtram eruditionem exemplum aliquod de modo, & forma, quo Sacra Concilii Congregatio in his Cauſis ſolita fuit Eminentiſſimis Patribus dubia proponere in occaſione, qua aliquis Religioſus, præfatum votum habens, ad aliquam Eccleſiam veniat promotus, vel mediante electione, aut nominatione, ſive poſtulatione, quæ ſunt tres promotionis viæ, juxta Canonicas ſanctiones, ut dicemus infra *reſ.* 22. per quarum aliquā ſemper incedere cogimur ad Eccleſiaſticas dignitates. 3

Secundum erit obiter, & aliqualiter examinandum, in quo præfatum votum, & qua ratione obſtare poſſit promotioni voventium, quod 4
erit aliquo modo prælambere gravitatem hujus materiæ, & ſic 5

Reſolutio quoad primum. Dubium Concilii inſcriptis propoſitum Eminentiſſimis Patribus de quodam Regulari votum habente, nominato ab Hiſpaniarum Rege ad certam Eccleſiam Regiæ nominationis, ſuppreſſis nominibus, fuit tenoris ſequentis. 6

Nominavit Majeſtas Catholica Caroli Secundi Regis Hiſpaniarum uſque de anno .... ad Epiſcopatum .... Regiæ nominationis P. N. N. Sacerdotem, in Sacra Theologia Lectorem, pluribus honoribus, & muneribus ſuæ Religionis inſignitum. Qui actu profeſſionis, præter vota ſubſtantialia, promiſit quoque non recipere Dignitates, aut Prælaturas extra Religionem, niſi accedente præcepto habentis authoritatem ei præcipiendi ſub pœna peccati, juxta formam profeſſionis..... extenſam in Conſtitutionibus Ordinis. par. 1. cap. &c. *Per hæc infraſcripta verba, videlicet. Ego N. N. voveo Omnipotenti Deo &c. Paupertatem, caſtitatem, & obedientiam &c. promitto me nunquam curaturum extra Religionem Dignitatem aliquam, ſeu Prælationem: nec conſenſurum, niſi coactus obedientia ejus, qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati &c.*

Hinc porrecto ſupplici libello Sanctiſſimo Domino Noſtro, ut Regiæ huic nominationi benignè annueret, placuit eidē exquirere votum hujus Sac. Congregationis, à qua modo ſapientiſſimum expectatur oraculum.

An primò nominationi facta ad Epiſcopatum N. N. per Regem Ca- 7

tholicum de Perſona Patris N.N. obſtet profeſſioni per eum in actu ſua profeſſionis emiſſa, de non procurando, ſive acceptando Prælaturas, ſeu Dignitates intra, vel extra Religionem. Et quatenus affirmativè.

An ſecundò ſit locus diſpenſationi &c. in caſu &c.

Reſolutio quoad ſecundum.

8 Sed pro reſolutione ſecundi quæſiti, quod eſt examinare præfatum votum quoad omnes ſuas partes, & videre, in quo obſtare poſſit promotioni voventium, priùs nobis anteponitur breviter conſiderandum, prædictum votum duplicem habere partem, unam de non procurando dignitates; Alteram ſine ulla reſtrictione de non conſentiendo in illas.

Et in primis Votũ ut quis nominetur aut eligatur non obſtat, quia non retardat, nec impedit Principes, & Superiores, ut nominent, & eligant aliquem ad dignitates. Nam obligatio per votum non procurandi illas, non eſt obligatio nominantis, ſed nominati. Quia votum non emittitur à nominante, ut non nominet, ſed emittitur à nominato, ut ad ſummum nominationem non procuret, & in illam ex ſe, & ſuo proprio motu non conſentiat: & ita tale votum non impedit nominantem, ut nominet. Quod teſtatur exemplum Cardinalis Berulli Galli, qui votum habens de nullis unquam ſuſcipiendis dignitatibus; nihilominus, hoc non obſtante, Galliarum Rex illum ad Cardinalatum nominavit, & Urbanus VIII. illum Cardinalem effecit. De quo vide *Reſol.* 25. §. 5. *num.* 272. & modò intra *num. 9. cap. ſi Religioſus*. Sed cùm votum potiùs augeat meritum in perſona nominanda, ut Doctores animadvertunt cum Suarez *infra citan. num.22* .... ea potiſſima ratione, quia fugientibus, & non poſtulantibus dignitates ſunt conferendæ ex Patribus, & Gregorio infra *reſol.4.* & facit *Gloſ. verb. fortiſſimi. cap. fortiſſimi. De erogatione militaris Annonæ*, quod honor nolenti confertur, ibi--*Et nota hic honorem in recipere nolentem ff. ac em l. ratio §. Sic per conditorem.* Sic votum Perſonæ nominandæ magis auget obligationem nominantium, ut votum habentes præ cæteris ad dignitates nominent, & promoveant. Cùm ſemper, & perpetuò omnia Jura clament pro digniori promovendo. Et ita concludendum, quòd votum in hoc ſenſu non obſtat nominationi, ſed potius maximè juvat, & confert, ut voventes cæteris paribus præ omnibus, qui votum non habent, promoveantur, de quo alibi fusè.

Quantùm verò ad ſecundam partem de non conſentiendo in dignitates, niſi coacti. Votum obſtare non eſt dubitandum. Obſtat enim, in quantum ipſum votum impedit, quòd nominatus de ſe, & proprio motu præbeat conſenſum, uſque dum per ſuum Superiorem veniat coactus, ut conſtat ex voti tenore; ſed non proinde votum prohibet, aut impedire poteſt, quòd Princeps, aut Superior nominet, aut eligat ad dignitates dictum votum habentem. Textus eſt clarus *cap. ſi Religioſus de elect. in 6.* ubi legitur, quòd liberè eligebantur Religioſi ad Epiſcopatum; licèt per ſe ipſos immediatè non poſſent licitè, & validè conſentire: Cùm requireretur Superioris licentia; aliàs conſenſus erat nullus, ibi-- *Si Religioſus electioni de ſe factæ, non petita licentia, & obtenta ſui Superioris præſumpſerit conſentire, Con-* 9

ſenſus non teneat, & in pœnam electio viribus vacuetur omninò. Unde licèt taliter impediti liberè ad Epiſcopatum promoverentur;nihilominus pro conſenſu licito, & valido præſtando, ſemper requirebatur Superioris licentia, quam ſi ſine cauſa Superior negaſſer, compellendus erat. *d. cap. ſi Religioſus, & Gloſs. ibi, verb. ſi Religioſus.*

10 Ex quibus primò evidenter concluditur,quòd præfatum votum, emiſſum juxta ſenſum præfatæ formulæ, non obſtat directè nominationi, aut electioni &c. quam facit Princeps, aut Superior de Perſona habente votum, ſed ſolùm obſtat voventi,in quantùm conſentire non valet,niſi accedat legitimi Superioris conſentiendi facultas;quę neceſſariò accedere debet. Qui legitimus Superior tunc erat Regularis Prælatus *d.cap.ſi Religioſus.* Hodie verò eſt ipſe Summus Pontifex ex Conſtitutione Urbani VIII.ut dicemus *reſolut.* 15. *num.* 6. 146. 185. 200.

11 Cæterum licèt votum directè obſter voventi,quatenus ejus impedit conſenſum in prælaturam;reſpectivè tamen ad diverſos modos, & vias, quibus promoveri poteſt vovens, & voti formula,vel permittit, vel prohibet, ut dicemus *reſol.* 23. ſemper tamen remanet recurſus ad Summum Pontificem,vel ut diſpenſet, vel alio modo provideat,ut nominatus, vel electus votum habens licitè,& validè conſentire valeat,ut dicemus *reſol.*12.13.14.15. 19. 20.

12 Secundò concluditur,Superiorem non poſse ad ſuum libitum, & ſine juſta cauſa denegare nominato, & electo ad dignitates licentiam, ut conſentiat. Primò quia eſſet contra Iuſtitiam, cùm nominatio, ſi in illa Patronus perſeveret; & electio dent jus ad rem ex juribus allegandis *reſol.*22. *num.*7. 8.48. *& ſeq.* & alibi. Secundò quia ſi nominatus, vel electus eſſet dignior, Superior illum impediendo, non dando illi licentiam ad conſentiendum, graviter peccaret, quia faceret contra omnia Jura, ut latè *reſol.*18. *nu.*3. quia Gloſſ.in d.cap.omnem dubitatem tollit. *ver. obtenta* -- ibi -- *ſed quid ſiSuperior licentiam dare nolit, dixerunt Tancred. & Ber. Ipſum per ſuum Superiorem compellendum, niſi habeat juſtam cauſam denegandi.*

Nec eſt faciendum diſcrimen, 13 quòd cùm hodie id, quod impedit conſenſum, ſit votum, ſic remanere poſſe in libertate Superioris ſine ulla cauſa negare licentiam nominato, aut electo, ut conſentiant. Profectò etiam de tempore præfati Canonis, *cap.* ſi Religioſus, conditi à Bonifacio VIII. totum impedimentum ad conſentiendum proveniebat quoque ex ſolo, & ſolemni voto obedientiæ, ratione cujus Religioſus non habens velle, & nolle, ex ſe conſentire non poterat *d. cap. ſi Religioſus* ibi --(*cujus arbitrium non ex ſua, cùm velle, vel nolle non habeat, ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit. . . .voluntate dependat)electioni de ſe celebratæ ſui Superioris,qui dare ipſam valeat, non petita licentia, & obtenta præſumpſerit conſentire, conſenſus ſic præſtitus non teneat, & in pœnam electio viribus vacuetur omnino.* Et tamen Superior tunc non poterat ad ſuum libitum, & ſine ulla juſta cauſa dictam negare licentiam, ad ſtatim, & expeditè conſentiendum in dignitates.

Dixi expeditè, quia cùm tunc, 14 ut narrat ibi Pontifex, diſputaretur, an præfata licentia conſentiendi in dignitates impertienda eſſet à ſolo Superiore, vel de conſilio Fratrum: Pontifex reſolvit à ſolo Superiore concedendã eſſe,ut faciliùs,&magis expeditè electio facta ſuũ ſortiretur effectum *d. cap. ſi Religioſus §. quia*

ibi --

ibi--*Quia verò utrum Religioſis conſentiendi electionibus de ſe factis ..... à ſuis Superioribus ſine Fratrum conſilia licentia dari poſſit (cùm Jura ſuper hoc ſint varia) dubitatur interdum. Nos ad hujuſmodi dubitationem tollendam, & ut ordinationes ..... celerius, & facilius valeant expediri, decernimus, ut iidem Superiores (ſuis irrequiſitis conventibus) electis hujuſmodi conſentiendi, & tranſeundi liberam valeant dare facultatem*; unde ex allegato Textu ſola Papæ licentia, aut ſimplex voluntas ſufficit, & ſuperabundat ſine ullo Fratrum conſilio, ut electus, aut nominatus votum habens ritè, & licitè, & validè conſentiat, ut latè differemus *reſol.*16. *num.*80. præcipuè, & alibi ſæpè.

Advertendum hìc quoque eſt,
15 ut diximus ſupra, & alibi dicemus,
præfatum votum ſecundùm ſuas diverſas formulas aliquando negare abſolutè conſenſum in dignitates, & per omnem viam tam electionis, quàm nominationis & poſtulationis. Aliquandò verò negare conſenſum in illas reſtrictivè tantùm, hoc eſt, per unam, & non aliam. Tunc negat reſtrictivè, ſi diceret, voveo non conſenſurum in dignitates per viam electionis. Tunc cenſeretur votum prohibere solùm conſenſum in dignitates reſpectivè per viam electionis tantùm, non verò per viam nominationis, aut poſtulationis. Ita ut quantùm ex parte voti nullum adſit impedimentum ad conſentiendum in illas, ut differemus *reſol.*23.

Abſolutè autem tunc prohiberet conſenſum in dignitates per omnem viam, ſi prohiberet conſenſum per vocem generalem, quæ omnem viam in ſe contineret, ut ſi diceretur, voveo non conſenſurum in mei promotionem ad dignitates, aut dignitates non acceptaturū, aut in illas non aſcenſurum, uti fecit Archidiaconus Florentinus ... *cap. Archidiaconus* 85. *diſt.* Tunc cùm in illo verbo promoveri, aut acceptare, contineatur omnis via, illo prohibito etiam omnia in illo contenta prohibita cenſerentur *ad Text. in l. oratio ff. de ſponſalib. leg. Pupillis* §. *ſed ſi per interpoſitam ff. de authoritate tutor. ſed hoc latiùs infrà reſol.*23. *num.*39. *reſol.*24. *n.*14.

Votum ex quo Capite obſtet.

Sed an præfatum votum obſtet
nominationi, aut electioni, aut pro- 16
motioni ad Eccleſiaſticas dignitates, & præcipuè ad Epiſcopatum ſedulò, juxta diverſas Authorum ſententias, conſiderandum venit: dupliciter noſtrum votum de non procurando, & non conſentiendo in dignitates obſtare poſſe voventibus: Vel primò quià licèt validus ſit, & meritorius religionis actus, atque de meliori bono; nihilominus, quia Epiſcopatus habet annexa prælaturam, honorem, & divitias, periculoſum judicatur, quòd quis proprio motu erumpat, & conſentiat in illa, & per conſequens debet expectare Superioris placitum, aut præceptum, ut meritoriè, & licitè Epiſcopatum acceptet, & hæc eſt omnium Recentiorum ſententia.

Vel ſecundò impedit, quatenus
dictum votum aliqui immeritò re- 16
putant nullum, invalidum, impium, & temerarium, adeòque in pœnam illius, qui illud emiſit, ab Epiſcopatu eſt repellendus. Abbas, Felinus, & alii *in d. cap. Archidiaconus* 85. *diſt.* ea ratione, quia videtur factum contra Epiſcopatum, immediatè à Chriſto Domino inſtitutum. *Matth.* 20. 23. *Luc.*4. 18. *Joan.*21. 15. *act. Apoſtol.*1.24. & vergens in contemptum, & minus pretium ejuſdem: Adeoque tale votum profitentes uti Reos de gravi delicto eſſe proceſſan-

dos,

dos, puniendos, & ab Epiſcopatu repellendos, ex vulgata Epiſtola Gregorii Papæ *lib.12.epiſtolarum 6.* Scripta Joanni Epiſcopo, ut inquirat contra Florentinum Archidiaconum, de quibuſdam erroribus accuſatum; & præcipuè quia juraverat. (Juramentum enim, & Votum paribus paſſibus ambulant. Abbas *in cap.ſi verò de Jurejur.n.4. Suarez tom.2. de Relig. lib.2. devot. cap.11. n.1.* & communiter Doctores). Juraverat,inquam, nunquam aſcenſurum ad Epiſcopatum. *d. cap. Archidiaconum 85. diſt.* ibi -- *Archidiaconum Florentinum Anconitanæ Eccleſiæ, qui ad Epiſcopatum fuerat electus ..... Ideò Fraternitas tua unà cum Fratre, & Epiſcopo noſtro Armenio, ... viſitatore ..... Anconitanæ Eccleſiæ feſtinet accedere, & diligenter de moribus ſingulorum requirere. Si de nullo ſibi ſint crimine conſcii.* nota hæc verba. *Si de nullo ſibi ſint crimine conſcii, quod eos ad hoc officium vetet accedere ...... & ſi tactis Sacroſanctis Evangeliis* (nota) *Juſiurandum præbuerit nunquam ſe ad Epiſcopatum accedere; & ibi Gloſſ.* narrat, quòd *Archidiacono Florentino tria objiciebantur. Scilicet, quòd erat ſenex, & quia juraverat nunquam fore Epiſcopum. Scribit ergo Gregorius Joanni Epiſcopo ..... ut inquirat iſta, & primò de Archidiacono ..... quòd ſi inventi fuerint Indigni, confirment tertium.* Nota modum loquendi, *ut inquirat ſi Indigni fuerint reperti.* Ità ut etiam Juramentum illud indignitatis nota inureret. & ſequitur *Gloſſ.* ibi -- *videtur ergo, quòd propter tale Juramentum aliquis repellatur ab Epiſcopatu. Quare ergo jubeatur de hoc inquiri, ſi propter hoc non repelleretur?* Inquirere autem, ſeu Inquiſitio, eſt merum officium Judicis, quod exercere debet ad inveſtiganda delicta ad Textum. *in leg. congruit ff. de offic. Præſidis.*

17 Hoſtienſis autem *in Gloſſ.* relatus judicat, tale Juramentum, quocunque modo intellectum, eſſe illicitum, & temerarium, ibi -- *ſi jurans hoc intellexit, quòd nollet recipere Epiſcopatum, quæcunque neceſſitas inſtaret; Juramentum eſt nullum, nec tenetur illud ſervare: ſed ſi alio modo intellexit, venialiter peccavit, quia temerè juravit.* Temerè autem aliqua fieri dicuntur, quæ ratione non reguntur, vel propter impetum voluntatis, vel paſſionis, vel ex contemptu, & hoc propriè eſt temeritas, quæ cauſatur ex ſuperbia; Ideò continetur ſub præcipitatione, quæ reſpicit utrumque, ſed magis primum. Diſertè S. Tho. *2.2. quæſt.53. art. 3. ad ſecundum.*

18 Inſuper *Gloſſ. loc. cit.* ſequitur dicens ibi -- *Contra videtur, quòd non poſſit eligi, ut hic patet .... Item quia etſi juramentum eſſet intellectum, tamen propria authoritate non poteſt venire contra illud. Item quia lex dicit, gratia ei facienda eſt, quia hoc juravit, ſcilicet ſe ordini non interfuturum,* & infra. *Credo quòd poſſit eligi, dummodò pœnituit de tali delicto.* En quòd tale juramentum appellatur delictum; *Quia temerarium juramentum non irrogat perpetuam infamiam, judicio meo, ſed tantùm ſolemne.*

19 Ex quibus modis loquendi nuper notatis reſpicitur, ut modò dixi, tale juramentum reputari delictum, & de ipſo Inquiſitionem per mandatum Papæ eſſe faciendam.

Suarez tamen, quem *Reſol. 9.* iterum allegabimus, *tom.2. lib.2. de Juramento. cap.13. num.13.* optimè ſuſtinet honeſtatem præfati juramenti, diſtinctionem adhibendo, dicens ibi -- *Juramentum generaliter factum animo etiam reſiſtendi Superiori*

riori præcipienti, accipere curam Paſtoralem, vel non obſtante quacunque urgente neceſſitate Eccleſiæ, non ſolùm non eſſe de meliori bono, ſed etiam peccaminoſum, & ideò non obligare. Alio verò modo poſſe fieri hoc juramentum cum debita moderatione, videlicet, non acceptandi Epiſcopatum, niſi neceſſitas charitatis, vel obedientiæ præceptum interveniat, & tunc juramentum obligare. Dicit tamen Gloſs. ibi, tale juramentum eſſe peccatum veniale, quia temerè, & ſine neceſſitate fit. Sed immeritò hoc dicit: quia tale juramentum ſimpliciter eſt de meliori bono. Quia licèt Epiſcopatus de ſe ſit ſtatus perfectionis: Nihilominus habet conjunctum honorem, divitias, & pericula, ratione quorum conſilium eſt, illum non acceptare, niſi charitatis vel obedientiæ inſtante obligatione. Juxta doctrinam Gregorii lib. 35. moral. cap. 13. & ideò tale juramentum de ſe bonum eſt, & non fruſtra fit ad firmandum propoſitum contra humanam ambitionem.

Et num. 14. ſequitur ibi --
20 *In dicto ergo cap. unico non declaratur, An juramentum illud obligaret, vel non obligaret, ſed cùm de quodam Archidiacono Florentino, qui ad Epiſcopatum fuerat electus, nunciatum eſſet Gregorio, quòd ſuper Evangelia juraſſet, nunquàm accedere ad Epiſcopatum: An verum hoc eſſet, Pontifex præcipit inquiri. Cur autem hoc præceperit, non ibi declaratur. Poteſt autem duobus modis intelligi. Primò, ut Inquiſitio fieret ad finem repellendi eum ab Epiſcopatu propter illud juramentum, tanquam propter grave crimen. Et ità videtur ibi intelligere Gloſs. & judicat Abbas in cap. ſi verò, de jurejur. & Sylva in ſuo tract. 3. p. quaſt. 1. num. 21. ubi alios refert præſertim Angel. juram. 5. num. 3. & Anton. num. 2. par. cit. cap. 6. §. Tertius caſus ver. quintus modus, & idem ſentit Sylveſter juram. 4. num. 1. ver. 5. unde conſequenter intelligunt, illum Archidiaconum juraſſe in primo ſenſu declarato. Sed mihi non placet hic ſenſus. Primò, quia non colligitur ex Textu, nec ex verbo nunquam accedendi. Quia licèt verba ſint generalia, de licitis intelligenda ſunt, dum aliud non conſtat, ut ibi notat Gloſs. ex cap. ad noſtram 3. & cap. venientes de jurejur. Secundò, quia licèt illud juramentum fuiſſet peccaminoſum, non videretur tanta pœna dignum, ut ibi latè notat Gloſs. & juramenta. Item Gloſs. in cap. definito 22. quaſt. 4. Gloſs. 1. in cap. ſicut de jurejur.*

Hic autẽ Lector apprehende, quòd cùm verba generaliter dicta de licitis intelligenda veniant, ſic juramẽtum illud Archidiaconi nunquam accedendi ad Epiſcopatum, ut eſſet licitum, intelligendum erat de nunquam accedendo ad illum, quatenus dicit ſecundaria, honorem ſcilicet, & dignitatem. Quòd ſi præfatum juramentum intelligendum fuiſſet cum excluſione Epiſcopatus etiam quatenus dicit opus perfectum primatiò intentum, utique fuiſſet nullum, ut contendit Abbas.

Et num. 15. ibi -- *Alius ergo*
ſenſus eſt Pontificem præcepiſſe in- 21
quiri de illo juramento, quia cenſebat illud obligare ad non acceptandam electionem ad Epiſcopatum, cùm nec charitatis neceſſitas, nec præceptum Superioris interveniret, & ideò ſtante juramento nolebat Pontifex illum promovere: non quia non poſſet illi præcipere, acceptare Epiſcopatum, non obſtante juramento, ſed quia neceſſarium tunc non erat, & ideò potiùs volebat eum repellere, ratione obligationis juramenti. Et ita ſentit Cajetan. d. q. 89. art. 7. circa ad ſecundam, & Romanus ſingulari 501. & hoc ſenſu potiùs ex illo Textu colligitur, Jura-

mentum illud fuiſſe de meliori bono, & ideo volniſſe Pontificem obſervari.

22 Sed hujuſmodi benigna Suarez explicatio de præfato juramento, attento modo loquendi ſupradicti Textus, non videtur conſona menti, & diſpoſitioni Summi Pontificis. Quia ibi Pontifex deſcribit ea, de quibus contra Archidiaconum inquiſitio facienda erat, dicens. *Inquiras* ibi -- *De moribus ſingulorum, ſi de nullo ſint ſibi crimine conſcii, quod eos ad hoc officium accedere vetet*. Unde Pontifex apertè in materia criminum Joanni Epiſcopo commiſſionem inquirendi imponit, & inter crimina præfatum juramentum enumerat: dicens ibi -- *Et ſi tactis ſacroſanctis Evangeliis juſjurandum præbuerit, nunquam ſe ad Epiſcopatum accedere*. Igitur Pontifex inter delicta præfatum juramentum reponit. Adeoque præfatus Textus illa benigna Suareſii explicatione minimè videtur capax. Eò vel magis, ſi attendatur ibi Gloſs. modò ſupra relata.

Nec poteſt ſubſiſtere, quod addit idem Suarez hic ſupra *nu.* 21. Pontificem præcepiſſe, inquirere de illo juramento, quia cenſebat obligare; quotieſcunque non concurrebat neceſſitas charitatis, & Superioris præceptum. Quia licèt hoc aliunde veriſſimum ſit; Attamen inſpecto prædictorum verborum ſenſu, præfatum juramentum ponebatur à Pontifice inter delicta, & non inter meritorios actus, quorum ratione, ſi tales reputati fuiſſent, Archidiaconus nullatenus ab Epiſcopatu poterat repelli, ſed potiùs ad illum magis, ac magis promovendus erat ad mentem ejuſdem Suares *de relig. tom.4. tract.*10*. lib.6. de profeſs. cap.7. de voto num.5 fol. mihi* 602. ut infra dicemus, & inquiſitio non fit de actibus bonis, ſed de delictis, ad Textum modo ſupra allegatum *num.*16. *in fin.*

Cæterum Suarii mens manifeſtè declarat, præfatum juramentum, dummodò obedientiam, & charitatem non excludat, eſſe legitimum, licitum, & validum, atque de meliori bono, eo communi fundamento, quòd licèt Epiſcopatus ſit ſtatus perfectus, nihilominus habet conjũctum honorem, divitias, & pericula, ratione quorum conſilium eſt, illum proprio motu nec quærere, nec acceptare. 23

Et quidem nullum poteſt intervenire dubium de præfati juramenti honeſtate, & validitate. Et Gloſſa nimis rigoroſè contra illud invehitur, & fuiſſe de meliori bono convincitur, quia eſt, ut multi contendunt, de materia ſpectante ad Evangelica conſilia, de quorum ratione eſt mundanas totaliter à nobis longè concupiſcentias repellere, à Joanne Apoſtolo deſcriptas *Epiſt.* 1. *cap.*2. *num.*16. ibi -- *Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ*. Propter quod præfata Evangelica conſilia ad tria capita præcipuè reducuntur. Paupertatem, continentiam, & obedientiã S.Th. perſpicuè 1.2. *q.*108. *art.*4. *in corpore* ibi -- *Bona autem bujus mundi, quæ pertinent ad uſum humanæ vitæ, in tribus conſiſtunt. Scilicèt in divitiis exteriorum bonorum, quæ pertinent ad concupiſcentiam oculorum. Et in deliciis carnis, quæ pertinent ad concupiſcentiam carnis, & in honoribus, quæ pertinent ad ſuperbiam vitæ. Hæc autem tria totaliter derelinquere, ſecundùm quod poſſibile eſt; pertinet ad conſilia Evangelica. In quibus etiam tribus fundatur omnis Religio, quæ ſtatum perfectionis profitetur. Nam divitiæ abdicantur per paupertatem; deliciæ carnis per perpetuam caſtita-* 24

tem; Superbia vitæ per obedientiæ ſervitutem. Huc uſque Sanctus. Cum autem Epiſcopatus habeat conjuncta honorem, & divitias, procul dubio præfatum juramentum de illo proprio motu non acceptando, licitum erit, & validum, licèt alia validiori ratione hoc nos probemus *Reſol.* 10.

25 Sed contra Suarii mentem difficultas alibi diluenda emergere poteſt ex Authoribus contrariæ ſententiæ ſupra *num.* 20. à Suarez citatis, Abbate Felino, & aliis allegandis etiam *reſol.* 6, 8, 9. qui cùm eſſent ſapientiſſimi, & optimè noſcerent, Epiſcopatum habere ſecum adjuncta divitias, & honores, non adverterent, nec comprehenderent, hæc inveniri contenta inter modò ſupra deſcriptas ab Apoſtolo Joanne mundi concupiſcentias. Nam ſi hoc intellexiſſent, non deſcendiſſent in ſententiam reprobandi præfatum juramentum.

26 Prægustatis in quatuor ſupra diſſertis præambulis plurimis, quæ in decurſu hujus tractatus, de arte bene deſiderandi latè proſequemur, & ambire in malam partem uſurpari contingat, cùm ſaltem ſit quoad modum inordinatus deſiderandi affectus, & pro nimis anxio, & inordinato appetitu uſurpetur. Ulpian. *l. ſi bene ff. de uſur.* Ideo in ſequenti prima Reſolutione de Ambitionis natura ſermonem inſtituemus, ut artē bene deſiderandi, contrariis affectibus dirutis, profundiùs aſſequamur.

Sed ante quàm hujuſmodi Claudamus præambulum, unum præ cunctis, quæ in ipſo Continentur, ſemper memoriæ retineamus neceſsè erit: differentiam, nimirum, quæ mediat inter nominationem, & electionem, quam iterum, atque iterum replicare apprime juvat, ut profundè & firmiter figatur in mente. Unde Lector pro nunc breviter attende, & conſtanter retine, noſtrum Votum nullo modo pugnare contra nominationem, ſicuti acerrimè pugnat contra electionem, prohibens in illam conſenſum. Profectò nominatio ſola voluntate nominantis perficitur. Etenim ut Patronus validè nominet, & nominatio perfecta reddatur, nō requirit nominati Cōſenſum: è contra verò electio ſine electi conſenſu non valet, & viribus Vacua evaneſcit. De quo plenè pro ſola veritate tuenda, ad Scrupulos evacuandos, confuſionem terminorum declinandam, & equivocationes tollendas Infra habes Reſolutione XXIII. & ſit modo I. Reſolutio.

RESOLVTIO I.

De Ambitionis, & Præſumptionis vitiis oſtenduntur naturæ, & proprietates.

SUMMARIUM.

1 *Ambitio eſt ambientis actio.*
Sumitur pro favore, & gratia.
Ad mundanos tendit honores ſine merito. ibid.
Malum dat principium & finem 13.
Ambire, grammaticaliter ſumptum, eſt idem, ac circumdare, ut canditati ſolebant Romæ. ibid.
2 *Eſt circumdare Principes, ut gratias concedant.*
3 *Ambitionis vitium eſt inordinatus appetitus Honoris.*
Ambitio ſemper eſt peccatũ ibi. 6.
Ambitionis honor non redundat in utilitatẽ proximorum. ibid.
4 *Effectus ambitionis eſt proprio motu tendere in dignitates.*
5 *Qui pro ſe rogat, rogat pro indigno.*
6 *Quod multùm deſideramus, facile exiſtimamus.*
7 *Præſumptio eſt appetitus aggrediendi aliquid ſupra vires.*
Præſumptio ſumitur pro præoccupare. ibid.
8 *Nullum agens naturale nititur facere id, quod eſt ſupra ſuam facultatem.*
Præſumptio eſt, quando minor facit id, quod ad ſuperiorem pertinet. ibid.
Dicitur deordinata. ibid.
Nullus perfectus debet præſumere. ibid.
Deus præſumptionẽ deprimit. ibi.
8 *Vitioſum eſt, quòd homo imperfectæ virtutis attentet, quod perfectæ virtutis eſt. ibid.*
9 *Homo de ſui natura tendit ad alta. ibid.*
10 *Ambitio tyrannica paſſio.*
11 *Ambitio torquet Sæculares, & Eccleſiaſticos.*
12 *Ambitio maledictionem cauſat.*
Ambitioſus Epiſcopus deſtruit Gregem. ibid.
13 *Malum principium impedit bonum exitum* 1.
14 *Ambitio multa mala ſecum habet.*
15 *Quot modis in hac materia contingat peccare.*
17 *Inferiora debent inſervire ſuperioribus.*
20 *Negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis.*

1 ARS bene deſiderandi eſt ſagax ingenium, & infatigabile ſtudiũ longè ab humano pectore ambitionem arcendi. Hæc enim ſemper exorbitat tam in modo, quàm in ſubſtantia contra deſideriorum ingenuam bonitatem. Unde in exordio hujus tractatus de Arte bene deſiderandi operæ pretium erat, naturam ambitionis pandere, & ab ejus notitia lineas omnes protrahere, pro bonis deſideriis ad regulas efformandas, & in Hominum cordibus inſtillandis, ſi omnes ambitionis affectus extorres, & profugatos ab humano pectore exulare conceſſum

ſit. Cùm ſpecialis regula univerſaliter accepta ſemper fuerit, quòd ambitioſus à prælatione, etiamſi aliunde Sanctus eſſe poſſet, arcendus ſit. *Cap. Principatus 1. quæſt. 1.* Quia ipſa prælatio conſtituta eſt ad malos repellendos. *Cap. Conſtantinopolitana 22. diſtinct.*

12 Er quidem neminem latet, quòd Ambitio eſt ipſa ambientis actio. *feſto lib. 1.* & ſumitur pro favore, & gratia *l. ordo Cod. de execut. rei judic.* Hinc ambitioſa decreta dicebantur, quæ per gratiam, & favorem concedebantur *Ulpian. in l. Ambitioſa 4. ff. de decr. ab ordine facien.* & ambitioſa diligentia pro nimis ſollicita, ſtudioſa, anxia, & inuſitata uſurpabatur. *Ulpian. l. ſi bene collocata ff. de uſur. & ambitioſè jubere Marcianus dicit, cùm quis gratioſè, & favorabiliter id facit. l. Servo §. Cùm Prætor ff. ad ſen. Conſ. Treb.*

Cæterum inevitabile experimur, Ambitionem ad mundanos tendere honores, ſine meritorum, & laboris ſuffragio. *cap. miramur in fin. 41. diſt.*, & quæ per ambitionem malum ſortiuntur initium, etiamſi mores, & actus omni aliunde honeſtate præfulgerent, difficile reputatur, ut bonum finem obtineant. *cap. Principatus 1. quæſt. 1. cap. nullus itaque. ibidem.*

Et ambire adeò ſimulatè procedit, ut etiam grāmaticaliter ſumptum, ſit idem ac circumdare. Virg. Æneid. *Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis*, adeòque ejus eſt quærere honores, & Magiſtratibus inhiare, circumdando populos, ſicuti Romæ Candidati ſolebant. Varro *lib. 4. ling. lat.* ſic Transfertur ad ambitionis vitium, de cujus ratione eſt ſtudioſè Principes circuire, ut honores, & officia concedant, eorum dexteras prænſando; & rogare, ut ſuis ſuffragiis prætenſores ad ſublimia extollant, Cic. Philip. Joſeph Langius verbo *Ambitio*. quod deteſtantur ſacræ paginæ Eccleſ. 7. ibi. *Noli quærere ab homine ducatum, neque à Rege Cathedram honoris*. Cùm ferè non ſit, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat vanitatem. Aug. ſup. Pſalm. Quod tanquam Gentilium repellendum 2
ſuos Chriſtus docuit Diſcipulos Matth. 20. ibi. *Reges Gentium dominantur eorum, vos autem non ſic.*

Hinc Ambitionis vitium immoderatum eſſe, ſive perverſum, & inordinatum appetitum honoris, & dignitatis indebitæ, aut debito majoris, aſſerunt communiter Doct. & S. Tho. *2. 2. quæſt. 13. art. 1. & 2. & quæſt. 131. art. 1.* ibi -- *Ambitio importat cupiditatem honoris.* Cujus inordinationem tripliciter contingere poteſt, Vel quando honor eſt ſupra capacitatem appetentis. Vel ſecundo quando, qui honorem appetit, in Deum non refert. Vel tertiò quando taliter in illo quieſcit, ut non redundet in utilitatem proximorum; propter quod Ambitio ſemper erit peccatum, S. Doct. *dicta quæſt. 131. art. 1. in corp.* ibi -- *Tripliciter autem contingit, appetitum honoris eſſe inordinatum. uno modo per hoc, quòd aliquis appetat Teſtimonium de excellentia, quam non habet, quod eſt appetere honorem ſupra ſuam proportionem. Alio modo per hoc, quòd honorem ſibi cupit, non referendo in Deum. Tertiò per hoc, quòd appetitus ejus in ipſo honore quieſcit, non referens honorem ad utilitatem aliorum.*

Ambitio autem importat inordinatum appetitum honoris. ibi ad 4
primum *vitioſum eſt, quòd aliquis honorem appetat non ſecundum ordinem rationis*. Et effectum Ambitionis eſſe dicit, quòd humanæ voluntates proprio motu in Prælaturas, & dignitates ferantur. *S. Tho. 2. 2. qu.*

185. *art.2. in corp.* ibi -- *ad inordinationem voluntatis pertinet, quòd aliquis motu proprio feratur in hoc, quòd aliorum gubernationi præficiatur*. Sic manus Principum deoſculari, preces prò recipiendis dignitatibus ad ipſos effundere, effectus ambitionis ſunt, & indignum red-
5 dunt. *S. Tho. cit. quæſt.*100. *art.*5. *ad* 3. ibi -- *Si aliquis pro ſe rogat, ut obtineat Curam Animarum, ex ipſa præſumptione redditur indignus, & ſic preces ſunt pro indigno.*
6 Et adeò prævalet ambitionis calor, ut faciliora reddat, quæ forſan impoſſibilia ſunt. *S.Doct.*2.2.*quæſt.*21. *art.*1. *ad Tertium* ibi -- *quod multum deſideramus, exiſtimamus nobis de facili per alios poſſe provenire, etiamſi non poſſint*. Quapropter ambitionem eſſe omnibus ſpecialiter peccatum concludit *S.Doct. d. quæſt.*131. *art.*1. *in corp.* ibi -- *unde manifeſtum eſt, quòd ambitio ſemper eſt peccatum*.

7 Ex tribus ſuperbiæ Filiabus, Primogenita eſt Præſumptio, Ambitionis ſoror, quæ eſt appetitus aggrediendi aliquid ſupra vires. *Leſſ. lib.3.cap.1. & lib.4.tom.3. diſput.9. Tolet. ſum. lib.*8. *cap.*22. & Doctores communiter. Licèt Rhetores præſumere pro præoccupare accipiant, quando Curiales in Cauſis ruendis Judicis mentem rationibus prævenire curant. Quintilianus *lib.*9. & apud Juriſconſultos plura alia obtinet ſignificata *l. vulgo ff. de in lit. Juran. Valerius lib.*1. *cap.*5. *in rubrica ff. de probat. & præſum.* omiſſis aliis ad rem noſtram non facientibus. Quapropter præſumptio, de qua agimus, importat quamdam immoderantiam ſpei, tendentem in aliquod bonum, ut ſibi poſſibile, quod ſuam facultatem excedit. *S.Th.* 2.2. *quæſt.*21. *art.*1. *in corp.*

Et cùm nullum agens natura-
8 le nitatur ad agendum id, quod excedit ſuam facultatem, ideo vitioſum eſt, & peccatum quaſi contra ordinem naturalem exiſtens, quòd aliquis aſſumat ad agendum ea, quæ præferuntur ſuæ virtuti; quod ad rationem præſumptionis pertinet. *S.Doctor* 2.2. *quæſt.* 130. *art.*1. *in corp.* ibi -- *omne, quod contrariatur naturali inclinationi, eſt peccatum, ineſt autem unicuique rei naturali inclinatio ad exequendam actionem commenſuratam ſuæ potentiæ, ſed per præſumptionem aliquis excedit proportionem ſuæ potentiæ, dum nititur ad majora*. Et nihil magis præſumptuoſum, quàm quòd homo imperfectus aſſumat, quod perfectæ virtutis eſt *S.Doct. d. quæſt.*21. *art.*1. *ad Primum* ibi -- *vitioſum, & præſumptuoſum eſſet, quòd aliquis in actu imperfectæ virtutis exiſtens, attentaret ſtatim aſſequi, quæ ſunt perfectæ virtutis. & quæſt.*131.*art.*2. *ad* 1. ibi -- *præſumptio attentat aliquod magnum opus ſupra ſuam facultatem*. Imo præſumptio ambitioſa eſt, ut fit, quando minor id facere attentat, quod ad ipſum attinet ſuperiorem. *Cap. Pontifices* 7. *quæſt.*1. *& cap. nihil contra. ibid.* & dicitur deordinata in quantum ultra ſuum ſtatum progredi ſtimulatur. *Cap. inter cætera.* 10. *quæſt.*3. *cap. Epiſcopi* 21. *quæſt.*4. Cùm ſecundum regulas Artis bene deſiderandi, quantumcunque quis perfectus in ſuo ſtatu exiſtat, non debet præſumere. *cap. imitare exemplum de Apoſtolo Petro* 6. *qu.*1. Quia Deus bonorum præſumptionem deprimit per adverſitates *cap. oves* §. *ipſa* 6. *qu.*1.

Et quidem præſumere eſt quaſi ante ſumere, ſive audere, & tentare aliquid contra Jus. Alexander III. *Conc. Lateranenſe loquens de Clericis, & Monachis*; Quod & Apoſt. *ad Tim.*2. manifeſtat, ne Clericus, vel Monachus ſæcularibus negotiis ſe immiſceat.

Cum

8 Cùm ergo Homo de ſua natura
extollatur ad ſublimia, ut ſuper
omnes primatum obtineat *Cic. lib. 1.*
de off. cap. fortitudinem ibi -- *ſicut*
quiſque magnitudine animi excellit:
ita maximè vult omnium Princeps eſſe
ſolus. Ideò per leges eſt cohibendus
ad Text. in cap. ſi Religioſus, de elect.
in 6., & poſtilla in margine ibi --
Quia animus Hominis generoſus ten-
dit ad alta, ſcilicèt honores, & offi-
cia, hunc animum reprimunt Jura.
Ne duris Ambitionis effectibus tor-
queatur. Quæ tyrannica paſſio eſt.
10 Chriſoſtomus *hom. 66. in Matth. 20.*
Gentium mores eſſe prima quæque ap-
petere.

11 Et in hoc non diverſæ ſunt
conditionis ſæculares Eccleſiaſtici à
Religioſis; quaſi illi ab hoc execra-
bili affectu ſint immunes, aut minùs
arcendi. *Extravag. Execrabili. de*
præb. & dignitatibus, tit. 3. in 6. ibi--
Execrabilis quorumdam tam Reli-
gioſorum, quàm ſæcularium Ambitio,
quæ ſemper plus ambiens, eò magis
fit inſatiabilis; ut æqualiter in utro-
que ſtatu ſit ambitio punienda. Sym-
12 machus Papa *epiſt. 1. cap. 5.* ibi --
Cùm hic exceſſus in laica converſa-
tione culpetur, quis dubitat, quin
Religioſis, ac Deum timentibus incu-
tiat opprobrium? Et idem cap. nullus
itaque 1. quæſt. 1. Quia Religioſus
ambiens dignitatem, ſuæ profeſſio-
nis oblitus, incipit retro reſpicere.
Bonifacius Pontifex *cap. quorumdam*
de elect. in 6. unde non mirum, ſi
quilibet ex his trahat ſuper ſe male-
dictionem Anſelmi, ſi fuerit auſus
honores Eccleſiaſticos, ad quos di-
vinitùs non vocatur ambitioſè eripe-
re. Anſelmus ſuper illo Apoſtoli
oraculo *ad Heb. 5. Nec quiſquam*
ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur
à Deo tanquam Aaron. Inquit ipſe.
Percutiantur hac ſententia, qui hono-
res Eccleſiaſticos, ad quos divinitùs
non vocantur, accipere cupiunt. Qui
enim ſe ingerit, & propriam gloriam
quærit, non ſumit honorem, ſi Ponti-
fex, aut Prælatus in Eccleſia factus
fuerit, ſed gratiæ Dei rapinam fa-
ciens, Jus alienum uſurpat. Et ideò
non accipit benedictionem, ſed male-
dictionem. Undè ambitioſos præfi-
cere, & ad gradum Epiſcopalem
extollere, non eſt Dominicum Gre-
gem recreare, ſed deſtruere. Leo
Papa *epiſt. 85. aliàs 83 cap. 1. & cap.*
miramur 61. diſt. ibi -- *Non eſt hoc*
conſulere Populo, ſed nocere, nec præ-
ſtare regimen, ſed præſtare diſcrimen
..... Principatus autem, quem 13
Ambitus occupavit ..... initii ſui eſt
pernicioſus exemplo, & difficile eſt,
ut bono peragantur exitu, quæ malo
ſunt inchoata principio. Cùm ambi-
tio plurima ſecum mala conducat
San. Bern. *Serm. 6. in pſalm.* ibi -- 14
Ubi habitat ſubtile malum, ſecretum
virus, peſtis occulta, doli artifex,
livoris parens, vitiorum origo, cri-
minum fomes, virtutum ærugo, tinea
Sanctitatis, excæcatrix cordium.
Et legatur ejuſdem *Epiſt. 42. &*
126.

Hinc facilè erit dignoſcere quot 15
modis contingat in hac materia ela-
tam Hominum mentem delinquendo
excæcari: & cùm ſemper, ut dictum
eſt, ex incapacitate, & indoneitate
ſubjecti peccatum ſit Epiſcopatum
ambire, non deſunt tamen alii modi,
quibus hujus ſpeciei committantur
peccata, vel rerum ordinem perver-
tendo, vel per prava, & illicita media
ad opus Epiſcopale aſpirando; ſed
ut pauca de hoc dicamus.

In Epiſcopatu continentur tria 16
ex S. Doct., quem pluries referemus
2. 2. quæſt. 185. art. 1. primò Epiſco-
pale opus. Secundò altitudo gradus,
ſeù præeſſe. Tertiò reverentia hono-
ris, & ſufficientia temporalium. Opus
Epiſcopale primariò, & principaliter
inſtitutum eſt: cætera verò ſecunda-
riò, & quatenus illi inſerviunt. Ap-

petere

petere autem primarium propter ſecundarium, eſt inordinatus ambitionis appetitus, ut dictum eſt; cùm Jure
17 naturali, & divino inferiora debeant ſervire ſuperioribus, & non è contra, Navarr. *tom.1. cap. inter verba 5. concluſio n.8., de quo infra Reſ.7. n.8.*
18 Appetere verò Epiſcopatum ratione celſitudinis gradus, eſt præſumptuoſum. S.Doct. *d. q.185. art.1. in corp.* ibi -- *Reſpondeo dicendum, quòd in Epiſcopatu tria poſſunt conſiderari, quorum unum eſt principale, & finale, ſcilicèt Epiſcopalis operatio, per quam utilitati proximorum intenditur....; aliud autem eſt altitudo gradus, quia Epiſcopus ſuper alios conſtituitur. Tertium autem eſt, quod conſequenter ſe habet ad iſta, ſcilicèt reverentia, & honor, & ſufficientia temporalium. Appetere autem Epiſcopatum ratione hujuſmodi circumſtantium bonorum manifeſtum eſt, quòd eſt illicitum, & pertinet ad cupiditatem, vel ambitionem.... Quantùm ad celſitudinem gradus, appetere Epiſcopatum eſt præſumptuoſum, ſed appetere proximis prodeſſe, eſt per ſe laudabile, & virtuoſum, verùm quia, prout eſt Epiſcopalis actus, habet annexam gradus celſitudinem, præſumptuoſum videtur, quòd aliquis praeſſe cupiat, ad hoc, quòd ſubditis proſit.* Et S. Doct. ex-
19 cipit caſum, niſi adſit neceſſitas, tunc enim ſuccurrendum eſt Eccleſiæ, & Fidelium utilitati, quia vocat Deus, & urget præceptum charitatis.
20 Suarez *de vot. cap.11. nu.10.* & S. Doct. ibi-- *niſi manifeſta neceſſitate imminente* & S. Aug. 19. *de civ. Dei cap.10.* ibi-- *Negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis*, & cap. qui Epiſcopatum deſiderat. 3. qu.1.
21 Hinc mortaliter peccat primò ille, qui Epiſcopatum quærit, & tamen ſibi vitia placent in propria Perſona, vel ſibi non diſplicent, nec ea conatur evertere in aliena. Sylveſter *verb. Epiſcopus* §. *quarta*, & *conſequenter*.

2. Mortaliter peccat, quiuniverſaliter exiſtens indignus Epiſcopatum appetit appetitu deliberato. Et idem dicendum eſt de quocunque Beneficio, & Dignitate Eccleſiaſtica *Tolet. in ſumm. lib.5. cap.3. n.2.* §. *prima eſt*.

3. Mortaliter peccat, ſi via injuſta, & mediis illicitis Epiſcopatum, & quodcunque aliud Beneficium conſequi paratus ſit. Idem ibi *num.2.* §. *Secunda*.

Et mortaliter peccat, ſi præcipuè propter gradus altitudinem Epiſcopatum velit. Eſtò appetere altitudinem gradus propter prodeſſe, videatur veniale. Quia S.Doct. dicit *loc. cit.*, quòd ſolùm videtur præſumptuoſum. Et de his latiùs *Tolet. loc. cit.*, ubi plures Authores cumulat. Et *Sylv. verb.* Epiſcopatus, de quo etiam, & nos infra. Et hæc omnibus ſunt ambitionis, & præſumptionis peccata, etiam votum non habentibus.

Mortaliter peccat qui Epiſcopatum appetit propter redditus temporales, & propter honorem tanquam finem. *Sylv. verb. Epiſcopatus* §. 4.

Licitum autem eſſet ſolùm Epiſcopatũ ſub hac conditione appetere, 22
ſi Deus tantam perfectionem daret, ut quis pro tali gradu redderetur dignus. *Tolet. ibi num.3.* §. *quinta* & *Sylveſter verb. Epiſcopus nu.4.* ibi -- *Licitum eſt, Epiſcopatum appetere non abſolutè, ſed à Deo, non ut quis præſit, ſed ut proſit. Et licitum eſt hoc deſiderium; vellem, quòd me Deus dignum judicaret, & faceret, ut aliis prodeſſe poſſem, quia velle prodeſſe, eſt laudabile, & velle promoveri per Deum non eſt præſumptuoſum, cùm Deus non promoveat, niſi dignos.*

Sed alienos debere eſſe ſemper 24

omnes

omnes Chriſtifideles ab omnium dignitatum, & Prælationum deſideriis docet Antiquorum Patrum inviolata obſervantia, pro qua veritate ſequentem curavimus Reſolutionem extendere, ibique demonſtrare, quantùm ab ambitionis vitio antiqui Eccleſiaſtici ſe præſervare ſtuduerint, & ſit ſub hoc titulo -- Reſolutio II.

RESOLVTIO II.

Quantùm ab Ambitionis vitio Antiqui Eccleſiaſtici ſe præſervare ſtuduerint.

SUMMARIUM.

1 *Clerici in primitiva Eccleſia habitabant in Civitatibus. Monachi verò Solitarii extra Urbes. ibid.*

Monachorum inſtitutum erat prævius gradus ad ſtatum Clericalem. ibid.

Qui ex Laicis ſumebatur ad Epiſcopatum, priùs in Monachum tonderi debebat. ibid.

2 *Monachi, utpote ſervitio Dei exercitati frequentiùs adClericalem ſtatum aſſumebantur.*

3 *Promotio fiebat opportuno tempore. ibid.*

Interſtitia cuſtodienda. ibid.

Monachi ad Curam Animarum trahebantur. ibid.

5 *Orientalis Eccleſia neminem ad Epiſcopatum promovebat, niſi priùs in Monachatu vixiſſet.*

6 *Monachiſmus fuit Seminarium Epiſcoporum.*

7 *Vetitum Religioſis proprio motu tendere in dignitates.*

8 *Sed requirebatur Superioris licentia.*

12 *Bonifacius Octavus fuit Author. Cap. ſi Religioſus.*

Ambitionis crimen ab humano pectore primitiva Eccleſia conata fuit radicitus evellere, admittendo Monachorum Inſtituta, quibus Fideles a Sæculo ſubtracti, prima intra Clauſtra rudimenta pietatis ſuſciperent; & Sanctæ Converſationis, atque divinæ contemplationis otiis, omniumque virtutum ſtudiis efficaciùs intenderent. *Cap. placuit 16. quaſt.1. & cap. nunquam de conſecrat. diſt.5.* Propter quod ab Hominum frequentia, & habitantium rumore ſegregati. *Cap. ſi cupis 16. queſt.1.* Sacras ædes, & monaſteria conſtruere in eremis, & ſolitudine conſueverunt. *Cap. luminoſo 18. quaſt.2.* Quæ etiam prohibebantur converti in habitacula Sæcularium Clericorum. *Cap. pervenit ad nos 18. quaſt.2 & cap. dudum 19. quaſt.3. & ſeq.*, & in eremis habitabant ad differentiam Clericorum, qui poſtquàm in Monaſteriis omnium virtutum adoleverant incrementis, cænobia in Civitatibus ædificabant. *Franciſcus Bivarius comment. ad ann.406. Chron. Lucis flavii dextr. n.1.* ibi -- *Clerici intra Urbis mænia pro ſervitio Altaris habitabant .... Cùm Monachi in rure viverent*, ut a ſæcularium negotiis alienos ſe oſtenderent. *Cap. adjicimus 16.quaſt.1. & cap. de præſentium ibid.* unde à Clericali ſtatu, & ab Eccleſiaſticis dignitatibus Mo-

nachos ſe abſtinere conabantur; &
in laudabilem uſum tranſivit, Mo-
nachorum inſtitutum, tanquam præ-
vium gradum, ad Clericalem ſtatum
debere præcedere. *Chriſtianus Lu-
pus quæſt. quodlib. de origine Ere-
mitarum S. Auguſt. cap. 16.* ibi -- *erat
in multis præſertim Orientalibus Ec-
cleſiis Monachatus gradus ad Cleri-
catum aſcenſus prævius, atque neceſ-
ſarius, adeò ut qui ex laico aſſume-
retur in Epiſcopum, primùm in Mo-
nachum tonderi deberet, atque de
iſta Tonſura poſt aliquos dies levari
in Clericum, atque ità gradatim in
Cathedram Epiſcopalem.*

Et ea ratio fuit, ut in actiori
2 vita, & Sanctitate exercitati, cle-
ricalem ſtatum digniùs aſcenderent.
Joſeph Sabatinus libr. 3. Vindicia-
rum Monachatus *S. Aug. ſect. 1.* §. 2.
ibi -- *Illis temporibus nihil uſitatius,
quàm quòd Monachi, utpote Dei ſer-
vitio arctioribus vinculis mancipati
in Clerum paſſim coaptarentur.*

Et verè non niſi opportuno
tempore, & morum maturitate
3 promovebantur, præcipuè ad Epi-
ſcopatum. *Cap. Monachos 16. quæſt. 1.*
ibi -- *Monachos quoque, quos tamen
morum gravitas, & vitæ, ac fidei
Inſtitutio ſancta commendat, Cleri-
corum officiis aggregari volumus; Ita
ut, qui intrà trigeſimum ætatis annum
ſunt digni, in minoribus per gradus
ſingulos, creſcente tempore, promo-
veantur, & ſic ad diaconatus, &c.
nec ſtatim ſaltu ad Epiſcopatus cul-
men aſcendant, niſi in his eadem,
quę ſingulis dignitatibus ſuperiùs prę
fiximus, tempora fuerint cuſtodita.*
Et Idem ſervatum fuit tempore
Ambroſii *Leſſ. de Juſt. & Jur. libr. 2.
4 cap. 4. dub. 12. num. 98.* ibi -- *Tunc
Monachos ad curam Animarum con-
ſueviſſe promoveri. Ita ut de Mona-
chorum Clauſtris Animarum Mini-
ſtros obtinere Populi æmularentur.*
Sanctus Sulpit. *in vita S. Martini
cap. 7.* ibi -- *Quæ enim Civitas, aut
Eccleſia, quæ non ſe de Martini Mo-
naſterio cuperet habere Sacerdotes?*
Et Orienralis Eccleſia ſemper ſolita 5
fuit, neminem ad Epiſcopatum
aſſumere, qui priùs in Monachatu
non *præfeciſſet. Nebrid. Epiſt. 74.* ibi-
*Græci ad Eccleſiaſticam dignitatem
neminem admittunt, niſi priùs Mo-
nachatu initietur.* Hinc divina diſpo-
ſitione evènit, quòd qui ad fugien-
das dignitates ſe abdiderunt in ſylvis,
frequentiùs ad illas, uti magis idonei,
& digniores ſublimarentur; cum
factum fuerit, quòd Monachorum
Monaſteria dignæ eſſent ſanctitatis
Scholæ, ad præparandos idoneos
operarios ad Dei Eccleſias regendas.
Biciola in Epith. *annal. Bar. ad an.
398.* ibi -- *Negari non poſſe, fuiſſe
Monachiſmum ſeminarium Epiſcopo-
rum, ex quo Baſilius, Gregorius,
Chriſoſtomus, & alii tam in Oriente,
quàm in Occidente viri ſpectatiſſimi
prodire.*

Et tanti momenti erat antiquis 7
Eccleſiæ temporibus Eccleſiaſticos
Religioſos ab omni Ambitionis fu-
mo ſe illibatos ſervare, quòd non
ſatis erat illos diù, & ab infantia
extitiſſe in omnium virtutum genere
educatos, ſed etiam ex obedientiæ
voto iiſdem vetitum erat proprio
motu, & voluntate in prælaturas,
& dignitates conſenſum præſtare;
ſed requirebatur pro valida Epiſco-
patus acceptatione, ad quem erant
electi, Superioris licentia *Cap. Quam
ſit. 18. q. 2.* ibi -- *Nullus Monachus
ſine teſtimonio, & conceſſione Abbatis
ſui in Eccleſia aliquem locum teneat,
vel ad aliquem promoveatur hono-
rem.* Ex Divo Greg. *lib. 7. reg. epiſt. 18.* 7
Imo irrita, & nulla declarabatur
electio, ſi Religioſi electi conſenſus
acceſſiſſet ſine ſuperioris licentia *Cap.
ſi Religioſus ſupra allegat. Præam.
4. n. 12. ſeq. de elect. in 6.* ibi -- *Si
Religioſus, cujus arbitrium non ex*

ſua, cùm velle & nolle non habeat, ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cujus imperio ſe ſubjecit voluntate dependeat, electioni de ſe ad prælationem factæ præſumpſerit conſentire, non petita licentia, & obtenta ſui Superioris . . . . . Conſenſus ſic præſtitus non teneat . . . . . & electio ipſo facto viribus vacuetur omnino.

Et de hac irritationis pœna ra-
9 tionem aſſignat Bonifacius VIII. hujus Canonis Author. Quia, inquit, Religioſus non habet velle, & nolle, ſed tota ſua voluntas ex voluntate ſui Supetioris dependet, cujus imperio ſe ſubjecit; & adeò arcebatur, longè omnis Ambitionis ſuſpicio,
10 quòd Superioris licentia petenda, & obtinenda erat poſt factam electionem Religioſi ad Epiſcopatum; & non priùs, ne Ambitioni præpararetur via: aliàs dicta licentia erat nulla. Clement. *ult. de elect.* Et ex his perſpicuum redditur, quòd tota hæc obligatio Religioſi non conſentiendi in ſui promotionem Superiore invito, aut ſine ejus petita, & obtenta licentia, fundatur in voto obedientiæ, ex quo naſcitur, quòd proprium velle, & nolle Religioſus non habet Suarez. *tom. 3. de Relig. lib.* 10. *cap.* 10. *num.* 7. *&* 15., Licèt contraria ſententia probabilitate non careat; Et
11 adeò in aliquorum DD. mente extitit voti obedientiæ robur, & vigor, ut exiſtimaverint, Religioſum aſſumptum, & electum ad ſummum Pontificatum conſentire non poſſe, niſi de ſui Clauſtralis Superioris conſenſu; cùm etiam in hoc caſu Religioſus non habeat velle, & nolle *Gloſſ. d. cap. quàm ſit v. ad ornandum*, quam ſententiam ſequuntur *Jo. Andr.*, *& Abb. in cap. ult. de voto num. 3. & cap. quod Dei. de ſtatu Monachorum num. 12. & in cap. Joannes. de Regular. num. 7. Greg. Lopez. leg. 25, tit. 7. part. 1. Gloſſ. 2. ad finem.*

Et cùm Religionum inſtituta in 12
primitiva Eccleſia exordium ſumpſerint, de quorum præcipua ratione, ſubſtantia, & nervo, eſt votum obedientiæ, S. Thomas: Hinc evidenter appatet, hujuſmodi conſuetudinem ſemper locum habuiſſe; Quamvis non improbata remaneat aliquorum ſententia, quòd, cùm votum obedientiæ non ſe extendat ad excludendum tanquam perfectiorem Epiſcopalem ſtatum, hic mos inceperit poſt Canonem Bonifacii VIII. Suarez. *loco citato num. 6.*

Sed quomodocunque ſit, certum remanet, modernas Religiones 13
antiquarum ſpiritus proſequutas, nihil in ſubſtantia addidiſſe de novo ſupra illarum laudabile inſtitutum, ſed tantummodò magis ſpecificè votum de non ambiendo voluiſſe exprimere, hoc eſt non procurandi proprio motu dignitates, & illis non conſentiendi, niſi ex obedientia, aut de Superioris præcepto.

At quantùm antiqui Patres ad 14
poſterorum inſtitutionem, & exemplum proprio motu, & arbitrio abhorruerint tendere, & aſpirare ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & dignitates: oſtendunt evidenter oracula, quæ modò infra *Reſol. IV.* colligenda, & cumulanda eſſe exiſtimavi, & modò in Reſolutione ſequenti, quę erit tertia, oſtendere neceſſe erit, ad Epiſcopatus exaltatos, non ad ſuperbè dominandum, ſed humiliter inſerviendum ſe eſſe vocatos, & ſit *Reſol. III.*

RESOLUTIO III.

Ad Epiſcopatum promotus non ad ſuperbè dominandum, ſed ad humiliter inſerviendum ſciat ſe eſſe vocatum, & ad mortem pro Chriſti ovibus reportandam.

SUMMARIUM.

6 *Gentiles apud Hæbreos abominabiles erant*. 19.

7 *Duplex eſt præeminentia, dignitatis, & poteſtatis*. 24.

8 *Illi ſunt Principes, qui ex officio præſunt* 20.

9 *Dominari ſemper dicit præeſſe, ſed præeſſe non ſemper eſt dominari* 20.

10 *Dominari, aliquando eſt ſibi ſervum ſerviliter ſubjicere; & hoc dominari prohibet Chriſtus in Ecclesia* 20.

Principes inſtituti ad hoc, ut bonum procurent ſubditis, aliàs erit abuſus. ibid.

11 *Liber eſt, qui eſt cauſa ſui, Servus, qui eſt cauſa alterius*.

Principes quaſi Lupi rapaces.

12 *Eminentia in Poteſtate, ut plurimum exercetur, non ad benè faciendum, ſed opprimendum*. 23.

13 *In Ecclesia non debet eſſe aliquis Dominativus in Clerum*. 25.

14 *Præſidentia in Ecclesia debet eſſe, ut miniſtret, & utiliter ſe gerat*. 24. 26.

18 *Servus eſt, qui accipitur in pretium, ut Chriſtus*. 26.

Prælatus debet ſe totum in utilitatem Proximorum impendere. 26.

29 *Ubi eſt propria ratio dominii, ibi eſt propria ſervitutis conditio*.

31 *Ratio dominii excludit benignitatem, & importat rigorem*.

32 *Inducere ſervitutem Hominis ad Hominem repugnat humanitati, & naturæ*.

33 *Non eſt autem contra ſecundam intentionem naturæ*.

35 *Epiſcopus non debet punire delinquentes eminentia dominativa, ſed dignitatis, quæ eſt Paſtoris, & Patris*.

Rigor quid ſit. Et quid Benignitas.

SUprà in præambulo ſecundo multa de arte bene deſiderandi ex Sacris Canonibus deſcripſimus præcepta ad vitam, & mores Eccleſiæ Paſtorum delineanda, ibique, *num*.32. tetigimus, horrendum reputari Altaris Miniſtros Dominium in Eccleſiæ Filios jactare, & cùm ibi multa de hoc, & ex D.Thoma protulerimus. Modò, ut plenè bene deſiderandi ſtudium aſſequamur, & ejuſdem Sancti Doctoris mentem percipere conemur; ad litteram ejus Textum deſcribere utile judicamus. 1

Et quidem ſuper illo Textu Matthæi 20. ibi -- *Scitis, quia Principes Gentium dominantur eorum, & qui majores ſunt poteſtatem exercent inter eos, non ita erit inter vos*; & ad artem bene deſiderandi dat, & firmat regulas, & præcepta, dicendo -- *Sed quicunque voluerit major fieri, ſit miniſter veſter. Et qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter Servus, ſicuti Filius Hominis* 2

non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.

3 D. Thomas hæc Divini Magiſtri alta documenta, & præcepta proſecurus, nec per latum unguem potuit ab illis elongari 2.2. *quæſt.*185. *art.*1. *in corp.* ibi -- *Quantùm ad Celſitudinem gradus appetere Epiſcopatum, præſumptuoſum eſt. Unde Dominus arguit diſcipulos Matth.*20. *primatum quærentes dicens, ſcitis quia Principes Gentium dominantur eorum. Unde Chriſoſtomus dicit, quòd per hoc oſtendit, quòd gentile eſt primatus cupere, & ſic Gentium comparatione eorum animum æſtuantem convertit.*

4 Et hoc eſſe quoque phariſaicam vanitatem explicat Sanctus ibi -- *Unde contra Phariſeos Dominus dicit Matth.*23. *amant primos accubitus in Cœnis, & primas Cathedras in Synagogis, ſalutationes in Foro; & vocari ab Hominibus Rabbi.* Quapropter Gentilium erat conditio, quòd unus ſupra alium præfici attentaret.

5 Sed ut profundè hac in re Evangelicas penetremus Veritates, expoſitionem D. Thomæ in Matth. *d. cap.* 20. ad litteram legentium oculis duximus ſubjiciendam ibi.

6 *Scitis, quia Principes Gentium dominantur eorum. Apud Judæos Gentiles abominabiles erant, ut habetur ſupra* 18. *Sit ſicut Ethnicus, & Publicanus. Unde horrorem incutit.*

B *Principes Gentium, &c. ut notetur, quòd hoc exemplum non eſt imitandum.*

7 C *Sed notandum, quòd duplex eſt præeminentia: Scilicet dignitatis, & poteſtatis, & utramque tangit, cùm dicit, Principes Gentium dominantur eorum, & qui majores ſunt poteſtatem exercent inter eos.*

8 D *Illi ſunt Principes, qui ex officio præſunt; ſed quid eſt? Nunquid Dominari eſt malum?*

Dominari, aliquando dicitur pro præeſſe; & ſic non accipitur hic. 9 E

Aliquando, pro ut correlativè ſe habet ad Servum. F *Unde idem eſt, quòd ſerviliter ſibi Servum ſubjicere; & ſic ſumitur hic.*

Principes enim inſtituti ſunt ad hoc, ut bonum procurent Subditis. 10

Si verò volunt eos in ſervitutem redigere, G H *tunc abutuntur, quia utuntur liberis, ut ſervis.*

Liber enim eſt, qui eſt cauſa ſui. 11 *Servus, qui cauſa alterius.* I

Et quia conſuetum eſt apud Gentiles; & adhuc eſt apud aliquos. Ideò dicit: Principes Gentium dominantur eorum; K *Ideſt, in Servitutem redigunt Subditos. Ezech.*22. *Principes ejus in medio ejus quaſi Lupi rapaces.*

Item aliqui habent Eminentiam non in dignitate, ſed in poteſtate; ut aliqui nobiles; & conſuetum eſt, quòd L *qui poteſtatem habent, non utuntur ad beneficium, ſed poteſtatem exercent in eos, ſcilicet ad opprimendum, non ad juſtitiam.* 12

Sed Dominus illam conſuetudinem non vult in Eccleſia ſua. Ideò dicit, non ita erit inter vos; M *ideſt, non debet aliquis eſſe inter vos quaſi dominativus. Prima Petri* 5. *neque ut dominantes in Cleris &c.* 13

Sed quicunque. Contra hæc duo dicit duo. N *Sed quicunque voluerit inter vos major fieri. Et iſtud refertur ad ſecundum dictum, ſcilicet, & qui majores ſunt &c.*

Ideſt, ſic deſideret quis habere præſidentiam in Eccleſia Spiritus Sancti, ut ſit, ſicut Miniſter 1. *Petri* 4. 14 O *unuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum, illam adminiſtrantes, ſicut boni Adminiſtratores, ut quantùm plus habebis, plus in utilibus expendas.*

Ideò qui voluerit major fieri inter vos, ideſt in Eccleſia, fiat, ut Miniſter; P *ideſt, Miniſtret in neceſſitate aliorum.*

Quan-

Q *Quantum autem ad id, quod*
dicitur, Principes Gentium dominan-
tur &c. dicit, & quicunque volverit
inter vos primus eſſe, erit veſter
Servus,

Ideſt ſi aliquis deſiderat babere
15 *Primatum in Eccleſia, ſciat, quòd il-*
R *lud non eſt habere dominium, ſed ſer-*
vitutem.

16 *Servi enim eſt, quòd totum ſe*
ad ſervitium Domini impendat. ſicut
S *Prælati Eccleſiæ totum quidquid ha-*
bent, quidquid ſunt, Subditis de-
bent. 1. ad Corinth. 9. cùm eſſem liber
ex omnibus omnium me Servum feci
2. ad Corinth. 4. Nos autem Servos
veſtros per Jeſum. Unde ſecundùm
Chryſoſt. miſerum eſt.

17 *Ita ergo dictum eſt, quòd non*
T *eſt agendum ſecundùm conſuetu-*
dinem Gentilium.

Quia ergo poſſent dicere, quid
18 *ſequemur; dicit, ſequimini me, &*
V *oſtendit ſe Miniſtrum, dicens, ſicut*
filius Hominis non venit miniſtrari,
ſed miniſtrare &c.

Sed dices. Eſt ne Servus, cùm
X *ſit Princeps? Ita. Servus enim dici-*
tur, qui accipitur in pretium, & de
dit ſe redemptionem pro multis. Un-
de venit miniſtrare, & dare ani-
mam ſuam, ideſt vitam corporalem,
redemptionem pro multis.

Ex hujuſmodi Angelica Divi
19 Thomæ expoſitione manifeſtè com-
prehendimus, quàm ſit contra præ-
cepta artis bene deſiderandi, & de-
teſtabile inter Homines, multòque
magis inter Sanctuarii Miniſtros do-
minandi deſiderium.

Quod primò oſtendit S.Doctor
ex prudenti artificio, quod adhibuit
Chriſtus, objiciens Hæbreorum
oculis Gentilium leges, atque con-
ſuetudines; Apoſtolis intonando.
Scitis, quia Principes Gentium domi-
nantur eorum. Etenim cum a Ju-
dæis Gentiles abominabiles in ſuis
moribus apprehenderentur; Hinc Iu-
dæis ſat erat Gentilium nomen, eo-
rumque uſus audire, ad hoc ut pro-
tinus illos deteſtarentur, atque eo-
rumdem dominandi exemplum nul-
latenus eſſent proſequuturi, ut con-
ſtat in deſcripto Textu *litt. A. B.*

Secundò idem demonſtrat
S.Doctor dicendo, quòd illi ſunt 20
Principes, qui ex officio præſunt.
ibi -- *litt. D.*, & quòd Dominari ali-
quando ſumitur pro præeſſe; in quo
ſenſu non verificatur in Gentilium
Principatu. ibi *litt. E.* Nam doctri-
na, & mens Divi Thomæ nunc non
tendit ad condemnandum ſimpli-
citer præeſſe; ſed ſolùm præeſſe cum
qualitate dominandi, ut legenti pa-
tet. Cùm ibi dicat, quòd dominari
ſumitur dupliciter. Primò pro præ-
eſſe. ibi *litt. E.*, Secundò prout ſe
habet correlativè ad Servum; quod
idem eſt, ac ſerviliter Hominem
ſibi ſubjicere ibi *litt. F.*

Et quòd licèt Principes inſti-
tuti ſint, ut bonum Subditis procu- 21
rent ibi *litt. G.* ſi tamen Subditos in
Servitutem redigerent, ſua abute-
rentur authoritate; quia liberis ute-
rentur, ut ſervis ibi *litt. H.*

Etenim liber dicitur ille, qui 22
eſt cauſa ſui, Servus verò reputa-
tur, qui eſt cauſa alterius. ibi *litt. K.*
quod patet ex terminis, adeoquè
cùm ratio dominandi adeo gravem
humanæ naturæ, & proximis inju-
riam inferat, illos ſubjectos redden-
do, & ſub amara ſervitute redigendo,
ſic dominari tanquam injurioſum
humanæ naturæ facinus deteſtan-
dum erit, non ſolùm ex odioſitate,
quia ſic faciunt Gentiles, ſed Quia
Principes ex hujuſmodi injurioſa cõ-
ſuetudine redduntur barbari, & inhu-
mani. Ezech. 22. *Principes tui in me-*
dio ejus quaſi Lupi rapaces. ibi *litt. K.*

Tertiò, idem probat S.Doctor
ex eo, quòd qui habent eminentiam 23
poteſtatis, non utuntur illa ad pro-
ximorum juſtitiam, & utilitatem,

ſed

ſed ad ſupprimendum . ibi . *litt.L.*, & quòd ideò Chriſtus illam conſuetudinem dominandi non vult in Eccleſia ſua, quod diſcipulis intimavit; *non ita erit inter vos, ut ſitis dominantes. litt.M.*

Quartò D. Thomas diſtinguit, duplicem dari præeminentiam, quarum unam vocat præeminentiam dignitatis. ibi *litt.C.*, alteram præeminentiam poteſtatis. ibi *litt.L.*

De prima dicit, quòd non aliud importat, quàm præeſſe ex officio. ibi *litt.D.*, cujus debitum eſt bonum Subditis procurare. ibi *litt.G.* cùm Prælatus ſe totum debeat in proximorum utilitatem impendere *litt. O.S.*

25 De ſecunda declarat, quòd ſubditos liberos in ſervitutem coercet. ibi *litt.N.* Non benefacit, ſed opprimit. ibi *litt.L.*, quod eſt dominari more Gentilium, & non eſſe imitandum ibi *litt.B.*, quam poteſtatem dominativam Chriſtum non velle in Eccleſia ſua, ideſt Prælatos eſſe dominantes in Clero. ibi *litt.M.*

26 Quintò ad artem bene deſiderandi declarat S. Doctor, quòd ſi aliquis deſiderat præſidentiam, aut Prælaturam in Eccleſia Spiritus Sancti, ſolùm intendat ſe Miniſtrum fieri, bonumque diſpenſatorem; & quantùm plus habuerit, plus in utilibus impendat. ibi *litt.O.*, & quòd ſi aliquis deſiderat habere primatum in Eccleſia: ſciat quòd non eſt habere dominium, ſed ſervitutem, & quòd Servi eſt, totum in ſervitutem Domini ſe applicare; ſicut Prælati Eccleſiæ totum quidquid habent, quidquid ſunt, ſubditis debent, ex Paul. ad Corinth. ibi *litt.S.*, & ſolùm ſequendum eſſe Chriſti exemplum, qui Servum ſe fecit, & in pretium ſe dedit pro Hominum redemptione, dando animam ſuam, ideſt vitam corporalem, ibi *litt.X.*

27 Ex quibus meo videri invictè concluditur, Primò non decere Eccleſiæ Prælatos, poteſtatem dominandi ſibi in ſubditos arrogare; ſed ſe potiùs ſervorum conditionem, & partes, in ſubditorum utilitates exercendas debere ſuſcipere. Eò quia Gentilium mores, tanquam inhumani, non ſunt imitandi. Secundò quià poteſtatem dominandi in alios præſumere, non eſt illis prodeſſe, ſed officere; quod vergit contra Miniſtrorum Chriſti inſtitutionem, quorum viſcera, charitate, pietate, & benignitate perfuſa, pro Dominico Grege, & proximorum communi bono, dilatanda ſunt.

28 Et Eccleſiæ Prælatis ſolùm eſſe gloriandum de poteſtate, non ad deſtruendum, benè autem ad ædificandum. 2. *Corinth.* 10. *n.*8. ibi -- *Nam & ſi ampliùs gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem, non erubeſcam.*

29 Et dominari, cum relativè dicatur ad Servum, & idem ſit, ac ſerviliter aliquem ſibi ſubjicere S. Tho. ſupra *litt. F.*, ita ubi dabitur ratio veri dominii, propria etiam ſervitus deneganda non erit. S. Doct. 2.2. *quæſt.* 181. *art.*1. *ad* 3. ibi -- *dicendum eſt, quòd ubi eſt propria, & ſpecialis ratio dominii, ibi ſit ſpecialis, & propria ratio ſervi.*

30 Hinc cum Heroica Chriſti humilitas excludat prorſus ab omnibus ſuæ Eccleſiæ Miniſtris omnem dominii poteſtatem: Prohibet quoque in ſuis fidelibus ſequacibus omnem conditionem ſervitutis. Argumentum enim à contrario validiſſimum eſt in Jure. *Cap. ex eo* 16.*q.*13.*& cap. cùm Apoſtolica in fine, infra, de his, quæ fiunt à Prælatis,* ubi *concord. & leg. prima* §. *Hujus rei ff. de offic. ejus, cui mandata eſt juriſdict.*

Quod

31 Quod inſuper etiam evidenter demonſtratur ea potiſſima ratione; quia Chriſtus in ſuis operariis requirit in gubernando inter cæteras ſpiritus Sancti regulas benignitatem. 3. ad Titum: Ratio verò dominii importat rigidam, & inflexibilem in ſubditos authoritatem, S. Doctor 1. *p. q.*108. *art.*5. *ad* 2. ibi-- *Dominatio ſignificat quamdam rigidam, & inflexibilem gubernationem*: & ita inter Chriſtifideles, & Eccleſiæ Superiores, & Inferiores nunquam cohærere poteſt ratio dominii, & ſervitutis. Tantò magis quia ſervitus principaliter accepta eſt, qua quis dominio alterius contra naturam ſubjicitur. *l. libertas* 4. *ff. de ſtatu hominum*.

32 Tandem hujuſmodi deteſtabilis dominandi conditio per divinam diſpoſitionem excluſa remanet ab Eccleſiæ officialibus; cùm inducere ſervitutem Hominis ad Hominem, non ſolùm humanitati, ſed etiam naturæ repugnet. S. Thom. eruditè *in* 4. *diſt.*36. *art.*1. *ſecundo argumento* ibi -- *Servitus eſt contra naturam*: *Quia ſicuti Gregorius dicit: Contra naturam eſt, Hominem Homini velle dominari, quod etiam patet ex hoc, quòd Homini dictum eſt, ut præſit piſcibus maris &c. non autem ut præſit Homini*.

33 Licèt non ſit contra ſecundam intentionem naturæ Hominibus dominari, ad correctionem, punitionem malorum, & bonorum defenſionem 1. Petri *cap.*2. *num.*14. ibi -- *ſubjecti igitur eſtote omni humanæ Creaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præcellenti, ſive ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum; laudem verò bonorum*. Etenim Imperium eſt poteſtas alicui data ad malos coercendos, puniendos, & trudendos in Carcerem, quam habent Conſules, Præfecti, Prætores, & ſimiles, *ad tex. in l.*2. *ff. de in Jus voc.*

34 Ex quo divino oraculo, atque legali diſpoſitione optime inducitur, quòd licèt ſervitus ſit contra primam intentionem naturæ, non tamen, ut diximus, eſt contra ſecundam S.Thom. *reſp. ad* 2. ibi -- *Quòd ſervitus eſt contra primam intentionem naturæ, non autem contra ſecundam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit natura, ut quilibet ſit bonus*.

Quapropter ſedulò advertant Epiſcopi, quòd non eminentia dominativa poſſunt delinquentes punire, ſed ſolùm eminentia dignitatis, ſecundùm quam erga omnes ſe gerere tenentur tanquam Paſtores, & Patres, & nunquam ut Percuſſores; ſed peccantes ſolummodo arguendo obſecrent, & obſecrando arguant, non tanquam in ſervos irruendo, ſed virga directionis tractando; tanquam Filios, & Fratres diligendo, cum benevolentia, & benignitate, non auſteritate, & potentia; & rigor cum benignitate temperatus non opprimat, ſed reſtauret. *Trid. ſeſſ.*13. *De Reform. cap.*1. ibi--*Illud primum Epiſcopos admonēdos eſſe cenſet, ut ſe Paſtores non percuſſores eſſe meminerint, atque ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, ut non in eis dominentur, ſed illos tanquam Filios, et Fratres diligant*. . . . *Quos tamen ſi quid per humanam fragilitatem contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſervanda præceptio, ut illos arguant, abſecrent in omni bonitate, & patientia. Cùm ſæpe plùs erga corrigendos agat benevolentia, quàm auſteritas, plùs charitas, quàm poteſtas, ſi tamen ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia judicium, cum lenitate ſeveritas adhibenda eſt, ut ſine aſperitate diſciplina Populis ſalutaris conſervetur*. Rigor enim Juris, ut dicunt Juriſtæ, non eſt Jus, ſed exceſſus Juris, & auſteritas quædam, facta ad terrorem. *Cap. ut conſtituerentur* 35

rentur 40. *diſt.* & *Gloſſ. in l. fin.* §. *Lucius ff.de ſervit.Urb. præd.* Benignitas verò, inhumanitatis rigori contraria eſt. *Leg. nulla* 25. *ff de legib.* Quæ ſemper cum Benevolentia incedit, quæ dicitur ſtudium, favor, & amor prout accipitur in Conſtitutione Juſtiniani *leg. Imperialis in princ. Cod. de nuptiis* & §. *Sciendum.Inſtit.de hæred qual.*, & *dif.*

36 Unde mirum eſt, quanti ponderis ſit in Eccleſia Dei Eccleſiaſticos Miniſtros, Gentilium & Sęcularium potentia dominandi deteſtata, viſcera miſericordiæ, benignitatis, manſuetudinis confovere, ut fructibus ſpiritus Sancti, quos deſcribit Apoſtolus *ad Galat.*5. *num.* 22. abundare conſpicianturut. Ita ab ipſis Epiſcopis, quos Deus præcipuè poſuit regere Eccleſiam ſuam, ad proximorum utilitatem, manſuetudinis, & benignitatis effectus uberiores erumpant, ut non aliis, quàm benignitatis, miſericordiæ ornamentis ſe ipſos induant, & oſtendant. *Apoſt. ad Coloſſ.* 3. *n.*12. ibi -- *Induite vos ergo ſicut electi Dei viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem &c.*, *ad Epheſ.* 4. *num.*32. ibi -- *Eſtote invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit nobis*. Et hoc non ex arbitrio, ſed ex neceſſitate *ad Tit.* 1.*n.*8. ibi -- *oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, non iracundum, ſed benignum, manſuetum, &c.*

Et tales eſſe debere fortiùs convincitur exemplo, quo ipſum Deum imitari adſtringimur. 2.*Eſdr.cap.*9.*n.*17. ibi -- *Clemens, & miſericors Deus. Jonæ cap.*4.*num.*2. *Deus Clemens, & miſericors*, & *Luc.*6.*n.*36. ibi -- *Eſtote miſericordes, ſicùt & Pater veſter miſericors eſt*.

Nec ſinè ingenti cauſa manſuetudinem, & benignitatem in Paſtoribus exquirit Chriſtus, ut per benignitatem, amoris igne ferventes, prompti ſemper, & parati ſint ad Fidelium utilitatem. Sanctus Doctor 1.2. *quæſt.*70. *art.*3. *in corp.* ibi -- *dicuntur enim benigni, quos bonus ignis amoris fervere facit, ad benefaciendum proximis*. Paſtores enim, & Patres dulciſſima voce oves, & Filios ducere, illiſque benefacere, Natura inſtruit. S. Doctor *cit.*2. 2, *quæſt.*80. *art.*1. *ad* 4. ibi -- *benignitas autem videtur eſſe idem cum effectu, quem ponit Macrobius. Unde, & Iſidorus dicit in lib. Etymol. quòd benignus eſt vir ſpontè ad benefaciendum paratus, & dulcis ad eloquium, & ipſe Andronicus dicit, quòd benignitas eſt habitus voluntarius benefactivus*.

39 Quando verò Prælatis punitionis virga fuerit, adhibenda ad delinquentes in viam ſalutis reducendos, nunquam acriter applicanda, quin priùs leviter fuerit oſtenſa. Et rigor ad Textum modò allegatum ſuprà *num.*35., quem in peccatis obſtinati non reformidant, ſaltem bonos à perverſione retardet. *Trident. cit. ſcſſ.*13. *cap.*1. ibi -- *ut qui correcti fuerint, emendentur, aut ſi reſipiſcere nolverint, cæteri ſalubri in eos animadverſionis exemplo, à vitiis deterreantur, Cùm ſit diligentis, & Pii ſimul Medici, & Paſtoris officium, morbis ovium levia priùs adhibere fomenta: poſt, ubi morbi gravitas ita poſtulet, ad acriora, & graviora remedia deſcendere*. Semper tamen citra condignum, & cum lenitate, & manſuetudine, ut ibi mandat Goncilium ſecundùm perpetuos Ecclesiæ Canones.

Hinc ſemper Prælati, & Eccleſiæ Paſtores manſuetudine, & clementia plenè perfuſi erga omnes tam æquales, quàm inferiores ſuos quoſcunque actus exercere proprio compelluntur officio: manſuetudo enim eſt cujuſlibet ad quemlibet. Cle-

mentia verò Superioris ad inferiorem S. Doctor 2.2. *quæſt.*257. *art.* 1. *ſed contra* ibi -- *Quod Secundùm prædictam definitionem Senecæ, Clementia eſt lenitas Superioris adverſus Inferiorem. Manſuetudo autem non ſolùm eſt ſuperioris ad inferiorem; ſed cujuslibet ad quemlibet.*

Solius autem Clementiæ eſt, diminuere condignas pœnas, quæ nè exaſperentur ab ira, iracundia in Paſtoribus objurgatur ex Apoſtolo ſuprà, quam extingere ſola manſuetudo valet S.Doct. *modò cit. in corp.* ibi--*Ad Clementiam pertinet directè, quòd ſit diminutiva pœnarum, quod quidem impediri poſſet per exceſſum iræ. Et ideò manſuetudo in quantum refrænat impetum iræ, concurrit in eumdem effectum cum clementia. Differunt tamen ad invicem, in quantùm clementia eſt moderativa exterioris punitionis, manſuetudo propriè diminuit paſſionem iræ.*

41 Tandem conculcata dominandi poteſtate, Paſtores ita charitatis fervore in Deum,& ſubditos inflammentur, ut paratos ſe videant ad mortem ſubeundam, & martyria; ſcientes quædam Dei præcepta graviter obligare circà quoſdam heroicos actus mortem ſubeundi, qui conſiſtunt in tormentorum tolerantia prò ovium Chriſti ſalute & fidei veritate S.Doctor 2.2. *q.*124. *art.*1. *ad* 3.ibi -- *Quædam præcepta divina tradita eſſe ſecundum præparationem animi, ut ſcilicèt Homo ſit paratus hoc, vel illud faciendi, cùm fuerit opportunum: Ita etiam & aliqua pertinentia ad actum virtutis ſecundùm præparationem animi, & hoc præcipuè in martyrio, quod conſiſtit in debita ſuſtinentia paſſionum injuſtè inflictarum.* Et hoc eſſe inter heroicos virtutum actus S. Doct. fatetur *q. cit. art.*3.

Cùm ergò tot, & tanta alta, & inſignia virtutum ornamenta confluere neceſſe ſit in uno,eodemque ſubjecto, ut idoneus quis reddatur prò Paſtorali munere ſuſcipiendo. Hinc ſequitur, nullum ſuo proprio motu poſſe licitè ad illud ſe exponere, ſed tantùm obligabitur ſe dignitatibus ſubjicere, quando fuerit vocatus. Pro quo ſit Reſolutio IV. 42

RESOLUTIO IV.

Nullus ex unanimi Patrum ſententia proprio motu licitè tendere poteſt in Prælaturas Eccleſiaſticas, & Dignitates.

SUMMARIUM.

1 *Qui propria motu aſpirat ad Eccleſiaſticas Dignitates de Injuſtitia, vel ſuperbia convincitur.*

3 *Locus ſuperior, & ſi adminiſtretur, ut decet, indecenter tamen appetitur.*

Boni prælationes non ambiunt, ſed alios ſibi tanquàm digniores præponunt. ibid.

Ad bonorum faſtigia non ambitioſi, ſed probata vita exaltantur. ibid.

Caſum quærit, qui ambitioſè aſcendit. ibid.

Ambitioſus obediens meritum non cognoſcit. ibid.

4 *Præſumptio eſt proprio motu*

aſpirare &c.

5 *Tollunt, & non accipiunt Claves.*

6 *Promovendus potiùs debet eſſe invitus, quàm ultroneus.*

Spontè accedens ad gubernandam Rempublicam nulla excuſatione eſt dignus. ibid.

7 *Apoſtoli non ex ſe, ſed vocati acceſſerunt ad Chriſtum.*

1 OMnium Sanctorum Patrum, ad præcepta noſtræ artis optimè cognoſcenda mens ea fuit, non ſine vitio contingere, aliquem proprio motu, & appetitu in Prælaturas tendere, & dignitates, & ſpecialiter in Epiſcoparum, prout convincunt jura ſupra allegata *Reſol.* 1. *num.* 1. *ſeq* & præcipuè ex allegato Textu *Eccleſ.* 7. ibi .. *noli quærere ab Homine Ducatum, neque à Rege Cathedram honoris.* Et Aug. *ſuper pſalm.* Joann. relatus à nobis *d. reſol.* 1. *nu.* 2. *ſeq. & loca D. Thomæ ibidem nu.* 4. *adducta* 2. 2. *quæſt.* 131. *art.* 1. *in corp. & præcipuè quæſt.* 185. *art.* 2. *in corp.* ibi .. *ad inordinationem voluntatis pertinet, quòd aliquis proprio motu feratur in hoc, quod aliorum gubernationi præficiatur: & quæſt.* 100. *art.* 5. *ad* 3. ibi .. *preces eſſe prò indigno, ſi aliquis prò ſe roget.* Et ambitionis peccatum eſſe contra rerum naturalem ordinem S. Tho. 2. 2. *quæſt.* 130. *art.* 1. *in corp.* & divinam maledictionem incurrere Anſelm. *ſupra cit. dicta Reſ.* 1. *num.* 1., & plura alia, quæ latiùs iu *d. Reſol.* 1. de Ambitionis vitio diſſervimus.

2 Et ulterius hæc veritas palpatur, quia qui proprio motu aſpirat ad Eccleſiaſticas dignitates, vel de Injuſtitia, vel de ſuperbia convincitur; de Injuſtitia, quia præſumit accipere de honore plus illo, quod ſibi debetur; de ſuperbia, quia in appetitu ſuæ Excellentiæ errat, & eſt inordinatus, ſe præ aliis magis dignum exiſtimando S. Tho. *quodl.* 2. *art.* 11. *in corp.* ibi .. *Qui appetit prælationem, aut eſt ſuperbus, aut eſt injuſtus. Injuſtitia enim eſt, quòd aliquis velit ſibi plus de honore accipere, aut de poteſtate, aut de aliis bonis, niſi ſit majoribus dignus, ut dicitur in,* 5. Ethnic. *Quòd autem aliquis exiſtimet ſe magis dignum omnibus illis, ſupra quos prælationem accipit, ſuperbiæ, & præſumptionis eſt, ideò nota nullus ſuo appetitu debet ad prælationem pervenire, ſed ſolùm Dei judicio.*

Et Injuſtitia quoque apparet, 3 quia rapinam facit, & jus alienum uſurpat S. Anſelm. *ſupra cit. Qui honores Eccleſiaſticos accipere cupit .. . . Gratiæ Dei rapinam faciens jus alienum uſurpat;* Et gravem culpam committere non dubitandum S. Gregor. *in paſt. par.* 1. *cap.* 7. ibi .. *Quique præcipientes colligant cum quanta culpa ex appetitu proprio cæteris præferri non metuant;* Talemque appetitum indecentem eſſe teſtatur Aug. *de Civit. Dei lib.* 19. ibi .. *Locus Superior, ſine quo regi Populus non poteſt, & ſi adminiſtretur, ut decet. indecenter tamen appetitur.* Boni enim prælationes non ambiunt, ſed alios ſibi tanquam digniores præponunt. *cap. illud* 8. *quæſt.* 1. *cap. vos autem* 16. *quæſt.* 1. & ad quod libido proprii motus ambitionis impellit, obedientiæ meritum non cognoſcit *cap. ſciendum* 8. *quæſt.* 1. Hinc ad honorum, & dignitatum faſtigia non proprii motus ambitione tumidi, ſed probatæ vitæ prædití ſunt ſublimandi *cap. per illicitam* 1. *quæſt.* 7. *cap. multi* 40. *diſt. cap. qui Eccleſiaſticis* 49. *diſt. & cap. hoc ad nos ibid.* & caſum quærit, imo præcipitium ſibi conſtruit, qui proprio ambitionis motu per abrupta aſcendere non formidat; & contra regulas in altum evolare contendit *cap. ſicut* 15. 1. *q.* 6 *cap. ſicut* 48. *diſt.*, & certè qui nimis

in

in altum properat, calum ſibi præpa-
rat. Epiſcopus enim ſuam deſerens
Sedem, ut ſublimiorem aſcendat,
utraque privatus, ab utraque præci-
pitat. *cap. ſi quis Epiſcopus 7. quæſt. 1
cap. Apoſtolica 8. quæſt. 1.*

4 Et cùm fortitudo præcipuè re-
quiratur ad hujuſmodi opus bonum,
optimè peragendum, propter peri-
cula, quæ occurrunt, & frequentes
occaſiones peccandi, ſi virtutum, &
perfectionum vigor non prævaleat:
præſumptio erit, ad illud opus ſpon-
tè, & proprio motu aſpirare S. Doct.
opuſc. 18. cap. 19. ibi .. *Quod aliquis
ſpontè ad prælationis ſtatum aſpiret,
vel maximæ præſumptionis eſt, ſi ſe
tam fortem exiſtimet eſſe, ut inter
pericula poſſit manere ſecurus, vel
omnino ſuæ ſalutis curam non habet,
ſi peccata vitare non curat. Ex his
ergo apparet, quòd prælationis ſta-
tus, & ſi perfectus ſit, tamen abſque
vitio concupiſcentiæ appeti non po-
teſt*; Et illi, qui proprio motu fe-
runtur, ſunt, qui tollunt, & non ac-
5 cipiunt Claves; Bernardi objurga-
tione vehementer percuſſi *de con-
verſ. ad Cler. cap. 19.* ibi .. *Tollitis,
& non accipitis Claves, de quibus
Dominus queritur per Prophetam
ipſi regnaverunt, & non ex me. Prin
cipes extiterunt, & non vocavi eos
oſe 8. verſ. 3. unde tantus prælatio-
nis ardor. Unde ambitionis impu-
dentia tanta..... multi quidem ve-
niunt, ſed conſidera, quis vocetur
.... ne Filiis iræ, qui pacificorum
ſibi uſurpare gradus, & nomina non
verentur.* Et plura latiùs ibi .. Unde
nemo ſpontè, ſed ſolùm coactus; ſi
tamen virtutibus polleat, ad Eccle-
ſiaſticas dignitates permittat aſſumi.
D. Gregor. *paſt. part. 3. cap. 10.* ibi ..
*Inter hæc itaque quid ſequendum eſt,
quid tenendum, niſi ut virtutibus
pollens coactus ad regimen veniat:
virtutibus vacuus, nec coactus acce-
dat.*

Et adeò proprius motus ab hu- 6
mano pectore eſt repellendus, ut po-
tius invitus, quam ultroneus haben-
dus ſit *l. ſi quemquam 79. Cod. de
Epiſc., & Cler.* ibi .. *Tantùm ab am-
bitu debet eſſe ſepoſitus, qui eligitur
Epiſcopus, ut quæratur cogendus:
vocatus accedat: invitatus effugiat
...... profectò enim indignus eſt Sa-
cerdotio, niſi fuerit ordinatus invi-
tus.* Quam legem Principes quoque
Sæculares Leo, & Anthemius Impe-
ratores ſanxerunt, ut proprius motus
exludatur; Non verò conſenſus ex
obedientia. Suarez *tom. 4. de relig.
tract. 10. lib. 6. cap. 8. de voto nu. 9.*
Cujus mentis fuit Plato in Gorg.,
quem laudat Euſebius *libr. de præ-
par. Evangel. 12. cap. 4.* ibi .. *nemo
ſpontè ad gubernandam Rempubli-
cam accurrat, & qui ad tantum
opus manus extendet, ſpontè acceden-
do, nulla venia nulla excuſatione re-
putabitur dignus.* S. Joan. Chriſ. *ho-
mil. ult. in epiſt. ad hebr.* ibi .. *nam ſi
ii, qui neceſſitate trahuntur, non ha-
bent, quò confugiant, & quo ſe excu-
ſent; quantò magis ii, qui in hoc
ſuum ſtudium ponunt, & in id irrue-
runt? Qui eſt autem talis, longè ma-
gis omni ſe privabit venia.*

Omitto alia infinita de hac ve-
ritate Sanctorum PP. perſpicua do- 7
cumenta, & pro cunctis unum Chri-
ſti loquentis ſufficiat oraculum, A-
poſtolis proteſtantis, ipſos non ſuo
motu ad ipſum, ſed ſolùm per ipſum
vocatos, & electos acceſſiſſe Marc.
35. ibi .. *Venite poſt me, & aſcendens
in Montem vocavit ad ſe, quos vo-
luit Ipſe*, & Joan. 15. 16. ibi .. *Non
vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.*
Quapropter videtur remanere ſuffi-
cienter oſtenſum, quàm damnabile
ſit, aliquem ad Epiſcopale munus
proprio motu contendere, & non
vocatum, & quid vocationis nomi-
ne importetur uberrimè intelliges
Reſol. 11. n. 3. & ſeq. & n. 28. & ſeq.

ſua, cùm velle & nolle non habeat, ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cujus imperio ſe ſubjecit voluntate dependeat, electioni de ſe ad prælationem factæ præſumpſerit conſentire, non petita licentia, & obtenta ſui Superioris ..... Conſenſus ſic præſtitus non teneat ..... & electio ipſo facto viribus vacuetur omnino.

Et de hac irritationis pœna rationem aſſignat Bonifacius VIII. hu-
9 jus Canonis Author. Quia, inquit, Religioſus non habet velle, & nolle, ſed tota ſua voluntas ex voluntate ſui Superioris dependet, cujus imperio ſe ſubjecit; & adeò arcebatur, longè omnis Ambitionis ſuſpicio,
10 quòd Superioris licentia petenda, & obtinenda erat poſt factam electionem Religioſi ad Epiſcopatum; & non priùs, ne Ambitioni præpararetur via: aliàs dicta licentia erat nulla. Clement. *ult. de elect.* Et ex his perſpicuum redditur, quòd tota hæc obligatio Religioſi non conſentiendi in ſui promotionem Superiore invito, aut ſine ejus petita, & obtenta licentia, fundatur in voto obedientiæ, ex quo naſcitur, quòd proprium velle, & nolle Religioſus non habet Suarez. *tom.3. de Relig. lib.* 10. *cap.* 10. *num.* 7. *&* 15., Licèt contraria ſententia probabilitate non careat; Er
11 adeò in aliquorum DD. mente extitit voti obedientiæ robur, & vigor, ut exiſtimaverint, Religioſum aſſumptum, & electum ad ſummum Pontificatum conſentire non poſſe, niſi de ſui Clauſtralis Superioris conſenſu; cùm etiam in hoc caſu Religioſus non habeat velle, & nolle *Gloſſ. d. cap. quàm ſit v. ad ornandum*, quam ſententiam ſequuntur *Jo. Andr.*, *& Abb. in cap. ult. de voto num.* 3. *& cap. quod Dei. de ſtatu Monachorum num.* 12. *& in cap. Joannes. de Regular. num.* 7. *Greg. Lupez. leg.* 25. *tit.* 7. *part.* 1. *Gloſſ.* 2. *ad finem*.

Et cùm Religionum inſtituta in 12
primitiva Eccleſia exordium ſumpſerint, de quorum præcipua ratione, ſubſtantia, & nervo, eſt votum obedientiæ, S. Thomas: Hinc evidenter apparet, hujuſmodi conſuetudinem ſemper locum habuiſſe; Quamvìs non improbata remaneat aliquorum ſententia, quòd, cùm votum obedientiæ non ſe extendat ad excludendum tanquam perfectiorem Epiſcopalem ſtatum, hic mos inceperit poſt Canonem Bonifacii VIII. Suarez. *loco citato num.* 6.

Sed quomodocunque ſit, certum remanet, modernas Religiones 13
antiquarum ſpiritus proſequutas, nihil in ſubſtantia addidiſſe de novo ſupra illarum laudabile inſtitutum, ſed tantummodò magis ſpecificè votum de non ambiendo voluiſſe exprimere, hoc eſt non procurandi proprio motu dignitates, & illis non conſentiendi, niſi ex obedientia, aut de Superioris præcepto.

At quantùm antiqui Patres ad 14
poſterorum inſtitutionem, & exemplum proprio motu, & arbitrio abhorruerint tendere, & aſpirare ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & dignitates: oſtendunt evidenter oracula, quæ modò infra *Reſol. IV.* colligenda, & cumulanda eſſe exiſtimavi, & modò in Reſolutione ſequenti, quę erit tertia, oſtendere neceſſe erit, ad Epiſcopatus exaltatos, non ad ſuperbè dominandum, ſed humiliter inſerviendum ſe eſſe vocatos, & ſit *Reſol. III.*

RESO-

RESOLVTIO III.

Ad Epiſcopatum promotus non ad ſuperbè dominandum, ſed ad humiliter inſerviendum ſciat ſe eſſe vocatum, & ad mortem pro Chriſti ovibus reportandam.

SUMMARIUM.

6 *Gentiles apud Hæbreos abominabiles erant*. 19.

7 *Duplex eſt præeminentia, dignitatis, & poteſtatis*. 24.

8 *Illi ſunt Principes, qui ex officio præſunt* 20.

9 *Dominari ſemper dicit præeſſe, ſed præeſſe non ſemper eſt dominari* 20.

10 *Dominari, aliquando eſt ſibi ſervum ſerviliter ſubjicere; & hoc dominari prohibet Chriſtus in Eccleſia* 20.

Principes inſtituti ad hoc, ut bonum procurent ſubditis, aliàs erit abuſus. ibid.

11 *Liber eſt, qui eſt cauſa ſui, Servus, qui eſt cauſa alterius*.

Principes quaſi Lupi rapaces.

12 *Eminentia in Poteſtate, ut plurimum exercetur, non ad benè faciendum, ſed opprimendum*. 23.

13 *In Eccleſia non debet eſſe aliquis Dominativus in Clerum*. 25.

14 *Præſidentia in Eccleſia debet eſſe, ut miniſtret, & utiliter ſe gerat*. 24. 26.

18 *Servus eſt, qui accipitur in pretium, ut Chriſtus*. 26.

Prælatus debet ſe totum in utilitatem Proximorum impendere. 26.

29 *Ubi eſt propria ratio dominii, ibi eſt propria ſervitutis conditio*.

31 *Ratio dominii excludit benignitatem, & importat rigorem*.

32 *Inducere ſervitutem Hominis ad Hominem repugnat humanitati, & naturæ*.

33 *Non eſt autem contra ſecundam intentionem naturæ*.

35 *Epiſcopus non debet punire delinquentes eminentia dominativa, ſed dignitatis, quæ eſt Paſtoris, & Patris*.

Rigor quid ſit. Et quid Benignitas.

Suprà in præambulo ſecundo multa de arte bene deſiderandi ex Sacris Canonibus deſcripſimus præcepta ad vitam, & mores Eccleſiæ Paſtorum delineanda, ibique, *num*.32. tetigimus, horrendum reputari Altaris Miniſtros Dominium in Eccleſiæ Filios jactare, & cùm ibi multa de hoc, & ex D.Thoma protulerimus. Modò, ut plenè bene deſiderandi ſtudium aſſequamur, & ejuſdem Sancti Doctoris mentem percipere conemur; ad litteram ejus Textum deſcribere utile judicamus. 1

Et quidem ſuper illo Textu Matthæi 20. ibi -- *Scitis, quia Principes Gentium dominantur eorum, & qui majores ſunt poteſtatem exercent inter eos, non ita erit inter vos*; & ad artem bene deſiderandi dat, & firmat regulas, & præcepta, dicendo -- *Sed quicunque voluerit major fieri, ſit miniſter veſter. Et qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter Servus, ſicuti Filius Hominis* 2

non venit miniſtrari, ſed miniſtra-
re.
D. Thomas hæc Divini Magiſtri
3 alta documenta, & præcepta proſe-
cutus, nec per latum unguem po-
tuit ab illis elongari 2.2. *quæſt.*185.
*art.*1. *in corp.* ibi -- *Quantùm ad*
Celſitudinem gradus appetere Epiſ-
copatum, præſumptuoſum eſt. Unde
*Dominus arguit diſcipulos Matth.*20.
primatum quærentes dicens, ſcitis
quia Principes Gentium dominantur
eorum. Unde Chriſoſtomus dicit,
quòd per hoc oſtendit, quòd gentile eſt
primatus cupere, & ſic Gentium com-
paratione eorum animum æſtuantem
convertit.
Et hoc eſſe quoque phariſa-
4 icam vanitatem explicat Sanctus
ibi -- *Unde contra Phariſeos Dominus*
*dicit Matth.*23. *amant primos accu-*
bitus in Cœnis, & primas Cathedras
in Synagogis, ſalutationes in Foro;
& vocari ab Hominibus Rabbi. Qua-
propter Gentilium erat conditio,
quòd unus ſupra alium præfici atten-
taret.
Sed ut profundè hac in re
5 Evangelicas penetremus Veritates,
expoſitionem D. Thomæ in Matth.
d. cap. 20. ad litteram legentium
oculis duximus ſubjiciendam ibi.
Scitis, quia Principes Gentium
6 *dominantur eorum. Apud Judæos*
Gentiles abominabiles erant, ut ha-
betur ſupra 18. *Sit ſicut Ethnicus, &*
Publicanus. Unde horrorem incutit.
Principes Gentium, &c. ut no-
B *tetur, quòd hoc exemplum non eſt*
imitandum.
Sed notandum, quòd duplex eſt
praeminentia: Scilicet dignitatis,
7 C *& poteſtatis, & utramque tangit,*
cùm dicit, Principes Gentium domi-
nantur eorum, & qui majores ſunt
poteſtatem exercent inter eos.
Illi ſunt Principes, qui ex offi-
8 D *cio præſunt; ſed quid eſt? Nunquid*
Dominari eſt malum?

Dominari, aliquando dicitur pro 9 E
præeſſe; & ſic non accipitur hic.
Aliquando, pro ut correlativè
ſe habet ad Servum. Unde idem eſt, F
quòd ſerviliter ſibi Servum ſubjicere;
& ſic ſumitur hic.
Principes enim inſtituti ſunt ad 10
hoc, ut bonum procurent Subditis. G
Si verò volunt eos in ſervitu-
tem redigere. tunc abutuntur, quia H
utuntur liberis, ut ſervis.
Liber enim eſt, qui eſt cauſa ſui. 11
Servus, qui cauſa alterius. I
Et quia conſuetum eſt apud Gen-
tiles; & adhuc eſt apud aliquos. Ideò
dicit: Principes Gentium dominantur K
eorum; Ideſt, in Servitutem redigunt
*Subditos. Ezech.*2.2. *Principes tui in*
medio ejus quaſi Lupi rapaces.
Item aliqui habent Eminentiam 12
non in dignitate, ſed in poteſtate; ut
aliqui nobiles; & conſuetum eſt, quòd L
qui poteſtatem habent, non utuntur
ad beneficium, ſed poteſtatem exer-
cent in eos, ſcilicet ad opprimendum,
non ad juſtitiam.
Sed Dominus illam conſuetu
dinem non vult in Eccleſia ſua. Ideò 13
dicit, non ita erit inter vos; ideſt, M
non debet aliquis eſſe inter vos quaſi
dominativus. Prima Petri 5. *neque ut*
dominantes in Cleris &c.
Sed quicunque. Contra hæc duo:
dicit duo. Sed quicunque volverit N
inter vos major fieri. Et iſtud refer-
tur ad ſecundum dictum, ſcilicet, &
qui majores ſunt &c.
Ideſt, ſic deſideret quis habere
præſidentiam in Eccleſia Spiritus San- 14
cti, ut ſit, ſicut Miniſter 1. *Petri* 4. O
unuſquiſque ſicut accepit gratiam in
alterutrum, illam adminiſtrantes,
ſicut boni Adminiſtratores, ut quan-
tùm plus habebis, plus in utilibus ex-
pendas.
Ideò qui volverit major fieri P
inter vos, ideſt in Eccleſia, fiat, ut
Miniſter; ideſt, Miniſtret in neceſ-
ſitate aliorum.

Quan-

Q *Quantum autem ad id, quod*
dicitur, Principes Gentium dominan-
tur &c. dicit, & quicunque voluerit
inter vos primus eſſe, erit veſter
Servus.
Ideſt ſi aliquis deſiderat habere
15 *Primatum in Eccleſia, ſciat, quòd il-*
R *lud non eſt habere dominium, ſed ſer-*
vitutem.
16 *Servi enim eſt, quòd totum ſe*
ad ſervitium Domini impendat. ſicut
S *Prælati Eccleſiæ totum quidquid ha-*
bent, quidquid ſunt, Subditis de-
bent.1. ad Corinth.9. cùm eſſem liber
ex omnibus omnium me Servum feci
2. ad Corinth.4. Nos autem Servos
veſtros per Jeſum. Unde ſecundùm
Chryſoſt. miſerum eſt.
17 *Ita ergo dictum eſt, quòd non*
T *eſt agendum ſecundùm conſuetu-*
dinem Gentilium.
Quia ergo poſſent dicere, quid
18 *ſequemur; dicit, ſequimini me, &*
V *oſtendit ſe Miniſtrum, dicens, ſicut*
Filius Hominis non venit miniſtrari,
ſed miniſtrare &c.
Sed dices. Eſt ne Servus, cùm
X *ſit Princeps? Ita. Servus enim dici-*
tur, qui accipitur in pretium, & de-
dit ſe redemptionem pro multis. Un-
de venit miniſtrare, & dare ani-
mam ſuam, ideſt vitam corporalem,
redemptionem pro multis.
Ex hujuſmodi Angelica Divi
19 Thomæ expoſitione manifeſtè com-
prehendimus, quàm ſit contra præ-
cepta artis bene deſiderandi, & de-
teſtabile inter Homines, multòque
magis inter Sanctuarii Miniſtros do-
minandi deſiderium.
Quod primò oſtendit S.Doctor
ex prudenti artificio, quod adhibuit
Chriſtus, objiciens Hæbreorum
oculis Gentilium leges, atque con-
ſuetudines; Apoſtolis intonando.
Scitis, quia Principes Gentium domi-
nantur eorum. Etenim cum a Ju-
dæis Gentiles abominabiles in ſuis
moribus apprehenderentur; Hinc Ju-
dæis jam erat Gentilium nomen, eo-
rumque uſus audire, ad hoc ut pro-
tinus illos deteſtarentur, atque eo-
rumdem dominandi exemplum nul-
latenus eſſent proſequuturi, ut con-
ſtat in deſcripto Textu *litt.A.B.*
Secundò idem demonſtrat
S.Doctor dicendo, quòd illi ſunt 20
Principes, qui ex officio præſunt.
ibi -- *litt.D.*, & quòd Dominari ali-
quando ſumitur pro præeſſe; in quo
ſenſu non verificatur in Gentilium
Principatu. ibi *litt.E.* Nam doctri-
na, & mens Divi Thomæ nunc non
tendit ad condemnandum ſimpli-
citer præeſſe; ſed ſolùm præeſſe cum
qualitate dominandi, ut legenti pa-
tet. Cùm ibi dicat, quòd dominari
ſumitur dupliciter. Primò pro præ-
eſſe. ibi *litt.E.*, Secundò prout ſe
habet correlativè ad Servum; quod
idem eſt, ac ſerviliter Hominem
ſibi ſubjicere ibi *litt.F.*
Et quòd licèt Principes inſti-
tuti ſint, ut bonum Subditis procu- 21
rent ibi *litt.G.* ſi tamen Subditos in
Servitutem redigerent, ſua abute-
rentur authoritate; quia liberis ute-
rentur, ut ſervis ibi *litt.H.*
Etenim liber dicitur ille, qui 22
eſt cauſa ſui. Servus verò reputa-
tur, qui eſt cauſa alterius. ibi *litt.K.*
quod patet ex terminis, adeoquè
cùm ratio dominandi adeo gravem
humanæ naturæ, & proximis inju-
riam inferat, illos ſubjectos redden-
do, & ſub amara ſervitute redigendo,
ſic dominari tanquam injurioſum
humanæ naturæ facinus deteſtan-
dum erit, non ſolùm ex odioſitate,
quia ſic faciunt Gentiles, ſed Quia
Principes ex hujuſmodi injurioſa cô-
ſuetudine redduntur barbari, & inhu-
mani. Ezech.22. *Principes tui in me-*
dio ejus quaſi Lupi rapaces. ibi *litt.K.*
Tertiò, idem probat S.Doctor
ex eo, quòd qui habent eminentiam 23
poteſtatis, non utuntur illa ad pro-
ximorum juſtitiam, & utilitatem,

ſed

ſed ad ſupprimendum . ibi . *litt.L.* , & quòd ideò Chriſtus illam conſuetudinem dominandi non vult in Eccleſia ſua, quod diſcipulis intimavit; *non ita erit inter vos* , *ut ſitis dominantes. litt.M.*

Quartò D. Thomas diſtinguit, duplicem dari præeminentiam, quarum unam vocat præeminentiam dignitatis. ibi *litt.C.*, alteram præminentiam poteſtatis. ibi *litt.L.*

De prima dicit,quòd non aliud importat , quàm preeſſe ex officio . ibi *litt.D.*, cujus debitum eſt bonum Subditis procurare . ibi *litt.G.* cùm Prælatus ſe totum debeat in proximorum utilitatem impendere *litt. O.S.*

25 De ſecunda declarat , quòd ſubditos liberos in ſervitutem coercet . ibi *litt.N.* Non benefacit , ſed opprimit. ibi *litt.L.* , quod eſt dominari more Gentilium , & non eſſe imitandum ibi *litt.B.* , quam poteſtatem dominativam Chriſtum non velle in Eccleſia ſua , ideſt Prælatos eſſe dominantes in Clero . ibi *litt.M.*

Quintò ad artem bene deſide-
26 randi declarat S.Doctor , quòd ſi aliquis deſiderat præſidentiam , aut Prælaturam in Eccleſia Spiritus Sancti , ſolùm intendat ſe Miniſtrum fieri , bonumque diſpenſatorem ; & quantùm plus habuerit , plus in utilibus impendat . ibi *litt.O.* , & quòd ſi aliquis deſiderat habere primatum in Eccleſia : ſciat quòd non eſt habere dominium , ſed ſervitutem , & quòd Servi eſt , totum in ſervitutem Domini ſe applicare ; ſicut Prælati Eccleſiæ totum quidquid habent , quidquid ſunt , ſubditis debent, ex Paul. ad Corinth. ibi *litt.S.*, & ſolùm ſequendum eſſe Chriſti exemplum , qui Servum ſe fecit , & in pretium ſe dedit pro Hominum redemptione , dando animam ſuam , ideſt vitam corporalem , ibi *litt.X.*

Ex quibus meo videri invictè 27
concluditur,Primò non decere Eccleſiæ Prælatos , poteſtatem dominandi ſibi in ſubditos arrogare;ſed ſe potiùs ſervorum conditionem , & partes , in ſubditorum utilitates exercendas debere ſuſcipere. Eò quia Gentilium mores, tanquam inhumani, non ſunt imitandi . Secundò quià poteſtatem dominandi in alios præſumere , non eſt illis prodeſſe , ſed officere ; quod vergit contra Miniſtrorum Chriſti inſtitutionem , quorum viſcera, charitate , pietate , & benignitate perfuſa, pro Dominico Grege , & proximorum communi bono , dilatanda ſunt .

Et Eccleſiæ Prælatis ſolùm eſſe
gloriandum de poteſtate , non ad 28
deſtruendum , benè autem ad ædificandum . 2. *Corinth* 10. *n.*8. ibi — *Nam & ſi ampliùs gloriatus fuero de poteſtate noſtra , quam dedit nobis Dominus in ædificationem* , *& non in deſtructionem , non erubeſcam .*

Et dominari , cum relativè dicatur ad Servum, & idem ſit, ac ſer-
viliter aliquem ſibi ſubjicere S. Tho. 29
ſupra *litt. F.* , ita ubi dabitur ratio veri dominii , propria etiam ſervitus deneganda non erit . S. Doct. 2.2. *quæſt.*18 t. *art.*1. *ad* 3. ibi -- *dicendum eſt* , *quòd ubi eſt propria* , *& ſpecialis ratio dominii* , *ibi ſit ſpecialis* , *& propria ratio ſervi .*

Hinc cum Heroica Chriſti hu-
militas excludat prorſus ab omnibus 30
ſuæ Eccleſiæ Miniſtris omnem dominii poteſtatem : Prohibet quoque in ſuis fidelibus ſequacibus omnem conditionem ſervitutis . Argumentum enim à contrario validiſſimum eſt in Jure. *Cap.ex eo* 16.*q.*13.*& cap. cùm Apoſtolica in fine* , *infra* , *de his, quæ fiunt à Prælatis* , ubi *concord. & leg. prima* §. *Hujus rei ff. de offic. ejus* , *cui mandata eſt juriſdict.*

31 Quod inſuper etiam evidenter demonſtratur ea potiſſima ratione; quia Chriſtus in ſuis operariis requirit in gubernando inter cæteras ſpiritus Sancti regulas benignitatem. 3. ad Titum: Ratio verò dominii importat rigidam, & inflexibilem in ſubditos authoritatem, S. Doctor 1. *p. q.* 108. *art.* 5. *ad* 2. ibi-- *Dominatio ſignificat quamdam rigidam, & inflexibilem gubernationem*: & ita inter Chriſtifideles, & Eccleſiæ Superiores, & Inferiores nunquam cohærere poteſt ratio dominii, & ſervitutis. Tantò magis quia ſervitus principaliter accepta eſt, qua quis dominio alterius contra naturam ſubjicitur. *l. libertas 4. ff. de ſtatu hominum*.

32 Tandem hujuſmodi deteſtabilis dominandi conditio per divinam diſpoſitionem excluſa remanet ab Eccleſiæ officialibus; cùm inducere ſervitutem Hominis ad Hominem, non ſolùm humanitati, ſed etiam naturæ repugnet. S. Thom. eruditè *in 4. diſt. 36. art. 1. ſecundo argumento* ibi -- *Servitus eſt contra naturam*: *Quia ſicuti Gregorius dicit: Contra naturam eſt, Hominem Homini velle dominari, quod etiam patet ex hoc, quòd Homini dictum eſt, ut præſit piſcibus maris &c. non autem ut præſit Homini*.

33 Licèt non ſit contra ſecundam intentionem naturæ Hominibus dominari, ad correctionem, punitionem malorum, & bonorum defenſionem 1. Petri *cap.* 2. *num.* 14. ibi -- *ſubjecti igitur eſtote omni humanæ Creaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præcellenti, ſive ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum; laudem verò bonorum*. Etenim Imperium eſt poteſtas alicui data ad malos coercendos, puniendos, & trudendos in Carcerem, quam habent Conſules, Præfecti, Prætores, & ſimiles, *ad tex. in l. 2. ff. de in Jus voc.*

34 Ex quo divino oraculo, atque legali diſpoſitione optimè inducitur, quòd licèt ſervitus ſit contra primam intentionem naturæ, non tamen, ut diximus, eſt contra ſecundam S.Thom. *reſp. ad* 2. ibi -- *Quòd ſervitus eſt contra primam intentionem naturæ, non autem contra ſecundam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit natura, ut quilibet ſit bonus*.

35 Quapropter ſedulò advertant Epiſcopi, quòd non eminentia dominativa poſſunt delinquentes punire, ſed ſolùm eminentia dignitatis, ſecundùm quam erga omnes ſe gerere tenentur tanquam Paſtores, & Patres, & nunquam ut Percuſſores; ſed peccantes ſolummodo arguendo obſecrent, & obſecrando arguant, non tanquam in ſervos irruendo, ſed virga directionis tractando; tanquam Filios, & Fratres diligendo, cum benevolentia, & benignitate, non auſteritate, & potentia; & rigor cum benignitate temperatus non opprimat, ſed reſtauret. *Trid. ſeſſ. 13. De Reform. cap. 1.* ibi -- *Illud primum Epiſcopos admonēdos eſſe cenſet, ut ſe Paſtores non percuſſores eſſe meminerint, atque ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, ut non in eis dominentur, ſed illos tanquam Filios, et Fratres diligant. . . . Quos tamen ſi quid per humanam fragilitatem contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis ſervanda præceptio, ut illos arguant, obſecrent in omni bonitate, & patientia. Cùm ſæpe plùs erga corrigendos agat benevolentia, quàm auſteritas, plùs charitas, quàm poteſtas, ſi tamen ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia judicium, cum lenitate ſeveritas adhibenda eſt, ut ſine aſperitate diſciplina Populis ſalutaris conſervetur*. Rigor enim Juris ut dicunt Juriſtæ, non eſt Jus, ſed exceſſus Juris, & auſteritas quædam, facta ad terrorem. *Cap. ut conſtitue-*

rentur 40. *diſt.* & *Gloſſ. in l. fin.* §. *Lucius ff. de ſervit. Urb. præd.* Benignitas verò, inhumanitatis rigori contraria eſt. *Leg. nulla* 25. *ff de legib.* Quæ ſemper cum Benevolentia incedit, quæ dicitur ſtudium, favor, & amor prout accipitur in Conſtitutione Juſtiniani *leg. Imperialis in princ. Cod. de nuptiis* & §. *Sciendum. Inſtit. de hæred qual.*, & *dif.*

36 Unde mirum eſt, quanti ponderis ſit in Eccleſia Dei Eccleſiaſticos Miniſtros, Gentilium & Secularium potentia dominandi deteſtata, viſcera miſericordiæ, benignitatis, manſuetudinis confovere, ut fructibus ſpiritus Sancti, quos deſcribit Apoſtolus *ad Galat.* 5. *num.* 22. abundare conſpicianturut. Ita ab ipſis Epiſcopis, quos Deus præcipuè poſuit regere Eccleſiam ſuam, ad proximorum utilitatem, manſuetudinis, & benignitatis effectus uberiores erumpant, ut non aliis, quàm benignitatis, miſericordiæ ornamentis ſe ipſos induant, & oſtendant. *Apoſt. ad Coloſſ.* 3. *n.* 12. ibi -- *Induite vos ergo ſicut electi Dei viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem &c.*, *ad Epheſ.* 4. *num.* 32. ibi -- *Eſtote invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit nobis.* Et hoc non ex arbitrio, ſed ex neceſſitate *ad Tit.* 1. *n.* 8. ibi -- *oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, non iracundum, ſed benignum, manſuetum, &c.*

Et tales eſſe debere fortiùs convincitur exemplo, quo ipſum Deum imitari adſtringimur. 2. *Eſdr. cap.* 9. *n.* 17. ibi -- *Clemens, & miſericors Deus. Jonæ cap.* 4. *num.* 2. *Deus Clemens, & miſericors, & Luc.* 6. *n.* 36. ibi -- *Eſtote miſericordes, ſicùt & Pater veſter miſericors eſt.*

Nec ſinè ingenti cauſa manſuetudinem, & benignitatem in Paſtoribus exquirit Chriſtus, ut per benignitatem, amoris igne ferventes, prompti ſemper, & parati ſint ad Fidelium utilitatem. Sanctus Doctor 1. 2. *quæſt.* 70. *art.* 3. *in corp.* ibi -- *dicuntur enim benigni, quos bonus ignis amoris fervere facit, ad benefaciendum proximis.* Paſtores enim, & Patres dulciſſima voce oves, & Filios ducere, illiſque benefacere, Natura inſtruit. S. Doctor *cit.* 2. 2, *quæſt.* 80. *art.* 1. *ad* 4. ibi -- *benignitas autem videtur eſſe idem cum effectu, quem ponit Macrobius. Unde, & Iſidorus dicit in lib. Etymol. quòd benignus eſt vir ſpontè ad benefaciendum paratus, & dulcis ad eloquium, & ipſe Andronicus dicit, quòd benignitas eſt habitus voluntarius benefactivus.*

Quando verò Prælatis punitionis virga fuerit, adhibenda ad delinquentes in viam ſalutis reducendos, nunquam acriter applicanda, quin priùs leviter fuerit oſtenſa. Et rigor ad Textum modò allegatum ſuprà *num.* 35., quem in peccatis obſtinati non reformidant, ſaltem bonos a perverſione retardet. *Trident. cit. ſeſſ.* 13. *cap.* 1. ibi -- *ut qui correcti fuerint, emendentur, aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri ſalubri in eos animadverſionis exemplo, a vitiis deterreantur, Cùm ſit diligentis, & Pii ſimul Medici, & Paſtoris officium, morbis ovium levia priùs adhibere fomenta: poſt, ubi morbi gravitas ita poſtulet, ad acriora, & graviora remedia deſcendere.* Semper tamen citra condignum, & cum lenitate, & manſuetudine, ut ibi mandat Concilium ſecundùm perpetuos Eccleſiæ Canones. 39

Hinc ſemper Prælati, & Eccleſiæ Paſtores manſuetudine, & clementia plenè perfuſi erga omnes tam æquales, quàm inferiores ſuos quoſcunque actus exercere proprio compelluntur officio: manſuetudo enim eſt cujuſlibet ad quemlibet. Cle-

mentia

mentia verò Superioris ad inferiorem S. Doctor 2.2. *quæſt.*157. *art.*1. *ſed contra* ibi -- *Quod Secundùm prædictam definitionem Senecæ, Clementia eſt lenitas Superioris adverſus Inferiorem. Manſuetudo autem non ſolùm eſt ſuperioris ad inferiorem; ſed cujuslibet ad quemlibet.*

Solius autem Clementiæ eſt, diminuere condignas pœnas, quæ nè exaſperentur ab ira, iracundia in Paſtoribus objurgatur ex Apoſtolo ſuprà, quam extingere ſola manſuetudo valet S.Doct. *modò cit. in corp.* ibi-- *Ad Clementiam pertinet directè, quòd ſit diminutiva pœnarum, quod quidèm impediri poſſet per exceſſum iræ. Et ideò manſuetudo in quantum refrænat impetum iræ, concurrit in eumdem effectum cum clementia. Differunt tamen ad invicem, in quantùm clementia eſt moderativa exterioris punitionis, manſuetudo propriè diminuit paſſionem iræ.*

41 Tandem conculcata dominandi poteſtate, Paſtores ita charitatis fervore in Deum,& ſubditos inflammentur, ut paratos ſe videant ad mortem ſubeundam, & martyria; ſcientes quædam Dei præcepta graviter obligare circà quoſdam heroicos actus mortem ſubeundi, qui conſiſtunt in tormentorum tolerantia prò ovium Chriſti ſalute & fidei veritate S.Doctor 2.2. *q.*124. *art.*1. *ad* 3.ibi -- *Quædam præcepta divina tradita eſſe ſecundum præparationem animi, ut ſcilicèt Homo ſit paratus hoc, vel illud faciendi, cùm fuerit opportunum: Ita etiam & aliqua pertinentia ad actum virtutis ſecundùm præparationem animi, & hoc præcipuè in martyrio, quod conſiſtit in debita ſuſtinentia paſſionum injuſtè inflictarum.* Et hoc eſſe inter heroicos virtutum actus S. Doct. fatetur *q. cit. art.*3.

Cùm ergò tot, & tanta alta, & inſignia virtutum ornamenta confluere neceſſe ſit in uno,eodemque ſubjecto, ut idoneus quis reddatur prò Paſtorali munere ſuſcipiendo. Hinc 42 ſequitur, nullum ſuo proprio motu poſſe licitè ad illud ſe exponere, ſed tantùm obligabitur ſe dignitatibus ſubjicere, quando fuerit vocatus. Pro quo ſit Reſolutio IV.

RESOLVTIO IV.

Nullus ex unanimi Patrum ſententia proprio motu licitè tendere poteſt in Prælaturas Eccleſiaſticas, & Dignitates.

SUMMARIUM.

2 *Qui proprio motu aſpirat ad Eccleſiaſticas Dignitates de Injuſtitia, vel ſuperbia convincitur.*

3 *Locus ſuperior, & ſi adminiſtretur, ut decet, indecenter tamen appetitur.*

Boni prælationes non ambiunt, ſed alios ſibi tanquàm digniores præponunt. ibid.

Ad honorum faſtigia non ambitioſi, ſed probatæ vitæ exaltantur. ibid.

Caſum quærit, qui ambitioſè aſcendit. ibid.

Ambitioſus obediens meritum non cognoſcit. ibid.

4 *Præſumptio eſt proprio motu aſpi-*

aſpirare &c.

5 *Tollunt, & non accipiunt Claves.*

6 *Promovendus potiùs debet eſſe invitus, quàm ultroneus.*

Spontè accedens ad gubernandam Rempublicam nulla excuſatione eſt dignus. ibid.

7 *Apoſtoli non ex ſe, ſed vocati acceſſerunt ad Chriſtum.*

1 OMnium Sanctorum Patrum, ad præcepta noſtræ artis optimè cognoſcenda mens ea fuit, non ſine vitio contingere, aliquem proprio motu, & appetitu in Prælaturas tendere, & dignitates, & ſpecialiter in Epiſcopatum, prout convincunt jura ſupra allegata *Reſol. 1. num. 1, ſeq* & præcipuè ex allegato Textu *Eccleſ. 7.* ibi .. *noli quærere ab Homine Ducatum, neque à Rege Cathedram honoris.* Et Aug. *ſuper pſalm.* Joann. relatus à nobis *d. reſol. 1. nu. 2. ſeq. & loca D. Thomæ ibidem nu. 4. adducta 2. 2. quæſt. 131. art. 1. in corp. & præcipuè quæſt. 185. art. 2. in corp.* ibi.. *ad inordinationem voluntatis pertinet, quòd aliquis proprio motu feratur in hoc, quod aliorum gubernationi præficiatur: & quæſt. 100. art. 5. ad 3.* ibi .. *preces eſſe prò indigno, ſi aliquis prò ſe roget.* Et ambitionis peccatum eſſe contra rerum naturalem ordinem S. Tho. *2. 2. quæſt. 130. art. 1. in corp.* & divinam maledictionem incurrere Anſelm. *ſupra cit. dicta Reſ. 1. num. 2.*, & plura alia, quæ latiùs iu *d. Reſol. 1.* de Ambitionis vitio diſſervimus.

2 Et ulterius hæc veritas palpatur, quia qui proprio motu aſpirat ad Eccleſiaſticas dignitates, vel de Injuſtitia, vel de ſuperbia convincitur; de Injuſtitia, quia præſumit accipere de honore plus illo, quod ſibi debetur; de ſuperbia, quia in appetitu ſuæ Excellentiæ errat, & eſt inordinatus, ſe præ aliis magis dignum exiſtimando S. Tho. *quodl. 2. art. 11. in corp.* ibi .. *Qui appetit prælationem, aut eſt ſuperbus, aut eſt injuſtus. Injuſtitia enim eſt, quòd aliquis velit ſibi plus de honore accipere, aut de poteſtate, aut de aliis bonis, niſi ſit majoribus dignus, ut dicitur in. 5.* Ethnic. *Quòd autem aliquis exiſtimet ſe magis dignum omnibus illis, ſupra quos prælationem accipit, ſuperbiæ, & præſumptionis eſt, ideò nota nullus ſuo appetitu debet ad prælationem pervenire, ſed ſolùm Dei judicio.*

Et Injuſtitia quoque apparet, 3
quia rapinam facit, & jus alienum uſurpat S. Anſelm. *ſupra cit. Qui honores Eccleſiaſticos accipere cupit .. . . Gratia Dei rapinam faciens jus alienum uſurpat*; Et gravem culpam committere non dubitandum S. Gregor. *in paſt. par. 1. cap. 7.* ibi .. *Quique præcipientes colligant cum quanta culpa ex appetitu proprio cæteris præferri non metuant*; Talemque appetitum indecentem eſſe teſtatur Aug. *de Civit. Dei lib. 19.* ibi.. *Locus Superior, ſine quo regi Populus non poteſt, & ſi adminiſtretur, ut decet. indecenter tamen appetitur.* Boni enim prælationes non ambiunt, ſed alios ſibi tanquam digniores preponunt. *cap. Illud 8. quæſt. 1. cap. vos autem 16. quæſt. 1.* & ad quod libido proprii motus ambitionis impellit, obedientiæ meritum non cognoſcit *cap. ſciendum 8. quæſt. 1.* Hinc ad honorum, & dignitatum faſtigia non proprii motus ambitione tumidi, ſed probatæ vitæ prædiri ſunt ſublimandi *cap. per illicitam 1. quæſt. 7. cap. multi 40. diſt. cap. qui Eccleſiaſticis 49. diſt. & cap. hoc ad nos ibid.* & caſum quærit, imo præcipitium ſibi conſtruit, qui proprio ambitionis motu per abrupta aſcendere non formidat; & contra regulas in altum evolare contendit *cap. ſicut 15. 1. q. 6 cap. ſicut 48. diſt.*, & certè qui nimis

in altum properat, cælum ſibi præpa-
rat. Epiſcopus enim ſuam deſerens
Sedem, ut ſublimiorem aſcendat,
utraque privatus, ab utraque præci-
pitat. *cap. ſi quis Epiſcopus 7. quæſt. 1*
cap. Apoſtolica 8. quæſt. 1.

4 Et cùm fortitudo præcipuè re-
quiratur ad hujuſmodi opus bonum,
optimè peragendum, propter peri-
cula, quæ occurrunt, & frequentes
occaſiones peccandi, ſi virtutum, &
perfectionum vigor non prævaleat:
præſumptio erit, ad illud opus ſpon-
tè, & proprio motu aſpirare S. Doct.
opuſc. 18. cap. 19. ibi .. *Quod aliquis*
ſponte ad prælationis ſtatum aſpiret,
vel maximæ præſumptionis eſt, ſi ſe
tam fortem exiſtimet eſſe, ut inter
pericula poſſit manere ſecurus, vel
omnino ſuæ ſalutis curam non habet,
ſi peccata vitare non curat. Ex his
ergo apparet, quòd prælationis ſta-
tus, & ſi perfectus ſit, tamen abſque
vitio. concupiſcentiæ appeti non po-
teſt; Et illi, qui proprio motu fe-
runtur, ſunt, qui tollunt, & non ac-
5 cipiunt Claves; Bernardi objurga-
tione vehementer percuſſi *de con-*
verſ. ad Cler. cap. 19. ibi .. *Tollitis,*
& non accipitis Claves, de quibus
Dominus quæritur per Prophetam
ipſi regnaverunt, & non ex me. Prin
cipes extiterunt, & non vocavi eos
oſe 8. verſ. 3. unde tantus prælatio-
nis ardor. Unde ambitionis impu-
dentia tanta..... multi quidem ve-
niunt, ſed conſidera, quis vocetur
.... ne Filiis iræ, qui pacificorum
ſibi uſurpare gradus, & nomina non
verentur. Et plura latiùs ibi .. Unde
nemo ſpontè, ſed ſolùm coactus; ſi
tamen virtutibus polleat, ad Eccle-
ſiaſticas dignitates permittat aſſumi.
D. Gregor. *paſt. part. 3. cap. 10.* ibi ..
Inter hæc itaque quid ſequendum eſt,
quid tenendum, niſi ut virtutibus
pollens coactus ad regimen veniat:
virtutibus vacuus, nec coactus acce-
dat.

Et adeò proprius motus ab hu- 6
mano pectore eſt repellendus, ut po-
tius invitus, quam ultroneus haben-
dus ſit *l. ſi quemquam 79. Cod. de*
Epiſc., & Cler. ibi .. *Tantùm ab am-*
bitu debet eſſe ſepoſitus, qui eligitur
Epiſcopus, ut quæratur cogendus:
vocatus accedat: invitatus effugiat
...... profectò enim indignus eſt Sa-
cerdotio, niſi fuerit ordinatus invi-
tus. Quam legem Principes quoque
Sæculares Leo, & Anthemius Impe-
ratores ſanxerunt, ut proprius motus
exludatur; Non verò conſenſus ex
obedientia. Suarez *tom. 4. de relig.*
tract. 10. lib. 6. cap. 8. de voto nu. 9.
Cujus mentis fuit Plato in Gorg.,
quem laudat Euſebius *libr. de præ-*
par. Evangel. 12. cap. 4. ibi .. *nemo*
ſpontè ad gubernandam Rempubli-
cam accurrat, & qui ad tantum
opus manus extendet, ſpontè acceden-
do, nulla venia nulla excuſatione re-
putabitur dignus. S. Joan. Chriſ. *ho-*
mil. ult. in epiſt. ad hebr. ibi .. *nam ſi*
ii, qui neceſſitate trahuntur, non ha-
bent, quò confugiant, & quo ſe excu-
ſent; quantò magis ii, qui in hoc
ſuum ſtudium ponunt, & in id irrue-
runt? Qui eſt autem talis, longè ma-
gis omni ſe privabit venia.

Omitto alia infinita de hac ve-
ritate Sanctorum PP. perſpicua do- 7
cumenta, & pro cunctis unum Chri-
ſti loquentis ſufficiat oraculum, A-
poſtolis proteſtantis, ipſos non ſuo
motu ad ipſum, ſed ſolùm per ipſum
vocatos, & electos acceſſiſſe Marc.
35. ibi .. *Venite poſt me, & aſcendens*
in Montem vocavit ad ſe, quos vo-
luit Ipſe, & Joan. 15. 16. ibi .. *Non*
vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.
Quapropter videtur remanere ſuffi-
cienter oſtenſum, quàm damnabile
ſit, aliquem ad Epiſcopale munus
proprio motu contendere, & non
vocatum, & quid vocationis nomi-
ne importetur uberrimè intelliges
Reſol. 11. n. 3. & ſeq. & n. 28. & ſeq.

Unde quòd ſolùm vocatis, & coactis, vel ex ſolo motivo obedientiæ, vel Superioris præcepto liceat in Eccleſiaſticas dignitates, & earum perfectum opus conſentire, non in dubium revocandum, ut ſuo loco dicemus.

Sed quamquàm regula ſit, quòd nemini proprio motu, & directè liceat ad honores aſpirare immediatè per ſe, & ipſorum Cauſa, illos tamen ſecundariò, & acceſſoriè ad aliquod principale & Cauſa ejuſdem ordinatè reſpicere non videtur prohibitum; proinde ad hæc ſingula diſcutienda ſit Reſolutio V. in qua de his aliquid breviter proferemus.

RESOLVTIO V.

Quibus ſint exhibendi Honores; illoſque ordinatè appetere licitum eſt.

SUMMARIUM.

1 *Bona honoraria ſunt quinque.*
2 *Inter Perſonas habenda eſt diſtinctio in exhibendis honoribus.*
5 *Magis honorandus eſt, qui majorem habet iuriſdictionem.*
7 *Per Honores Homines provocantur ad bona facienda.*
8 *Honor non propriè convenit Homini, ſed Deo.*
9 *Eſt Præmium virtutis.*
Non poteſt eredi virtus, quæ ſequeſtratur à Præmio. ibid.
10 *Honor dandus eſt meritis, & in meritis eſt jus ad honorem.*
Non eſt Ambitio, ſi quis quærat honorem. ibid.
Servare ſibi honorem non eſt ambitio, ſed prodeſt Inſtantia. ibid.
11 *Licitum eſt ſecundariò, & Cauſa alterius honores quærere.*
Nil prodeſt inſervire Eccleſiæ, ſi laici præficiantur. ibid.
Licitum eſt ſervire Eccleſiæ *ſpe ſtipendiorum. ibid.*
Quod primariò appeti non debet, ſecūdariò appetatur. ibid.
Non eſt ambitio ſervire ſpe ſtipendii, & quæſtus. ibid.
14 *Carolus V. reverentia excipit Cardinales.*

HÆc reſolutio tota præceptis artis bene deſiderandi abundat, quibus enucleandis, quinque enumeramus honoraria bona. Laudem, Honorem Famam, Gloriam, & Reverentiam. Navar. *tom. 1. cap. inter verba. 4. elo. num. 4.* Ex quibus. *Honor eſt, quædam Reverentia alicui exhibita in Teſtimonium ejus excellentiæ.* S. Doctor *2. 2. quæſt. 131. art. 1. in corpore.* Reverentia verò *eſt, Animi reputatio, qua quis bonitatem alterius magni facit, & ſuam parvi pendet comparatione illius.* Navar. *loc. cit.* Honor verò eſt de ſe quoddam bonum, & maximum inter bona exteriora, S. Doctor *dicta quæſt. 131. art. 1. arg. 1.* & eſt diverſus ſecundùm excellentiæ diverſitatem S. Doctor *2. 2. q. 81. art. 4. in corp.* 1

Et inter perſonas habenda eſt diſtinctio in honoribus exhibendis. Text. *in l. Honores ff. de Decurion.* Et cælæſtibus Hierarchiis noſtra in Terris conformatur, in qua Sanctè Sanctis ordinibus ordinata eſt. Dionyſius *cap. 6. Eccleſ. Hierar.*; & noſtra Militans Eccleſia Triumphanti aſſimila- 2 3

milatur. *Gloſ. in Clement. fin. in verb. Eccleſiæ de Hæretic.* Unde quemadmodùm in Triumphante non omnes ſunt pares ordine, & officio. *cap. Principium §. Omnis lapis de pœnitent. diſt.2.* Ita & in militante non omnes eſſe debent gradu, & poteſtare æquales; ſed ſecundùm Majoritatem, & minoritatem honores, & munera ſunt deferenda epiſt. 52.
4 Greg. 1. ad Epiſcopos Galliarum, & epiſt. Bonifacii II. ad Eulalium ibi .. *Ad Hoc diſpenſationis Divinę proviſio, gradus diverſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, ut dum Reverentiam Minores Potioribus exhiberent, & Potiores Minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret.* refertur in cap. ad hoc 89. *diſt.* Idemque diſpoſuit *Trid. de Sacrament. ordinis ſeſſ. 23. cap. 14.*

5 Et Honorari præ cæteris debere, qui Majorem habet Juriſdictionem, indubitatum recipitur. Abb. *Conſ. 22. num. 1. per tex. in cap. Statuimus. §. Fin. 17. diſt.*

6 Epiſcopum verò omnibus ſuis Dioceſanis præeminere, & in illos juriſdictionem habere, notatur *in cap. ſolitæ de Major. & obed.* Fagnanus *lib. 3. decretal. cap. nobis de jure patron. num. 30.*

7 Et per Honores Homines provocantur ad bona facienda, & mala vitanda. Ariſtotil. 3. *Ethicor*, *cap. 4. S. Doct. d. quæſt. 131. art. 1. ad 3.* Unde illi, qui de Honore non curant, vituperantur. S. Doct. *d. quæſt. ar. 1. arg. 1.*

8 Honor non propriè convenit homini, ſed Deo, qui ſolùm eſt Author humanæ virtutis, & excellentiæ *S. Doct. cit. art. 1. in corp.* ibi .. *& illud ſolùm, quo homo excellit, non habet homo à ſe ipſo, ſed eſt quaſi Divinum quoddam in eo, & ideo ex hoc non debetur ſibi principaliter honor, ſed Deo, & illud in quo Homo excellit, datur Homini à Deo, ut ex eo aliis proſit. Unde in tantum debet homini placere Teſtimonium ſuæ excellentiæ, in quantùm ex hoc paratur via ſibi ad hoc, ut aliis proſit.*

Honor eſt præmium virtutis 9
Ariſtotiles 1. & 8. *Ethic.* .. Et non poteſt credi Virtus, quæ ſequeſtratur à premio. Tacit *lib. 1. Hiſtor pag. mihi* 189. Sed non eſt præmium virtutis, ut in illo virtuoſus quieſcere, & ſiſtere debeat; ſed ex parte aliorum eſt præmium, quia non habent aliquid Majus, quod virtuoſo retribuant S. Docto. *d. q. 131. art. 1. in corp.*

Et Honor ſemper dandus eſt 10
meritis, ex quo reſultat, quòd in meritis perpetuò ineſt jus ad Honorem; adeoque non repræhenditur, ut quis ſibi honorem ſervet, quem poſſidet; & non erit ambitio ſi pro illo inſtantiam faciat. *cap. Priſca* 100 *diſt. & Gloſ. Verbo fortiter* ibi .. *ſed ſi fortiter poſtulet, non tamen poteſt notari Ambitio; Quia cùm quis ſuo jure utatur, prodeſt Inſtantia. Cap. Importuna 72. diſt. & cap. poſt appellationem 2. quæſt. 6. Extrav. execrabilis de præbend. & dignit. tit. 3. in 6. & Gloſſ. verb. improbitas importuna* ibi .. *Importunitas, quæ non ad noxam tendit, ſed ad remedium, vel juris proprii conſervationem, non eſt inhibita, ſed permiſſa, quare exaudienda.*

Ex quibus manifeſtè Regula il- 11
la remanet comprobata, licitum eſſe ordinato appetitu quærere, & ſperare non principaliter, & primariò directè immediatè, & per ſe, ſed ſecundariò, & cauſa alterius, hoc eſt alicujus principalis, Honores, & officia, eorumque acceſſoria. *cap. quid proderit 61. diſt.* ibi .. *Quid proderit per ſingula Clericos ſtipendia militaſſe; & omnem egiſſe in Dominicis Caſtris ætatem ſi hi, qui præfecturi ſunt, ex laicis requirantur: & Gloſ. verb. quid proderit ibi: licitum eſt alicui ſervire in Eccleſia ſpe ſtipendio-*

rum . Nota , *Dum tamen non principaliter ad hoc ſerviat . Et cap. ſi officia* 59. *diſt.* , ubi decernitur , quod poſt quàm quis per ſingulos gradus intervenerit Eccleſiæ, Summum Sacerdotium ſperet . ibi .. *Aſſueſcat prius in Domini Caſtris in lectorum primitùs Gradu &c. Jure inde Summi Pontificis locum ſperare debebit .* Et cap. in ſingulis 77. *diſt.* ibi .. *Si enim exactior ad bonos Mores vitam perduxerit, Summum Pontificatum ſperare debebit .* Et cap. per laicos . 16. *quæſt.* 7. *& Gloſ.* ibi .. *verbo ſpem.* , & cap. cùm ad noſtram *de elect. Gloſ.* verbo nullam ſpem , & cap. qui eccleſiaſticis 59. *diſt.* ibi .. , *& hac ſaltem ratione conſtricti , & honorem, quem refugerant , appetere nitantur, & quæſtum & Gloſ.* ibi rotundiſſimè . Quòd id , *quod principaliter appeti non poteſt , ſecundariò appetatur* . Ideſt , id quod deſiderari non poteſt immediatè per ſe,& Cauſa ſui , Cauſa & gratia alterius appetatur , *per Text in l.* 1. *§. Pen. & ult. ff. de poſtulat.* Et cùm Clerici vivere debeant de Patrimonio Jeſu Chriſti , cujus obſequio deputantur: alimenta quærere neceſſe eſt , cap. cùm ſecundum *de præben.* De quo ſupra *Pra.* 3. *num.* 102. *reſ* 8. *num.* 92.

12 Hinc non erit diſſonum, noſtræ Artis regulam ſtabilire,quòd ſi Prælatus ratione & Cauſa officii , quod gerit ſuper cæteros ab illis magis , vel minus ad menſuram ſuæ dignitatis gradus , ſpecialem reverentiam exquirat , & eidem advenienti inferiores aſſurgere omnis ratio ſuadeat. Etenim reverentia eſt honoris ſpecies. Unde commendatur Autho-
13 ritas Præfecti prætorii , cui à Principe aſſurgebatur *Caſſiod. lib.* 1. *var. cap.* 20.& ex eo notavit Guth. *de Officiis Domus Auguſt. lib.* 2. *cap.* 1. *in fine* .

14 Quod & notum reddit factum illud, quo ut eximia S. R. E. Cardinales ad menſuram ſuæ dignitatis Reverentia exciperentur;Carolus V. Imperator, à ſua Sede erectus quemdam ex illis , ad ſe venientem , recipit. Et Ferdinandus III. atque Ludovicus Galliarum Rex in majorem extimationē erumpentes , à Sella diſuncti , atque aſſurgentes Cardinalem admittunt atque coaptant inter ſe ſedere medium . Cohelius in Notitia Cardinalium *cap.* 16. *priv.* 10. Unde reſpicimus , quòd acceſſoria , & honores ſunt debita, aut virtutis ratione , aut Officii tuendi, nec ſeparanda , ſed ſaltem ſecundariò intendenda, & expectanda.

Cùm ergo Honor inter maxi- 15
ma bona recenſeatur , & attendatur in quantum convenit magis, vel minus alicui ratione ſuæ Excellentiæ, Virtutis , & Officii ; & præcipuè ſit meritis conferendus , ut pro honore obtinendo , liceat Inſtantia ; & hæc ſit exaudienda ; & in quantum Homines per honorem , atque honoris ſpe provocantur ad bonum , & retrahuntur à malo ; itaut qui de honore non curant , veniant vituperandi ; Proculdubio licitum & honeneſtum erit ſecundariò , & Cauſa alteriùs, hoc eſt alienjus principalis, illos appetere & inſtendere, cum cæteris acceſſoriis,Quatenus alicui bono operi inſerviunt , & vergunt in officii ornamentum, & ſplendorem , quod & de temporalibus proventibus erit etiam intelligendum ex S.Doctore,&juribus *allegand. Reſ.* 8. *num.* 40.57. quod eſt appeti non per ſe,ſed aliorum Cauſa. *Reſ.* 11. *nu.* 31. *ſeq.*

Dixi ſupra hic num.11.licitum 16
eſſe, honorem appetere , ſi ordinato appetitu procedatur ; Quoniam ſi inordinatè tenderemus in illum , & in quodlibet acceſſorium , hujuſmodi appetitus poſſet eſſe homini occaſio , multa mala patrandi S. Doctor *d. q.* 131. *art.* 1. *ad* 3. ibi .. *Glo-*

riam

riam, & Honorem bonus, & ignauus æquè ſibi exoptant; ſed bonus vera via utitur. Ignavo quia bonæ artes deſunt, dolis, atque fallaciis cõtendit; & tamen illi, qui ſolùm propter honorem vel bona faciunt, vel mala vitant, non ſunt virtuoſi, ut patet per Philoſophum 3. Ethic. ubi dicit, quòd non ſunt verè fortes, qui propter honorem fortia faciunt.

17 Hinc, ut appetitus honoris, & ſimilium ſit ſecundùm regulas artis benè deſiderandi rectè ordinatus tres debent curari, ut interveniant conditiones.

Prima ut Honor, & Gloria de eo appetatur, quod verè dignum eſt, ideſt de bono aliquo.

Secunda, quòd non ſit major; & ſupra id, de quo quis dignus reputatur.

Tertia, quòd ſit ob finem bonum, nimirum, in Dei Gloriam, aut in Proxmi utilitatem.

18 Appetirus autem inordinatus pluribus modis contingit.

Primò cùm appetitus Gloriæ V.G. eſt de eo bono, quod non habet ipſe appetens.

Secundò ſi appetatur major, quàm quo eſt dignus.

Tertiò ſi appetarur de aliquo, quod non eſt ſuum.

Quartò ſi de aliquo, quod malum eſt & indignum.

Quinto ſi non propter debitum finem. Doctores communiter cum S.Doct. 2.2. *quæſt.* 132. Toletus *in ſum.lib.*8.*cap.*6.*per totum*, & cæteri, quos ibi comulat: & de his latiùs Reſ. ſequenti.

Et de honore faciunr, quæ di- 19
ximus ſupra Preamb.4., & quæ dicturi ſumus *reſ.*8. *num.*29.*ſeq.*

Nec videtur opponi, quod ali- 20
quis proprio motu non poſſit tendere in honores, & dignitates, eorumque principale, ur dictum eſt ſupra *reſol.*4.*num.*6., & quòd ſecundariò, & cauſa alterius, hoc eſt cauſa principalis licitè dignitates, & acceſſoria appetantur, quæ ſemper ad ſuum principale ſequuntur, ut dictum eſt ſupra num.11. At proprio motu in acceſſoria tendere deordinationẽ arguit. Quia ſi proprio motu tẽdere in principale prohibetur, multò magis in acceſſoria, Cùm habito principali, acceſſoria ſe habeant conſequenter ad illud, ex Juribus allegatis: & ex principali datur jus ad acceſſoria, ut dictum eſt ſupra num.10.

Cæterum cùm noſtrum votum 21
de non aſcendendo ad Epiſcopatum, multas contentiones ſuſcitaverit inter veteres, & modernos Authores, ut eorum mentem, & fundamenta pro veritate ſcrutemur, in ſequenti reſolutione eorum ſententias referendo judicabimus. Et ſit *reſol.*6.

RESOLVTIO VI.

Adducuntur Authorum Sententiæ, & fundamenta circa Voti validitatem de non aſcendendo ad Epiſcopatum.

SUMMARIUM.

1 *Dantur duæ Sententiæ.*
4 *Duæ ſunt ſpecies injuſtitiæ: facere malum, & declinare à bono.*
7 *Secundùm primam Sententiam juramentum eſt nullum.*
8 *Juramentum Archidiaconi eſt inductivum peccati.*
9 *Qui jurat aliquod facturum contra Evangelicum conſilium venialiter peccat; alii dicunt lethaliter.*
16 *Caſus, quòd Superior præcipiat rarus eſt.*
22 *Epiſcopatus habet adjuncta honorem, divitias, & pericula. 19.*
20 *Votum reddit Miniſtros aptiores & digniores. ibid.*
Promovendus quò magis eſt remotus ab ambitione, eò eſt dignior. ibid.
Debet habere qualitates deſcriptas ab Apoſtolo, quas nemo de ſe poteſt præſumere. ibid.
Epiſcopatus eſt opus periculoſum. 24. ibid.
22 *Juramentum firmat propoſitum.*
26 *Votum non tenet ſi privata aliqua Perſona ſit neceſſaria ad Epiſcopatum.*

1 AN ſecundùm præcepta Artis bene deſiderandi, & votum negativum de non aſcedendo ad Epiſcopatum, hic in aliquo ſenſu licitè appeti poſſit, pro quo duæ ſententiæ celeberrimæ reperiuntur: Quarum prima tuetur, præfatū votum eſſe nullum, impium, & temerarium, & indiſcretum.

Secunda è contra defendit, eſſe
validum, pium, & Sanctum; & cùm 2
quelibet per diverſas vias incedat ad rectum judicium, de qualibet efformandum, fundamenta utriuſque, & Authores producam.

Pro prima ſententia omnium
acerimus militat Abbás cap. ſi verò 3
de jurejurando num. 4. ibi .. *Juramentum eſt nullum, & vergit in pejorem exitum, cùm excludat opus de genere bonorum; ut cùm quis jurat, quòd unquam erit Epiſcopus, vel Clericus, vel Monachus. Ex Archidiacono tale juramentum conſidératur, non quod ſit obligatorium, ſed quis mortaliter peccat, temere jurando.*
Nam duæ ſunt ſpecies injuſtitiæ, fa 4
cere malum, & declinare à bono; unde ſicuti non obligat juramentum ad faciendum malum; ita videtur, quòd non obliget ad declinandum à bono. Cùm nulla ſit utilitas in obligatione
hujus juramẽti. Prçterea cùm Dominus 5
conſulat opera perfectionis, contrarium quodammodò eſſet; ſi vellet, quòd occaſione talis juramenti abſtineretur à bono. Nec obſtat dictum Gratiani, quia ſecundùm Archidia-
conum non dicit, quòd hujuſmodi ju- 6
ramenta ſint obligatoria. Sed quia non prohibentur obſervari. Hoc ultimum mihi non placet, cùm vult contravenire propter bonum publicum. Primum placet cùm utitur propter bonum privatum, ſcilicet ut praſit, & non proſit.

Unde

7 Unde per Abbatem abſolutè
definitur, quòd mediante hoc jura-
mento temerè juratur, peccatur
mortaliter, & declinatur à bono,
adeoque nullum, & invalidum ju-
dicatur.

8 In eadem ſententia reperitur
Felin. *eod.cap.* Si verò de jurejuran-
do *num.*5.ibi.. *Juramentum vergens*
in pejorem exitum, ſex modis contin-
git. Primò quando excludit id, quod
eſt de genere bonorum; Puta de non
acceptanda promotione; Et licèt ali-
qui dicant, tale juramentum tenere:
tamen Archidiaconus in dicto cap. ſi
aliquid, & in cap.Innocens, tenet ta-
le juramentum eſſe inductivum pec-
cati.

9 Idem tuetur Azorius *Inſtit.mo-*
*ral.tom.*1.*lib.*11.*cap.*5.§.*Si item* ibi..
Qui jurat, ſe aliquid facturum con-
tra Evangelicum conſilium, venia-
liter peccat. Cajet. 2.2. *quæſt.*89.
*art.*7.*ad* 2.*Sot.lib.*8.*de juſtit.quæſt.*2
*art.*3. *concl.*5. *Navar. cap.*12.*n.*16.
*Tambien. v. juramentum quæſt.*10.
Quamvis Angelus v. juramentum 5.
*num.*3. *Silveſt.v.juramentum* 2.*q.*7.
*Bonavent.*3. *diſt.*39.*ar. ult. quæſt.*3.
exiſtiment peccare læthaliter, ut qui
jurat non ſuſcepturum Religioſum
ſtatum, aut ſacros ordines, aut Epi-
ſcopi munus, & onus. Et citat alios,
atque concludit: Mihi magis placet
Antonini ſententia, quam ſequitur
Navar. loco citat., nimirum, jusju-
randum hujuſmodi privata authori-
tate violandum eſſe.

10 Hujuſmodi mentis eſt Sylveſt.
v.juramentum 4.§.5.ibi.. *Juramen-*
tum non erit obſervandum, cùm ex-
cludat opus de genere bonorum; ut
cùm quis jurat, quòd non erit Epiſco-
pus, vel Religioſus, vel quòd non
jejunabit pro ſuis peccatis, & hujuſ-
modi.

11 Idem tenet Navar. *in ſum.c.*12.
*num.*16. ibi.. *Decimoſeptimo peccat,*
qui jurat, ſe non facturum aliquid,
ad quod non tenetur; eſt tamen ſe-
cundùm ſe melius id facere, quàm
non facere, ſi forſan erat aliquid, ad
conſilia Evangelica pertinens: Ve-
luti ſi jurares, vel non collaturum
eleemoſynam, vel non ingreſſurum
Religionem, vel non acceptaturum
ſacros Ordines, vel Epiſcopatum, &
alia ſimilia. Secundum Angelum
v. juramentum 5.§.3.

Sed licèt tale juramentum excuſet 12
à peccato; concludit tamen, illud ſe
opponere Spiritui Sancto, & non eſſe
obſervandum, ſed irritandum. *Ibi.*
Et quamvis hujuſmodi juramenta
ſine peccato obſervari poſſent; tamen
ad ſui obſervantiam non obligant;
Quoniam per hujuſmodi juramentum
Spiritui Sancto opponitur obſtaculum,
cujus eſt proprium, ſancta deſideria
animi inſtillare, propria auctori-
tate poſſe hoc juramentum frangi. 13
Quocirca talia juramenta propria
etiam authoritate jurantis poſſunt in-
*fringi, juxta S. Anton.*2.*parte tit.*10.
*cap.*6. §. *Tertius caſus. Cap. ſi ali-*
quid 1.*quæſt.*2.& 22. *quæſt.*4. *Quia*
etiam addimus, fore melius frangere,
quàm ſervare juramentum de re, quę
ſuapte natura ſit otioſa, vel ad ma-
lum, vel bonum pariter indiffe-
rens.

Gerſon autem eſt ejuſdem ſen- 14
tentiæ in *Reg.moral. in cap.de ſuper-*
*bia, & vanagloria, Alphab.*24.*litte-*
ra K. ibi abſolutè docet, votum
non accipiendi Prælaturam indiſcre-
tum eſſe, & non obligare. 15

In hanc ſententiam firmiter
conſpirant Ang. *in ſum.v. juramen-*
tum 5. *num.*3. Barboſ. *ad leg. alia*
§. *Eleganter num.*28. *ff.ſol. matrim.*
Bald. in l.ſi ad excludendum. Cod.ſi
certum: Jaſon. inſt.de act. §. *Item*
*ſi quis poſtulante num.*70. *Archid.in*
cap. ſi aliquid 22. *quæſt.*3. & *alii*
apud Navar. *loco citat.* Nec non
Gutt. *de juramento confirmatorio.*
1. *part.cap.*72. *num.*5.8. Soto *lib.*8.

de juſtit.quæſt.1.art,8,ad 2.Palacios
in 4. diſt.38. diſp.1. ante medium.
Verſ. Quid ſi aliquis ea lege vovet,
ſcilicet non eſſe Epiſcopum, ut exi-
mat præcepti caſum; numquid culpa-
16 bile tunc eſſet votum. Reſpondet. Iti-
dem arbitror eſſe culpabile; quia ca-
ſus præcepti rarus eſt in hac materia,
ſatis eſt, quòd poterit eſſe ſalubre
gregi Chriſti, quòd hic, vel ille fiat
Epiſcopus, ideo non licet ſalubritati
Gregis Chriſti impedimentum af-
ferre.

Secunda ſententia primæ con-
17 traria oppoſitum conatur oſtendere.
Cujus Aucthores ſunt Turrecrem.
in cap.1. diſt.85. poſt Hugo & alios
Canoniſtas, qui laudat Alexandrum
de Aleſ. in 3. ſent. Molfet in ſumma
tom.1.tract.11.Sanchez in ſum.tom.
1.tract.11. cap.15.nu.38. Layman.
lib.4.tract.4.cap.1.num.14. Caſtro-
palao par.3. tract.15.diſp.1.pun.8.
§.5.num.6.7.Suarez de Relig.tomo 2.
lib.2. de juram. cap.13. num.13. &
ibidem lib.2. de Voto cap.11. nu.10.
aliique apud Dianam par.6.tract.7.
reſ.27.

Et Moderniorum Authorum
18 rationes&fundamenta ſunt.Layman
A enim dicit loco cit.ibi,.Validũ eſt Vo-
tum non petendi, nec aceipiendi Epi-
ſcopatum, aliamque Prælaturã, niſi
vel legitimum Superioris Præceptum,
vel neceſſitas cogat; id enim homi-
nem in humilitatis cuſtodia conſer-
vat, & à periculo ambitionis avocat
...... & Epiſcopatum eſſe quidem
ſtatum perfectiſſimum. Verùm non
ideo quia ad perfectionem conſequen-
dam ex ſe multum promovet, ſed
potiùs quia ſupponit, & requirit per-
fectionem in ſuſcipiente.

Caſtropalao loco cit.ibi, dicen-
19 dum tamen eſt, tale votum validum
B eſſe, ſi recta intentione fiat; hoc eſt, ſi
fiat de non procurando, vel accep-
tando Epiſeopatum, quantùm eſt ex
parte tua, niſi neceſſitas, vel utilitas
Eccleſiæ, vel præceptum Superioris
urgeat: & cit.DD. & ratio eſt. Quia C
ſic votum conceptum, & viam præ-
cludit Ambitioni, & utilitati Eccle-
ſiæ non præjudicat; negari namque
non poteſt, Epiſcopatum ob ſplendo-
rem honoris, & divitiarum, & ani-
marum regimen multis periculis eſſe
expoſitum, ac proinde tibi, ſi pro- D
priam utilitatem ſpectes, commodius,
& utilius eſſet illum fugere, exemplo
Auguſtini, Gregorii, & aliorum San-
ctiſſimorum PP., qui hunc ſtatum to-
tis viribus reſpuebant. Eccleſiæ au-
tem hoc votum non præjudicat; cùm E
non impediatur ex tali voto, ſic vo-
ventes proficere, cùm ſibi utile eſſe ju-
dicaverint. Immo Eccleſiæ valde utile
eſt tale votum; reddit enim Mini- 20
ſtros aptiores, & utiliores ad regi-
men obeundum. Nam quò magis ab
ambitione remoti ſunt, eò digniores F
fiunt, & exactiùs officia exercent;
neque obſtat ratio dubitandi. Admit-
to, deſiderari Epiſcopatum, eſſe opus
bonum ab eo, qui irrepræhenſibilis,
& qualitates habet ab Apoſt. ad
Tim.3. & ad Tit.1. requiſitas; quas
nemo de ſe debet præſumere: Sed eſtò G
ſit opus bonum, eſt tamen periculo-
ſum, & proinde conſultius eſt cuili-
bet particulari, illum ex parte ſua
reſpuere, quàm appetere; Et Epiſco-
patum dico eſſe ſtatum perfectionis,
non quia ad perfectionem promovet;
ſed quia perfectionem in aſſumente
ſupponit: Cùm autem nullus de ſe de-
beat præſumere eam perfectionem H
habere, qua tanto ſtatui conveniat,
optimè facit, ſi eum ſtatum perfectiſ-
ſimum reſpuat, utpotè illo indignu·.
Ad Text. in cap. unico: dico Grego-
rium inquiſitionem feciſſe, an ille
Archidiaconus juraverit ad Epiſco-
patnm non aſeendere, non quia in
tali juramento peccatum commiſerit; I
ſed ut videret, an fuerit conveniens,
ſic juramento obſtrictum, ad Epiſco-
patum promovere, an potiùs eum

in

in ſua humilitate conſervare .
Hic videtur Author ſibi con-
tradicere. Nam ſupra lit.E. explicat,
quòd hoc votum non præjudicat
Eccleſiæ, quatenus Pontifex, ſi ju-
dicat perſonam eſſe neceſſariam,
poteſt præcipere, & ſic juramentum
non obſtat; Et hìc dicit, quòd
Pontifex inquiſitionem fecit contra
Archidiaconum, ut videret, an ſic
juramento obſtrictum, conveniret
ad Epiſcopatum promovere, ex quo
ſequitur, quòd votum obſtat.
Suarez citato loco de juramen-
22 to *cap.*13.*num.*13. habet, ibi .. *quòd*
K *juramentum illud generaliter fa-*
ctum, animo etiam reſiſtendi Superiori
præcipienti &c. & non obſtante qua-
cumque urgente neceſſitate Eccleſiæ,
non ſolùm non eſt de meliori bono,
ſed etiam peccaminoſum, & ideo non
obligare. Alio verò modo poſſe fieri
cum debita moderatione. V. G. non
acceptandi Epiſcopatum, niſi neceſſi-
L *tate charitatis, vel obedientiæ præ*
ceptum interveniat, & tunc jura-
mentum obligare.
Hæc explicatio Suarez non vi-
23 detur ſufficiens, quia debemus priùs
examinare, ſi dictum votū eſt de ex-
cludendo objecto licito, vel illicito.
Si ſecundum, benè eſt. Si primum, eſt
nullum, quia quando objectum eſt
bonum de ſe non poteſt fieri votum
de non faciendo illud, etiam ſub illa
cōditione, niſi obedientia facere con-
ſtringat; quia hoc eſſet ponere im-
pedimentum ad opus bonum facien-
dum, ut ſi quis voveret non jejuna-
re, non orare &c. niſi Superior præci-
piat.
Dicit tamen *Gloſ.* ibi .. *Tale*
M *juramentum eſſe peccatum veniale,*
quia temerè, & ſinè neceſſitate fit;
ſed immeritò hoc dicit; quia tale ju-
ramentum ſimpliciter eſt de meliori
bono. Quia licèt Epiſcopatus de ſe
ſtatus ſit perfectionis, nihilominus
habet conjunctum honorem, divitias,
& pericula; ratione quorum conſi-
lium eſt, illud non acceptare, niſi
charitate, vel obedientiæ inſtante
obligatione, juxta doctrinam Greg.
*lib.*35. *Moral.cap.*12., *& ideo tale*
juramentum de ſe bonum eſt, & non
fruſtra ſit ad firmandum propoſitum
contra humanam ambitionem, & ibi
ſolvit alia objecta.
Et in loco citato de voto *c.*11. 24
*num.*1. habet ibi .. *fugere honores,* N
*opus conſilii eſt, & num.*10. *ex do-*
ctrina D.Thomę breviter dico, ſi tale
votum fieret, de non ſuſcipiendo Epi-
ſcopatu, etiamſi Pontifex id præci-
piat, hoc ſenſu votum eſſe invali-
dum, quia eſt contra bonos mores; ſi
autem tale votum ſolùm fiat de non
procuranda Prælatura .... vel de
non acceptanda, donec is, qui poteſt,
præcipiat, ſic votum eſſe diſcretum,
ſanctum, & validum; Quia de ſe eſt
valde utile ad ſpiritualem profe-
ctum; occludit enim viam ambitioni, O
& refrænat affectum honoris, & di-
gnitatis: Et aliunde non impedit ali-
quod majus bonum vel privatum, ſeu
perſonale, vel commune. Primum
patet, quia licèt ſtatus Epiſcopi di-
catur perfectionis, quia ſupponit,
vel requirit perfectionem in eo, qui
tale munus aſſumit; non tamen de ſe
adeò aptus ad comparandam pro-
priam perfectionem; Quin potiùs de
ſe eſt multis periculis expoſitus, de
quo poſſunt legi multa apud Gratia-
*num diſt.*40.
Quod ergo ſpectat ad priva-
tum commodum ſpirituale uniuſcu- 25
juſque perſonæ, ſine dubio commodiùs
eſt, his dignitatibus carere; Neque in
hoc eſt ſimile de ſuſceptione ordinum;
quia in ea non eſt illud periculum ..
...... De bono autem communi pa-
tet: quia illi ſufficienter ſubveniri P
poteſt per Superioris providentiam;
Nam poteſt præcipere ſuſceptionem
Epiſcopatus, ſi communi bono expe-
diat. Advertat, quòd imponere

hoc præceptum invenit multas, & majores difficultates, vide ſub littera Q. Reſtrictio autem quando Perſona judicatur valde neceſſaria infinitos ſuſcitat ſcrupulos, præcipuè in examinando, an ſit alius idoneus ſimilis &c. Hinc Suarez ibi ſequitur dicendo.

26 *Addo inſuper, ſi re vera caſus occurreret, in quo alicujus perſonæ induſtria, vel diligentia eſſet neceſſaria communi bono; tunc tale votum ex ſe non obligaret ad non acceptandum Epiſcopatum, etiamſi non præciperetur à Pontifice; nam in eo caſu præcipitur à Deo per legem charita-*
Q *tis. Id ergo ſatis eſt, ut votum, inſtante charitate, obligare non poſſit, etiamſi Pontifex vel ex ignorantia, vel ex negligentia, id non præcipiat; erit autem neceſſarium, ut communi bono neceſſitas evidens ſit, & manifeſta, & quòd alia ſimilis Perſona de facili inveniri non poſſit.*

27 Ex quibus modis cum tanta reſervatione, & cautela loquendi videtur, facilè in parte reconciliari poſſe prædictarum ſententiarum diverſitatem. Profectò Abbas Felinus & doctiſſimi eorum ſequaces præfatum votum repellunt; & damnant generaliter factum, & ſinè ulla reſtrictione conceptum. Etenim non inficiantur, licitum, & laudabile eſſe, appetere, & acceptare Epiſcopatum propter commune bonum, & utilitatem Eccleſiæ; malum autem propter propriam, & privatam commoditatem, ut dictum eſt ſupra *n.6.* ibi .. *Malum eſſe, quòd quis accipiat Epiſcopatum, ut præſit, & non ut proſit*; in quo ſenſu nullus dubitare poteſt, votum eſſe nullum, & Authores primæ, & ſecundæ ſententiæ in hoc ſenſu conveniunt *num.* 18. *& ſeq.*

Nihilominus rationes, quibus Au- 28
thores ſecundæ ſententiæ probant præfatum votum eſſe validũ, & profitendum, non concludunt apud Authores primæ ſententiæ, & multò minùs ad excludendum licitum deſiderium de Epiſcopatu pro illa parte, qua enunciatur bonum opus, & de genere bonorum, conſilii, & de perfectionis ſtatu, & de charitate in proximos exercenda, in paſcendis Chriſti Ovibus, & pro ipſis Animam ponendi.

Quoniam ad omnia, & ſingula 29
eorum argumenta non inefficax applicatur Reſponſio; ut oſtendemus infra *Reſolutione* 8. & 9. ubi quoque demonſtrabimus, eſſe alia validiori ratione utendum ad hoc, ut præfatum noſtrorum votum, non pro victoria, ſed pro rei veritate firmum, & validum perſiſtat. Et pro claritate ſervanda, cùm Epiſcopatus multas diverſas rationes in ſe contineat: ideo *in ſeq. reſol.* exemplificabimus diverſas materias, ſuper quibus præfatum votum intelligi poſſit eſſe emiſſum; & ſit Reſolutio ſeptima.

RESOLUTIO VII.

Explicatur, & exemplificatur Materia præfati Voti.

SUMMARIUM.

2 *Epiſcopatus duo dicit, Principale, & Acceſſorium.*

3 *Acceſſoria in Epiſcopatu dupliciter appeti poſſunt, vel immediatè, per ſe, & cauſa ſui ad propriam utilitatem & commodum, vel verè tamquam acceſſoria, per accidens, & cauſa alterius, hoc eſt ſui Principalis, cui inſerviunt.* 14.

4 *Duobus modis effingi poſſunt formula noſtri voti.*

8 *Inferiora nata ſunt ſuperioribus inſervire.*

Qui bene præſunt Presbyteri duplici honore habeantur. Non alligabis os Bovi trituranti. ibid.

Honor aliquando accipitur pro remuneratione. ibid.

11 *Quodnam ſit melius bonum, an votum affirmativum abſolutè factum, de aſcendendo ad Epiſcopatum; an verò negativum de non aſcendendo ad illum?*

12 *Votum affirmativum de accedendo ad Epiſcopatum videtur magis de meliori bono, quàm negativum.*

14 *Votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum videtur pertinere ad evangelica conſilia.*

Acceſſoria Epiſcopatus conſiderari poſſunt dupliciter directè, immediatè, per ſe, & cauſa ſui; vel mediatè, indirectè, & cauſa alterius, hoc eſt ſui principalis. ibid.

15 *Acceſſoria naturam principalis induunt, & nata ſunt illi inſervire.*

17 *Inferiora per ſuperiora elevantur.*

19 *Manducare, & curare infirmos, inſeparabiliter copulantur.*

20 *Temporalia requiruntur, ut Epiſcopus ſibi provideat, & ſuis conſanguineis.*

21 *Eccleſiaſtici ſecundùm ſplendorem ſui ſtatus conſanguineis ſplendidiùs ſuccurrere debent.*

22 *Chriſtus exemplum dedit de ſubveniendo ſuis.*

Chriſtus reprahendit murmurantes de effuſione unguenti. ibid.

24 *Epiſcopus de bonis Eccleſiæ ſibi ſubveniat.*

Qui altari ſervit, de altare vivit. ibid.

25 *Votum de non accedendo ad Epiſcopatum excuſatur de nullitate per particulam,* niſi Superior pręcipiat.

Excuſatur de nullitate votum negativum. ibid.

26 *Quomodò intelligendum, quòd votum debeat eſſe de meliori bono.*

25 *Conſtare eſt palam reddi &c.*

28 *Illa conditio* niſi *invalidat votum negativum.*

Hu-

1 HUjuſmodi ſententiarum diverſitate inſpecta, ad earumdem fundamentorum pondus, & valorem examinandum; neceſſe eſt ſtabilire materiam, ſive objectum, circa quod hominum arbitrium intendit ſe per votum obligare: & inde de honeſtate voti, atque validitate rectum judicium reſurget. Et cùm in præſenti ſpecialiter de Epiſcopatu tractemus, ut voti materiam præfigamus; quæ & quot dicat Epiſcopatus priùs audiamus neceſſe eſt.

2 Et quidem ut ſecundùm regulas artis bene deſiderandi procedamus, Epiſcopatus, ut declarat S. Doctor infra citandus, duo neceſſariò importat, unum principale, & finale, quod eſt bonum Epiſcopale opus, Chriſti Oves paſcendi, & obligationem pro illis ponendi animam, & mortem ſubeundi.

3 Secundum eſt acceſſorium, quod eſt altitudo gradus, reverentia, honor, & ſufficientia temporalium, & ſimilia.

Circa hoc ſecundum, quod dicitur acceſſorium, dupliciter noſter appetitus verſari poteſt, ut dicemus ex D.Th. *reſol.ſeq. n.53*. Vel primò appetendo illud immediatè per ſe, & cauſa ſui ad propriam, & privatam utilitatem, & commodum, & ordine perverſo procedendo. Vel ſecundò appetendo illud ſecundariò, & verè tamquam acceſſorium per accidens, & cauſa alterius, hoc eſt cauſa ſui principalis, & prout illi famulatur, & inſervit, & conducit ad ejus ſplendorem, & ſubſtentationem. Circa hujuſmodi rerum, & modorum diverſitatem prefatæ duæ ſententiæ decertant.

4 Videamus modò, in quo pro honeſtate, & validitate voti conſiſtat veritas; deſignando materiam, circa quam humana ratio ſe obligare intendit: adducendo duo exempla. Primum V. G. ſi quis diceret. *Voveo non aſcenſurum ad Epiſcopatum ea intentione, qua dicit altitudinē gradus, honores, & divitias &c.* Tunc ſi adderetur illa particula *niſi Superior præcipiat*, Votum eſſet nullum; quia Superior non poteſt præcipere actum pravum, ſicuti eſſet vovere accipere Epiſcopatum prout dicit altitudinē gradus, divitias &c., ut modò dicemus. Cæterum abſolutè vovere non aſcenſurum ad Epiſcopatum prout dicit altitudinem gradus, divitias &c., Votum eſt ſanctiſſimum, & validum; & nullus prædictarum ſententiarum Author ab illo diſſentit, illudque rejicere attentat. Suarez *tom.4. de Relig. tract.10. lib.6. de profeſſione cap.7. num.3.* & communiter Doctores; quia pro hoc fortiter militant omnes rationes Authorū ſecundę ſententię ſupra deſcriptę *reſ.6.n.17. & ſequentibus*. Etenim hoc votum excludit ambitionis peccatum, ut ibi littera A.C. F.O. removet inordinatum affectum ab honoribus, & dignitatibus, ut ſupra littera O. comprimit divitiarum aviditatem, & pertinet ad primam partem juſtitiæ, cujus eſt declinare a malo, & firmare animum, & propoſitum hominis in bono, & in hujuſmodi rei honeſtate, & ſupra hoc votum non poteſt cadere præceptum, ut modò diximus. Quia præceptum non poteſt eſſe de re illicita, nec Superior poteſt præcipere peccatum, *cap. ad aures* §.1. *de temp. ordin.* & fuſiùs infra: unde illicitum eſſet in hoc voto addere verba illa, niſi coactus Superioris præcepto, & eſſe ſecundùm evangelica conſilia non dubitatur, quia ſpernit curam, ſollicitudinem, & cupiditatem de honoribus, & divitiis, ut notat Abb. *d. Reſ.6. num.6.* nec excludit Epiſcopale opus, quod eſt de genere bonorum Felin. Silves *d.reſol.6.num.8.ſeq.*

5 Secundum exemplum ſit v. g. *Voveo me nunquam aſcenſurum ad Epiſcopatum, ea intentione, & pro illa parte, qua dicit opus bonum paſcendi Chriſti Oves, & obligationem animam pro illis ponendi.*

6 Authores primę ſententiæ Abbas, Felinus, & alii, judicant hoc ſecundo modo votum conceptum, nimirum non aſcendendi ad Epiſcopatum, ut eſt opus bonum, eſſe nullum, & mortale peccatum, quia vergit in pejorem exitum, excludendo opus de genere bonorum: non ſecus ac ſi aliquis voveret, non intrare Religionem, & eſſe contra ſecundam partem juſtitiæ, cujus eſt facere bonum, adeòque contra Evangelica conſilia, & nullam inducere utilitatem, ut diximus *dicta Reſ.6.num.5.ſeq.*

7 Et ulteriùs præfatum Votum eſſe inductivum peccati, Felin. *ſupra dicta Reſol. 6. num.8.* & eſſe idem peccatum, ac ſi quis juraret Sac. Ordines non ſuſcepturum: & privata authoritate hoc votum eſſet abolendum. Azor. *ead. d.reſol.6.num.9.* & idem eſſe, ac aliquem vovere ſe non jejunaturum, Silveſt. *ibid.nu.10.* aut non erogaturum Eleemoſynam. Et ſe opponeret Spiritui Sancto, cujus eſt bona deſideria inſtillare, & non eſſe obſervandum, ſed propria authoritate infringendum. S. Antonin. *navar. ſupra cit. d. reſol.6.* Tandem indiſcretum eſſe, & non obligare. Gerſon. ibi .. *num.12.ſeq.*

8 Neque poterit præſumi hujuſmodi Doctores ignoraſſe, opus bonum Epiſcopale deferre ſecum ſua acceſſoria connexa, nimirum dignitatem, Prælaturam, gradus altitudinem, honorem, reverentiam, & ſufficientiam temporalium, hoc enim optimè noverant: ſed ſimul ſciebant, quòd acceſsoria principalis naturam ſequuntur. *Reg.42.de reg. juris in 6.* & nata ſunt inſervire ad ornamenrum, decorem, & ſubſiſtentiã ejuſdem, quia juce naturali, & divino regula eſt, quòd inferiora nata ſint, ut ſuperioribus ancillentur, & pateant. Navar. *tom. primo cap. Inter verb.5. concluſ.n.8. de quo ſupra Reſ.1.n.17.* & injuſticia fieret principali, & primario, ſi ab illo ſua acceſſoria diſcederent, quæ ſaltem ſecundariò, & cauſa alterius poſse appeti *Reſol.5. num.11.* oſtenſum eſt, non ad propriam perſonalem, & privatam utilitatem, ſed ad ornamentum, ſplendorem, & officii commoditatem, cui debentur, & Perſonæ ratione officii, quod gerit. Honor enim non ſolùm in ſalutationibus, aliiſque obſequiis conſiſtit; ſed etiam remunerationem, emolumentum, donum, inopum, & egentium ſuſtentationem ſignificat S. Hieronymus *lib.2. comment. in Matth. cap.15.* in illa verba præceptum naturæ, & divinum eſse, *honora Patrem, & Matrem tuam*, ubi ſub honoris vocabulo intelligendum declarat, non Deo, & Templo, ſed potiùs Parentibus miniſtranda vitæ neceſsaria. Quod & S. Thom. 2.2. *quæſt.85. art.1.* mirificè ſuadet ibi .. *ex Apoſt.1. ad Timoth.5.* ibi .. *Qui bene præſunt Presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, doctrina. Dicit enim Scriptura non alligabis os Bovi trituranti, dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Et facit Text. *in l. ſi remunerandi ff. mandati; & Gloſſ. ibi verb. bonor, ideſt donatio, ſeu remuneratio, de quo infra reſol.8.n.58. ubi honor accipitur pro remuneratione in dicta l. ſi remunerandi ff. mandati.*

Authores verò ſecundæ ſen-
tentiæ communiter præfatum Vo- 9
tum, aut juramentum Archidiaconi
abſolutè prolatum viruperant; &
ad hoc, ut laudabile, & validum
reddant, plura adhibent tempera-
menta. Etenim dicunt præfatum

juramentum, aut votum non aſcendendi ad Epiſcopatum, validum evadere, ſi fiat cum illa conditione, & cautela, nimirum, niſi Superior præcipiat, & charitatis urgeat neceſſitas. Layman *ſupradicta reſol.6. num.*18. *&* Caſtropal. *ibid. littera A. B.*

10 Alii verò, apertè loquendo, docent, præfatum votum de non accedendo ad Epiſcopatum, factum animo reſiſtendi Superiori præcipienti, & Proximorum neceſſitati non ſuccurrendi, eſſe peccatum Suarez *d. reſol.6.num.*22. *Litt. K.L. num.ſeq.*

Sed cùm Votum eſſe debeat de
11 meliori bono, ſecundùm omnes DD.infra num.26., reſpiciamus primo, & examinemus oportet, quodnam ſit melius bonum, an votum negativum abſolutè de non aſcendendo ad Epiſcopatum; an verò è contra, votum affirmativum de accedendo ad illum, & poſtea deſcendemus ad præfatas conditiones, & clauſulas rimandas, an Superioris præceptum,& charitas votum negativum licitum, & proficuum reddant.

12 Et quidem videtur, quòd Votum affirmativum abſolutè factum de aſcendendo ad Epiſcopatum (intellige per media licita, ut dicemus infra num.27.) multò magis ſit de meliori bono, quàm votum negativum, ſcilicet de non aſcendendo ad illum; ſicuti meliùs eſt facere votum de adimplendis Evangelicis conſiliis,quàm de non adimplendo illa: quia votum de accedendo ad Epiſcopatum,quatenus eſt opus bonum, & obligat ad charitatem, & mortem ſubeundam pro Dominicis Ovibus, utique eſt votum in materia perfectiſſimæ Charitatis, ſpectante ad evangelica conſilia, ut docent omnes antiqui DD. & Canoniſtæ ſupra relati *dicta reſolutione 6. num. 3. & ſeq.*

Unde ſi tale votum affirmati- 13
vum de accedendo ad Epiſcopatum, (intellige de oblato,aut collato per legitimum Superiorem) eſt de re pertinente ad Evangelica conſilia, ſequitur, quòd votum negativum de nolendo accedere ad Epiſcopatum eſſe debeat contra illa: adeoque votum de volendo accedere ad Epiſcopatum, erit multò magis de meliori bono, quàm votum de nolendo illum:cùm hoc potiùs meliori bono adverſetur.

Sed è contra dicunt moderni, 14
quòd votum de nolendo Epiſcopatum potiùs dicendum eſt de meliori bono, quàm votum de acceptando, & volendo illum, cùm dictum votum de nolendo Epiſcopatum ſit verè in materia ſpectante ad Evangelica conſilia; quatenus recuſat dignitates, honores, & divitias, & cætera temporalia acceſſoria, quæ in Epiſcopatu continentur; à quibus fugere Evangelicum conſilium eſt; ſed Adverſarii replicant,dignitates, honores, divitias, & cætera dicta acceſſoria in Epiſcopatu contenta, reſpici poſſe dupliciter, vel directè, & per ſe, & cauſa ipſorum, independenter à quocumque objecto principali, & primario; vel indirectè, & cauſa alterius; hoc eſt dependenter ab aliquo eorum primario, & principali, cui neceſſariò, & utiliter inſervire inſtituta ſunt.

Primo modo refugere ab illis, 15
& illa reſpuere conſilium Domini eſt,& heroicus actus. Secundo modo cùm naturam, & conditionem ſui primarii, & principalis induant, & ſequantur,& nata ſint illi aſſociari ad ſplendorem, & ſubſiſtentiam ejuſdem, ſi primarium, & principale eſt de ſe bonum, & perfectum, & ipſa quoque acceſſoria bona erunt.

Pro quorum pleniori explica- 15 a

tione

tione Abbas Felin. eorumque partiales dicunt, ſedulò conſiderandum eſſe, nomen Epiſcopatus ſignificare aliquod complexum, in quo plures res continentur, quæ ad invicem videntur pugnare, & niſi componantur, & ad aliquam harmoniam deſponſentur, mutuò elidi, & deſtrui omnis ratio demonſtrat: non ſecùs ac contrariæ qualitates, quę ſe viciſſim expellunt ad Text. *infra allegan. Reſol.*8. *num.*43. quia in Epiſcopatu ſecundùm omnes DD. & S. Thomam ſubtiliter diſtinguentem, duæ res inveniuntur. Principalis una, & finalis, quæ dicitur Epiſcopale opus: acceſſoria altera, quæ eſt altitudo gradus, honor, & divitiæ.

15 b Secundò dicunt, quòd opus Epiſcopale ſine dubio, teſte Apoſtolo, eſt de genere bonorum, cùm ſit omnium, eodem Apoſtolo deſcribente, virtutum cumulus, trahens ſecum debitum pro dominicis ovibus mortem ſubeundi, & inter Evangelica conſilia primum locum tenet, & hoc non eſſe ſub lite agitandum. Unde ſuppoſita idoneitate ſubjecti, Epiſcopale opus deſiderare bonum eſſe Apoſtolus non reticuit, aut dicere non præterivit; adeoque dari poſſe potiùs votum de illo acceptando, non ſecus, ac de ſtatu religionis ſubeundo, aut de jejunando, aut de Eleemoſynam faciendo. DD. ſupra citati *Reſ.6.num.3.ſeq.*

15 c Et hoc concludenter convinci ex eo deducebatur, quòd ſicuti reprobatum fuit votum, aut juramentum Archidiaconi, qui abſolutè juravit, nunquam acceſſurum ad Epiſcopatum, & conſequenter etiam in ſenſu, quatenus Epiſcopatus importat Epiſcopale opus: ita è contra laudabile cenſendum erat votum ad Epiſcopatum accedendi, quatenus Epiſcopatus opus Epiſcopale principaliter inducebat. Etenim argumentum à contrario ſenſu ſemper in jure validiſſimum extitiſſe cognoſcunt jura *cap.ex eo quæſt.3.cap.cùm Apoſtolica in fine, de his quæ fiunt à Prælatis, ubi concor dan. & l.1.§. Hujus rei ff.de offic.ejus, cui mand.eſt juriſdic.*, niſi in duobus caſibus. Primò quando contrarium reperitur expreſſum in jure, *cap.ſi quis à Simoniacis 1. quæſt.*1. Vel quando verba legis non ponuntur cauſativè, ſed narrativè, Speculum *inſtitut.de diſput.* quorum neuter reperitur in caſu noſtro. Vide Fagnan. *lib.1.de elect. cap. publicato num.*49.

Tertiò dicunt, quòd non ſolùm deſiderare opus Epiſcopale, ſed etiam reſpuere honores, & divitias continebantur ex æquo inter evangelica conſilia, & quòd erant perfectiſſimi actus. Authores ſupra *Reſ.6. num.* 17. Adeoque de Epiſcopatu duo poſſe vota fieri, unum affirmativum de volendo, & acceptando illum, quatenus dicit bonum Epiſcopale opus; alterum negativum, de reſpuendo acceſſoria, divitias, & dignitates. 15 d 19 e

Sed quia in quacumque re primarium, & ſecundarium inſeparabiliter copulantur ad jura, ſupra alleg. ita ſequitur, quòd non poſſit dari votum affirmativum vel negativum de uno volendo, & altero reſpuendo, quin de utroque idem votum veniat intelligendum. V.G. ſi Titius faceret votum de nolendo Epiſcopatum quantùm ad acceſſoria, divitias nimirum, & dignitates, neceſſè eſſet, quòd etiam nollet illum quantùm ad principale opus, & è contra. Si faceret votum de volendo Epiſcopatum quantùm ad principale opus, neceſſitas inſeparabilitatis poſtularet, ut vellet eumdem Epiſcopatum etiam quantùm ad acceſſoria, divitias ſcilicet, & dignitates. Sed tam velle acceſſoria, quàm nolle Epiſcopale opus, eſt contra evangelica conſilia. Ergo veriſſimum eſt,

quòd, niſi illa duo, quæ neceſſariò ſecum trahit Epiſcopatus, opus nimirum Epiſcopale, ac dignitas, & divitiæ ad aliquam harmoniam reducantur, ad invicem elidantur, & deſtruantur, & ſpeculãtibus impoſſibile eveniet à tot contradictionum labyrintho proſilire.

15 f Sic Abb. Felinus, cæterique confœderati viri, equidem ſapientiſſimi, quibus omnem reverentiam præſtare præcipimur, ut omnia harmonicè reſonare diſponãtur, dicunt, quòd eſtò votum de nolendo acceſſoria, honorem nimirum, & divitias, per inſeparabilem concomitantiam ſit etiam votum de nolendo principale, & Epiſcopale opus, quod nunquam dicti Authores tolerare potuerunt, cenſurantes potiùs talem ſententiam, de voto nimirum non accedendi ad Epiſcopatum, ut iniquam, mortali peccato ſubjectam, temerariam, & impiam; attamen poſſe votum fieri, dicunt, de acceptando Epiſcopatum, & tunc nihil impedire, quòd tale votum ſit etiam intelligendum de volendo licitè acceſſoria. Quia datur modus, quod iſta appetere in Epiſcopatu non ſolùm non ſit contra, ſed potiùs conforme ad evangelica conſilia. Sic aſſerunt, quòd dupliciter acceſſoria appeti poſſunt: vel primariò, principaliter, directè, per ſe, & cauſa ſui. Et hoc pacto eſſe ſemper contra Evangelica conſilia, propter perverſum ordinem, quem habent ad Epiſcopale opus, cùm ipſum ſolùm ſit principale, & primarium.

15 g Vel dicta acceſſoria appeti poſſunt ſecundariò, mediatè, indirectè, & non cauſa ſui, ſed cauſa alterius, & intuitu alicujus principalis; Et tunc hoc modo appetere, eſt velle acceſſoria non contra evangelica conſilia, ſed potiùs conformiter ad illa, in quantùm appetuntur juxta exigentiam, & indigentiam ipſius principalis operis, cui ex divina Inſtitutione nata ſunt inſervire, ut ipſum principale opus manuteneant, & ſuſtineant in ſuo ſplendore, & ſubſtantia.

Quam veritatem perſpicuè, & 15 h
rotundè declarant, & decantant ſupra toties allegati Canonici Textus, in quibus regulæ bene deſiderandi fundantur; licitum eſſe ſecundariò, & cauſa alterius honores reſpicere, & recipere *Reſol.4.num.11.* nihilque juvare in Eccleſia labores impendere, ſi poſtpoſitis Clericis ab Adoleſcentia in Caſtris Domini militantibus, Laici ad Eccleſiaſtica munera ſublimentur *ibid.* cùm ambitionem non ſapiat, ſed optimè liceat, ſpe ſtipendiorum Eccleſiæ inſervire, *ibid.*, & *præamb.3. num.*103. Itaut qui Altari ſervit, juſtum ſit, quòd ab Altari ſubveniri intendat, & alimenta percipiat, *ibid.*, & quòd Clerici vivant de Patrimonio Jeſu Chriſti *ibid.*, & qui ſacrario operantur de ſacrario comedant, *Præamb.3. num.*104., à paritate Bovis, cui trituranti os claudere, ut abominabile deteſtatur; quia dignus eſt operarius mercede ſua, *ibid.* Profectò, qui arat, ſpe fructus colligendi arat, & omni jure certum eſt; quòd qui ad onus eligitur, à mercede non eſt repellendus. *Præamb.3.num.*103.*reſ.*8. *num.*58. mercedes autem, & ſtipendia ab oneroſo opere profluere jura omnia convincunt. *Præamb.3.n.*104. & mercedes operariis utilibus conceduntur, & eximii laboris ſunt argumentum, *dicto Præamb.3.nu.*104. itaut Paſtoribus de bonis Eccleſiæ applicare ſibi juxta ſuas indigentias conceſſum ſit. *Præamb.2.num.66.*, & hæc omnia veriſſima ſunt, ea fundamentali, & profundiſſima ratione, quia honor, onus, lucrum, emolumentum nunquam ad invicem ſeparantur, *leg. Alumnæ ubi gloſ. in verbo*

adem-

ademptum §. *Seja.ff.de adim. legat. & latè reſol.8.num.58.* & quia inferiora ſuperioribus, ſecundaria primariis, & acceſſoria ſuis principalibus ſunt ex ſtricto naturæ debito deſtinata inſervire, & obſequia præſtare. *Reſol.1.num.17.* Grave enim ſemper fuit, quòd Domino ſerviat Egeſtas.*Præamb.3.num.103.* ita ut qui ſervit Altari uſque ad Pontificatum ſpetare non ſit prohibitum. *Præamb.2.num.82.* Cùm ſemper admirabile fuit; declamante Tacito,quòd *opus virtutis credi non poſſit,ſi ſequeſtretur à præmio.Reſ.4. num.11.*

15 i Ex quibus omnibus eruditiſſimè declaratur, quòd reſpicere acceſſoria cauſa alterius,& prout principali aſſociata operi illi neceſſariò, &utiliter famulantur,non ſolùm non eſt prohibitum, ſed permiſſum; & naturali,& divino,& Canonico jure commendatum.

15 k Ad ea, quæ in contrarium objiciunt Authores ſecundæ ſententiæ præcipuè, ſuſcipientes Epiſcopatum remanere expoſitos multis periculis peccandi; Reſpondent contrarii eſſe pericula remota, & non attendenda, & dari virtutes ad illa ſuperanda, de quibus latiùs *Reſolut. ſeq.8.*

15 l Et quando dicunt, melius eſſe votum de non acceptando Epiſcopatũ,quia deferens ſecum dignitates, & divitias, melius eſt illas non acceptare, quàm recipere, quia non acceptare eſt ſecundùm evangelica conſilia.

Reſpondent primò ex dictis, quòd illa acceptare ſecundariò, & cauſa ſui principalis, cui utiliter inſerviunt ejuſdem principalis perfectionem participant.

Secundò,quia ſi acceſſoria ratione ſui principalis non reciperentur licitè, ſequeretur, quòd neque coactè, & per præceptum licitè recipi poſſent. Quia tunc præceptum cogeret contra evangelica conſilia, quod eſt abſurdum, & non ſuſtinendum: non ſecus ac ſi quis votum faceret de non jejunando &c. niſi coactus Superioris præcepto, hoc votum eſſet impeditivum majoris boni.

Tertiò, quòd facilius eſt concordare acceſſoria cum ſuo principali, quàm principale cum ſuis acceſſoriis, quia acceſſoria ſunt, quæ naturam ſui principalis ſequuntur, & quæ nata, & inſtituta ſunt illi ſecundùm ſuam indigentiam, & exigentiam inſervire, non autem è contra.

Unde concludunt contra Archidiaconum,non poſſe fieri votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum, neque prout ſua continet acceſſoria, quia abſolutè, teſte Apoſtolo, bonum opus eſt evangelicę perfectionis, etiamſi ex neceſſitate ſua temporalia dicat, & poſtulet: puta bibere, & manducare, quæ apponuntur, dummodo ſpiritus in ſalutis negotiis, & in ægrotis curandis non otietur.

Itaque cùm votum de acceptando Epiſcopatum ea intentione, qua opus heroicum, & perfectum eſt, ſpectans ad evangelica conſilia, & de genere bonorum, & Spiritus Sancti ſit; cujus eſt bona deſideria inſtillare, validum, & laudabile ſit; Sic & acceſſoria, quatenus bono Epiſcopali operi inſerviunt, ſui principalis naturam imbibunt, & ejuſdem honeſtatem recipiunt, ad Text. infra alleg. *Reſol.8. num.44.ſeq. & Reſol.16.num.95.* 16

Quòd magis magiſque demonſtratur. Nam quando duo diverſæ rationis ſunt inſeparabiliter connexa, quorum unum eſt ſpirituale, temporale alterum; Tunc aut temporale inficit ſpirituale, aut ſpirituale elevat temporale ad ſuam bonita- 17

tem, & illud facit ſibi ad ſui ſplendorem, commoditatem, & conſervationem licitè, & laudabiliter famulari, de quo multa adamuſſim Theologi exempla proferre poſſunt, de elevatione nimirum inferiorum ad ſuperiora, naturalium ad ſupernaturalia, quibus inſervire obligantur, & dictum eſt ſupra *num.*8. & altiori modo patet in Sacramentis reſpectivè ad gratiam, quam cauſant: in humanitate Chriſti ad opera divinitatis exercenda, tamquam Inſtrumentum conjunctum divinitati.

18 Nec poteſt dici, quòd illa temporalia, nempe dignitas, honor &c. inficiant maculent, & deturpent opus ſpirituale, quia tunc ſemper damnabile foret Epiſcopatum quocumque modo ſuſcipere, cùm dicta temporalia ſemper indiſpenſabiliter ad illum ſequantur; Adeoque dicendum; quòd illa temporalia non maculant, & inficiunt dictum Epiſcopale opus, ſed quòd ab eodem opere illuſtrantur, & elevantur ad gradum illius perfectionis, eidemque inſerviunt ad ſuum decorem, & utilitatem, ſine quibus Epiſcopatus ſtare non poteſt. *Reſol.*8.*num.*58. & probant modò ſupra allegata jura *num.* 15.*b.*

19 Sicuti quando dixit Chriſtus: *Dignus eſt operarius mercede ſua, Manducate, quæ apponuntur vobis, & curate infirmos.* Ecce quòd manducare eſt ſecundarium, & curare infirmos eſt primarium, & inſeparabiliter connectuntur, & tamen manducare in Apoſtolis non inficit Infirmorum curam, quæ eſt opus bonum ſpirituale de Evangelico conſilio, & primariò intentum, atque ratione, & cauſa ſui quæſitum. Manducare enim de ſecundariò venit, & cauſa alterius, hoc eſt ſui Principalis, cui natum eſt inſervire. Prò his omnibus, jura faciunt alibi allegata de ſecundario, & acceſſorio reſpectivè ad primarium, & principale, ad cujus naturam trahuntur. Vide *Reſol.*8. *num.*44.79. & 93. & *Præamb.*2. *num.*66. *Reſolutione* 16. *num.*95.

Et ad cohoneſtandum appetitum circa ſecundaria & acceſſoria, 20 quando non directè, per ſe, & cauſa ſui, ſed cauſa ſuorum Principalium intenduntur, ut illis ad decorem, & utilitatem famulentur, non erit extraneum, quæ communiter à Doctoribus circumferuntur de redditibus Eccleſiaſticis reſpectivè ad perſonas, quæ Eccleſiæ Beneficiis potiuntur. Etenim ſi dedecus eſſet, quòd Beneficiarius ſuis conſanguineis, ne mendicent, de Eccleſiaſticis redditibus non ſuccurrat [Caſtropal. *parte* 1. *tract.*6. *de charit.* *diſp.*2.*par.*5.*num.*9. Navar, *quæſt.* 1. *de redditibus monaſt.*77.*num.*5. Molin. *diſp.*146. *verſ. dubium eſt*. Coninch. *diſp.*27.*dub.*11.*num.*185., & *alii*] Magis monſtruoſum erit, ipſum Epiſcopum, præfatis acceſſoriis circa ſufficientiam temporalium carentē, inopia turpiter laborare; Unde convincitur, dicta acceſſoria inſtituta fuiſſe, ut ſuo principali copulata inſerviant, & cauſa ejuſdem licitè appeti poſſint.

Quapropter quòd Epiſcopus 21 (& ſit parva digreſſio) conſanguineis provideat, non utcumque, ſed juxta ſtatum, & ſplendorem, in quo de præſenti reperitur, non videtur prohibitum. Non enim eſt eadem ratio de Epiſcopo, Cardinali, & Summo Pontifice erga ſuos, ac de ſimplici præbendato. Quilibet enim ordo ſicut in Eccleſiaſtica Hierarchia ſplendidiùs eminet, ita ſplendidiores proventus in ſuos familiares, & conjunctos diſpenſare, & erogare licitum erit, Tolet. *rotundis verb. in ſum. lib.*8. *cap.*38. *num.*2. *in fin.* ex Tambien. dicit ibi .. quòd *Beneficiarius, quamvis non eſſet Dominus,*

ſed ſolùm diſpenſator bonorum ſui Beneficii; *tamen nomine eleemoſynæ poteſt ſuis conſanguineis donare, ſi indigent, ut maritare nepotes, etiam filias illegitimas, & poteſt non ſolùm pro ratione conditionis ipſorum abſolutè illis diſpenſare, ſed etiam habita ratione ſui ſtatus. Nam major eſt conditio ipſorum ob dignitatem conſanguinei, Nepotes enim Pontificum, Cardinalium, & ſimilium pluribus indigent ad decentiam ſtatus*; idemque Sacri Canones confirmant *Cap. eſt proban. 86.diſt.*

22 Quòd non ſolùm eſt lumine naturali notum, ſed etiam divino, cùm Chriſtus ſua Lege Evangelio divulgata, ſit pietatis, & omnium virtutum Author, & Magiſter, docendo, & optando ſibi majores reſpectus, quàm cæteris etiam pauperibus: admittendo ad ſuos pedes pretioſi effuſionem unguenti potiùs, quàm ex pretio, quod retrahi potuiſſet Egenis ſuccurrere: objurgata etiam inhiantium pecuniis ſub zeli ſpecie, aviditate. Matth. 26.9. Præpoſuitque Chriſtus ex pietatis amore Matrem Joanni ſingulariter commendare, & Joannem Matri. Joan. 19.26. Quamobrem in hac materia omnium conſanguineorum, diſcreta conditione ſervata, ſecundùm leges charitatis ratio habenda erit. Et licèt Beneficiarius Eccleſiaſticus ſit univerſalis Pauperum Pater 12. *quæſt.1.per tot.*; Attamen conſanguineorum, juxta preſentem dignitatis ſplendorem lege inſpecta, prioribus, & potioribus eſt congrua diſpertienda ſubventio, ad Text. *in Cap. ult. 75.diſt.& cap.Concilia* §.*Hinc etiam 17.diſt.Cum concordan.de quibus hic per gloſſ.2.*

23 Nec prodeſt, ſed potiùs multum fidelibus officit, ſub Religionis pallio Altaria ditare, Patrum traditione, & Dei mandato violato, Parentes miſeros, ſanguinequæ conjunctos poſthabitos aſpernari, de quo Phariſeis in Apoſtolos latrantibus, eoſdemque increpantibus, quia non lotis manibus panem edebant, Chriſtus indignatus eſt. Matth. 15. ex quibus manifeſtè reſultat, temporalia ſpiritualibus officiis ex rei neceſſitate, & Chriſti inſtitutione ſociata, tamquam acceſſoria, & eorum cauſa inſpici, & appeti ſemper licitè potuiſſe.

Sed quantò major inſurgeret 24
turpitudo contra dignitatem miniſtrorum Chriſti, ſi quis cogeretur in mendicitate ſordeſcere. Epiſcopus enim à ſuis neceſſitatibus ſublevandus eſt, & ob id etiam de rebus Eccleſiæ ſibi ſumere conceſſum eſt, lex enim Dei præcipit, ut qui Altari inſerviunt paſcantur de ipſo *Cap. ex his autem 12. quæſt.1.* Immo etiam ut poſſit in hoc caſu aſſumere ſibi de portione Pauperibus, & fabricæ Eccleſiæ aſſignata, *Cap. ad audientiam de Eccleſiæ ædificatione*. Quia priùs ſibi proſpicere debet, quàm cæteris, *Cap. de Monachis, & ibi Doctores de præben. & Rebuff. conſ. 124.num.11.* Immo pro qualitate officii congrua ſubſtentatio aſſignanda venit; ac proinde majorem familiam, ſplendidiorem menſam, & ſupellectilem deberi Epiſcopo quàm Decano; Caſtropal. *loc. cit. ſupra num.20.* ut fines tamen moderatæ ſobrietatis non excedat; & familiares ſint honeſtæ vitæ, ſicut decet MiniſtrosMiniſtrorum Dei; Trid. *ſeſſ.2.cap.1.& ſeſſ.25.de reform.c.1. & primo ad Timoth.3. & cap. fin. quæſt.7.* non enim credendum, Eccleſiam ſuos Miniſtros deſerere in vilem, auſteram, & agreſtem vitam declinare. Molin. *tract.2.de juſtitia & jur. diſp.145.verſ. tertium eſt,&* Caſtropal. *cit.*

Ex quibus certũ apparet, ſeu om-
nibus redditur palam id, quod apud 25
Juriſperitos conſtare dicitur, ſicuti

docet

Digitized by Google

docet Zarabel. *conſ.69. in fin.& poſt ipſum ſentit* Card. Tuſch. *pract. concl. tom.2. litt.C. concl.*781. *nu.*1. & idem, quacumque dubitatione ſubmota, & diſſidio ſuperato, tenet. Roman. *conſ.* 329. *n.*10. honores, ſcilicet & quęſtus licitè cadere poſſe ſub hominis appetitum, non ratione ipſorum immediatè, ſed cauſa ipſorum Principalis. De quo diſſertè nos DD. & Sacri Canones inſtruunt.

25 Tandem deſcendamus oportet ad examinandum conditiones appoſitas voto negativo, ſicuti ſupra promiſimus *n.*11. & quidem ad votum, ſeu juramentum negativum Archidiaconi ſupra deſcriptum *num.*5. nimirum, voveo, nunquam aſcenſurum ad Epiſcopatum, ut de nullitate excuſent Authores ſecundæ ſententiæ relati ſupra *num.*9. dicunt adjungendam eſſe conditionem illam, niſi Superior contrarium præcipiat, & poſtulet charitas.

26 Sed hæc conditio nihil confert ad hoc, ut votum illud negativum validum reddatur, & evadat de meliori bono, in quo conſiſtit eſſentia voti, ut communiter DD. Etenim, ut votum ſit de meliori bono, non eſt neceſſe, quòd ſit de objecto optimo, ſed ſufficit, quòd ipſum ſit melius, quam ejus oppoſitum. Sicuti votum. v.g. de jejunando, vel de facienda eleemoſyna &c. dicitur de meliori bono, quia melius eſt jejunare, quàm non jejunare &c. Suarez *lib.*2. *de voto cap.*7. *num.*3. Tolet. *lib.*4. *cap.*17. *num.*6. & alii communiter.

27 Et quando diximus ſupra *n.*12., præfatum votum affirmativum de aſcendendo ad Epiſcopatum; intelligimus de aſcendendo ad illum per licitas vias; & quando quis eſt vocatus, & electus ad Epiſcopatum ab habentibus legitimam poteſtatem.

28 Unde ad præfatam doctrinam, quòd dictum votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum redditur validum per appoſitionem ſupradictæ conditionis, niſi Superior *contrarium præcipiat*, reſpondemus, quòd hujuſmodi conditio potiùs demonſtrat dictum votum negativum eſſe nullum, ut dicunt Authores primæ ſententiæ ſupra *Reſol.6. num.*3. quia dicta conditio oſtendit, quòd votum illud non poteſt eſſe de meliori bono. 29

Quod probatur; quoniam, ſi votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum eſſet de meliori bono, ſequeretur, quòd Superior non poſſet pręcipere contrarium, ſcilicet quòd quis tale votū habens ad Epiſcopatum aſcenderet. Quia hoc eſſet cogere voventem, ut de re, & ſtatu perfectiori, & meliori, ad deteriorem ſtatum declinaret, quod omni rationi repugnat, ut conſideranti patet per infinita exempla. Et ita neque licitè poſſet apponi in formula dicti voti negativi conditio illa *niſi Superior præcipiat*, quę cùm inventa fuerit ad inducendam validitatem dicti voti negativi ut dicit Suarez *cit. ſupra reſol.6. n.*22. novam ſupra illud invaliditatem adjungeret: Ulteriùs, votum de non aſcendendo ad Epiſcopatum, ut validum ſit, ſupponendum eſt, quòd ſit de meliori bono; Itaut majus bonum ſit non aſcendere, quàm aſcendere. Ergo tunc Superior non poterit præcipere, quòd votum habens aſcendat, quia præciperet minus bonum relatè ad majus. Ut conſtat.

Igitur neceſſe eſt dicamus, quòd votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum non poteſt eſſe de meliori bono reſpectivè ad ſuum oppoſitum, uſquedum inveniamus aliquod aliud fundamentum ſolidum, & convincens pro validitate dicti voti negativi, ut dicemus infra *Reſol.X.* 30

Cæ-

31 Cæterùm nec poteſt dici, quòd utrumque votum negativum, & affirmativum ex æquo ſit de meliori bono. Nam votum eſse de meliori bono, ſecundùm omnes DD., ut modo diximus, non verificatur utcumque, ſed tantummodò reſpectivè ad ſuum oppoſitum; Unde ſi votum negativum eſset de meliori bono, diceretur tale per reſpectum ad ſuum oppoſitum, quod eſt votum affirmativum, itaut verificari deberet, quòd majus bonum eſſet non aſcendere ad Epiſcopatum, quàm aſcendere. Sed hoc non poteſt dici, quandoquidem melius bonum ſemper verificandum venit reſpectu perfectioris virtutis. At tantummodo de dicto voto affirmativo verificari poteſt eſſe in materia perfectiſſimæ charitatis. Cùm opus Epiſcopale dicat obligationem ponendi animam pro Dominicis ovibus; quam obligationem ex officio non habent niſi Epiſcopi, & Paſtores. Ergo votum affirmativum de ſuſcipiendo paſtorale officium, ſine ulla comparatione eſt de meliori bono, quàm votum negativum, quod quando non eſſet impeditivum majoris boni, ſpectantis ad perfectiſſimam charitatem, ad ſummum contineri poſſet in materia humilitatis, & contra ambitionem. 32

Multa plura poſſemus adducere, & cumulare in favorem praefati voti affirmativi, & ad arguendum contra validitatem dicti voti negativi. Sed de facili poſſunt diſcurrentibus obviam fieri, donec ad vera fundaměta *Reſ.* 10. adducěda pro defenſione voti negativi perveniamus.

His pro invenienda veritate diſcuſſis, adhuc ſupereſt ſcrutari; An rationes pro validitate voti negativi de non aſcendendo ad Epiſcopatum, adductæ ab Authoribus ſecundæ ſententiæ, eorum probent intentum, proinde ſequentem Reſolutionem exaramus quæ erit VIII.

RESOLVTIO VIII.

Prælatura, Honor, & Divitiæ contentæ in Epiſcopatu non ſunt validum, & convincens fundamentum pro validitate voti negativi non aſcendendi ad Epiſcopatum.

SUMMARIUM.

26 *Non omnis honor eſt ſuperbia mundi.*
Honor, alius pravus, alius ſanctus, & cæleſtis. ibid.
Honor Homini iniquo non ſervatur. ibid.
Votum validè datur contra perverſum honorem. ibid.
Datur honor licitus, & illicitus. ibid.
28 *Quid ſit Ambitio.* 2.
29 *Honoris liciti conditiones.*
36 *Honor inordinatus. ibid.*
Minus dignus acceptans beneficium peccat, & tenetur ad reſtitutionem. ibid.
39 *Excellentia unius ad aliorum utilitatem ordinanda eſt.* 95.
40 *Honor major majori virtuti, & ſeniori deferendus.*
41 *Nullus eſt honor ſufficiens præmium virtuti, licèt ſit ejus teſtimonium.*
43 *Ubi eſt inſeparabilitas terminorum, non poteſt fieri votum de uno, & non de alio.*

Con-

Contraria adverſantur, & ſe mutuò elidunt. ibid.
44 Acceſſorium ſtare non poteſt ſine ſuo principali; unoque conceſſo, conceditur utrumque 74.
Acceſſorium corruit, ſublato principali. ibid.
45 Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.
47 Qui Altari ſervit de Altari vivit. 93. & Præamb. 2. n. 66.
Hilarem datorem diligit Deus. ibid.
Novenii calumnia. ibid.
48 Præſumptuoſum eſt preeſſe ut ſubditis proſit.
49 Verbum videtur dicit certitudinem.
50 Vox præſumptuoſus vitium præſumptionis oſtendit.
51 Præſumptio eſt genus probationis, & dicitur conjectura.
52 Præſumptio culpam importat. Aliquando ſumitur in bonam partem, frequentiùs in malam. ibid.
53 Moraliter accepta ſemper dicit culpam.
56 Quid dicat D. Thomas de his, quæ reperiuntur in Epiſcopatu. vide in ſine.
57 Licitus ex D. Thoma eſt appetitus ſecundariò de honore reverentia &c.
Honor interdum accipitur pro dignitate, & aliquando pro remuneratione. ibid.
76 In caſu, quo quis ſit homo rectus, poteſt appetere Epiſcopatum. 83. 94. 58.
58 Honor, onus, & lucrum, nunquam ſeparantur.
60 Principes infelices ſi officiis onerant, & non honorant commoditatibus.
61 Oneratus in uno, in alio relevandus eſt.
Multi non laborant, & lucra reportant.
64 In appetitu Epiſcopatus tria inveniuntur. Primum res appetita, quæ eſt ipſe Epiſcopatus, ſecundum ratio appetendi, quæ ſunt circumſtantia bona, tertium ipſe appetitus, qui eſt actus appetendi.
77 Operatio non debet eſſe propter delectationem.
78 Dominari repugnat primæ intentioni naturæ.
79 Secundarium ex neceſſitate includitur in ſuo primario.
80 Quando actus ex una ſpecie eſt licitus, & ex altera eſt illicitus, tunc dicendum eſt, quòd ex genere ſuo non eſt licitus, nec illicitus, ſed indifferens.
81 De ratione generis eſt repræſentari idem in omnibus ſpeciebus.
Copula carnalis de ſuo genere eſt indifferens. ibid.
82 Occidere de ſuo genere eſt indifferens.
83 Quando ſit licitum appetere præeſſe.
84 Praeſſe aliis eſt contra primam inſtitutionem naturæ, non autem ſecundam.
Peccata, quæ ex genere ſuo ſunt mortalia, contracta ad aliquam ſpeciem evadunt venialia, & è contra. ibid.
85 Quid ſit ſuperbia, præſumptio, ambitio, vana gloria. ſeq.
86 Honor ſi moderatè appetatur eſt actus virtutis magnanimitatis.
88 Peccata de ſe mortalia per accidens fieri poſſunt venialia, & è contra.
89 Plùs diſtat licitum ab illicito, quàm licitum à minùs licito.
90 Magis elongantur licitum ab illicito, quàm finitū ab infinito

91 Actus

91 *Actus eleemoſynæ, ad finem fornicandi, non eſt vera eleemoſina.*

Licitum eſt ſecundariò, appetere honores &c. 57.

93 *Non obturas os Bovi trituranti* 47.

Ab actibus ſpiritualibus non ſeparantur corporis alimenta 47. *ibid.*

94 *Præeſſe aliis in Epiſcopatu dici poteſt aliquando licitè, aliquando illicitè.*

Quando appetitus, & aſſumptio Epiſcopatus redditur magis licitum.

95 *Præeſſe aliis reſpicitur dupliciter, dependenter, & independenter à quocumque Officio.*

96 *Officia inſtituuntur ad proximorum utilitatem.* 39.

Nemo eſt alteri eſſentialiter ſubditus, niſi Deo.

97 *Subditus aliquando poteſt licitè ſuo Superiori reſiſtere.*

Officiali publico non permittitur ultra Legem. ibid.

Officiali etiam modum excedenti poteſt reſiſti. ibid.

Officium non juvat malè ſervantes. ibid.

Officium conſiſtit in adminiſtratione Reipublicæ, & propter publicam utilitatem. ibid.

Rex, Princeps, & Epiſcopus veniunt Officialium nomine. ibid.

Officium nemini debet eſſe damnoſum. ibid.

57 *Quotquot dantur in rerum natura, vel ſunt principalia, vel acceſſoria.*

Principalia nata ſunt appeti immediatè per ſe, & cauſa ſui. ibid.

Acceſſoria nata ſunt appeti mediatè per aliud, & cauſa alterius. ibid.

Acceſſoria ſi appetuntur cauſa alterius, reduci poſſunt ad Evangelica conſilia: ſi appeterentur cauſa ſui, ſunt contra. ibid.

58 *Sine temporalibus Epiſcopatus ſtare non poteſt. ibid.*

Qui bene præſunt Presbyteri.

Honor non ſolùm ſumitur pro dignitate, ſed etiam pro remuneratione. ibid.

Honor, onus, lucrum, emolumentum nunquam ſeparantur. ibid.

Qui ſentit commodum, ſentire debet incommodum, & è contra.

Reſolutione ſexta ibi ſententiis Authorum perlectis, quid ſenſerint circa validitatem Voti negativi, aut juramenti per Archidiaconum facti, non aſcendendi ad Epiſcopatum; & fundamentis, & rationibus ab Authoribus ſecundæ ſententiæ adductis, illiſque perpenſis, videtur ad dicti Voti negativi validitatem firmandam, vel parum, aut nihil convinci, præcipuè contra veteres Abbatem Felinum, & Sequaces. 26

Ideò in hac Reſolutione, ad conſtituenda artis bene deſiderandi præcepta, iterum examinare arripimus quædam circumſtantia bona, quæ ſecum dictum Votum negativum affert: & credimus, non proinde, quòd Epiſcopatus claudit gradus celſitudinem, honorem, divitias &c. poſſit eſſe ſufficiens ratio, ad firmandum dictumVotum negativũ, non aſcendendi ad Epiſcopatum; cùm hujuſmodi circumſtantia bona acceſſoriè ſe hebeant ad illum, & cauſa ipſius ſecundariò intenta, eamdem ſui principalis bonitatem induant, ut latè dictum eſt Reſolutione antecedenti *num.* 5. *& ſequenti*, & in

nona Reſolutione alias rationes ad hunc eumdem effectum ſcrutabimur.

27 In præſenti autem pro veritate ad dicta artis præcepta cognoſcenda conſideremus oportet, quòd non quicumque honor eſt ſuperbia mundi. Honor enim, ſicuti de omnibus quinque honorariis ſupra *Reſ.5.n.1.* deſcriptis, alius eſt pravus, & vitioſus, & mundi ſuperbia, alius eſt licitus, & ſanctus, & in omni virtutis ſpecie illuſtris, & propemodum cœleſtis nuncupatus, *ad clarum Text. in Cap. miramur in fin. 61. diſt.* ubi de honore mundi, & cæleſti eruditè diſſeritur, hoc eſt de prophano & ſancto, de illicito, & licito, & de hac veritate dant ſacræ paginæ manifeſta documenta, & exempla *primò Machabeor. cap.2.* de Matathia proximè morituro, magnanimo pectore ad ſanctum filios hortante honorem. Ibi.. *Nunc ergo filii, Emulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro Teſtamento Patrum veſtrorum, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.* In quibus verbis pro fine fortiter attrahente proponitur gloria, & nomen æternum. Et de perverſo honore infra ibi.. *Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus ſtercus, & vermis eſt: hodie extollitur, & cras non invenietur*, ubi pro retrahendo à ſceleribus prænunciatur perverſa gloria, cujus eſt animum in horrorem convertere. *S. Thom. modò infra num. 32.* Profectò cum talis honor tamquam fumus evaneſcat, numquam ſervatur illi, qui in deteſtabiles mores dilabitur. *Tex. in l. Senatoris ff. de rit. nupt.* omnemque honorem reatus excludit *l.2. §. Hoc ampliùs in marg. de his, qui not. infam.* Unde evidenter conſpicitur, dari gloriam, & honorem, ſanctum, & perverſum: ſanctum, qui inſeparabiliter ſequitur in teſtimonium virtutis; perverſum, qui inevitabiliter ſuccedit in teſtimonium iniquitatis. Quapropter, qui vult virtutem, aut vitium, impoſſibile eſt, quin velit teſtimonium virtutis, aut iniquitatis, hoc eſt, quin velit aut ſanctum, & æternum, ſive perverſum, & tranſitorium honorem. Propter quod, ſicuti tranſitorius honor ad mundi ſuperbiam ſpectat; contra ipſum longè repellendum, dari poterit licitum, & validum votum, ad conſilia Evangelica pertinens, non autem contra honorem ſanctum, cujus conditio eſt, & natura, oriri à virtute; & in teſtimonium ejuſdem inſeparabiliter ſe habere, ut impoſſibile contingat, virtutem appeti ſine ſuo ſancto honore: & ſanctum honorem deſideremus ſinè ſua virtute, de quo latiùs dicemus *Reſ.21.n.11 ſeq.*

Sic cum Epiſcopatus, qui ſemper accipiendus venit, prout Chriſtus illum inſtituit, & conſtat ex ejuſdem deſcriptione, eſſe virtutum cumulum, ut fusè in Præambulis ad hunc Tractatum tradidimus: & non eſt prophanum officium, cui Mundi ſuperbia, & tranſitorius honor inhæret; ſed bonum opus. Sic honor ejus eſt honor ſanctus, & non aliud, quàm teſtimonium ſuæ bonitatis, & per conſequens ſub prætextu arcendi prophanum honorem, non poteſt concludi, quòd præfatum Votum negativum, de Epiſcopatu non acceptando, ſit licitum, & validum. Honor enim Epiſcopatus eſt ejuſdem ſanctitatis, & virtutis, ac eſt ipſemet Epiſcopatus. Nec honorem ſanctum ab Epiſcopatu, nec Epiſcopatum à ſancto honore ſeparari permiſſum eſt. Unde niſi pro validitate noſtri Voti ad alias recurramus rationes, ſupra adductæ non videntur ſufficere, nec perſuaſos reddiderunt Abbatem Felin. cæteroſque contrariæ ſententiæ Authores. 27 a

Hu-

28 Hujuſmodi veritas de licito, & illicito honore rigorosè ab aliqua radice conſurgit. Etenim in primis præfatum Votum validum, & honeſtum apparet. In quantùm ab omnibus judicatur, & appellatur de non ambiendo, & contra ambitionis vitium reputatur decertare, ut communiter Theologi, & refert ſupra Suarez *Praamb.*4. *num.*19. Sed de ambitionis natura, & eſſentia neceſſe eſt, dari honorem illicitum, & licitum; ut ex ipſius ambitionis definitione evidenter oſtenditur. Definitur enim ambitio ex Divo Thoma, & communiter: *Inordinatus appetitus honoris indebiti, aut debito majoris*, de quo *Reſol.*1.*num.*1.*& ſeq.* Unde quicumque honor, qui alicui ſecundùm quantitatem ſuæ virtutis non erit commenſuratus, & cum debitis conditionibus applicatus, erit illicitus, & indebitus, & contra talem honorem longè arcendum, poterit dari validum Votum. Si autem è contra i præfatus honor erit commenſuratus ad virtutis magnitudinem, erit honor licitus, & virtuoſus, & ſpectans ad virtutem magnanimitatis illum appetere; appetere, inquam, illum ſaltèm ſecundariò; cum ſit inſeparabilis à virtute, & reputetur bonorum maximum, Gloſſ.1.*in Extrav.ad conditorem verſ. bonorem de verbor. ſignif.* Ariſtot.*.ethic.lib.*4.S.Tho.1.2.*quæſt.*2.*art.*2. ut honoris, & vitæ cauſa æquiparetur. *L.juſta cauſa ff. de manumiſſ.* Imò honor ipſi vitę pręfertur. *L. iſti quidem ff. quòd metus cauſa. L. reprahendenda.C.de inſtit.& ſubſtitut. L. quiſquis. C. de poſtulando.* Ea potiſſima ratione, quia ſemper honor debetur meritis. *Cap. Priſcia* 100. *diſt. & communiter Doctores cum Layman.allegando Reſ.ſeq.n.*17. Et non poterit contra talem honorem Votum inſtitui, quia tale Votum non ſolùm non eſſet de meliori bono, ſed potiùs impeditivum ejuſdem.

Menſura autem, & conditiones honoris liciti contradiſtincti ab illicito, & quando honor licitè appeti poſſit, præter ea, quæ diximus ſupra *Reſ. quarta & quinta*, deſcribuntur adamuſſim à S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 131.*art.*1.*per tot.*, & ſubtiliter exponuntur à Cajetano ibi. Itaut pro plenaria notitia nihil omittant deſiderandum. 29

Et in primis D. Thomas ibi non præterit, honorem inter externa hominum bona recenſere. Secundò vult, quòd ad hoc, ut honor ſit licitus, rectus, & virtuoſus, non debet excedere rationis regulas, & ordinis rationem invertere: aliàs redderetur vitioſus, *ibi in reſponſione ad primum*. 30

Tertiò aſſerit, honorem eſſe præmium virtutis ex Ariſtotile 1. & 8. *Ethic.* licèt non ſufficiens præmium *ex Ethicor.*4. 31

Quartò cognoſcit, hominem per honorem provocari ad bona facienda, & mala vitanda. ex Ariſt.3. *Ethic.*, & ipſe Sanctus *in reſponſione ad* 3. ſcribit, quòd ſicut per appetitum honoris, quando debito modo appetitur, aliqui provocantur ad bonum, & revocantur à malo; Ita etiam ſi inordinatè appetatur, poteſt eſſe homini occaſio multa mala faciendi, adeòque non eſſe honorem conſtituendum ultimum finem, nec primariò intendi; & hæc erit prima conditio liciti honoris, & quæ facit appetitum ejus eſſe ordinatum. 32

Inſuper Sanctus, *in corpore*, habet, quòd honor eſt teſtimonium alicujus, & quòd excellentia hominis non eſt ab homine, ſed à Deo, & ita honorem non deberi homini principaliter, ſed Deo; & hæc eſt ſecunda conditio, ad hoc, ut honor ſit licitus, & ejus appetitus ordina- 33

tus. Et conſiderandum, ut dicit Sanctus, quòd illud, in quo homo excellit, datur homini à Deo, ad hoc, ut aliis proſit. De quo Cajetanus ibi evidentem rationem reddit. Quia de ratione boni eſt eſſe diffuſivum ſui. Undè in tantùm homini honor placere debet, in quantùm ſibi placet aliis prodeſſe; Et hæc eſt tertia conditio, ut appetitus honoris ſit ordinatus, & honor licitus atque licitè appetatur.

34 Et ſequitur ibi D. Thomas ad illiciti honoris conditiones oſtendendas, & dicit, quòd appetitus honoris tripliciter redditur inordinatus. Primò, in quantùm quis appetit teſtimonium de excellentia, quam non habet; pro qua facit *Text. in Cap. non eſt putanda 1. quæſt. 1. & Cap. ecce in fin. & Cap. nullus 69. diſt.*

35 Secundò, in quantùm honorem quem ſibi appetit, non refert in Deum. Tertiò, in quantùm appetitus quieſcit in honore, quem appetit, non referendo illum ad utilitatem aliorum.

36 Supradictas conditiones extendit Cajetanus, dicens ibi, quòd appetitus honoris eſt inordinatus, quando quis appetit honorem, quo non eſt dignus; tam abſolutè ſecundùm ſe, ad ſenſum in *d. Cap. ecce 69. diſt.* quàm reſpectivè ad alium digniorem: in quo etiam concordat *Text. in Cap. nemini eſſe præjudicandum. Et Cap. qui reſiſtit 11. q. 3. & Cap. de Eccleſiaſticis 25. quæſt. 2.* ſicuti ſi quis appeteret Epiſcopatum, quo aliàs eſſet dignus, & concurreret alius, qui à Superioribus reputaretur dignior, tunc appetitus minùs digni eſſet inordinatus, quia non haberet qualitatem dignioris, & minùs dignus acceptans beneficium, & impediens digniorem, peccat, & tenetur ad reſtitutionem. *Caſtropal. tract. 13. par. 2. diſputat. 2. punct. 11. §. 4. §. 5.* Honor enim inordinatè appetitur, ſi non ſit debitus *dicto Cap. ecce 69. diſt.* Imò indebitè oblatus eſt reſpuendus. *Cap. nullus 99. diſt.* & ita exhibendus ut nulli præjudicet *d. Cap. qui reſiſtit.*

37 Secundò, ſi quis multa beneficia appeteret, quæ deberentur ſingulis perſonis, tunc appetitus illius eſſet inordinatus: quia vellet habere in ſe multa teſtimonia, quæ deberentur aliis: adeòque uſurparet honorem illorum, quod etiam eſt contra allegata Jura.

38 Tertiò, ſi quis per illicita media honorem, & dignitatem appeteret, tunc fieret indignus, & appetitus ejus eſſet inordinatus.

39 Addit, honorem eſſe de genere bonorum utilium, in quantùm propter alios appetitur. Cum ſit Teſtimonium excellentiæ alicujus, & excellentia ad aliorum utilitatem ordinata eſt; Et quia excellentia hominis à Deo ordinata deſcendit; ſic honor alicui exhibitus ad tres erit dirigendus: Primò ad Deum principaliter, ut Authorem honoris. Secundò ad Perſonam excellentem. Tertiò ad utilitatem proximorum. Undè duæ illæ ordinationes ad Deum ut Authorem; & utilitatem proximorum, non debent poſitivè excludi: aliàs appetitus eſſet inordinatus, & illicitus: ſed debet ſemper eſſe ſaltem cum virtuali ordinatione ad Deum, & proximorum utilitatem: Cùm charitas virtuali ordinatione omnia meritoria ſuaviter diſponat.

40 Tandem Cajetanus concludit, de arte bene deſiderandi regulam eſſe, quòd ille, qui habet virtutem, non poteſt appetere quemcumque honorem, ſed dumtaxat ſuæ virtuti commenſuratum; quod confirmat *Text. dicto cap. ecce 69. diſt.* nã cùm honores diverſis excellentiis, & virtutibus exhibeantur, ſic ſecundùm

diverſas menſuras,ad diverſas virtutes, & dignitates reſpectivè impartiendi erunt. Quapropter vitioſum eſſet, Cajetanus ait, quòd Doctor in Theologia honorari affectaret, ut Imperator triumphans. Cui conſonant Civilia Jura,honorem ampliorem ſeniori deferendum eſſe. *L.ſi de. ff. de fide Inſtrum.*Et honori Parentum, & Patronorum multùm tribui *l.* 2. de obſequiis à liberis,& libertis. Et honor major debetur electo à majori. *Gloſſ. verb. judicati ſunt, L. reſtituenda C. de Advocat.diverſor.judicum.* Ibi -- *nota hic, majorem deberi iis, qui electi ſunt ab Imperatore ad aliquam dignitatem,quàm iis, qui ad eamdem dignitatem ſunt electi ab aliis. L.fin.ff. de alb.ſcrib.* & honores Superioribus exhibentur. *Gloſ. §.Voluerit, Auth.de Conſul.*, & honor ſanguinis majori ex debito non denegandus. *Gloſſ. verb. anni ſpatium lib.3. §. Cùm igitur. Inſtitut. de eo cui libert.cauſ.*

41 Et quamvis nullus honor ſit virtuti ſufficiens præmium, eſtamen ſufficiens humanæ virtutis teſtimonium. Hæc, & plura alia in præfatum D. Thomæ Text. differit Cajetanus, pro quorum veritate oſtendenda, nos Canonica, & Civilia Jura haud neglegimus allegare.

42 Notificato igitur honore licito per diſtinctionem ab illicito, & oſtenſa inſeparabilitate honoris ab excellentia virtutis, cujus eſt ex ſua definitione, tradita à D.Thoma 1.2. *quæſt.2.art.2.*eſſe fideliſſimum teſtimonium. Hinc appetitus virtutis in humano pectore inflammari,& reviviſcere non poterit, quin exurgat quoque ſimul appetitus honoris. Et è cõtra. Et hoc quia virtus,& honor mutuo ligamine deſponſantur,& honor non niſi dependenter à virtute,& ſecundùm rationis regulas eſt reſpiciendus.

Quapropter cum non poſſit dari Votum de virtute non appetenda, ſanè nec dari poterit de non appetendo teſtimonio virtutis, quod eſt honor,adeòque pro validitate præfati juramenti,& noſtriVoti,inutile videtur contra Abbatem Felinum, & alios, recurrere ad effugium illud, quòd Epiſcopatus dicat honorem.

Itaque pro certo habendum, quòd quando concurrit terminorum inſeparabilitas, non poteſt fieri Votum de faciendo aliquod principale, & de nolendo ſimul ejus acceſſorium, & ſecundarium inſeparabiliter annexum cum illo. Quia hujuſmodi voluntates volendi, & nolendi, ſunt ad invicem contrariæ. Contraria autem inter ſe pugnant,& ſimul eſſe non poſſunt. *L. Mutius ff. pro ſoc.* & ſe mutuò elidunt, & mutuò expellunt, Surd. *deciſ.* 24. *num.*10. *Gonzal. ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*54. *num.*24. quia ſimul ſtare nequeunt in eodem ſubjecto. *Gloſſ. in fin. ff.de divort.*& una poſita, alteram removeri neceſse eſt. Steph. Grat. *diſcep.foren. num.*5. *cap.*89. *num.*18. 43

Inde ſequitur, quòd quis v.g. non poteſt facere votum de reddendo debito ſuæ uxori petenti, & de non capienda delectatione, quæ neceſsariò, & ex natura rei reperitur inſeparabiliter conjuncta in actu conſummato conjugii. Secùs autem de illa, quæ voluntariè ex hominis malitia,& artificio intentatur. Licèt delectatio ſe habeat acceſsoriè, & ſecundariò ad prolis propagationem, quæ eſt finis primarius. Ex regula illa, quòd quando acceſſorium venit in neceſſariam conſequentiam ſui principalis: principali conceſso, & acceſsorium conceſsum eſse cenſetur; & omne id, ſine quo ſtare non poteſt *L.* 2. *ff.de juriſd. omn. judic.*, quod vere militat,quando acceſsorium eſt inſe- 44

para-

parabile à ſuo principali, & multò magis quãdo principale pro ſua ſubſiſtentia neceſsariò illud acceſſoriũ requirit: Menoch. *remed.6. recuper. 245.& de præſumpt. lib.3. præſumpt. 97.n.7.&* 8.ex quo ſemper fit,acceſſoriũ corruere, ſuo principali ſublato, *L.liberis ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.L. cum principalis ff.de reg.juris. §. Fidejuſſores*, ut in caſu dicti Voti, in quo copulam, & delectationem mutuò diſiungi, & unam ſinè alia ſtare, natura non ſinit, & faciunt Text. *infra adducendi num.* 74..

45 Sic etiam ſequitur è contra, non poſse quem facere votum de nolendo ſecundaria indiſpenſabiliter connexa cum ſuo primario, quin &Votũ factum ſit de nolendo primario: undè quis non poteſt facere votum de nolendo,aut volendo ſecundaria ad opus Epiſcopale, puta Prælaturam, honorem, & divitias, quin etiam ſimul intelligatur Votum fieri de nolendo, aut volendo opus Epiſcopale, quod in Epiſcopatu eſt primarium: tantò magis quando non eſt in arbitrio perſonæ in præjudicium ſplendoris, debiti ſuo Officio, turpiter,& neglectè vivere, ad Text. *ſupra Reſ.7.nu.*20. Quapropter Adverſarii neſciunt videre,quare acceſſoria in Epiſcopatu reddant illicitum appetitum operis Epiſcopalis; & opus Epiſcopale,quod eſt ſummè bonum, & perfectum, non reddat licitum,& honeſtum appetitum ſui ſecundarii, ſecundùm regulas deſcriptas ſupra *Reſol. antecedente*: eo vel magis, cùm ſecundaria, ut ibi diximus, ſui primarii naturam ſequantur, ad Text.*in L. etiam, Cod.de jure dot.*

46 Ad ſolitum effugium ,pro adducenda diſparitate, recurrit Suarez loco citato cum modernis,quòd cùm opus Epiſcopale, licèt ſummè perfectum, habeat adjuncta illa acceſſoria, nimirum altitudinem gradus, honorem, & divitias; & naturalis appetitus hominis, qui tendit ad alta, ſit pronus ad illa,ſic ad hoc, ut non evadat effrænatus,&erret,per jura cohibeatur,neceſſe eſt, *d.Cap.ſi Religioſus in 6.* adeòque ut licitè Epiſcopatus acceptetur, ſemper erit expectãda coactio.Tantò magis,quia omnia,& ſingula præfata acceſſoria pertinent ad concupiſcentiam carnis, oculorum, & ſuperbiam vitæ; & per conſequens de conſilio erit, illa vitare, atque per votum de non conſentiendo in illa, niſi coactè per Superioris præceptum, appetitum refrænare. Sed Abbas Felin.& Sequaces huic rationi minimè videntur acquieſcere; nam ſemel quòd opus Epiſcopale,à Chriſto Domino inſtitutum, ſit adeò bonum,& perfectione inſigne, neceſſarium quoque ſit, ut etiam ſua acceſſoria, quę naturã ſui principalis ex eadem Inſtitutione Chriſti ſequuntur,bona, & perfecta eſſe debeant. Quod optimè conſtat ex profusè diſſertis *Reſ. antec.* Et quia Prælatura à Chriſto in Epiſcopatu conſtituta, non eſt more Gentilium, cum ratione dominandi Principis ad Vaſſallum, ſed potiùs cum obligatione Paſtoris,aut paſtoralis ſollicitudinis ad Chriſti oves paſcendas, aut paterni amoris ad filios gubernandos. Reverentia verò,& honor, non ſunt profani, ſed ſacri,debiti officio Evangelici Paſtoris;Divitię tandem,non mundanę,ſed ſpirituales, pro Epiſcopo, ut honeſtè vivat: quæ ſuperſunt verò, pro Eccleſia, & pauperibus diſpenſandæ. Et non ſunt propriæ, ſed Chriſti: quibus convincitur,præfatum bonũ Epiſcopale opus ſanctitatem ſuis acceſſoriis communicare: ac proinde Abbas,&alii inferunt,non poſſe fieri Votum de non conſentiendo in Epiſcopatum, ſub illa conditione, *niſi coactè*,quia cum abſolutè ſit bo-

num,

num, cum omnibus ſuis acceſſoriis,
eſſet injurioſum Chriſti Inſtitutioni,
& impeditivum majoris boni.
Quòd ſi illa ſacra acceſſoria
47 deinde abuſivo, & corrupto modo
intenderentur, tamquam prophana,
& mundana Bona, ſecum minimè
trahentia naturam ſui principalis:
tunc fieret peccatum,& injuria Chri-
ſto, ejuſque Inſtitutioni, & non lice-
ret neque ſecundariò conſentire in
illa, neque coactè, nec ex quocum-
que Superioris præcepto. Nam ſicuti
divitiarum abuſus, & mala conver-
ſio, ad oculorum concupiſcentiam
ſpectat; ita eorum virtuoſa eroga-
tio, & conſumptio, honoris ſancti
meretur encomia. Cum hilarem
datorem à Deo diligi, divina te-
ſtentur oracula, ſicuti recinente
Pſalmiſta intonatur; In ſæculum
manſit illius Juſtitia, qui magnificè
diſperſit, & munificentiùs pauperi-
bus diſpenſavit. Aliàs contra nos
veſana rediret Novennii calumnia,
indignatione latrantis, quid facit au-
rum in Eccleſia? multa bona reſpon-
demus efficere, ad Dei cultum ſacri-
ficatur, alit pauperes, miſericordiæ
corporalis,& ſpiritualis opera adim-
plet, Eccleſiæ operarios ſuſtinet,
ut cui inſerviunt, de illo paſcantur
altari, ad laudatos *Text. ſupra Re-
ſol.*7. & diximus ſupra *Praamb.*2.
*n.66.*48.
Igitur videtur, quòd ad firman-
48 dam voti validitatem non ſufficiant
fundamenta Suarez, & moderno-
rum, nec illa conditio, aut cautela
in voto appoſita de non conſentien-
do, *niſi coactè*. Sed ad aliam vali-
diorem rationem eſſe recurrendum,
quam adducemus ex doctrina San-
cti Thomæ *Reſol.*10.
Nec articulus D.Thomę modò
infrà allegandus *n.*56. aliquid pro-
49 bat in contrarium. Cum totus labor
Sancti Doctoris, & Cajetani ibi de-
monſtrare conetur, in appetitu Epi-
ſcopatus non eſſe rerum ordinem
pervertendum. Et quando S.Doctor
dicit ibi *litt.H*; *Præſumptuoſum vi-
deri, quòd aliquis præeſſe appetat, ad
hoc, ut Subditis proſit.* Hoc, ſalvo Ca-
jetani ſenſu infra *n.*72 *& ſeq. &* 76.
& ſeq. dicit Sanctus, ut noſtram ſen-
tentiam confirmet; cum ſemper præ-
ſumptio ſit, appetere aliquid, ad
quod ſufficientes quis vires non ha-
bet, & non eſt idoneus, licèt hoc ad
bonum finem efficiat.
Quod evidenter oſtenditur, plura
obſervando in præfato Textu; pri- 50
mùm, nimirum, verbum illud *vide-
tur*, quod licèt aliquando fictionem
inducat. *L.*1.*§.Dejeciſſe.Et L.notatur
aliter in princ. ff.de acquiren. poſſeſſ.*
nihilominus aliquando veritatem
importat, & certitudinem *L. quod
tamen §.Arbiter ff.de Arbitr.* In quo
ſenſu illud uſurpaſſe Divum Tho-
mam, tenendum eſſe arbitror, juxta
ſuum modeſtum loquendi ſtylum,
& ex tenore aliorum locorum, in
quibus clarè ſe explicat, ut videbi-
mus infra.
Secundò, obſervando vocem
illam *præſumptuoſum*, quam licèt
barbaram dicat Jacobus Spiegel in
ſuo Lexicon *verb. præſumptuoſus*.
Attamen ſatis expreſſivè vitium
præſumptionis oſtendit.
Cæterum præſumere, & præ-
ſumptio, multa diverſa ſubit ſignifi- 51
cata, ut videre eſt in Juris Civilis,&
Canonici Repertoriis; & apud Juris
peritos, qui præcipuè præſumptio-
nem reducunt ad aliquod probatio-
nis genus, quod & Conjectura
appellatur, ad elegantem *Text. in
L. ult. C. de probat.* quæ ex facti cir-
cumſtantiis concipitur. *Cap. nec ſolo*
32. *q.*5. & præſumptionum natura
eſt, unam per aliam elidi, non ſecùs
ac Clavus, qui Clavo truditur. *L.
divus ff. de integr. reſtit.* Sed in præ- 52
ſenti materia, de qua agimus, ſatis
eſt advertere, præſumptionem ut

plurimum Culpam importare. Præſumptio enim eſt auſu temerario contra Legem facere. *Cap. de Judic.* ubi Abbas *num.6.* & dolum atque temeraritatem denotat Bald. *conſ.* 486. *n.5. vol.4.* Navarr. *in manual. Cap.27. num.*156. *ſeq.* Et licèt aliquando ſumi poſſit in bonam partem Felin. *rubr. de præſumptionibus*, nihilominus frequentiùs in malam partem uſurpari teſtatur Anguian. *de leg. lib.2. Controv.28.n.13. fol.246.*

Sed Theologicè, & Moraliter accepta ſemper Culpam ſignificat. Sanctus Doctor *modò citandus.*
53 Quia ſemper tendit in aliquod, ad quod ſivè defectu humanæ Virtutis, ſivè ex divina ordinatione vires non dantur. In quantùm præſumptuoſus vel confidit de ſua propria habilitate, ad aliquid pervenire, putans illud facile, & poſſibile; cum impoſſibile ſit; & multùm ſuas vires excedens; vel confidit de divina virtute, pro aſſequendo aliquid, quod inordinatè vult, putans obtinere gloriam ſinè meritis, vel veniam ſine pœnitentia, & uno vel altero modo præſumptuoſus procedat, ſemper peccat. S.Tho.2.2.*q.21.art.*1. ibi-- *Reſpondeo dicendum, quòd præſumptio videtur importare quamdam immoderantiam ſpei, ſpei autem objectum eſt bonum arduum poſſibile. Poſſibile autem eſt aliquid homini dupliciter, uno modo per propriam virtutem, alio modo nonniſi per virtutem divinam. Circa utramque autem ſpem, per quam aliquis de propria virtute confidit, attenditur præſumptio ex hoc, quòd aliquis tendit in aliquod bonum, ut ſibi poſſibile, quod ſuam facultatem excedit &c. Circa ſpem autem, qua aliquis inhæret divinæ potentiæ, poteſt per immoderantiam eſſe præſumptio in hoc, quòd aliquis tendit in aliquod bonum ut poſſibile per virtutem & miſericordiam divinam; quod poſſibile non eſt; ſicut cùm aliquis ſperat ſe veniam obtenturum ſinè pœnitentia, vel gloriam ſinè meritis.*

Et *articulo 4. in corp.* replicat, ibi-- *Reſpondeo dicendum duplex eſt præſumptio, una quidem, quæ innititur propriæ virtuti, attentans ſcilicet aliquid ut ſibi poſſibile, quod* 54
propriam virtutem excedit. Alia verò eſt præſumptio, quæ innititur inordinatè divinæ miſericordiæ, vel potentiæ, per quam ſperat ſe obtinere gloriam ſine meritis. &c. Et præſumptionem ſemper eſſe peccatum, non dubitamus. S.Doctor 2.2.*q.*130 *art.*1. *in Corp.* ibi. *Quidquid ſecundùm rationem humanam ſit, quod eſt contra ordinem communem in naturalibus rebus inventum, eſt vitioſum, & peccatum. Hoc autem commune in omnibus rebus naturalibus invenitur, quòd qualibet actio commenſuratur virtuti agentis, nec aliquod agens naturale nititur ad agendum id, quod excedit ſuam facultatem, & vitioſum eſt, & peccatum, quaſi contra ordinem naturalem conſiſtens, quòd aliquis aſſumat ad agendum ea, quæ præferuntur ſuæ Virtuti, quod pertinet ad rationem præſumptionis. Sicùt & ipſum nomen magnificat. undè manifeſtum eſt, quòd præſumptio eſt peccatum*, ut *q.131. art.2. ad primum* dicit ibi--*Quòd præſumptio attentat aliquod magnum opus ſupra ſuam facultatem.*

Ex quibus evidenter innoteſcit, optimè procedere præfatum Textum D. Thomæ, nimirum, *præſumptuoſum videri, quòd aliquis præeſſe appetat, ad hoc, ut ſubditis proſit.* Nam 55
licèt in hoc deſiderio bonus finis aſſignetur, qui eſt proximum juvare, attamen ſolius boni finis intentio non ſufficit ad rectificandam actionem, ſi aliunde ex objecto ſit moraliter mala, ut patet, ſi quis furtum committeret, propter finem Elee-

mo-

moſynam faciendi pauperi graviter indigenti. Sic cùm appetitus præeſſendi aliis in Epiſcopatu ſit præſumptio, cùm nullus homo vires ſuas noſcat, an ſufficientes ſint, Oves Chriſti regere verbo, & exemplo, ſecundùm qualitates ab Apoſtolo deſcriptas 1. *ad Timoth.* 3. ſemper erit præſumptionis peccatum appetere præeſſe aliis, etiam ut ſubditis proſit, de quo latiùs modò infra.

Sed ut quilibet in promptu percipere, & examinare valeat, ad regulas de arte bene deſiderandi comparandas, quæ dixerunt D. Thomas, & Cajetanus circa ea, quæ in Epiſcopatu requiruntur, & quomodò ſe habeant inter ſe, totum ejus articulum hùc transferre opportunum judicavimus. Etenim Divus
56 Thomas 2.2. *quæſt.* 185. *art.* 1. ibi.. Utrum liceat Epiſcopatum appetere, dicit ibi.. *Reſpondeo dicendū, quòd in Epiſcopatu tria poſſunt conſiderari, quorum unum eſt principale, & finale, ſcilicet Epiſcopalis operatio, per quam utilitati proximorum intenditur. Secundum illud Joann. ultimo Paſce Oves meas; aliud autem eſt altitudo gradus, quia Epiſcopus ſuper alios conſtituitur, ſecundùm illud Matth.* 25. *Fidelis Servus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Tertium autem eſt, quod conſequenter ſe habet ad iſta, ſcilicet, reverentia, & honor, & ſufficientia temporalium, ſecundùm illud prima ad Timoth.* 5. *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore habeantur. Appetere ergo Epiſcopatum ratione hujuſmodi circumſtantium bonorum; manifeſtum eſt, quòd eſt illicitum, & pertinet ad cupiditatem, vel ambitionem. Unde contra Phariſæos Dominus dicit Matth.* 23. *Amant primos accubitus in Cœnis, & primas Cathedras in Synagogis, ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Quantùm autem ad ſecundum, ſcilicet ad celſitudinem gradus, appetere Epiſcopatum eſt præſumptuoſum. Undè Dominus arguit Diſcipulos Matth.* 20. *primatum quærentes. Scitis, quia Principes Gentium dominantur eorum. Ubi Chriſoſtomus dicit, quòd per hoc oſtenditur, quòd gentile eſt, primatus cupere: & ſic Gentium comparatione eorum animam æſtuantem convertit. Sed appetere Proximis prodeſſe, eſt ſecundùm ſe laudabile, & virtuoſum. Verùm, quia prout eſt Epiſcopalis actus, habet annexam gradus celſitudinem, præſumptuoſum videtur, quòd ſubditis proſit, niſi manifeſta neceſſitate imminente, ſicut Gregorius dicit in Paſtoral., quòd tunc laudabile erat, Epiſcopatum quærere, quando per hunc quemquam dubium non erat, ad ſupplicia graviora pervenire: Unde non de facili inveniebatur, qui hoc onus aſſumeret; præſertim cùm aliquis Charitatis zelo divinitùs ad hoc invitatur; ſicut Gregorius dicit in Paſtorali, quòd Iſaias prodeſſe Proximis cupiens, laudabiliter officium prædicationis appetiit. Poteſt tamen abſque præſumptione quilibet appetere talia opera facere, ſi eum contingeret, in tali officio eſſe, vel etiam ſe eſſe dignum ad talia opera exequenda. Ita quòd opus bonum cadat ſub deſiderio, non autem Primatus Dignitatis: Unde Chriſoſtomus dicit ſuper Matth. Opus quidem deſiderare bonum, bonum eſt, Primatum autem honoris concupiſcere, vanitas eſt. Primatus enim fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe horret.* Ex occaſione autem hujuſmodi Textus Angelici Præceptoris ſupra *litt. A.* univerſaliter ſciendum eſt, quòd

Omnia, quæ dantur in rerum natura, ſunt in duplici differentia:
quædam dicuntur primaria, & 57
principalia, alia dicuntur ſe-

Margin letters (left column): A (at "le, ſcilicet Epiſcopalis operatio"), B (at "per alios conſtituitur"), C (at "nor, & ſufficientia temporalium"), D (at "Epiſcopatum ratione hujuſmodi"), E (at "tus in Cœnis"); (right column): F (at "tem convertit"), G (at "ſumptuoſum videtur"), H (at "Epiſcopatum quærere"), I (at "aliquis Charitatis"), K (at "Proximis cupiens"), L (at "contingeret"), M (at "matus Dignitatis").

cundaria , & acceſſoria .

Prima ſunt illa , quæ nata ſunt appeti immediatè per ſe , & gratia , ſeu cauſa ſui .

Secunda verò , quæ nata ſunt appeti mediatè per aliud , & gratia, ſeu cauſa alterius, hoc eſt ſui principalis , & in ordine ad illud .

In caſu , quo acceſſoria appeterentur immediatè per ſe , & cauſa ſui , appetitus eſſet inordinatus , & perverſus , & hoc vergeret in pejorem exitum ; & eſſet contra Evangelica Conſilia , de quorum ratione eſt , honores fugere , ut latè tetigimus ſupra *Reſ.7.n.14. & ſeq.*

Quando verò appetuntur mediatè per aliud , & cauſa alterius , hoc eſt alicujus principalis , tunc elevantur ad ſtatum , & perfectionem ſuorum principalium , quibus famulantur , eorumque naturam ſequuntur: Itaut ſi ſua principalia pertineant ad Dominica Conſilia , & ipſa quoque ad eadem reducantur . Et pro ipſis faciunt omnia jura ſupra allegata *num.44. & infra 74. & ſupra Reſol.7.num.20.*

58 Nihilominus in hujuſmodi articulo S. Thomas perſpicuè ſentire videtur ; licitum eſſe appetitum ſecundariò de honore , reverentia , & ſufficientia temporalium, quæ ſupra deſcribit *litt. C.* in quantùm hæc temporalia non ſunt cauſa ſui , ſed cauſa alterius , hoc eſt ipſius primarii , cui famulantur . Deſerviunt enim primariò , & principali Epiſcopatus operi , & ad illud utiliter ordinantur , ſine quibus rectè Epiſcopatus aſſumi, & exerceri minimè poſſet , ut optimè Sanctus indicat *d.litt.C. ex 1.ad Timoth.5.* ibi.. *Qui benè præſunt Præsbyteri , duplici honore digni habeantur* ; & ſpirituali honore , & temporalium commoditate . Cum honor interdum non ſolùm accipiatur pro dignitate *L. nuper . ff. de donat. inter Vir. & Uxor.* ; Sed etiam pro honorario dono, & remuneratione. *L. ſi remunerandi . ff. mandati , & Gloſſ. ibi verb. honor, ubi dicitur honor , ideſt donatio , vel remuneratio aliqua*, de quo ſupra *Reſ.7.num.8.*

Pro quo etiam faciunt plurimi Textus fortiter inculcantes , quòd honor , & onus , lucrum, & emolumentum nunquam ab invicem ſeparantur , itaut ubi eſt onus , & emolumentum eſſe debeat . *Gloſſ. ademptum §. Seja L. Alumna ff. de adimen.leg.* ibi. *Nota, quòd onus concomitatur emolumentum* , & è contra. Sic ſupra *ff. de alimentis L. Cajo.* Et onus , & lucrum non diſtinguuntur. *L. Julianus de act.empt. ex vendito & §. Si quid Servo*; Unde perpetuæ veritatis Axioma eſt, quòd ſentiens onus, ſemper debeat & commodum & lucrum ſentire . Authen. *lib.3. lib.4. de Cohortalibus , & Principib. & Gloſs. verb. non aliter . §. Ad legitimam.Inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.* ibi .. *Qui ſentit commodum , ſentire debet incommodum* , & è converſo . Non eſt enim ferendus , qui lucrum amplectatur , onus enim ſubire recuſet . *Leg. una §. Pro ſecundo. Cod. de caduc. toll.* Et habent Canoniſtæ regulam juris,qui ſentit onus &c. *de reg. jur. in 6.* ſemper interdicitur onus ſine commodo deſtitui . Cùm neque Teſtator onerare poſſit,quem aliquo commodo non honorat . *Gloſſ. verb. honorans §. His igitur Authen. de hæred. & falcid.* ibi .. *Niſi enim Teſtator honoret commodo pecuniario,non poteſt onerare. L.plane 2. §. fin. ff. de leg.*

Er adeò mutua copulatio re-
quiritur inter utrumque,ut invicem 59
ſe debeant cauſare . *Gloſſ. addit. 7. §. Hoc quoque . Inſtitut. Per quas perſonas nobis acquiritur* ibi .. *Onus cum commodo poteſt cauſare honorem : ſed honor ſine commodo non poteſt eſſe cauſa oneris* . Et menſuram

inter

inter onus,& lucrũ pręſcribunt jura, ur quis eatenus honoretur,quatenus oneratur.*Gloſſ.verb.reſtituat.*§.*Præterea* 7. *Inſtit. de ſingulis rebus per ſi deicommiſſum relictis*.Imò ſi exceſſus permittendus eſſet, non ex parte oneris,ſed honoris habẽdus erit;itaut honorari magis debeat quis, quàm gravari. *L.*3.§.*Julianus ff. de leg.* 3. de quo ſupra *Præamb.*3. *num.*104.

60 Hinc quàm infelices, odioſi,& malè accepti redderentur Principes, nemo negligit obſervare, qui cùm pro ſui profani gubernii obligatione, & neceſſitate Reipublicæ officia honorificis miniſtris, hoc eſt idoneis, & dignis opus habeant conferre, ad ſenſum argum. Text. in *L. Julianus*, *ſi quis amiſ. Cauſ. teſt.* quia tamen pluribus idoneis abundanr, ſpernunt multos,& eos abſque ullo honoris commodo onerare ipſos non pudet; pejori conditione, ac ſi eſſent armenta, quibus obturare os deteſtatur natura, & divina oracula objurgare non ceſſant ſupra allegata *Præamb.*3.*num.*104. & *Reſol.*7.*num.*15.*cum cęteris ibi allegat.* Obſtantibus omnibus juribus naturali & civili, declamantibus, quòd qui onus ſentiunt, commodum quoque ſentire neceſſe ſir. *L.*1 *ff. de Inſtit. action. L. ſecundùm naturam. ff. de reg. juris*. Itaut ſapienrum, & honorificorum hominum abundantia, & mulritudo non præparet præmia, ſed contemptum pariat.

61 Cùm ex alia parte, aut diſtributiva juſtitia, aut remunerandi æquitas, aut ſaltèm animi gratitudo poſcerent, ut quis laborioſo, & infructuoſo officio gravatus, aliunde veniat compenſatus, non ſecùs ac jura diſponunt. *L.*1. *unus* §. *Pactum & ibi Gloſſ. de pactis*; ibi.. *Oneratus in uno, in alio relevandus eſt*. Er non quòd onus libenter ſuſcipiens, nullum proinde privilegium obrinear. Ut in *L. item hi ff. ex quibus cauſ. major. ibi Gloſ. in verſic. & ſic nota*. Et contriſtatus langueat, reſpiciens multos nullum ſenrire officii laborem, & tamen multa lucra reportare. *L.dotis ff. de jur. dot.* ibi.. *Onus non ſentit quandoque quis; & tamen commodum ſentit*; & ne ſaltèm tandem deterioris conditionis evadar, relatè ad illum, qui licèt ex delicto honore privetur, non tamen ſub onere derelinquitur, ſed ceſſante honore, & onus ceſſat. *L.*1. §. *Ait Prætor. de poſtulat.* ibi.. *Honore privatur quis ob delictum, ſed relevatur onere*. Vide ſupra *num.* 58.

62 Reprobat autem S. Doctor Epiſcopatum appeti perverſo ordine ad remporalia prædicta, illa conſtituendo tamquàm finem principalem, & primarium operis Epiſcopalis, ut ibi declarat *litt. D.* & probat ex ſacro EvangeliiTextu *Matth.*23. Cùm runc appetitus eſſet inordinatus, quia appetererur principale, & finale propter ſecundaria, ſeu non cauſa ſui, ſed cauſa alterius, & ſecundaria fierent finis primarii, ut dictum eſt ſupra *num.*57. ex quo ſequeretur, quòd obtentis remporalibus bonis, ceſſaret principale intentum, quod habuit Chriſtus, qui Epiſcopatum inſtituit principaliter primariò propter operationem paſcendi Oves ſuas, & Proximos juvandi.

63 Unde Chriſtus quando Epiſcopatum inſtituit, licèt primariò ſolùm intenderit inſtituere operationem ad proximorum utilitatem, per hoc tamen non prohibuit, quòd appetens primariò, & cauſa ſui illam operationem, non poſſet quoque de conſequenti, ſecundariò, & cauſa alterius quærere, & appetere illa temporalia, quæ conſequenter, ut dicit Text. *litt. D.* ſe habeant ad illam,& quibus ſe ſubſtentare juxta

ſui ſtatus decentiam conſtringitur Epiſcopus.

64 Et Cajetanus ſuper hoc articulo, ut clarè, & diſtinctè de arte bene deſiderandi regulas, & aphoriſmos conſtituat, prædicta omnia confirmat, quærens ibi; an ſit peccatum mortale, aut veniale appetere Epiſcopatum, ratione, & cauſa circumſtantium bonorum, ut dicitur in Textu *Littera D*; & aſſerit, in hoc caſu tria inveniri, nimirum rem appetitam, quæ eſt Epiſcopatus; rationem appetendi, quæ ſunt circumſtantia bona; & ipſum appetitum, ſeu actum appetendi. Unde primò aſſerit ibi: *Quòd appetere Epiſcopatum ratione circumſtantium bonorum contingit dupliciter: Uno modo ex parte appetitus tantùm; alio modo etiam ex perte rei appetitæ. Cùm enim dicitur Epiſcopatum appeti ratione circumſtantium bonorum, ponitur ibi actus appetendi in ly appeti: & ponitur res appetita in ly Epiſcopatum: & ponitur ratio appetendi in ly circumſtautium bonorum.*

65 Secundò dicit ibi: *Quòd ratio appetendi finis eſt, & referri poteſt ad duo, ſcilicet ad rem appetitam, & ad ipſum actum appetendi.*

66 Tertiò dicit ibi: *Quòd ſi ratio appetendi referatur ad rem appetitam, & ad actum appetendi ſimul, ſenſus eſt, quòd illud, quod eſt ratio appetendi, appetitur ut finis rei appetitæ, & ut finis actus appetendi: & ſic appetens Epiſcopatum ratione circumſtantium bonorum, appetit ipſa circumſtantia bona ut finem Epiſcopatus, & ut finem actus appetendi.*

67 Quartò dicit ibi: *Quòd quando ratio appetendi referetur ad appetitum tantùm, tunc non denotatur, quòd id, quod eſt ratio appetendi, ſit finis rei appetitæ. Sed denotatur, quòd eſt finis movens ad appetendum. Et ſic appetens Epiſcopatum ratione circumſtantium bonorum, non ordinat Epiſcopatum ad bona circumſtantia, ut ad finem ſuum; ſed appetitum ſuum ordinat ad circumſtantia bona, ut ad finem.*

Quintò dicit ibi: *Quòd inter* 68 *hos duos modos appetendi Epiſcopatum ratione circumſtantium bonorum, hæc eſt differentia; quòd primo modo appetere, eſt omnino, & manifeſtè perverſum; quoniam ordinat Epiſcopatum quoad principalem actum, qui eſt Cura animarum, ad bona circumſtantia ut finem: quod proculdubio eſt peccatum mortale ex ſuo genere.*

Sextò aſſignat rationem ibi.. 69 *Quia cùm principale, & finale in Epiſcopatu ſit Epiſcopalis operatio, quia utilitati Proximorum conſulitur: ſi appeteretur ratione circumſtantium bonorum, tunc bona circumſtantia eſſent finis, & non dicta Epiſcopalis operatio: Et ſic appetitus malus eſſet, eo quòd appetibilia inventa in Epiſcopatu, non eumdem ordinem haberent reſpectu appetentis, quem habent inter ſe.*

Septimò infra de ſecundo mo- 70 do appetendi affert exemplum dicens ibi.. *Joannes movetur ad appetitum Epiſcopatus ratione bonorum circumſtantium, ut ſcilicet habeat ſufficientiam temporalium, & honorem. Cum hoc intendit facere debitum ſuum circa curam animarum, & diſtributionem bonorum tam Eccleſiæ, quàm pauperibus &c. ad laudem Dei. In hoc appetitu ex hoc capite nullam Ego video deformitatem mortalem &c; & propterea puto, Authorem dixiſſe illicitum, & non dixiſſe mortale. Et confirmatur, quia nec avaritia, nec ambitio &c. ſunt peccata mortalia, quando deeſt materia injuſta, aut finis ultimus non ponitur in pecunia, ſeu honore*

&c.

&c. In hoc autem caſu non ponitur finis ultimus in hujuſmodi. Nec injuſtitia ex parte materiæ appetitæ. Parer verò Suarez nullam in hoc caſu deformiratem invenit, ut *Reſol.9. n.*19. dicemus, adducendo ejus verba.

70 Octavò infra etiam de perſona, quæ jam eſt Clericus; & Clericatum ſuſcepit cum primaria intentione ſe cultui divino dicandi, quod eſt primum, quod invenitur in Clericaru. Secundum autem ſunt redditus, dicens ibi: *Quòd ille, qui jam eſt Clericus, habet ex hoc, quòd jam ſit divino cultui deputatus. Et ſic habet actu, unde ſibi debetur primum inventum in Beneficio Eccleſiaſtico; quod primum inventum in Beneficio eſt, quòd Cultui divino intendat, & ſic appetendo ſecundum, ſcilicet ſufficientiam temporalium, eumdem ordinem in nullo pervertit, ac mutat* -- Et infra -- *cùm non reſtet aliud ſibi appetendum &c. quàm ſufficientia temporalium, in quo nullum peccatum committit. Secùs autem eſt de Laicis appetentibus Clericatum, ratione ſufficientiæ temporalium, quorum plenus eſt Orbis.* Et infra. *Ratio eſt, quia Laicus ordinaret Clericatum ad bona temporalia, ut ad finem Clericatus, proculdubio peccaret mortaliter, quia ex ſuo genere mortale peccatum eſt, ſpirituale ordinari ad temporale, ut ad finem; fit enim magna injuſtitia in hoc ſpiritualibus.*

71

Nonò dicit, quòd Phariſæi *amant primos accubitus in Cœnis, & propterea perversè agunt, quia hæc appetunt ut finem etiam ex parte appetitus. Cùm ſolùm ſint quædam virtutum teſtimonia.*

72

Decimò dicit ibi.. *Secunda Concluſio eſt. Appetere Epiſcopatum ratione celſitudinis gradus, eſt præſumptuoſum. Circa quam concluſionem applicatur diſtinctio ſuprapoſita; An ſcilicet ly ratione Celſitudinis, dicat finem appetitus tantùm, an finem appetitus, & rei appetitæ ſimul. Et ſi dicit finem rei appetitæ, proculdubio peccatum mortale eſt: Quoniam animarum Cura ordinatur ad ſui celſitudinem, ut ad finem; ſed ſi dicat rationem appetendi tantùm, illicitum eſt eadem ratione ut, ſupra.*

Undecimò infra dicit: *Unde non dicimus, quòd univerſaliter verum eſt, appetere celſitudinem Epiſcopalem, eſſe præſumptuoſum: ſed dicimus: quòd appetere Epiſcopatum ratione celſitudinis, ſemper eſt præſumptuoſum; non tamen dico, quòd ſemper eſt mortale, ſed eadem ratione idem ſentio, ſicuti in præcedentibus.* 73

Sed major apparet difficulras circa alia illa verba S. Doctoris *Litt.G.* ..ibi.. *Sed appetere proximis prodeſſe, eſt ſecundùm ſe laudabile, & virtuoſum. Verùm, quia prout Epiſcopalis actus habet annexam gradus celſitudinem, præſumptuoſum videtur, quòd aliquis præeſſe appetat ad hoc, quòd ſubditis proſit, niſi manifeſta neceſitate &c.* Excipiendo ibi caſus, in quibus Sanctus dicit, licirum eſſe Epiſcopatum appetere, illumque ſuſcipere. 74

Ad hæc reſpondet Cajetanus, dicens: *Senſus eſt,* licèr ad brevitatē aliquibus verbis mutatis-ibi-*Regulam generalem eſſe, quòd quando actus aliquando eſt licitus, & aliquando illicitus, non poteſt ex ſuo genere eſſe illicitus, ſed ad ſummum, prout in pluribus. Quia ſi ex ſuo genere illicitus eſſet, numquam ex quacumque ratione poſſet fieri licitus. Et cùm in appetitu Epiſcopatus claudatur celſitudinis gradus, ordinatus ad Epiſcopalem operationem, ut ad finem; eàdem ratione conſequens eſt, ut celſitudinis Epi-* 75

ſcopalis

ſcopalis appetitus non ſit ex genere ſuo illicitus : quoniam ſi ex genere ſuo illicitus eſſet, aut præſumptuoſus, non poſſet in aliquo caſu fieri licitus, cujus oppoſitum in littera dicitur.

76 Et ſequitur Cajetanus dicendo: ibi.. *Undè videbis, non tam malum eſſe, quantùm multi putant, Epiſcopatum appetere, ut proſit Eccleſiæ; quod dico de appetente proportionato, hoc eſt viro in reprehenſibili, ſobrio &c. ut deſcribit Apoſt. 1. ad Timoth. 3. ſi talis enim Epiſcopatum appeteret, ut prodeſſet, crederem, quòd attenta tanta neceſſitate Eccleſiæ, carentis talibus Viris, non peccaret. Si autem hujuſmodi neceſſitatis locus deficeret, non niſi venialiter, ratione nonnullius præſumptionis, quia in animo ſuo ſe altiis præferret. Proinde dixi ſupra, quòd talis appetitus actus, ut in pluribus, eſſet illicitus, & præſumptuoſus.*

Ego autem dico, quòd ad hoc, ut aliquis ſit idoneus, & proportionatus ad Epiſcopatum deſiderandum, optimum eſt, quòd habeat qualitates ab Apoſtolo deſcriptas; & inſuper, quòd præſeferat illam prærogativam de exiſtentia in charitate; cujus carentia eſt validum, unicum, & concludens argumentum, pro validitate noſtri voti negativi firmiter ſtabilienda, ut dicemus *Reſol.* 10.

77 Ex dicta rationabili Cajetani doctrina concluditur primò, quòd quotieſcumque appetitus pervertit ordinem appetibilium ex parte ipſorum, ſeu ordinem invertit, quem appetibilia à parte rei inter ſe nata ſunt cuſtodire; tunc talis ordo eſt perverſus; qui ſi ſit de rebus ſpiritualibus ad temporalia, erit mortale peccatum. Et idem proportionabiliter dicendum ſecundùm diverſas materias, ſi ordinaretur primarium ad ſecundarium, ſeu finis ad media; aut magis principale ad id quod inferius eſt: uti ſi actionem aliquis propter delectationem aſſequeretur, ordo eſſet inverſus. S. Thomas 1.2. *quæſt.* 24. *art.* 2. *in corp. & in* 2. *ſent. diſt.* 38. *à* 2. *ad* 2. Et conſtat de inordinatione, ſi propter voluptatem actus conjugii exerceretur, & ſimilibus.

78 Hinc non difficile erit, ad regulas bene deſiderandi ſervandas apprehendere, quòd in Epiſcopatu appetere primariò altitudinem gradus, eſſet præſumptuoſum, ut notat Sanctus ſuprà *litt.E.* quam intentionem in animo fovere ſemper conabantur Gentiles, ut in dicto Textu ſupra *litt.E.* quorum primaria intentio in dominari, & aliis præeſſe ſiſtebat, quod primæ intentioni naturæ repugnat. Sanctus Doctor, de quo latiùs ſupra *Reſol.* 3. *per tot.*

79 Cæterum velle altitudinem gradus non primariò, & propter ſe, ſed indirectè, & de conſequenti, ut dicit Text. ſupra *litt.M.*, itaut Opus bonum cadat per ſe ſub deſiderio, non autem Primatus, Chriſtus non prohibuit, quia ſemper ex neceſſitate ſecundarium includitur in ſuo primario: S. Doctor 2.2. *quæſt.* 122. *art.* 6. *ad* 2. & acceſſoria ſuum principale non deſerunt *L. hæres meus. §. fin. de legat.*, *& fideicom.* 3. pro quo faciunt jura ſupra allegata *num.* 43. *& ſeq.* Cùm ſolùm ad principale, ad quod res paratur, attendi debeat. *L. Quamvis. De auro, & argento legat.* non ſecùs ac ille, qui vult pharmacum ad ſolum finem recuperandæ ſanitatis, vult etiam de neceſſitare conſequenti & ſecundariò amaritudinem, vel dulcedinem, quæ à parte rei reperitur in illo, adhibita ſemper ſupradicta diſtinctione Cajetani, *num.* 64. *& ſeq.* Quòd ſi fiat deordinatio contra illam ordinationem, quam ha-

benr

beur ex ſua narura, vel inſtitutione ordinabilia inter ſe: major culpa fit, quàm ſi fiat ſolùm ex parte apperentis, volendo, intendendo inferius præ nobiliori, ad ſui appetitus excitationem,

80 Secundò concluditur, quòd quando actus aliquis aliquando eſt licitus, & aliquando illicitus, tunc talis actus de genere ſuo non poteſt eſſe illicitus; vel quando actus contractus ad unam ſpeciem eſt Illicitus, & conrractus ad aliam ſpeciem eſt licitus, runc dicendum eſt, quòd ex genere ſuo non poteſt eſſe nec licitus, nec illicitus, ſed indifferens, Quoniam ſi illicitus eſſet, cùm genus neceſſe ſit univocè, & invariatum per omnes ſpecies ſub ſe contentas deſcendat, ut omnes pro veritate Logici firmant, & Jura convincunt modò alleganda. Sic talis actus contractus ad quamcumque ſpeciem talis generis deberet eſſe illicirus, quod eſſe falſum rario, & experientia demonſtrat. Etenim S. Doctor ſupra *Litt. G.* docet, *præſumptuoſum videri, quòd aliquis præeſſe appetat, ad hoc, ut ſubditis proſit, niſi manifeſta neceſſitate &c.* Undè faciendo ibi S. Doctor aliquas exceptiones, quòd actus apperendi gradus celſitudinem ad finem juvandi proximum, aliquando eſt illicitus, ſi ſine ulla neceſſirare fiat, & aliquando licitus, ſi ab aliqua neceſſitate proveniat, vel ex divina inſpiratione, vel ex deſiderio ſubeundi Martyrium; cùm ibi Sanctus dicat *litt. H & ſeq. Quia tunc ad Epiſcopatum aſſumpti, ad graviora ducebantur ſupplicia, & ideò non de facili inveniebantur, qui præeſſe vellent, aut Epiſcopatum ſuſciperent.*

81 Sic cùm talis actus præeſſendi contractus à neceſſitate ſit licitus, & ſine tali neceſſitate illicitus, conſequens eſt, quòd de ſuo genere non poreſt eſſe illicirus; quod evidenter apparet; quia, ur modò ſupra dictum eſt, de narura generis eſt verè, & propriè ſub omnibus ſpeciebus idem, & invariatum repræſenrari, ur obſervant Summuliſtæ; & facit Texr. *L. ſi quid earum. §. Inter emptum ff. de legat. 3.* Er omnes ſpecies ſub ſe contentas includere. *L. omnes ubi Angel. C. de præſcript. 30. L. ſemper 190. ff. de reg. jur.* ſicuri v.g. de carnali copula genericè ſumpra, idem ſentire Theologi non reformidant. Nam contracta ad unam ſpeciem eſt licita, ut quando ptocedit ex matrimonii vinculo; & illicita, quando profluit ex fornicario affectu, aliiſque luxuriæ ſpeciebus. Undè certum redditur, quòd de ſuo genere non poteſt dici illicita, ſed indifferens; & idem militat in actibus, qui ab Animæ paſſionibus erumpunt, amore, odio, deſiderio, fuga, gaudio, dolore, timore, ira, cæteriſque concupiſcibilis, & iraſcibilis affectibus, qui contracti ſecundùm diverſas ſpecies ſunt pravi, vel recti, & juvant, & nocent, prout à Vitiis, aut Virtutibus regulanrur, ideoque de ſuo genere indifferentes.

Imò, & quod magis terrere poſſet, eſt, quòd occidere eamdem regulam ſervare conſpicirur: nam cùm aliquando ex ſua ſpecie actus occiſionis non ſit peccarum, imò & heroicæ virtutis obedientiæ experimentum, ur in Abramo ex divino mandaro filium immolaturo *Geneſ. 22. 9.*

Vel ex recta Juſtitia punitiva procedens, ut cùm ex Judicis ſententia proprer commune bonum ſuſpenditur Reus. S. Doctor 2. 2. *quæſt. 64. art. 2. & 7. in corp.* & aliquando ſit enorme delictum, ur cùm indebitè occiditur homo, & ſpeciali nomine homicidium vocatur. Sanctus Doctor *quodlib. 8. art. 14. ad primum. Et prima ſecunda quæſt. 100. art. 8. ad 3. & quæſt. 13.*

de

de malo art.4. ad 11. Inde fit, quòd occidere ex ſuo genere non ſit nec licitum, nec illicitum, ſed indifferens ex Cajetano.

83 Tertiò concluditur, ut dictum eſt ſupra *num.76.*, licitum eſſe appetere præeſſe, ut quis ſubditis proſit in caſu, quo quis ſit homo rectus ſecundùm qualitates Apoſtoli *prima ad Timoth.3.* & talibus Viris Eccleſiam indigere. In hoc ipſe, ut dixi ibi,non contradico.Sed hoc non ſufficit,ad conſtituendum rectum appetitum Epiſcopatus, niſi recurramus ad rationem, quam exponimus *Reſol.*10. pro validitate noſtri voti. Nihilominus, ut in pluribus, talem appetitum immunem non eſſe ab aliqua præſumptionis labe,in quantùm quis in animo ſuo judicium fovet, ſe præferendi aliis. Cui ſenſui magis adhærendum nos perſuaſos reddit illa potiſſima ratio, quòd præeſſe aliis, & dominari, eſt contra primam inſtitutionem naturæ, cùm omnes homines æqualiter liberos, & ab omni exemptos ſubjectione creaverit Deus. S. Thom. *in* 4.*diſt.* 36. *art.*1. *ſecundo argumento* ibi.. *Servitus eſt contra naturam, & contra naturam eſt hominem homini velle dominari. Licèt ex ſecunda Inſtitutione ob eorumdem defectus arcendos, & Juſtitiam in omnes adminiſtrandam,bonos præmiandos, & malos puniendos, Principes, & Superiores fuerint inſtituti.* 1. *Petri c.*2. *nu.*14. *ibi. Subjecti igitur eſtote omni humanæ Creaturæ, ſive Regi quaſi præcellenti, ſive Ducibus tamquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* De quo latiùs *Reſol.*10.*per tot.*& præcipuè *num.62.*

84 Nec ad minimum turbaret, ſi quis Cajetano, & nobis contradicturus ex communi, & vulgata Doctorum ſententia argumentum efformaret dicendo. Primò:Peccata, quæ ſunt ex ſuo genere mortalia, contracta ad aliquam ſpeciem fieri poſſunt venialia, ut conſtat reſpectivè in Capitalibus, puta ſuperbia, invidia &c. Et ex ſuo genere venialia evadere poſſunt mortalia, puta Gula &c.Ergo etiam ea, quæ ex genere ſuo ſunt illicita, contracta ad aliquam ſpeciem poſſunt licita fieri.

Antecedens redditur manifeſtum:profectò ſuperbia definitur appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, qui appetitus contractus ad gravem inobedientiam, ut ſi quis putaret ex propria excellentia non debere ſubjici Deo,& Superioribus, eorumque Legibus, eſſet mortale; ſi autem ex affectu ejuſdem excellentiæ ſe magnificaret, eſſet tantùm veniale. Cajetanus, & alii, *verb. Superbia*:Et rationem reddunt, quia ſine Dei, & aliorum deſpectu, plùs juſto ſe efferre, non eſt gravis inordinatio, ſicut gravis eſſet, ſi fieret cum notabili aliorum contemptu, complacendo ſibi in aliorum abjectione. 85

Inſuper præfatus appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, contractus ad præſumptionem aggrediendi aliquid ſupra vires ſuas, eſt communiter veniale, erit tamen mortale, ſi notabile damnum Proximis afferat; ut ſi quis præſumat Juriſdictionem, quam non habet, vel officium Medici, Advocati, Confeſſarii &c. ſine debita peritia exercere. *Leſſ. lib.3. D.3. & lib.4. tract.3. diſput.9.* 86

Item præfatus appetitus inordinatus propriæ Excellentiæ, contractus ad ambitionem volentem dignitatem, aut honorem indebitum, aut debito majorem, eſt per ſe veniale: Si autem per Simoniam, & alia illicita media &c., eſt mortale; & licèt honor ſi moderatè appetatur ob honeſtum fi- 87

nem ralis appetitus ſit actus virtutis, puta magnanimitatis. Layman, & communiter DD. hoc tamen provenit, quia non ſtat ſub genere illo de inordinato appetitu.

Tandem prædictus appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, contractus ad vanam gloriam, cujus finis eſt manifeſtatio inordinata propriæ excellentiæ, eſt per ſe veniale. Mortale verò, ut dictum eſt de ambitione. Sylveſter, Navar., & alii; & ita diſcurrunt DD. de avaritia, cæteriſque Capitalibus, quæ recipiunt magis, & minùs; dempta luxuriâ, quæ levem non tolerat materiam. Ergo à pari ea, quæ ex genere ſuo ſunt licita, contracta ad aliquam ſpeciem poterunt illicita evadere.

88 Quod etiam confirmatur, quia Summiſtæ omnes conveniunt, peccata de ſe mortalia fieri poſſe per accidens venialia; & venialia mortalia. Sanchez *lib.1. dec.cap.5. n.7.* S. Thomas 2.2. *queſt.132. art.3.* & communiter DD. Ergo etiam ea, quæ de genere ſuo ſunt mala, & illicita, contracta ad aliquam ſpeciem, fieri poterunt licita.

89 Reſpondemus admiſſis præfatis doctrinis ſecundùm earum ſanam intelligentiam, atque conceſſis, conſequentias non ſequi. Nam quòd peccata poſſint ex diverſis capitibus, & per accidens tranſire de veniali in mortale, & è contra, hoc non probat, quòd quando aliquid ſecundùm ſuam ſpeciem eſt malum, poſſit eſſe de genere ſuo bonum, vel è contra; Immo oppoſitum eſt certum, quòd quidquid reperitur ſecundùm ſuam ſpeciem magis vel minùs illicitum, ſemper de ſuo genere eſt illicitum; & è contra; & quando ſecundùm ſpeciem aliquando eſt licitum, & aliquando illicitum, tunc de genere ſuo non poteſt eſſe licitum, vel illicitum, ſed indifferens, ut teſtatur Cajetanus & Jura convincunt. Profectò evidenter apparet, plùs diſtare licitum ab illicito, quàm magis licitum à minùs licito, & magis illicitum à minùs illicito, aut magis malum à minùs malo, & per conſequens mortale in ratione malitiæ à veniali. (Quidquid ſit in ratione offenſæ) eo receptiſſimo principio, quòd magis, & minùs non mutant ſpeciem, & naturam. Moraliſtæ omnes, & Juriſperiti *L. final. ff. de fundo Inſtru.* Alphonſus a Narbon. *L.15. gloſſ.1. n.13. in fin. tit. 21. lib.4. recop.* Sicuti eſſentialiter mutantur amor & odium, bonum & malum, licitum & illicitum, peccatum & non peccatum. Undè cum genus neceſſe ſit, tale quale eſt, totaliter per ſuas ſpecies diffundi, impoſſibile redditur, quòd ratio generis mala contracta ab aliqua ſpecie reddatur bona. Tunc enim, ſi hoc fieri poſſet, ſtatim illud genus mutaretur in aliud, & alia ſpecies reſurgeret, ut philoſophanti clareſcit: non ſecùs ac ſi genus animal, quod eſt ſenſitivum, ſi contraheretur à ligno, inſenſibile remaneret, quod omni lumini repugnare quæcumque ratio demonſtrat.

Ex quo fit evidens, quòd magis elongatur licitum ab illicito, quàm finitum ab infinito: finitum enim, & infinitum ſe habent ſicuti magis & minùs, non mutantia ſpeciem. Notum enim eſt, quòd res aliqua, puta quantitas, vel albedo, creſcens in infinitum, non redditur diverſæ ſpeciei ab albedine finita: ſed finita, & infinita ejuſdem ſpeciei eſſentialia prædicata conſervant. At ſpecies à ſpecie, & genus à genere plùs diſtant, quàm finitum ab infinito: removentur enim ab invicem, ſicut poſſibile ab impoſſibili, quorum diſcordia nullatenus eſt aliquâ reparandâ potentiâ; Cùm 90

impoſſibile ſit, quòd una ſpecies in aliam, & genus in aliud genus ſinè terminorum lucta valeant migrare, & tranſire; ex fundamentali ratione, quòd magis & minùs additur, & demitur in variato ſubjecto. At nulla aſſentia alteri copulata immiſcetur, quin utraque ad invicem corrumpatur, & deſtruatur, & hirco-Cervus, aut chimera efficiatur.

90 a Quæ veritas magis, ac magis evidenter oſtenditur. Nam licitum, & illicitum non minùs elongantur, quàm res diverſi ordinis inter ſe, quarum una quantumvìs aſcendere, vel deſcendere nitatur, numquam ad naturam alterius pervenire permittitur. Cerne, ſapientiſſime Lector, cum Logicis, & Phyſicis quinque prædicabilia, & decem prædicamenta, & conſidera, an unum remanens idem, & immutatum, ad alterius lineam, & ſedem migrare valeat, aut in alterius ordine recenſeri, niſi rerum omnium naturæ à ſupremo Authore ordinatè diſpoſitæ ſubvertantur; utì ſi contingeret, differentiam ſtare in linea generis, & qualitatem in linea ſubſtantiæ collocari: & tamen prædicta ſingula non plùs, quàm genere diſtinguuntur: quia ſecundùm Philoſophos diviſio entis incomplexi in decem prædicamenta, non aliter ac in decem ſuprema genera celebrari conſuevit. Undè ex terminis intrinſecis natura abhorruit, unum in aliud genus tranſire ſine contradictione, & deſtructione eorumdem.

90 b Sed ne Theologica arcana in confirmationem hujus veritatis prætereamus adducere, conſiderare juvabit: quòd licèt mortale peccatum, ut ſentiunt unius ſcholæ celeberrimi Authores, ſit finitum in ratione offenſæ Dei; attamen pura Creatura, quacumque gratia, & dignitate ſuffulta, pro illo ſatisfacere non eſt idonea: ea validiſſima ratione, ut dicunt; Quia licèt finitas peccati ſecundùm quantitatem poſſit æquari per meritum ſatisfacientis finitum, non tamen poteſt æquari quoad ordinem; Quia offenſa Dei eſt in linea, ſeù ordine divino, ratione Dei offenſi; cùm offenſa, etiam ſecundùm Thomiſtas, ſit in offenſo, & honor in honorante, à quibus ſuum deſumunt valorem. Satisfactio verò puræ creaturæ eſt tantùm in ordine creato. Pro cunctis Authoribus ita ſentientibus adeamus Suarez 3. *parte de Incarnatione*, *diſp.4. ſect.7.* minimè neglectis Thomiſtarum rationibus, contrarium probantibus. Gonet *tom.4. de neceſſitate Incarnationis. diſp.4. art.1. n.4. ſeq. pag. mihi* 419. Quod ſufficit ad videndum diverſos ordines, & diverſa genera non coequari, & unum in aliud ab intrinſeco, & ſecundum ſuam ſubſtantiam non poſſe tranſire.

Nec quis animo huic contradicendi veritati objiciat, res ordinis naturalis & creati ad ſupernaturalia, & divina ſine ulla repugnantia, & eorum deſtructione poſſe ſublimari. Reſpicientes Divinum Verbum humanam naturam, ſibi hypoſtaticè, & intrinſecè aſſociatam, copulare; & tamquam inſtrumentum divinitati conjunctum ad opera miraculoſa, & divina idoneam perficere, & delegare ad Text. D. Thomæ 3. *p. q.*112. *ar.* 1. *in corp.* .. ibi .. *Humanitas Chriſti eſt ſicut quoddam organum divinitatis ejus . .. & ideò non cauſat gratiam propria virtute, ſed ut inſtrumentum virtute divinitatis adjunctæ*; Et quòd Deus reddat Creaturam idoneam ad opera ſupernaturalia, S. Thomas affirmat 3. *p. q.*23. *art.*2. *in Corp.* .. ibi .. *Hoc autem plùs habet adoptio divina, quàm*

huma-

humana, quòd Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cæleſtem percipiendam. Et gratia rationalis naturæ actus ad ordinem ſupernaturalem elevari, & ad eumdem ordinem pertinere diſponit, abſque eo quòd dicti actus intrinſecè, & ſubſtantialiter mutentur, aut naturaliter deſtruantur.

90 c Reſpondemus, quæſtionem ſecundùm doctrinam Cajetani, ſuprà *n.*75. allatam, procedere; An ea, quæ de ſuo genere ſunt illicita, contracta ad aliquam ſpeciem, licita reddi poſſint, & è contrà? quod Author negat. Quia genus ſecundùm ſuam ſubſtantiam tale, contractum ad ſpeciem variari repugnat, niſi à ratione talis generis ceſſet, ad jura ſuprà allata *n.*80. *ſeq.* & cùm diverſitas ordinis ſecundùm ſubſtantiam non ſit minor, ac diverſitas generis; Queſtio conſequenter procedere debet, *An eſſentia, & ſubſtantia rei ordinis naturalis aſcendere poſſit ad ordinem ſupernaturalem, & divinum, ſine ſui intrinſeca, & ſubſtantiali mutatione, & deſtructione, & fieri, & evadere poſſit ſubſtantia ordinis ſupernaturalis, & divini?* Quod implicare omni ex parte decertant magni nominis Theologi, ad vulgaram, & ſatis receptam ſententiam, à Deo produci non poſſe ſubſtantiam creatam ſupernaturalem, cui ex innata virtute, & exigentia debitum ſit lumen gloriæ, & gratia; Quia hujuſmodi ſubſtantia deberet eſſe creata, ut ſupponitur, & deberet eſſe Deus, cui ſoli connaturalis eſt gratia, & lumen, & conſequenter talis ſubſtantia eſſet creata, & increata. In qua ſententia licèt non omnes Teologi conveniant: Thomiſtæ tamen validis videntur rationibus convincere. Godoi *tom.*1. *trac.*2. *de viſione Dei. diſp.* 15. §. 1. *in primam par. S. Thom.*

Quòd autem Creatura, ſeù ſub- 90 c
ſtantia naturalis creata ſubſtantialiter entitativè, & intrinſecè eadē non mutata, ſolùm per accidens elevari poſſit ad ordinem ſupernaturalem, non eſt eadem quæſtio, nec idem quæſtionis titulus modò ſuprà expoſitus, nimirum, an ipſa ſubſtantia naturalis fieri poſſit entitativè ſupernaturalis. Quod eſt, an Creatura ſecundùm ſuam ſubſtantiam naturalis, poſſit fieri ſecundùm ſuam ſubſtantiam ſupernaturalis, an ſolùm accidentaliter? Et humana natura ad ordinem divinum per unionem hypoſtaticam à Verbo aſſumpta, non ſubſtantialiter, & intrinſecè, & per ſuam entitatem fit ſupernaturalis; ſed tantùm per unionem hypoſtaticam ad ſuperiorem ordinem elevatur, qua mediante unione ipſa humana natura, licèt entitativè naturalis ordinis, per potentiam tamen obedientialem redditur capax ut elevetur, quod explicat S. Doc. modò ſuprà allegatus ibi.. *Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus &c.*

Inſuper humana natura aſſum- 90 d
pta ad hypoſtaticam unionem, modum tantummodò eſſendi divinum acquirit, non autem redditur ſupernaturalis ſecundùm ſuam entitatem, & ſubſtantiam; Quia ſubſiſtentia, & exiſtentia non faciunt naturam, ſed ſupponunt, & terminant: Adeòque humanitas Chriſti remanet ſecundùm ſua prædicta intrinſeca naturalis, & creata, & ſolùm per ſupervenientem unionem ad ordinem ſupernaturalem, & divinum evecta.

Nec dicant, quòd actus illi- 90 e
citus, quia prohibitus, remota lege, redditur licitus. Ergo actus poteſt tranſire de illicito ad illicitum & è contrà.

Reſpondemus, noſtram controverſiam non eſſe, quòd ſub eodem genere poſſint dari actus in ſpecie, & individuo boni, & mali; ſed Angenus illud de ſe ſit bonum, vel malum, ſub quo actus aliquando poteſt eſſe bonus, & aliquando poteſt eſſe malus, utrumque negamus, & dicimus debere eſſe indifferens.

Nec replicent, dari poſſe 91 actum de ſuo genere bonum, & tamen ſecundùm ſpeciem evadere malum, ſicuti actus eleemoſynæ, qui de ſuo genere bonus, utpote ex genere charitatis, & tamen evadit malus, ſi fiat ad finem fornicandi, adeòque ſententia Cajetani videtur corruere.

Non, inquam, hoc dicant: Quia in dicto caſu actus eleemoſynæ non eſt vera eleemoſyna, ſed ad ſummum apparens, quia recedit à ſua ſpecie ſub illo genere charitatis contenta, ſeu à ſuis prædicatis ſpecificis, & eſſentialibus, quorum alter eſt, quòd fiat ad finem miſeriam pauperis ſublevandi. Si autem præfatus actus fiat ad finem fornicandi, non erit eleemoſyna, ſed fornicatio, quæ de genere ſuo eſt mala: ac proindè ſemper eſt mala; & erit eleemoſyna abuſivè dicta à miſericordiæ virtutis ſpecie elongata, & ad fornicandi vitium recepta. Sed præter hunc dicendi modum, non ſequitur, quòd eleemoſyna facta Puellæ indigenti, ad finem inducendi illam ad fornicationem, de actu bono fiat mala: quia dicta eleemoſyna in ea parte, qua eſt bona ex objecto, remanet ſemper bona, ſcilicet pro ſublevanda miſeria puellæ, at pro illa parte, qua inducitur circumſtantia finis mala, nempe fornicandi, remanet ſemper mala ex dicto fine, & ita non ſequitur, quòd actus bonus ex ſuo genere, contractus ad aliquam ſpeciem, reddatur malus.

Concludamus igitur, licitum 92 eſſe ſecundariò appetere, & modo ſupra quem diximus *num.*57. honores, divitias, & dignitates: nunquam tamen conculcato primario, ſive primarium tale ſit ex ſua Inſtitutione, uti eſt opus paſcendi Dominicas Oves in Epiſcopatu, quem ita Chriſtus inſtituit; aut ex natura rei, ut eſt nutritio corporis in cibo, comeſtio enim non eſt propter delectationem: unde delectatio ſecundariò, & cauſa alterius appeti poteſt, non primariò, & cauſa ſui, ſervata quoque Cajetani doctrina ſupra *nu.*64. *ſeq.* de quo ſupra *Reſol.*5. *num.*11. *ſeq.*

Quapropter cùm prohiberi nequeat, quòd acceſſoria in Epiſcopatu debito modo exiſtant, & appetantur, non erit ſufficiens modernorum Authorum fundamentum, ad ſuſtinendum contra antiquos Canoniſtas Abbatem Felinum, & Sequaces, præfatum votum negativum, de non aſcendendo ad Epiſcopatum, validum eſſe ea ratione, quia in Epiſcopatu continentur illa acceſſoria de gradus celſitudine, honore, & divitiis. Cùm hæc licitè ſecundariò appeti poſſint; & hoc tantò magis, quando ſumus in certis operibus, muneribus, & officiis ſpiritualibus, & altioris ordinis, de quorum ratione redundat, omnia ſua acceſſoria ſancta reſurgere, ut dictum eſt ſupra *num.*26.44.74. Et quando eadem officia ſine ſuis acceſſoriis nequeunt ſubſiſtere, convincente divino Textu aliàs allegato, *non obturas os Bovi trituranti*, de quo nos perſuaſos reddunt infinita jura Canonica, & Civilia pluries adducta *num.*44.76. *&* *Reſol.*7. *num.*15. quibus addimus, quod ſingulariter diſcipulis inſinuavit, & declaravit Chriſtus, *Manducate quæ apponuntur vobis, & curate Infirmos*: ubi à ſpirituali ægrotantium cura corporis alimenta minimè

mè ſeparavit, ſed licitum eſſe, & neceſſarium manere conjuncta apertè demonſtravit.

94 Tandem appetere præeſſe aliis, quod juxta doctrinam Cajetani ſupra *num.*75. dicitur de genere ſuo nec licitum, nec illicitum, ſed indifferens, contractum ad Epiſcopatum, aut ad Epiſcopale officium poterit ſecundùm diverſas circumſtantias dici modò licitum, modò illicitum, quod fundatur in præclaro Textu D. Thomæ ſupra allegati *num.*56. *litt.F.& ſeq.* ubi S. aſſerit, præeſſe aliis eſſe licitum, & illicitum, faciendo exceptionem per illa verba, *niſi manifeſta neceſſitate imminente*: ubi Sanctus ſentire videtur, & oſtendit, quòd appetere præeſſe aliis in Epiſcopatu, aliquando eſt illicitum; urgente verò aliqua neceſſitate eſt licitum, cùm tunc debeat ſtudium prævalere tuendi, & paſcendi Oves Chriſti; tantò magis, quia tunc non reperiuntur alii, qui Epiſcopatus officium ſuſcipere velint, propter imminens mortis, & martyrii periculum; quod in tali circumſtantia illi, qui aſſumendus eſſet ad Epiſcopatum, magis objicitur, & repræſentatur, quàm quæcumque gradus celſitudo; ac proindè tunc appetitus de Epiſcopatu nihil juxta Gregorium haberet de ſuo, ut dicemus infra *Reſol.*16., & conſequenter redderetur magis licitus, & meritorius. Verba S. Doctoris ſupra allegata *num.*56. *litt.F.* ſequentia ſunt ibi.. *Sed appetere Proximis prodeſſe eſt ſecundùm ſe laudabile, & virtuoſum; verùm quia prout Epiſcopalis actus habet annexam gradus celſitudinem, præſumptuoſum videtur, quòd aliquis præeſſe appetat ad hoc, quòd ſubditis proſit, niſi manifeſta neceſſitate imminente, ſicuti Gregorius dicit, quòd tunc laudabile erat Epiſcopatum quærere, quando per hunc quemque dubium non erat, ad ſupplicia graviora pervenire. Unde non de facili inveniebatur, qui hoc onus aſſumeret; Præſertim, cùm aliquis charitatis zelo divinitùs ad hoc incitatur &c.* Ecce quod tempore infelici, & ingruente perſecutionum crudelitate uſque ad mortem, & martyria, non blandiebatur gradus celſitudinis, nec erat, qui ad ipſum inhiaret; & ſola charitas urgere poterat, ut Epiſcopatus ſuſciperetur, licèt ſua acceſſoria ex Chriſti inſtitutione, & naturæ jure inſeparabiliter retineret.

Inſuper pro veritate adverten-dum eſt, quòd præeſſe aliis conſiderari poteſt dupliciter. Vel tamquam 95
aliquod ſecundariò, & acceſſoriè conjunctum cum aliqua re, itaut non poſſit ſe ſolo obtineri, ſed dumtaxat aſſequendo aliquid, puta officium, cum quo eſt conjunctum, uti eſt officium Superioris ad Subditos, Domini ad Servum, Ducis ad Milites, Magiſtri ad Diſcipulos, Parentum ad Filios, & ſimilium.

Vel conſidarari poteſt tamquam primariò inſtitutum abſolutè, & ſecundùm ſe, independenter ab omni alio; prout Deus inſtituit; cùm hominibus dixerit, ut præeſſent piſcibus maris, & beſtiis univerſæ Terræ.

Si præeſſe aliis ſumatur primo 96
modo, tunc venit ſolùm ordinatè appetendum ſecundariò, nimirum, & acceſſoriè, & dependenter à ſuo primario officio, cui eſt connexum: Quia, cùm ſingula & diverſa officia, ſecundùm diverſas excellentias fuerint inſtituta ad regimen, & utilitatem Proximorum, S. Thomas ſupra *num.*39.; ſic primariò ſemper venit attendenda Proximorum utilitas, & ſecundariò præeſſe; propter quod unum alteri eſſe ſubditum, non eſt aliquod eſſentiale, & primariò intentum in natura, ſed dumtaxat de

ſecunda intentione ejuſdem. Sanctus Doctor ſupra *num.72.*

97 Ex quibus oſtenditur, quòd homo nulli, niſi ſoli Deo eſt eſſentialiter ſubditus, & ſubjectus; homini verò accidentaliter. Itaut quilibet quantumcumque ſubjectus poſſit aliquando ſuo Superiori licitè reſiſtere: Quia Officiali publico non poteſt ultra permitti, quàm ei conceſſum eſt à lege, vel conſuetudine, ad Text. *in l.3.§. Planè .ff. quod vi aut clam.*; Et Officiali facienti aliquid ultra ſuum officium, legitimè reſiſti poteſt. *Extravag. quoniam gloſſ. verb. rebellan. qui ſint rebelles.* Immo etiam modum excedenti fieri poteſt reſiſtentia. *L.1. C. de apparitoribus Præfecti Urbis libr.12.*; In quo caſu officium malè ſervantes non juvat. *L.3. C. de Curioſis, & Stationariis, in margine lib.12.* Profectò officium quodcumque non ſolùm eſt, quod in adminiſtratione Reipublicæ conſiſtit. §. *Munus publ. L. honor municipalis. ff. de muner. & honor. & L 2. ff. de iis, quæ ut indignis auferuntur*; Sed etiam, quod propter publicam utilitatem eſt introductum. Pomponius *in L. pupillis. §. Munus de verb. ſignific.* Et de Officialibus erudita leguntur apud Bartholum *L. de pupill. §. Si quis ipſi Prætori. C. de oper. nov. nunciat.*; Et Rex, & Princeps, & Epiſcopus veniunt quoque Officialium nomine, per Text. *in L. Juriſperitos in princ. de excuſat. Tutor.* Et hæc omnia vera ſunt, quia perpetuò in lege cautum, & præceptum fuit, officium nemini debere eſſe damnoſum, præcipuè ſi publicum ſit. *L. Videlicet. ff. ex quibus cauſ. majores in integr. reſtit. & l. ſed ſi quis. ff. quemadmodum Teſtamenta aperiantur; & Gloſ. verb. argumentati, in marg. L. eum quædam. C. de adminiſtr. tutor. & alibi ſæpè; & faciunt Text. allegan. Reſol.11. num.48.*

Igitur mentem D. Thomæ repetamus, qui cùm dixerit ſupra *num.56. litt. A.*, quòd in Epiſcopatu duo præcipuè continentur, opus nimirum, Epiſcopale, quod eſt principale, & finale, atque primariò intentum; & quædam circumſtantia bona, ſcilicet gradus celſitudo, honor, divitiæ, quæ ſecundariò ſe habent ad illud; ſic primò ſi quis emitteret Votum, vel juramentum *de non accedendo ad Epiſcopatum, quatenus dicit illa circumſtantia bona*, tale votum eſſet ſanctum, & validum: profectò per illud intenderet non velle Epiſcopatum propter dicta bona, & illorum intuitu, ſed potiùs velle ſuum affectum reprimere, ut non intenderet ad illa, ſed ab illis elongatum ſe conſervare, ne Epiſcopale opus, quod eſt principale, & finale, perverſo ordine dirigeretur ad ſua ſecundaria, & acceſſoria, quod utique excuſari non poſset à culpa mortali: Cajet. ſupra *num.68.* & per conſequens nullus Superior poſset præcipere, & diſpenſare, ut quis contra tale Votum faceret, nec ulla poſset contingere charitatis neceſſitas, ut ſufficiens eſset obligare ad contraveniendum tali voto; cùm mala non ſint facienda, ut bona contingant. Apoſt. *ad Rom cap.13. relat. in Cap. ex tuar. de ſortileg. Cap. ſuper eo. de uſur.* & quantùm ad hoc ſalva videtur remanere Recentiorum ſententia de validitate noſtri Voti negativi, licèt mihi ſuperſit magis convincens ratio, ut dicam *Reſ.10.* 98

Secundò autem, ſi quis nullo modo attendendo ad ſuam idoneitatem faceret votum *de non accedendo ad Epiſcopatum reduplicativè, & quatenus Epiſcopatus dicit Opus Epiſcopale*, quod eſt perfectiſſimum; tale votum videretur nullum, & impium, & contra ſecundam partem Juſtitiæ; & vergeret in 99

dete-

deteriorem exitum, & charitati & pietati fortiter obſiſteret. In quo ſenſu Abb. & antiqui non videntur ertare, illud impietatis criminantes, & poſſet Superior contra illud præcipere, & taliter voventes punire. *Dicto Cap. Archidiaconus* 85. *diſt. ſupra relat. num.*16.*ſeq.*

100 Nec dicant Authores ſecundæ ſententiæ, Epiſcopatum etiam ut bonum opus ſecum trahere pericula ſalutis, adeòque licere votum abſolutè de non aſcendendo ad illum. Etenim, licèt hoc verum eſſet, attamen non videtur ſufficiens ratio ad dictum votum negativum juſtificandum: Accedit, quòd hoc, quod eſt ſecum trahere pericula, à PP. non approbatur, ut bene advertit, & conſiderat D. Athanaſ. *Epiſt. ad Dracon.* ibi .. *Ne, inquam dicas, nec dicentibus credas, Epiſcopatum eſſe cauſam peccati, aut quòd inde naſcantur occaſiones delinquendi*; & affert rationes ibi: de quo latiùs dicemus *Reſol.*9. *num.*8. & 14.

101 Cæterum recapitulando hanc Reſolutionem latè diffuſam, videtur poſſe clarè comprehendi, Authores ſecundæ ſententiæ pro validitate noſtri Voti negativi tuenda, non bene fuiſſe argumentatos, dicendo, quæ ſupra pluries replicavimus quòd, quia Epiſcopatus claudit celſitudinem gradus, honorem, divitias, & cætera acceſſoria, à quibus fugere conſilium Domini eſt, ideo validum eſſe votum negativum Archidiaconi de non aſcendendo ad illud.

102 Quoniam antiqui DD. primæ ſententiæ, juxta doctrinas hic, & ſupra à nobis expoſitas, reſpondere potuiſſent primò ſecundùm mentem, & diſtinctionem Cajetani ſupra traditam *num.*64.*& ſeq.* in Epiſcopatu tria reperiri: Primò rem appetitam, quæ eſt opus Epiſcopale principale, & finale: ſecundò rationem appetendi, quæ ſunt honor, divitiæ & cætera acceſſoria: tertiò appetitum, qui eſt ipſe actus appetendi; & reſoluit, quòd ſi dicta acceſſoria, quæ ſunt ratio appetendi, referantur ad opus Epiſcopale, itaut ſe habeant ut finis, propter quem opus Epiſcopale appetitur, tunc perverſus eſt ordo, ut dictum eſt ſupra *num.*68.*&* 72., quia ſpiritualia ordinarentur ad temporalia, & eſſet mortale peccatum; & tunc votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum hoc modo erit ſanctum, & validum; quod conſonat cum eo, quod modo dictum eſt *num.*98.

Si verò acceſſoria ſint ſolùm ratio appetendi non reſpectu rei appetitæ, quæ eſt Epiſcopale opus, ſed reſpectu appetentis, quaſi ſint impulſiva ad illud opus appetendum immediatè, & per ſe, eum intentione faciendi debitum ſuum, non præſidendi tamquam Dominus, ſed Servus, nec prætendendi poteſtatem dominandi in Clero, ſed tantummodo Dignitatis, ut ex D. Thoma diximus ſupra *Reſol.*3. *n.*6.*ſeq.*: non diſtribuendi Eccleſiæ bona perperam, ſed pauperibus, & in ſacros uſus: non recipiendi honorem, & reverentiam ſibi, ratione ſuæ Perſonæ, ſed dumtaxat officii; & ſimilia &c. Tunc talis appetitus nullam haberet deformitatem mortalem, quidquid ſit, an poſſit notari de aliqua culpa levi; nihilominus ſi quis faceret dictum votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum eum hac recta intentione, votum videretur nullum; quia Authores primæ ſententiæ dicerent; quòd tale votum vergeret contra ſecundam partem Juſtitiæ, cujus eſt facere bonum. Vide ſupra Cajetanum *num.*70. & ejuſdem mentis eſt Suarez expreſſis verbis infra *Reſ.*9. 104

*num.*52.

*num.*52., ubi ejus verba dabimus, quibus expreſsè ſentit, Epiſcopatum poſse licitè appeti.

105 Secundò reſpondere poſſunt, quòd, licèt Epiſcopatus contineat honorem, divitias, & cætera acceſſoria, cùm tamen iſta ſint honeſta, ſancta, & cæleſtia, ut dictum eſt ſupra *num.*26.*& ſeq.* quia in tali caſu celſitudo gradus non eſt quid prophanum, & in ratione dominandi, ſed verè inſerviendi; Divitiæ non ſæculares, ſed eccleſiaſticæ, in operibus miſericordiæ erogandæ; Honor non vanus, ſuperbus, & pravus, ſed ſpiritualis, & humilis, datus officio in teſtimonium ſuæ ſanctitatis; ſic omnia dicta acceſſoria reducuntur ad eumdem bonitatis, & perfectionis gradum, in quo reperitur eorum principale opus, & illa ita ordinatè appetere non eſſet contra, ſed potiùs conformiter ad Evangelica Conſilia; & per conſequens votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum, & prout iſta continet, nullum, & invalidum eſſet, quia adverſaretur materiæ, quæ eſt de genere bonorum.

106 Tertiò reſpondere poſſunt conformiter ad ea, quæ ſupra diximus *n.*57. quòd appetere acceſſoria Epiſcopatus immediatè, per ſe, & ratione, ſeu gratia, & cauſa ipſorum, eſt ordo perverſus, & conſilium Domini eſt ea fugere. Appetere verò illa mediatè per aliud, & gratia ſeu cauſa alterius, hoc eſt alicujus principalis, cui nata ſunt famulari, ad neceſſarium ſplendorem, honorem, & ſubſiſtentiam ejuſdem. Tunc cùm ab eodem principali ad eumdem ſuæ perfectionis gradum, in quo eſt ipſum, eleventur, ejuſdemque naturam ſequantur, poterunt licitè, & laudabiliter appeti: & hoc non erit contra, ſed conformiter ad Evangelica Conſilia; & votum negativum de non accedendo ad Epiſcopatum etiam prout talia acceſſoria includit, nullum eſſet, & irritandum. Ita ſenſerunt Authores primæ ſententiæ ſupra relati *Reſol.*6. 2.4.*& ſeq.*

Verum tamen eſt, quòd om- 10
nes iſti tres modi reſpondendi in unum coaleſcere videntur, & in Doctrina D. Thomæ fundari ſupra noviſſimè memorata *n.*8.. Profectò juxta diſtinctionem Cajetani, quòd acceſſoria ſunt ratio appetendi, ſi dicantur eſſe cauſa finalis operis Epiſcopalis, appetitus eſt perverſus; ſi dicantur eſſe cauſa impulſiva, appetitus eſt ordinatus. Quod aliis verbis explicat D. Thomas dicens, quòd, ſi intendantur primariò, appetitus eſt pravus; ſi ſecundariò, appetitus eſt rectus; vel ſi intendantur, ut dictum eſt *n.*57., per ſe, & cauſa ſui, appetitus eſt inordinatus; ſi per aliud, & cauſa alterius, hoc eſt cauſa ſui principalis, nimirum, Epiſcopalis operis, cui inſerviunt, appetitus eſt perfectus, quia ab ipſomet Epiſcopali opere ad ſuam elevantur,& trahuntur perfectionem, & bonitatem; adeòque convincitur, nunquam potuiſſe ab Authoribus ſecundæ ſententiæ defendi validitatem dicti Voti negativi ex illa præcisè ratione, quòd Epiſcopatus continet honorem, & divitias.

Tandem cùm ſuperſint alia 10
argumenta tenoris ejuſdem, ideo, ut illa quoque enervemus, ſequentem exponimus Reſolutionem, quæ erit nona.

RESOLVTIO IX.

Neque aliæ Rationes prò Validitate Voti Negativi convincunt.

SUMMARIUM.

3 *Paſtorale officium eſt Angelicis humeris formidandum.*
Requirit ſapientiam, & fortitudinem. ibid.
Implicatum, & expoſitum multis ſalutis periculis. ibid.
Animarum ſanguis eſt de Paſtorum manibus a Deo requirendus. ibid.
Et non admittitur excuſatio, Si Paſtor neſcit, & Lupus comedit. ibid.
Integritas Præſidentium Salus eſt Subditorum. ibid.
Officiales majora mala perpetrant, quàm perſona privata. ibid.
Quod fit à Superioribus, à Subditis trahitur in axemplum. ibid.
4 *Nemo poteſt ſe præſumere idoneum.*
5 *Hoc votum reddit homines utiliores, & aptiores, & digniores.*
6 *Peccatum fugiendum, cunctis poſtpoſitis calamitatibus.*
7 *Magnanimitas eſt ad omnia pericula ſuperanda.*
8 *Volens vitare pericula remota peccati, negligendo Proximo ſuccurrere, actualiter peccat.* S. Clem.
Epiſcopatus non eſt occaſio peccati. ibid.
S.Petrus reprehendit deditos propriæ utilitati ibid.
9 *Vel pericula non extant.*
10 *Occaſio delinquendi ſemper tollenda.*
Magis expedit tollere panem eſurienti, quàm peccandi occaſionem permittere. ibid.
Ubi eſt majus periculum, ibi magis conſulendum. ibid.
11 *Occaſio à Cauſa multum diſſimilatur.*
Occaſio prò opportunitate temporis effectum ſortiri poteſt. ibid.
Conſiſtit in facto, & ſolùm remotum influxum habere poteſt. ibid.
12 *Quotquot aſſumuntur bona in hac vita, poſſunt in deteriorem exitum declinare.*
14 *Epiſcopatus non eſt Cauſa peccati.*
16 *S.Petrus non præcepit Clementi, ut Epiſcopatum acciperet, ſed ſolùm fuit hortatus.*
17 *Magis periculoſum eſt Confeſſarii munus; & Votum Caſtitatis.*
Non legitur, Sanctos Patres votum de non acceptando Epiſcopatum emiſiſſe. ibid.
19 *Moralis certitudo, quæ ſufficit pro ſuſcipiendis Sacramentis.*
Non præſumit de ſe ipſo, qui ſe exponit judicandum Judicio S. Sedis. *ibid.*
Quis eſt idoneus ad Epiſcopatum, ſi per omnem ætatem Eccleſiæ ſerviverit ibid.
Opus Epiſcopale angelicis humeris formidandum. ibid.
Quæ requiruntur ad Eccleſiæ Paſtores. ibid.

20 *Epiſcopus tenetur oves Chriſti paſcere.*
Promoti ad Epiſcopatum ad labores vocantur. ibid.
Epiſcopus non ad commoditatem, ſed ad labores invitatur. ibid.
21 *Promotus ad Epiſcopatum poteſt in ſumma humilitate conſervari.*
Nulla virtus opponitur alteri virtuti. ibid.
Magnanimitas non contrariatur Humilitati. ibid.
22 *Quærere aliquando Epiſcopatum non eſt malum, ſed meritorium.* Reſ. 8. num. 83. 76. 94.
23 *Votum negativum prohibet actus licitos. Sed.*
26 *Non videtur, quòd votum poſſit prohibere actus licitos procurandi Epiſcopatum.*
Voti obligatio ſemper eſt reſtringenda. ibid.

1 AUthores ſecundæ ſententiæ, ultra argumenta Reſolutione antecedente pro validitate Voti negativi allata, alia quoque nituntur efformare, ut tale votum confirment. Quia tamen non tangunt unicam, & fundamentalem rationem cum ſua radice prò fortiter dicta Voti validitate tuenda: vel ſi tangunt, ad radicem non pertingunt, adeòque omnem ejus prætermittunt vigorem; Ideo conabimur in hac Reſolutione, ut firmemus præcepta artis bene deſiderandi, reliqua eorum fundamenta in medium exponere, & eorum inſufficientiam detegere.

Præfati igitur ſecundæ ſententię Authores optimè exiſtimantes, dictũ votum eſſe validum,ac ſanctum, dummodo non excludat duas illas conditiones de Superioris præcepto, & urgentia charitatis, juxta celebrem diſtinctionem Ugonis, per Hoſtienſem laudatam *in ſum. lib. 3. de Voto num. 4. ex Cap. Archidiaconum* 85. *diſt. & ibi Gloſ. Ver. Sacroſanctis*; & poſt ipſum per omnes Doctores ſecundæ ſententiæ ſupracitatos *Reſ. 6.* receptam. Reliquæ eorum probationes reſtringuntur ad pauca verba, ſemper redeuntes ad ſolitam propoſitionem, nimirum, quòd tale votum eſt de meliori bono. Quia ex illa parte, qua Epiſcopatus habet adjuncta honores, & divitias, & animarum regimen, defert ſecum multa ſalutis pericula, & frequentes occaſiones peccandi, de quibus conſilium eſt, illa vitare; & virtus eſt honores reſpuere, ſicuti fecerunt SS. Patres: & conſervat hominem in humilitate: & refrænat ambitionis affectum, & melius, & ſanctius eſt ob privatam ſpiritualem utilitatem ab omnibus his animum removere; Nec ullum per tale votum inferri Eccleſię præjudicium; Quia Pontifex, quando vult, poteſt per præceptum providere: quibus rationibus ut omne robur adjiciamus, eaſdem ſub hac forma propo- nimus.

Primò, quòd cùm paſtorale officium tam ſecundùm ſuum principale opus, quod dicit, paſcendi Chriſti Oves, quàm ſecundùm omnia acceſſoria ſibi debita,ſit onus Angelicis humeris formidandum; 3
Trid. *ſeſſ. 6. de Refor. cap. 1.*, & magnam requirat ſapientiam; & fortitudinem. Chriſoſt. *homil. 19. in Joan.* ibi.. *Magnum quiddam, dilectiſſimi, magnum eſt Eccleſiæ Prælatio, quæ multa indiget ſapientia, & fortitudine; qualem Chriſtus poſuit, ut animam prò Ovibus ponamus*; & ita de ſui inſtitutione, & natura quamplurimis difficultatibus, & periculis implicatum, & expoſitum, tam in damnum propriæ ſalutis. S. Doctor *opuſc. 18. cap. 19.*, quàm cæterarum

Animarum, quarum Sanguis de Paſtorum manibus à Supremo Judice eſt requirendus, *& non admitti Paſtoris excuſationem, ſi Lupus Oves comedit, & Paſtor neſcit*. Trid. *dicta ſeſſ.6. capit. cit.*, *&* Ezech. 33. *& Cap. Epheſiis* 43. *diſt. cap.*1. 13. *quæſt.*1. Officiales enim majora mala perpetrant, quàm perſonæ privatæ *l. defenſionis* 7. *Gloſ. ver. Cæſarini ſupra Præ.*1. *num.*15. & è contra Integritas Præſidentium ſalus eſt Subditorum. *Cap. miramur* 61. *diſt. ex Leone Papa epiſt.* 85. *alias* 83. *cap.*1. Profectò quod à Superioribus efficitur, à Subditis trahitur in exemplum *Cap. magnæ devotionis. De voto, & voti redempt. prout ſupra Præamb.*1. *num.*15. Hinc licèt Epiſcopale Opus perfectiſſimum, & maximum bonum ſit, conſultiùs tamen erit illud non appetere, nec acceptare ex proprio ſpiritu, ſed ſolùm ex urgenti communis boni neceſſitate, & Superioris præcepto; Adeòque validum eſſe negativum votum prædictum ſub hac conditione reſtrictum; ſcilicet: *Voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi de Superioris obedientia, aut præcepto*.

4 Secundò, quòd cùm præfatum Opus Epiſcopale ſit perfectiſſimum, & excedens omnem humanam facultatem, & nemo debeat præſumere ſe habilem, & idoneum ad illud, non ſolùm licitum judicatur ab illo ſe retrahere, ſed cautum erit, votum emittere, illud non acceptandi, niſi coactus, & vocatus per Superioris obedientiam.

5 Tertiò, quia per hujuſmodi Votum conſervatur Humilitas, removetur ambitio, fugiuntur Dignitates, honores: & divitiæ, quæ omnia contemnere, & repellere, eſt de genere bonorum, & Evangelici conſilii: & tale votum conducit ad ſpiritualem profectum, tantò magis, quòd Epiſcopatus, licèt ſtatum perfectionis requirat, & ſupponat; tamen ſi hujuſmodi ſtatus non præſupponitur aequiſitus, Epiſcopatus non eſt aptus ad illum acquirendum, cùm Epiſcopus tunc vivat immerſus in commoditatibus, honoribus, & divitiis; Et tandem hoc votum reddit homines utiliores, aptiores, & digniores, ut præomnibus ad officium Paſtorale ſublimentur, ut advertit Caſtropalao ſupra relatus *num.* 12. adeoque concludunt, hujuſmodi votum licitè, validè, & laudabiliter fieri.

Sed hujuſmodi argumenta nullius momenti videntur Abbati, & Authoribus primæ ſententiæ, unde ad ea, quæ dicuntur ſupra *nu.*2. reſpondere poſsent, quòd, vel illæ difficultates, & pericula Epiſcopatui conjuncta, ſunt inſuperabilia, vel non. Si primum: ergò nemini licitum eſset, etiam quacumque urgente neceſſitate, & Superioris præcepto, Epiſcopatum aſsumere, & acceptare; Quia ſemper cuicumque damnabile judicatur, ponere ſe in periculo offendendi Deum; & à peccato eſt omnibus abſtinendum, ejuſque pericula removenda cunctis quoque Mundi neglectis calamitatibus. *Cap. ita ne* 32. *quæſt.* 5. *& Cap. de major. obedien.*, & expedit etiam poſt tunicam relinquere pallium, quàm peccatum committere, *Cap. ſuſcepimus. §. Fin. de Homicid.* Quandoquidem nihil prodeſt hominum univerſitati, ſtatum illum Epiſcopalem aſſumere cum Animæ detrimento. Matth. 16. 26., *& Cap. Matthæus in fine. De Simonia.* 6

Si autem pericula illa ſunt ſuperabilia, quia dantur virtutes ad actus bonos in omni ſpecie exercendos, & ad malos actus in omnium vitiorum genere propulſandos; Et adſit magnanimitas, quæ eſt ſpecia- 7

lis moralis virtus, ad quaicumque difficultates, & ardua pericula ſuperanda. S. Doct. 2.2. *quæſt.*129. *a.*4. *ad* 1. ibi .. *Et inde eſt, quòd Magnanimus intendit magna operari in qualibet virtute*; *& art.*5. *ad* 2. ibi. *Magnanimus non eſt Microkindinos, ideſt prò parvis periclitans, ſed eſt Megalo Kindinos, ideſt pro magnis periculis periclitans*. Non poteſt dari votum ad Epiſcopopatum repellendum; & ad hæc omnia virtutum experimenta declinanda, quia ſine dubio tunc dictum votum negativum eſſet impeditivum majoris, imò maximi boni, & virtutum profectus.

8 Nec adeò ſunt metuenda peccati pericula, (niſi ſit peccandi voluntaria, & proxima occaſio) ut quis renuat aſſiſtere proximorum utilitati; nam tunc volens quis vitare remota pericula peccati, actualiter peccabit, ut dictum eſt ſupra *Praamb.*1.*num.*100. de Sancto Clemente *Epiſt.*1. reſiſtente Petro volenti illum Epiſcopum creare, ceſſit, ubi audivit, ibi .. *Si periculum peccati timens, ſuſcipere refugis Eccleſiæ gubernacula*; *certus eſto, quòd ampliùs peccas, qui Populum Dei in fluctibus poſitum, & periclitando cùm juvare poſſis, ſubterfugis, tui tantummodo habens conſiderationem, & non quod in commune omnibus expedit providens*. Et Auguſtinum talia pericula non retardarunt. *Epiſt.*148. *ad Valerianum, & Cap. ante omnia* 40.*diſt.* ibi .. *Adeò timebam Epiſcopatum ... Cavebam hoc, & agebam, quantum poteram, ut in loco humili ſervarer; ne alto periclitarer, ſed, ut dixi, Domino Servus contradicere non debet*.

9 Imò, vel talia pericula, & occaſiones peccandi non extant, vel non ſunt attendenda, aut parvipendenda, aut exiſtimandum, ac ſi non eſſent; pro quo facit Textus ſupra citatus D. Atanaſii, *Epiſt. ad Dracontium*; ibi .. *Non, inquam, dicas, nec dicentibus credas, Epiſcopatum eſſe cauſam peccati, aut quòd inde naſcantur occaſiones delinquendi*. Et affert rationes, ut infra *num.*14.

Cæterum non dubitamus, 10
quòd occaſio delinquendi ſemper tollenda ad Text. *in l. æquiſſimum. ff. de eo, per quem fac. erit* itaut magis expediat eſurienti negari cibum, quàm peccati occaſionem permittere. *Cap. non omnis* 5. *quæſt.*5. ibi .. *Utiliùs eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligebat*, illamque occaſionem omninò removendam. *Cap.*1. *de cohabit.Cler. & mulier.* Periculum enim ubi magis intenditur, ibi pleniùs eſt conſulendum, ad Text. *in l.* 1. *§. Nam vel magis. ff. de Carboniano edicto. L. manifeſtiſſimi. C. de furtis. L. addictos. C. de appellat. & Cap. ubi periculum de elec.in* 6. Profectò qui ab illo non cavet, perire deſiderat. Eccleſiaſt. 3.*verſ.*27. Idemque judicium ferendum de peccati occaſione, quam vitandam omnino eſſe allata jura demonſtrant.

Verum tamen eſt, occaſionem 11
à cauſa multùm diſſimilari, cùm hæc ſemper propriè, & perſe ad aliquid ordinetur. Bald. *conſ.*119. *Incip. Statuto cavetur num.*7. *ver. Sed contra lib.*2. Occaſio verò tantùm pro opportunitate temporis effectum ſortiri poteſt. Cagnol. *in l.capienda occaſio. ff.de reg.juris*; adeoque occaſio conſiſtit in facto *Cap. ſi culpa tua de injuriis*. Cauſa verò in jure. Felin. *in cap. ſolitæ num.*2. *de major. & obed.* Et remotum influxum ad ſummum occaſio habere poteſt. *L. qui occidit. ff. ad l. aquiliam*. Unde talis occaſio non eſt culpanda. Aliàs, ut exagerat Auguſt. *cap.*8. *de occidendis* 23.*quæſt.*5. tenere Boves, qui cornua gerunt, Equos ungulas ferentes, Canes den-

tes

tes vibrantes, ſi cornibus, unguibus, & dentibus ſine ulla Domini intentione hominem feriant: Occaſio talis non erit ad culpam imputanda, quia non proximè, ſed minùs forſan remotè, quàm honor, & divitiæ in Epiſcopatu, damnum inferunt. Nec culpa fuiſſet Apoſtolo Paulo recipere à Tribuno ob ſuam defenſionem deductores armatos, ſi in illa arma ſcelerati homines incidiſſent: Quorum ratio eſt, ut ea, quæ propter bonum finem facimus, & licitum reputamus, nobis ad culpam non imputantur. Alioquin, nec ferramenta domeſtica, ne ſint occaſio, ut quis illis ſe interimat, apud nos licitè retinerentur; Nec feneſtra in domo aperienda, ne per illam ſe quis præcipitet. *Quid plura commemorem, cùm ea commemorando finire non poſſem*? Ità eloquentiſſimè Auguſtinus *de Civit. Dei cap.* 17 18. translatus inter Canones *Cap.* 8. *de occidendis* 23. *q.* 5.

12 Et experientia docet, atque certiſſimum ab omnibus recipitur, quòd, quotquot dantur res in rerum natura, quantumvis Sanctæ, & perfectiſſimæ ſint, ſemper ob multitudinem objectorum, quæ in mentem occurrunt, & ratione humanæ fragilitatis poſſunt in deteriorem partem abire; & ab aliqua malitia turpiter infici; quòd ſi ad hoc attendendum eſſet, nullus opus bonum, quantumvìs minimum, poſſet homo faciendum aſſumere. Eſt Auguſtini ſententia, nihil reperiri in hominibus prò bono rerum uſu, quod occaſione aliqua corrumpi non poſſit. *d. Cap.* 8. *de occidendis* 23. *quæſt.* 5. ibi .. *Quid enim eſt in uſu hominum bono, ac licitè, unde non poſſit etiam pernicies irrogari*?

13 Quibus intellectis. Cùm in Epiſcopatu honor, divitiæ, & cætera acceſſoria nata ſint principali Epiſcopatus operi de neceſſitate ad ſplendorem, & ſubſiſtentiam inſervire, quòd inde occaſiones oriantur ad dilabendum in culpas, ſi hæ nullatenus à promovendo intendantur; non poſſunt eſſe ſufficiens cauſa ad licitè faciendum dictum votum negativum.

Nec officit ſi Authores ſecundæ ſententiæ replicarent, quòd Epiſcopus ob ſuas commoditates, & vivendi libertatem, qua nemini ſubjicitur, & à nullo dependet, cui rationem ſit redditurus, voluptuoſam vitam ducere poſſit, quam intra Clauſtra prohiberi, & frænari compertum eſt: Quandoquidem contra hoc obſtat Athanaſius modò citatus per ſupradicta verba, ibi .. *Ne, inquam, dicas, nec dicentibus credas, Epiſcopatum eſſe cauſam peccati, aut quòd inde naſcantur occaſiones delinquendi. Licebit ſibi* (loquens ad Dracontium Monacum, qui Epiſcopatum recuſavit) *in Epiſcopatu eſurire, ſitire, ſicuti Paulo. Licebit & vinum non bibere, ſicuti Thimoteus fecit: jejunare frequenter, ut Paulus ſolet: Ne igitur talia objiciant tibi tui Conſiliarii. Novimus enim & Epiſcopos jejunantes, & Monacos comedentes. Novimus Epiſcopos non bibentes vinum, & Monacos bibentes; Novimus quoque Epiſcopos ſigna facientes, & Monacos non facientes. Multi quoque ex Epiſcopis matrimonia non inierunt, Monachi è contra Parentes filiorum facti ſunt. Et concludit. Quiſque ubi volet, decertet: Non corona prò locis, ſed prò factis redditur.* 14

Si ergo bonæ voluntatis Epiſcopo tot heroici actus prò ſuo arbitrio aſſequendi ſuperſunt: Cur potiùs in occaſiones patrandi malum; quàm in occaſiones faciendi bonum mentem impingamus; ut malæ occaſiones ſufficiens ratio ſint, emittendi Votum negativum de non accedendo ad Epiſcopatum; & bonæ 15

non

non ſint convincens argumentum faciendi Votum affirmativum de aſcendendo ad illum, vel neutrum emittendi.

16 Deinde tantum abeſt, quòd Viri ſancti præventivè votum emiſerint non ſuſcipiendi Epiſcopatum; niſi coacti obedientia Summi Pontificis; ut numquam legatur, quòd Summus Pontifex Petrus formiter præceperit Clementi, ut Epiſcopatum acceptaret, ſed ad Summum rationibus fuerit hortatus, ut illum acciperet.

17 Et non minùs periculoſum videtur Confeſſarii munus ſuſcipere. Layman. *lib.5. tract.6.cap.13.nu.1.* §. *Magna*. Henriquez. *in Sum. de Sacram. Pœnit. cap.17. num.2.* Nec eſt minùs difficile ſtatum illibatæ caſtitatis ſervare; Nihilominus quia adſunt virtutes, & divina gratia ad vitia ſuperanda, hinc quotidie Confeſſarii munus aſſumitur; Et votum caſtitatis emittitur, etiamſi carnis ſtimuli ſuperatu difficieillimi evadant. Apoſt.2. *ad Corinth.*12.& Divus Tho. 2.2. *quæſt.*167.*ar.*2. Quia verò ad puritatem tuendam Dei auxilia, & virtutum remedia non deſunt, quæ ſeptem enumerantur à S. Doct. *opuſc.*18. *cap.*19. Ideo votum caſtitatis paſſim ſanctiſſimè emittitur. Quapropter Sancti Patres, quamquàm aliqualiter electioni ad Epiſcopatum reſtiterint, reſpiciendo Epiſcopalem ſtatum ſatis alienum ab eorum conſueto modo privatam vitam ducendi intra Clauſtra, & religioſas occupationes exercendi procul ab omni Sæculi, & externi Forirumore. Nihilominus tamen non legitur, illos præfatum votum de non acceptando Epiſcopatum pronunciaſse.

18 Ad id autem, quod prætendunt præfati Authores ſecundæ ſententiæ, hujuſmodi votum negativum nullum Eccleſiæ inferre præjudicium, & incommodum, quia Papa ſemper poteſt per præceptum cogere, & providere.

Reſpondent, hoc inane eſſe, & inutile remedium, pro firmanda validitate dicti Voti. Imo potiùs ex hoc capite votum illud infirmari. Primò, quia caſus præcepti per Papam faciendi raro contigit, quacunque etiam ſuppoſita Perſonæ idoneitate, ut alibi latiùs dicemus, præcipuè *Reſ.*25.§.VII. ubi inter infinitos propemodum reſiſtentes, & detrectantes, pauciſſimi rigoroſo præcepto fuerunt adacti. Et non expedire, quòd Papa Præcipiat, infrà pluries demonſtrabimus *ibid. Reſ.*25 *n.*63. & *Reſ.*15.*n.*86.100.*i.* 111. & *Praamb.*1. *n.*98.*ſeq.*& 107.*à ſeq.* & quando præceptum fieri poſſit *ibid.* Et quòd non præceptis, ſed rationibus reſiſtentes, ad acceptandum dignitates ſint convincendi ſuadetur; exemplo S. Clementis ſupra *num.*8. Secundò quia dum expectatur præceptum, remanet ſuſpenſus conſenſus in Epiſcopatum, & conſequenter præfatum remedium eſſet impeditivum majoris boni. Palacius ſupra citatus *Reſ.*6. *num.*17. etenim de tali Voto negativo non aſcendendi ad Epiſcopatum, niſi interveniat præceptum, dicit ibi -- *Arbitror, tale Votum eſſe culpabile, quia caſus precepti rarus eſt in hac materia.... ideo non licet ſalubritati Gregis Chriſti impendimentum afferre.*

Ad Achillem, quem ſuprà *n.*2. objiciunt de multorum Sanctorum Patrum exemplo, ipſos dignitates fortiter detrectaſſe. Opponitur Divus Bernardus, hoc illos feciſſe aliquo inculpabili, aut ſuperiori dictamine perſuaſos, & in exemplum Poſteris admirandum, non imitandum. Dictus S. Bernardus *in Vita S. Malachiæ* ibi.. *Ego verò iſtud nec in ſancto redarguendum, nec uſurpandum conſulo ei, qui Sanctus non fuerit.*

Cæterum

Cæterum ad reliqua exadver-
19 ſo argumenta Authores primæ ſententiæ reſpondendo, ad primum dicunt; quòd licèt Epiſcopale opus ſit Angelicis humeris formidandum, nihilominus illud inſtituit Dominus, non ab Angelis, ſed ab Hominibus ſuſcipiendum, & miniſtrandum: Unde pro licita illius adminiſtratione, & Miniſtri idoneitate, ſufficit primò, quòd quis, non ambitioſè, & per media illicita tendat in illud. Secundò, quòd *ejus prior vita, ac omnis ætas à puerilibus exordiis, uſque ad provectiores annos per diſciplinæ ſtipendia Eccleſiaſticæ laudabiliter acta, teſtimonium præbeat, ſecundùm venerabiles Beatorum Patrum Sanctiones*. Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 1. *& Cap. in Sacerdotibus, & Epiſcopus* 61. *diſt. & Cap. fin.* 59. *diſt.* Et quòd, quantum eſt ex ſe, alias conditiones comparare ſtuduerit, quas enumerat Apoſt. 1. *ad Tim.* 3. *&* 1. *ad Tit.*, & cæteras quæ in ſacris paginis de bonis Paſtoribus deſcribuntur, de quibus ſatis erit, quantum humana mortalitas patitur, moralem certitudinem habere, ad menſuram ſaltem diſpoſirionis, quæ requiritur pro licita Sacramentorum adminiſtrarione, & eorumdem ſuſceptionem, prò quibus non majorem, quàm moralem gratiæ certitudinem, Humanæ, & Divinæ leges expoſcunt. S.Tho. *in* 4. *diſt.* 9. *art.* 3. *ad* 2. Quam Idoneitatem non dicitur de ſe aliquis præſumere, ſi Sanctę Sedi ſe ſubjiciat judicandum, ad formam Trid. *Seſſ.* 24. *de refor. cap.* 1. tunc enim non ſua præſumptione, ſed Eccleſiæ judicio probatur; licèt quantùm ad idoneitatem prò validitate noſtri voti negativi ſervanda, non ſufficiat in noſtra ſententia quæcumque moralis certitudo, ut dicemus *Reſolut. ſeq.* per quod etiam patet ad ſecundum.

Ad tertium reſpondent ex
eo, quòd per votum de nolendo 20
Epiſcopatum perfectè conſervari poſſit hnmilitas, removeri ambitio, & repelli honores, dignitates, & divitiæ ſub ea acceptatione, qua horum repulſio eſt de genere bonorum: non proinde ſequitur, quòd ſi quis debito modo tenderet in Epiſcopatum, vel ex virtute Charitatis, quatenus eſt bonum opus ad fidelium utilitatem, vel ex motivo fortitudinis pro Chriſti Ovibus mortem ſubeundi, vel ex magnanimitate pericula non formidandi, non poſſet in ſumma humilitatis virtute permanere, quia nulla virtus opponitur alteri virtuti. S. Doct. 2. 2. *q.* 129. *art.* 3. & multò minùs magnanimitas contrariatur humilitati Sanctus Doctor *loc. cit. ad* 4. Ibi .. *Quia magnanimitas facit, quòd homo ſe dignificet ſecundùm conſiderationem bonorum, quæ poſſidet ex Deo. Humilitas autem facit, quòd homo ſe ipſum parvipendeat ſecundùm conſiderationem proprii defectus; & ſic patet, quòd magnimitas, & humilitas non ſunt contrariæ, quamvis, in contraria tendere videantur; quia procedunt ſecundùm diverſas operationes.*

Pater Suarez Doctor eximius,
& hujus Voti non minùs fideliſſimus 22
obſervator, & Religioſiſſimus exequutor, quàm acerrimus propugnator, cognoſcens hujuſmodi veritates, non renuit profiteri, aliquando Epiſcopatum licitè, & meritoriè appeti poſſe. *Tom.* 4. *de Relig. Tr. IX. de profeſſ. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 6. ibi .. *Quamquàm enim appetere Prælationem propter excellentiam, & poteſtatem malum ſit; Appetere illam propter fructum aliorum, & propter vigilias, & laborem ejus, non eſt ex ſe malum, imò potiùs habet ſpeciem boni, dicente Paulo* ad Timot. 3. *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus*

deſide-

deſiderat; ex quo fit ut procurare Epiſcopatum, ſi fiat cum moderato affectu propter dictum honeſtum finem, & cum aliis circumſtantiis debitis, non ſit malum ex natura rei; & aliquando fortaſſe eſſe meritorium, ſi Epiſcopatus, vel Prælatio multum haberet laboris, & parum bonoris, aut temporalis utilitatis. Et ideo pauci, vel nulli eſſent, qui illum acceptare vellent. De quo ſupra. Reſol. antecedente, n.76.83.

Ego autem, licèt hæc omnia libenter commendem, attamen non quieſco, quòd ſufficiant, ut Epiſcopatus, etiam ut bonum opus eſt, licitè appeti, & deſiderari poſſit propter rationem fundamentalem, quam ſingulariter prò validitate noſtri voti negativi amplector, de qua infra modo *Reſol.X.*

Nihilominus Pater Suarez non
23 diſcordat ab Abbate, & ſequacibus, Epiſcopatum continere opus bonum honeſtum, & meritorium ad Text. Apoſt., & ex moderato affectu eſſe deſiderabile, & procurabile cum debitis circumſtantiis, itaut acceſſoria non attendantur principaliter, & cauſa ſui, ſed ſecundariò, & cauſa alterius, non ad perſonalem ſplendorem, & utilitatem, ſed dumtaxat Paſtoralis Officii &c. Quòd autem deinde redditus ſint tenues, vel pingues, & honor recipiendus major, vel minor ex multitudine aut exigui numeri ſubditorum, non reddit actum magis, vel minùs honeſtum: quia cùm dicta acceſſoria, nempe altitudo gradus, honor, & reverentia &c. ſint inſeparabilia ab Epiſcopatu, dummodo ordinatè intendantur, & prout à ſuo principali exiguntur, ſemper ejuſdem rationis erunt.

Sed id, in quo Pater Suarez
24 dicto loco diſſentit eſt, quòd nimis videtur ampliare, & extendere præfatum votum negativum, dicendo, quòd obligat non ſolùm ad excludendos omnes actus prætentionis illicitos Ambitionis, vel à turpi Intentione provenientes, ſed omnem prætentionem licitam, & honeſtam. & rationem reddit, Primò, quia ita importat formula dicti Voti generaliter concepta, per illa verba, *Nimirum, numquàm me curaturum, & prætenſurum extra Religionem Prælationem aliquam, vel dignitatem*; *Quæ verba*, dicit ibi, *indifferentia ſunt ad prætentionem aliàs licitam. Sicut, qui abſolutè vovet caſtitatem, non ſolùm promittit ſe abſtinere ab illicitis actibus venereis, ſed etiam à licitis matrimonii; Aliàs non præcluderetur aditus ad bujuſmodi dignitates, ſivè licitè, ſivè illicitè quærendas; quod eſt ſpecialis Societatis finis, cùm quilibet poſſet effingere cauſas ſuæ honeſtæ prætentionis.*

Secundò addit *n.7.* ibi .. *Quòd* 25
quamvis interdum poſſit quis bona intentione, & ex rationabili cauſa Prælationem aliquam prætendere: tamen id rariſſimum eſt, & multis periculis expoſitum; Ideoque ſimpliciter loquendo, melius eſt ab omni tali prætentionne, ſive licita, ſive illicita in univerſum abſtinere; Quod probat ex Teſtimoniis SS. PP., quos *n.2.* adducit.

Sed contra dici poſſe videtur: 26
quia, ſuppoſito per ipſum, quòd quis poſſit licitè pretendere, & procurare Epiſcopatum prædicto modo explicatum, non videtur rationi conſonum, quòd votum obliget etiam ad excludendos licitos actus. Primò, quia Voti obligatio ſemper eſt reſtringenda ex Juribus vulgatis. Secundò, ideo votum Caſtitatis excludit omnem actum venereum licitum, & illicitum; quia abſolutè obſervatio Caſtitatis eſt majus bonum, quàm ſtatus matrimonii. At in caſu noſtro omiſſio actus liciti

procu-

procurandi Epiſcopatum dicto modo ſumptum, dicunt Auctores primæ ſententiæ non eſſe majus bonum; imò majus bonum eſſe quærere illum, in ſenſu ſupra dicto *Reſol.*7. *num.*12. *ſeq.*, Quia eſt de genere bonorum Conſilii, & pertinet ad ſecundam partem Juſtitiæ, ut probat Abbas ſupra cit., adeoque Inſtantia de voto Caſtitatis non videtur evincere. Quia obligatio paſcendi Chriſti Oves, & pro illis mortem ſubeundi, eſt adeò altum bonum, ut inter meliora non inveniatur aliud, quod majorem habeat charitatem.

27 Nec ſequitur, quòd daretur anſa prætendendi impunè dignitates ex motivo, quod dari poſſet licita, & meritoria prætentio. Nam cùm votum ſolùm prohibeat externos prætentionis actus; Idem Suarez *ibidem nu.*9. & rarò conſtare poſſit in Foro externo de ipſorum honeſtate, & juſtitia, cùm in plurimum hoc dependeat ab intentione, quæ eſt occulta, & interna; Ideo ſemper præſumptio ſtaret prò violatione voti, & pœnarum incurſione.

Ad id autem, quod dicitur ex Caſtropalao ſupra citat. *Reſ.*6. *n.*19. ibi.. *Animarum regimen multis periculis eſſe expoſitum, ac proinde ſi tibi propriam utilitatem ſpectes, commodius & utilius eſſe, illud fugere.* Salva reverentia tanto viro ejuſdemque intelligentiæ hac in re de animarum Regimine ſubeundo, propria utilitas in Clemente, renuente Epiſcopatum, acritèr reprehenditur à Divo Petro ſupra hic *num.*8. ibi.. *Si periculum peccati vivens ſuſcipere refugis Eccleſiæ gubernacula, certus eſto, quòd ampliùs peccas, qui Populum Dei in fluctibus poſitum, & periclitando, cùm juvare poſſis, ſubterfugis, tui tantumodò habens conſiderationem. Et non quod in commune omnibus expedit providens.*

Authoritates SS.Patruum, quas Suarez *num.*2.adducit, ſolùm excludunt actus illicitos, ut legenti poterit non obſcurè innoteſcere.

Quamobrem ex his, quæ hactenus expoſuimus, minimè apparet ſufficiens, & convincens ratio contra Abbatem, & ſequaces, quæ pro honeſtate, & validitate noſtri Voti negativi concludat; Adeòque progrediamur neceſſe eſt, ad aliam rationem venandam, & exhibendam pro hujuſmodi Voti validitate. Et ſit Reſulutio X.

RESOLUTIO X.

Adducitur valida, & adequata ratio ad concludendum pro validitate noſtri Voti negativi de non aſcendendo ad Epiſcopatum.

SUMMARIUM.

2 *Qui certò non ſcit ſe habere charitatem, non poteſt eſſe idoneus ad Epiſcopale opus.*
Chriſtus commiſit Petro officium paſtorale, ubi conſtiterit ſibi de amore Petri. ibid.
Vigilantia eſt animi munus. ibid.
Cauſa cadere. ibid.
Cauſa ſignificat arduum negotium. ibid.
Cauſa litem ſignificat. ibid.
Lis denotat controverſiam. ibid.

Lis tanti æſtimanda, quanti res de qua eſt lis. ibid.

3 *Eſſe inreprehenſibilem importat carentiam læthalis culpæ.*

Veniale peccatum non obſtat promoveri ad Epiſcopatum. ibid.

Eſſe ſine querela idem eſt, ac ſine crimine. ibid.

Lis ſupponit actionem in re. ibid.

4 *Eſſe inreprehenſibile importat obſervantiam mandatorum ſine querela.*

Lis conteſtata, quid ſit. ibid.

In judicium deducere quid ſit. ibid.

Quid ſit facere litem ſuam propriam ibid.

De Adverſariorum prætentione non liquet. ibid.

Appellare eſt alicujus gratiam, & favorem implorare. ibid.

Eſt ab inferiori ad ſuperiorem provocare, & in Judicio Adverſariorum convenire. ibid.

5 *Dedecet, quòd qui reprehenſibilis eſt, reprehendat alios.*

6 *Promovendus eſſe debet ætate antiquus.*

Longa probatione inreprehenſibilis. ibid.

Laici non promovendi ad Epiſcopatum. ibid.

Gratia ſtare non poteſt cum peccato mortali: bene autem cum habitibus vitioſis. ibidem.

Eſſe inreprehenſibile excludit non ſolùm omnem mortalem culpam, ſed etiam omnem habitum vitioſum; habitu & geſtu. ibid.

Augumentum, & diminutio ſunt contraria, & contraria nata ſunt circa idem. ibid.

Habitus tolluntur & diminuuntur à ſuo contrario. ibid.

7 *Nullus debet appetere aliquid ſupra ſuas vires.*

9 *Idoneus eſt, qui omnium virtutum perfectione eſt præditus.*

10 *Præſumptuoſum eſt, quod is, qui imperfectæ virtutis eſt, ſe reputet perfectum.*

11 *Ad Epiſcopatum nullus eſt idoneus.*

12 *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, ſed non bene deſiderat.*

14 *Bonum ex integra Cauſa.*

15 *An Divus Thomas intelligat de certitudine phiſica Charitatis, vel ſolùm morali.*

16 *Dictio* Ideo *cauſalis eſt, & illativa.*

17 *Dictio ſemper eſt univerſalis affirmativa.*

18 *Certitudo phiſica de exiſtentia Charitatis non datur in hac vita, ſed ſolùm moralis.*

20 *Datur certitudo moralis per ſigna.*

21 *Argumentum à contrario ſenſu optimè concludit.*

22 *S. Thomas non poteſt intelligere de certitudine morali.*

23 *Particula* ſemper, *& particula* nunquam, *ſunt contrariæ.*

Contraria nata ſunt eſſe circa idem. ibid.

Non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubjecto. ibid.

24 *Duplex datur certitudo moralis. Communis, & ſpecialis.*

Argumentum, hominem exiſtere in charitate, deſumitur ab inreprehenſibilitate. ibid.

25 *Teſtimonium bonum ab his, qui foris ſunt, multùm juvat.*

Judicium de inreprehenſibilitate ad ſolum ſuperiorem ſpectat. ibid.

Reprehendere, & corrigere ex officio ſolius ſuperioris eſt. ibid.

Specia-

26 *Specialis moralis certitudo differt à Communi, & phiſica.*
27 *Nemo poteſt judicare de phiſica certitudine Charitatis.*
28 *Cum certitudine morali ſpeciali Charitatis licitè quis deſiderare poteſt Eccleſiaſticas dignitates.*
29 *In propria cauſa nemo judicare poteſt. 36.*
Homo facilè fallitur in his, quæ ad ſe ſpectant. ibid.
31 *Major diſpoſitio, & idoneitas requiritur ad officia ſubeunda, quàm ad Sacramenta ſuſcipienda.*
Ex inreprebenſibilitate oritur certitudo charitatis. ibid.
32 *Ad diguam ſuſceptionem Sacramentorum ſufficit bona fides. Invincibilis ignorantia.*
Quod non eſt ex fide, peccatum eſt. ibid.
36 *Superior cenſetur ſemper ſe legibus conformare.*
Nemo poteſt eſſe Judex in propria Cauſa. ibid.
37 *Superiores faciunt quantum poſſunt, ne decipiantur, & errent.*
38 *Ad Superiorem ſpectat ferre Judicium de idoneitate.*
Quamdiù homo non cogitur, non poteſt judicare, an melius ſit nec ne, Epiſcopatum acceptare. ibid.
41 *Qui rogat pro alio, non præſumitur pro indigno rogare.*
Qui rogat pro ſe, preces ſunt pro indigno.
42 *Malus Prælatus quandoque datur propter peccata Populi.*
43 *Inreprebenſibilitas eſt qualitas ædificativa ad extra.*
Exemplum, non ad operantem, ſed ad externos dirigitur. ibid.
Teſtimonium ab externis reportari debet. ibid.
Qualiter in domo Dei debeamus ambulare. ibid.
Superiores loco Dei. ibid.
44 *Definitur Ambitio.*

HÆc Reſolutio multùm conducit ad alta artis benè deſiderandi cognoſcenda præcepta. Nam in duabus antecedentibus octava, & nona, primæ & ſecundæ Sententiæ Authoribus decertantibus, an noſtrum Votum negativum, de non aſcendendo ad Epiſcopatum, firmum, & validum ſuſtinendum eſſet, ſpectatores fuimus, & conſpeximus, ſecundam ſententiam, quantumvìs ejus defenſores fortiter niterentur, Voti validitatem argumentis, & rationibus propugnare; Nihilominus potius ſuccumbere, quàm prævalere; Primam verò contraria fundamenta demoliendo, potius prævalere, quàm ſuccumbere. 1

Nos verò, non pro victoria, ſed pro veritate, ad validitatem, & honeſtatem noſtri Voti negativi tuendam, multùm per plures annos cum vigilantia, & labore, quod eſt perſonale munus, & animi ſollicitudine intenti & occupati *L. 1. ff. de muneribus, & honor.*, niſi manus porrigeremus ad arma Ducis Angelici, ſine cujus ſapientia numquam contingit pro veritate triumphus, timuimus hanc cauſam amiſſuros, aut cauſa caſuros. *L. 1. Cod. de rebus credi*. Cauſa enim arduum negotium, & obligationem ſignificare conveniunt Juriſperiti *L. Certi conditio 9. in princ. ff. ſi certum pet. L. obligari. §. Pupillus. ff. de Auctor. tut.* & litem exprimere. Paul. *lib. 1. ſentent. tit.* 10. De ratione enim litis eſt, aliquam controverſiam denotare. Varron. *lib. 6. ling. lat.* Et de lite tanta eſt æſtimatio 2

facienda, quantus rei, de qua lis eſt, valor reputatur. Cajus *L. ult. ff. de condit. triticaria*. Ulpianus *l.21. ff. de evict.*

3 Noſtrum autem Votum negativum de non accedendo proprio motu ad dignitates, inter præcipua virtutum fundamenta, quibus ſingulari pietatis ſtudio tota mea innititur Religio, mei Ordinis Conſtitutiones inter cætera ſolemnia Vota exprimere non prætermittunt *prima part.c.3.&6.* Unde merito, omnique conatu hanc litem ſuſcipio; de cujus ratione eſt, ſingularem in re actionem ſupponere, Ulpian. *l.36. ff. de verborum ſignificat.*

Nec noſtri Adverſarii, qui ſunt Authores primæ ſententiæ ab hac lite retrocedere poſſunt, dum ipſis à ſæculo præſentibus, & univerſo Mundo reſte conteſtata fuit ad ſenſum *in l.1. Cod. de litis conteſt.* & in Judicium deductam fuiſſe, non eſt qui dubitet, ut meritò nomen litis obtineat *L.32. §. Litem. ff. de negot. geſtis*; Et hanc litem, & cauſam propriam meam facere glorior, cùm tanto conatu illam defendere aggrediar, *Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex delic. naſcun. l. fin. Cod. pœna Judic.*, *qui malè Judic.* Nec juſtè Adverſarii in nos poterunt indignari, quaſi eorum Sententiam demonſtrativè Sacris Textibus comprobatam audeamus impugnare. Nam de eorum prætenſione non liquere, quod eſt non certò conſtare, omnis Doctor pronunciabit. Terent. *in Eunuch. 2.3. & l.5. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* Et non liquere de cauſa dicebant veteres, quando probationes, & argumenta non ſatis erant idonea ad dijudicandam cauſam Ulpian. *L. idem Pomponius, de Arbitr.* Paulus *in l. Pomponius de Judic.* Et quòd hæc ita ſint, ad aliquem ut appellemus, conſtringimur; quod eſt illius gratiam, auxilium, & favorem imploremus. Cicero. *Vos Vos appello fortiſſimi viri*, aur Sapientiſſimum Doctorem adeamus. *L.1. ff. ex quibus cauſſ. major.* & ab inferiori Judice ad Superiorem provocemus *L.1. ff. de appellat. Et toto Tit. Cod. & ff. de Judic. & L. fidejuſſor. 16. §. Fin. de fidejuſſ.*

Nllus autem inter ſapientiſſimos Judices Angelico præceptore illuſtrior, qui compræhendendo, & penetrando, quòd opus Epiſcopale eſt adeo eminens, & excedens ſupra omnem humanam capacitatem, ut nullus proptio motu, & ſuo appetitu licitè ferri poſſit in illud, ſuam protulit ſententiam, *quodl.3.a.9. in corp.* ibi .. hanc litem definiens, ac dicens: CHARITATEM, PER QUAM ALIQUIS EST IDONEUS AD OFFICIUM PASTORALE, NON POTEST ALIQUIS CERTO SCIRE, SE HABERE; ET IDEO SEMPER EST VITIOSUM PONTIFICATUM APPETERE. Et hujus ſententiæ, & deciſionis Author videtur fuiſſe Chriſtus; qui etiã ſi evidentiſſimè ſciret, ſe à Petro magis amari; Nihilominus ad oſtendendum omnibus, nullum eſſe idoneum ad Epiſcopatum ſuſcipiendum, niſi certò habeat charitatem; antequàm Petro Paſtorale conſignaret Officium, ipſum palam & publicè interrogavit, dicens, *Petre amas Me*; Et Petrus reſpondit; *Tu ſcis, Domine, quia amo te*; cui Chriſtus ſtatim ac conſtitit de Petri amore, Card. Tuſc. *practic. concluſ. tom.2. litt.C. concluſ.781. num.12.*, Epiſcopale munus Petro commiſſit per illa verba: *Paſce Oves meas*. S. Doct. mirificè altiſſima penetrans. 2.2.q.185. *art.1. ad 2.* ibi .. *Ad ſtatum Epiſcopalem præexigitur vita perfectio, ut patet per hoc, quòd Dominus à Petro quæſivit, ſi plus eum cæteris diligeret; antequàm ei committeret Paſtorale Officium.*

Nihilominus hanc Concluſio- 3

nem

nem non gratis, & pro ſuo libito D. Tho. protulit, ſed illam hauſit ex Apoſtoli regulis, cùm dixerit: *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat* 1. *ad Tim.* 3. & ſtatim ſubdit ibi.. *Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, ideſt, *non obnoxium reprehenſioni*. Gloſ. *in dicto Cap. verb. inreprehenſibilem*. Eſſe autem inreprehenſibilem, importat carentiam læthalis culpæ. Apoſt. *ad tit.*1. replicans ibi.. *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe*, hoc eſt *integræ famæ, & ſine notabili defectu*. Nicolaus *in dicto Cap.* Undè veniale peccatum non obſtat, promoveri aliquem in Epiſcopum; Quia ſi veniale obſtaret, nullus ad Epiſcopalem ſtatum legitimè ſublimari poſſet. Lyran. *in dicto cap.*1. *ad Tim. verb. ſine crimine*, ibi.. *Si dixiſſet, ſine peccato, nullus in Eccleſia rectè poſſet ordinari Miniſter. Multi enim baptizati fideles ſunt ſine crimine; ſine peccato verò in hac vita neminem dixerim, Quantumlibet valde juſtum diſcutias in hac vita; non eſt tamen ſine peccato. Undè Joannes. Si dixerimus, quod peccatum non habemus; nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*. Sed eſto nullus vivat in hac vita ſine peccato Nihilominus multi ſine querela inveniuntur, quæ ſemper ad crimen conſequitur. Lyran. ibi.. *Multi juſti dicti ſunt ſine querela, quod intelligitur, ſine crimine*. Crimen enim eſt, quod lege aliqua conſtituitur. Ulpian. *l.*3. §.1. *ff. de Crim. Stell.*

4 Ex quibus innoteſcit, quòd licèt inreprehenſibilitas ſtare poſſit cum culpa levi, non tamen patitur cohætere cum peccato gravi, & læthali. Lyran. ibi.. *Crimen ergo eſt querela, ideſt peccatum grave, accuſatione & damnatione digniſſimum, ut Homicidium, Adulterium, Fornicatio, Furtum, & cætera, quæ deſcribit Apoſtolus*. Quapropter eſſe inreprehenſibile importat obſervantiam Mandatorum ſine querela. S. Doct. *in Epiſt. D. Pauli ad Tim. cap.*3. *lect.*1. *litt.E.* ibi.. *Dico, quòd bonum opus deſiderat. Sed ad hoc non omnis eſt idoneus, ſed oportet, quòd ſit talis; primò inreprehenſibilis. Unde de Zaccaria dicitur*. Luc. 1. *quòd incedebat in omnibus Mandatis, & juſtificationibus ſine querela.* Levitic. 12. *Qui habuerit maculam, non offerat panes Deo ſuo, nec accedat ad Miniſterium ejus. Nec intelligendum eſt, quòd ſit ſine omni peccato; Quia dicitur* Joan. 1. *Si dixerimus &c.*

Et proinde non erit exiſtimandum cum S. Doctore citato, quòd idoneus ille tantùm ſit, qui numquam poſt baptiſmum, & poſt nativitatem peccaverit mortaliter; Quia ſic rari promoveri poſſent; ſed ſufficit, quòd inreprehenſibilis ſit, cùm ad ſtatum provectioris ætatis devenerit, & non ſit reus gravis peccati, nec reprehenſibilis inveniatur. Cùm dedeceat, quòd qui reprehenſibilis eſt, reprehendat alios. Matth. 37. ibi.. *Ejice primùm trabem de oculo tuo &c.* Epiſcopum autem *inreprehenſibilem* eſſe debere *ac ſanctum*, utroque enim nomine deſcribit illum Apoſtolus *cap. cit.*; ſed aliquem eſſe inreprehenſibilem, & ſanctum, ac ſine peccato mortali, idem importat, ac manere in charitate, Unde doctrina D. Thomæ requirentis charitatem pro idoneitate ad tendendum in Epiſcopatum, non eſt gratis inventa, ſed innixa ſolidis Apoſtoli Pauli fundamentis. 5

Dixi, debere eſse irreprehenſibilem non à nativitate, ſed cum ad ſtatum provectioris ætatis devenerit; non tamen, quòd priùs cree- 6

tur

tur Epiſcopus, & poſtea fiat irreprehenſibilis. Quoniam inreprehenſibilitas debet præcedere gradum Epiſcopalem, tamquam idoneitas, & diſpoſitio ad illum.

6 a Imò ex Sacris Canonibus non ſufficit breve tempus ad faciendum judicium de alicujus irreprehenſibilitate, ſed debent promoveri ætate antiqui (ut fusè diximus ſupra *Preamb.2.*) fide integri in preſſura probati. *Cap. Novatianus 7. q. 1*, Itaut de illorum vita irreprehenſibili, & merito longa habeatur probatio, & diuturnum irreprehenſibilitatis experimentum. *Cap. In Sacerdotibus 61. diſt.*, cujus verba retulimus dicto *Præamb.2.num.79.*,& cùm aurea, & multùm expreſſiva ſint, hic repetere non dedignamur: & ſimul oſtendamus utilitatem præfati Præambuli. Cùm ibi tota Epiſcoporum vita, & mores, quales eſſe debeant, delineare aggreſſi fuerimus.

Dicitur ergo *in dicto Cap.* ibi..
6 b *In Sacerdotibus eligiendis curam oportet eſſe perſpicuam, irreprehenſibiles enim eſſe convenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis. Longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur Eccleſiæ. Et Gloſ. Ver. in Sacerdotibus.* Haud negligit ponderare, Hormiſdam Papam Canonis pręfati Authorem, duo acriter prohibere. Primum, *Laicos in Epiſcopos non eſſe eligendos, etiamſi fuerint vita probatæ &c. probatus enim debet eſſe quis antequam eligatur; & diſcere, antequam doceat. Nam irreprehenſibilis, & emendatus eſſe debet, qui præfertur, & orat pro Populo; ſed, nota, longa probatione debet vitam ſuam monſtrare.* Audiant Prælati, quibus manus impoſitio committitur.

Et de hac temporis longitudine differitur in *Cap. priuſquam 28. diſt.* Ubi Gregorius electionem rejecit cujuſdam, nomine Joannis, quia habebat filiam parvulam. Quod evidenter indicabat, non multum temporis præteriiſſe, quo ſe à carnali copula abſtinuerat. De quo latiùs *dicto Præam.2. num.79.*

Secundò hęc veritas ſuadetur, 6 c
quia charitas licèt ſtare non poſſit, ſaltem de lege Dei ordinatia, cum mortali peccato, [Theologi communiter, pro quibus Gonet. *tom.4. tract.9.diſp.1.a.5.§.1.*] nihilominus cum habitibus vitioſis in eadem anima Gratia non luctat; ut tenent omnes; Eo vel magis quia Peccatum Originale per Gratiam deletur, fomes autem & concupiſcentia non extinguitur. Trid. *ſeſſ.5. Can.5.* Eſſe autem irreprehenſibile, non ſolùm excludit omne mortale, ſed etiam arguitivè demonſtrat, omnes vitioſos habitus per replicatos virtutum actus fuiſſe ſuperatos, & depulſos: Etenim continuata excluſio omnis mortalis culpæ, quæ utique ſaltèm regulariter non contingit, niſi ex replicatiſſimis omnium virtutum actibus, excludit omne vitium, tàm in actu, quàm in habitu. Trid. *ſeſſ.14. de pœnit. cap.8.* ibi.. *Satisfactoriæ medentur peccatorum Reliquiis, & vitioſos habitus, malè vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt.* Tantò magis, quòd non dicitur irreprehenſibilis, niſi ille, qui *habitu, & geſtu* reperitur talis: Gloſ. interlinealis *in dicto Cap. verb. irreprehenſibilem.* Et loco vitii virtutes ſubrogantur. Nam quantum de vitio vincitur, tantum de virtute reportatur; *Quia contraria nata ſunt fieri circa idem. Augumentum autem, & diminutio ſunt contraria.* S.Doct. 1.2.*quæſt.*53. *art.1. ad 2. Et quantò magis Animal ſit ſanum, tantò minùs ſit ægrum* S. Doct. 1.2.*quæſt.*52.*a.1.ad 3. Habitus enim tolluntur, vel diminun-*

tur

tur à ſuo contrario S. Doct. *ibi a.3. in corp.* Si Epiſcopus prò ſua idoneitate debet eſſe irreprehenſibilis, proculdubio ejus idoneitas conſiſtere debet in expulſione omnium vitiorum, tam ſecundùm habitum, quàm ſecundum actum, eo pacto, quo deſcripſimus ſupra *Præam.*2., & multò magis in retentione habitus charitatis. Unde Concluſio D. Thomæ, tam ex Apoſtoli authoritate, quàm ex ſolidis rationibus remanet indubitata.

7 Ulteriùs cùm peccatum ambitionis, & præſumptionis committatur, quando ex parte appetentis non datur proportionata capacitas, & idoneitas ad officium ſubeundum, itaut talis præſumptio, & ambitio dicenda ſit ſtultitia. S. Thom. *Com. in* 1. *ad Timot. lec.*1. ex Auguſt. ibi.. *Quia nullus debet appetere aliquid ſupra vires ſuas, non ſibi proportionatum: aliàs eſſet ſtultus.* Sic ſi quis rectè Epiſcopatum deſiderare vellet, priùs ſecurus eſſe debet, & ſcrutari tenetur, an Epiſcopatus eſſet ſibi commenſuratus, ac debitus. S. Thom. *ibidem. Ille ergo Epiſcopatum deſiderare poteſt, cujus facultas Epiſcopatui eſſet proportionata.*

8 Honor autem, & officium ex Juribus ſupra allegatis *Reſ.* 5.7.8. non debetur niſi virtuti, aut ſubjecto, in quo eſt virtus. Nec exhibetur alicui, niſi ratione excellentiæ meritorum; Adeòque examinandum erit, an in deſiderante Epiſcopatum ſit talis virtus, & perfectionis excellentia, per quam, ut Jura poſcunt, dici poſſit idoneus, & proportionatus ad munus Epiſcopale.

9 Perfectio autem, quæ requiritur in Deſiderante Epiſcopatum, & qua deſiderans redditur proportionatus capax idoneus, & dignus ad illum, eſt illa, quæ coaleſcit, & reſurgit ex omnium virtutum cumulo, & excludit cujuſcumque actualis, & habitualis vitii labem, qua perfectione quis præditus undequaque celebratur irreprehenſibilis, & in ſtatu perfectionis optimè conſtitutus, ex Apoſt. *cit.* 1. *ad Tim.* 3., *& ad Tit.*1. Quis autem iſte ſit in hac vita, utique laudabimus eum.

10 Sed cùm, regulariter loquendo, nullus in hac vita moretur, qui de hoc plenario perfectionis ſtatu præditus, ac certus eſſe poſſit, niſi ſaltem certò ſciat ſe habere charitatem: Ergo ſola evidentia charitatis eſt illa, quæ poteſt hominem reddere idoneum ad munus Paſtorale. Hanc autem perfectionem ſibi in hac vita aliquem ſibi arrogare maximæ præſumptionis eſt. S. Doct. 2.2. *quæſt.*185. *a.*1. *ad* 2. ibi.. *Eſt præſumptuoſum, quòd aliquis perfectum ſe reputet, & quòd aliquis imperfectæ virtutis exiſtens attentet aſſequi, quæ perfectæ virtutis ſunt. Et idem* 2.2. *quæſt.* 21. *a.*1. *ad primum.*

11 Ex his autem perſuaſum remanet, quòd quantam ex una parte per ſuam Excellentiam præſtat Epiſcopatus, tantum ex altera ob ſuam indiſpoſitionem, & inidoneitatem claudicat, & deficit ſubjectum: Adeòque non habetur proportio, & commenſuratio inter ſubjectum deſiderans, & objectum deſideratum; Et ideo non datur Perſona, cui Epiſcopatus non remaneat indebitus. S.Th. modò citatus *num.*7. ibi.. *Ille ergo Epiſcopatum deſiderare poteſt, cujus facultas Epiſcopatui eſſet proportionata; ad hoc autem nullus eſt idoneus.* Notanda eſt hic illa univerſalis omnium perſonarum excluſio ab Epiſcopatu, propter carentiam idoneitatis. Quæ carentia certò non tollitur, niſi certò conſtet de exiſtentia charitatis, cujus ſolius eſſe poteſt, reddere hominem irre-

pre-

prehenſibilem, & immunem ab omni actu, & habitu peccati, ut dictum eſt ſupra *num.6.* & ad hoc, ut poſſit licitè proprio motu in Epiſcopatum tendere.

12 Quibus accedit, quòd licèt deſiderium de Epiſcopatu ſit deſiderium de bono opere, tamen tale opus bonum, non bene deſideratur, ſeu tale deſiderium non eſt bonum, quia claudicat, & deficit ex mala circumſtantia improportionati Subjecti.

13 Et ſedulò conſiderandum, quòd quia regulariter ex parte Subjecti deſiderantis Epiſcopatum ſemper deficit idoneitas ad illum, ideo Apoſtolus quando dicit, *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, & non addit, quòd bonum deſiderium habet. S. Doct. *Com.loc. cit.* in hæc ipſa verba 1. *ad Tim.3.* ibi .. *Et ideò dicit Apoſtolus, quid ſit Epiſcopatus, & quid deſiderat, qui Epiſcopatum deſiderat; quia bonum opus, non quia bonum deſiderium habet*: Eamdem explicationem amplectitur Tolet.*Sum.lib.5.Cap.3.n.4.* ibi .. *Nec iſta doctrina contra illud ad Tim.3. Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat; Nam Paulus non dicit bene deſiderare, ſed bonum opus deſiderare .... poteſt enim bonum non bene aliquando deſiderari.* Sicuti aliquando fieri poteſt opus bonum, ſed non bene, & ideo peccari, ad clarum Textum *in Cap. & Sancta de Conſec. 2. diſt.* ibi .. *Et Sancta poſſunt obeſſe, non quia res illa mala eſt, ſed quia malus male accipit, quod bonum eſt: Non enim mala erit buccella, quæ tradita eſt Judæ à Domino, ſed quia ille, qui indignus erat, accepit.* Et idem eodem *titulo. Cap. ſicuti Judas* ibi .. *Non malum accipiendo, ſed malè accipiendo.* Et Auguſt. *tract.26. in Joan. circa med.* ibi .. *Nonne buccella Dominica venenum fuit Juda, Et tamen accepit. Et cùm accepit, in eum inimicus intravit, non quia malum accepit, ſed quia bonum male malus accepit*, quod, & Chriſoſt. optimè declaravit *lib.3. de Sacerd.* ibi .. *Si quis Epiſcopi munus appetit, honeſtum opus deſiderat. At ego non operis ipſius, ſed dominationis, & potentiæ deſiderium peſtilens eſſe dixi. Atque hoc deſiderium toto ſtudio ab animo abjiciendum eſſe cenſeo.*

14 Undè concluditur, quòd qui Epiſcopatum deſiderat, licèt bonum opus deſideret ex objecto, non tamen bene deſiderat, nec bonum deſiderium habet, ratione indiſpoſitionis Subjecti. Bonum enim, ut communiter dicitur, ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu. Nam Homo ambitioſus, atque præſumptuoſus, [quod ſemper verificatur, ut dictum eſt, quando res deſiderata eſt ſupra capacitatem deſiderantis,] Deſiderans Epiſcopatum, ſemper exorbitat, & deficit.

15 Sed Dubium inſurgere poteſt, An Divus Thomas intellexerit de certitudine charitatis phyſica, vel morali. Et quidem de phyſica intellexiſſe, evidenter videtur demonſtrari ex contextu dictorum verborum *ſupra n.2.*, ubi Sanctus dicit. CHARITATEM, PER QUAM ALIQUIS EST IDONEUS AD OFFICIUM PASTORALE, NON POTEST ALIQUIS CERTO SCIRE, SE HABERE: ET IDEO SEMPER EST VITIOSUM, PONTIFICATUM APPETERE. Duæ dictiones in hoc Textu ſunt attendendæ: nimirum, ly *Ideo*, & ly *Semper*, quæ totam vim argumenti faciunt pro concludenda phyſica certitudine.

16 Nam illa dictio *ideo* cauſalis eſt, & idem ſignificat, ac *ob cauſam; ob id*. Bart. *in L. demonſtratio. §. Quod aptè.num.9.ff. de condit., & demonſtrat.* Et illativa eſt, quia, infert ex prædictis. *L. & ideo.*

ff. de

ff. de legatis præſtan.

17 Illa verò dictio *ſemper* eſt univerſalis affirmativa, & denotat regulam. Doctores communiter. Tiraq. *de retract. tit.*1. §.1. *gloſ.*9. *num.*221. 224. ſequitur Socin. *conſ. num.*5. *vol.*1. & alii. Et includit omne tempus; & intelligenda venit prò omni tempore, &omni caſu. *L.*2. *ff. ſol. matrim.*, *& L. quia ſemper. ff. de in juſ. vocan.*, *& in C.*1. *de reſtitut. in integr.*, & communiter DD.

Undè dicendo D. Thomas QUOD NEMO POTEST CERTO SCIRE, SE HABERE CHARITATEM, & poſtea inferens, QUOD SEMPER EST VITIOSUM PONTIFICATUM APPETERE, clarè denotat, certitudinem illam debere eſſe phyſicam, quæ numquam in hac vita conceditur, niſi ex ſpeciali divina revelatione; & non moralem; Quia, cùm hanc ſepè homines timorati poſſint in ſe deprehendere ex quatuor conditionibus, modò infra dicendis, ſic hac certitudine morali habita de exiſtentia charitatis, non eſſet ſemper vitioſum in illis, ſed licitum, Epiſcopatum appetere, & ita Textus Divi Thomæ deficeret.

19 Quòd verò phyſica certitudo de exiſtentia Charitatis numquam detur, nullus audet inficiari. D.Tho. *in* 4. *diſt.*9. *art.*3. *ad ſecundam quæſtionem* ibi.. *Quod autem homò ſit omninò immunis à peccato, per certitudinem ſciri non poteſt.* Corinth.4. ibi.. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum.*

20 Dari verò in hac vita aliqualem moralem certitudinem de illa, nemo dubitat; quia hæc per aliqua ſigna frequenter obtinetur. Sylveſter *verbo Contritio num.*3. Navar. *Manual. cap.*1. *num.*6. Emanuel Sà *verb. contr. num.*3., & S. Doctor modò citatus ibi.. *Poteſt tamen in hoc haberi aliqua conjectura, precipuè per quatuor ſigna; ſicut Bernardus dicit.*

*Primò, cùm quis devotè verba Dèi audit, quia, qui eſt ex Deo, verba Dei audit. Joan.*8.

Secundò, cùm quis ſe promptum ad bene operandum invenit; quia probatio dilectionis, exhibitio eſt operis.

Tertiò, cùm quis à peccatis abſtinendi in futurum propoſitum habet.

Quartò, cùm de præteritis dolet, quia in his vera pœnitentia conſiſtit.

Unde ſi quis interrogaret. Quare appetitus Epiſcopatus ſemper eſt vitioſus? 21

Reſpondet D. Thomas, quòd, cùm idoneitas ad Epiſcopatum ſolùm dependeat à certitudine, qua quis ſcit, ſe habere charitatem, appetitus de Epiſcopatu erit vitioſus, quia appetens non poteſt certò ſcire, ſe eſſe idoneum ex eo, quòd non poteſt certò ſcire, ſe charitatem habere. Ergo è contra, ſi quis certò ſciret, ſe habere charitatem, tunc legitimè ſequeretur, quòd dictus appetitus non ſemper vitioſus eſſet. Argumentum enim à contradictorio ſenſu optimè concludit *L.*1. §.*Hujus rei. ff. de officio ejus, cujus mandata eſt juriſdictio. L. qui Teſtamento. §. Mulier. ubi Gloſ. ff. de Teſtam.*

Sed nullus, dicit S. Doctor, POTEST CERTO SCIRE, SE HABERE CHARITATEM. Ergo videtur, quòd S. Doctor intelligat de certitudine phyſica, & non morali. Quia quantùm ad certitudinem moralem, multi certò ſcire poſſunt, ſe charitatem habere; & per conſequens tunc vitioſum non eſſet appetere Epiſcopatum; ſed Lector obſerva, quòd S. Tho. dixit, ſemper eſſe vitioſum Epiſcopatum appetere; Ergo non poteſt intelligere de certitudine morali, quæ aliquando datur; ſed de 22

ſola phyſica, quæ numquam conceditur.

23 Undè dicamus neceſſe eſt, quod ſicuti numquam mortalis homo in hac vita certò phyſicè ſcire poteſt, ſe habere charitatem; ita ſemper vitioſum erit, quòd appetat Epiſcoparum; cùm ſola charitas ex D. Tho., pro Epiſcopatu ſuſcipiendo, idoneitatem conferat: particula enim *ſemper*, & particula *numquam*, ſunt duæ dictiones, quæ ad invicem contrariantur; Nam dictio *ſemper* ex juribus allegatis, eſt univerſaliter affirmativa pro omni tempore. Dictio *nunquam*, eſt pro omni tempore univerſaliter negativa. Barboſ. *de dictionibus diction. nunquam.* Et ita, quòd quis *ſemper*, & *nũquam* ſcire poſſit phyſica certitudine ſe habere charitatem, ſunt contraria, ut conſtat; Quæ nata ſunt eſſe circa idem. *L. Mutius ff. prò ſocio L.1.C. de furtis.* Nec eſſe poſſunt ſimul in eodem ſubjecto. *Gloſ. in L. fin. de divortio; cum cæteris Juribus allegatis ſupra Reſ.*8. *num.*43. Undè ſi D.Thomas vult, quòd ſemper vitioſum ſit, Epiſcopatum appetere in illo, qui certò non ſcit, ſe habere charitarem; videtur concludendum, Sanctum intelligere, non de morali certitudine, ſed de phyſica. Quæ, cùm nunquam detur in hac vita; ita ſemper vitioſum erit Epiſcopatum appetere.

24 Nihilominus videretur etiam dici poſſe, S. Doctorem intellixiſſe non rigoroſè de phyſica, ſed ſe aliqua ſpeciali morali certitudine; Et quia Textùs ille litteraliter ſumptus, impoſſibile apparet, quòd poſſit habere intellectum de morali certitudine: ideo mens, hac preſſa difficultate, ſupradictos Sacros Textus profundè conſiderando, reperit in caſu noſtro, conformiter ad Sacra Jura ſupra allegata dari poſſe duas morales certitudines, ſeu conjecturas de exiſtentia charitatis in nobis. Unam, quam modò ſupra deſcripſimus *num.*20. quæ dicitur communis ex D. Bernardo, & reſultat ex illis quatuor conjecturis, & ſignis.

Alteram, quæ dicitur ſpecialis, & habetur non ſolùm ex illis conjecturis & ſignis, ſed etiam ex aliquo dono altioris perfectionis, quod eſt compendium omnis ſanctitatis. Et ſingulare, atque concludens argumentum, hominem eſſe elongatum ab omni habitu, & actu peccati, omnium virtutum habiribus præditum, omniumque vitiorum infectione purgatum, ſine crimine, ſine querela; & ut uno verbo dicamus, irreprehenſibilem eſſe, & exiſtimari, ad Sac. Textus ſupra allegatos *n.*3. *& ſeq.*

Licèt autem perſonæ irreprehenſibilitas, & ſanctitas omnibus conviventibus Apparere poſſit, & de eodem teſtari Jura permittant, teſtimonium enim ab his, qui foris ſunt, multùm proficere ſacri Canones pronunciant, prout infra *nu.*43. nihilominus rectum judicium de cujuſvis perſonæ irreprehenſibilitate, ut legitimum & validum recipiatur & exiſtat, ſolius ſuperioris erit efformare. Sicuti reprehendere, & corrigere delinquentem ex officio, ſolis ſuperioribus Jura concedunt. Apoſt. 2. *ad Tim. cap.*4. *Argue, obſecra increpa*; cum cæteris alleg. *Præamb.*2. *num.*24.; ſoliuſque Dei, & Prælatorum hoc munus eſſe, nil frequentiùs Sacri Canones edicunt. *Cap. ſicut non eſt.* 23. *quaſt.*4. *Cap. nemo.* 73. *diſti*: & Concordantes innumeri, & in idem profana Jura conſpirant, quæ rectores & Gubernatores Provinciarum Correctores appellant. *L. de omnibus. ff. de officio Præſidis, apud Hermogenianum, & L. Unic. C. in omn. Jud. novel.*3. Et faciunt Jura *Præamb.*2. allegata. 25

Hæc ergo ſpecialis moralis 26

certi-

certitudo de exiſtentia charitatis diverſificatur ab illa communi, quia de illa omnibus permittitur fieri poſſe ex illis quatuor conjecturis judicium, an exiſtat ad licitam Sacramentorum adminiſtrationem, & ſuſceptionem. De iſta verò ſoli ſuperiores facultatem habent inquirendi, & eamdem recognoſcendi, atque approbandi.

27 Item hæc ſpecialis moralis certitudo differt à phyſica, quia nemo de phyſica cognoſcere poteſt, nec ſubditi, nec ſuperiores: itaut judicare valeant charitatem phyſicè in aliquo inhabitare.

28 Igitur præfatum Textum D. Th. commodè intelligi poſſe de hac ſpeciali morali certitudine, reſultante ex irreprehenſibilitate perſonæ; quia hæc numquam datur, niſi in unico caſu, quo ſolus ſuperior ex officio examinando vitam, mores ætatem, requiſita, merita alicujus perſonæ, inveniat illam irreprehenſibilem, talemque declaret, eam eligendo, & promovendo ad aliquam Eccleſiæ dignitatem; tunc Promotus licitè poterit conſentire in illam, confidens de requiſita idoneitate, dummodò, ſicuti Apoſtolus, nihil ipſe conſcius ſibi ſit.

29 Et optimè verificatur Textus D. Th., nimirum. CHARITATEM, PER QUAM ALIQUIS EST IDONEUS AD OFFICIUM PASTORALE NULLUS CERTO SCIT SE HABERE.

Hæc, in quam, optimè verificatur in caſu, quo admittamus illam ſpecialē moralem certitudinem, provenientem ex irreprehenſibilitate, de qua, An detur, nemini privato conceditur canonicè judicare; non enim poteſt quilibet de ſe Judicium ferre, quia in propria Cauſa vetitum eſt pronunciare. *Cap. de occidendis 23. q. 5. Gloſſ. ibi. Ver. pro ſe. Et Cap. hoc jus 10. q. 2. & Cap. inter. 23. q. 4.* Et non deſunt civilia Jura. Martianus *in l. ſi dere ff. de Arbitr. L. qui Juriſdictioni. ff. de Judiciis.* Et in his, quæ ad ſe ipſum pertinent, homo facilè fallitur. S. Doct. 2. 2. *q.* 88. *ar.* 2. ut dictum eſt ſupra *Preamb. 1. n.* 114. Nec poſſunt homines privati defectu legitimæ Authoritatis: cùm, ex Juribus allegatis, ſolius publicæ perſonæ ſit de idoneis judicare: & conſequenter, Superioris Judicio non concurrente, ſemper erit vitioſum, Pontificatum appetere. Aliàs, ſi prò eligenda perſona idonea requirenda eſſet cognitio cum certitudine phyſica de exiſtentia charitatis, non daretur modus, ad licitè propagandos officiales, & Paſtores: & ad Officia dignis, & dignioribus diſtribuenda; ut conſideranti innoteſcit.

30 Nec de nimio rigore arguenda videtur D. Thomæ ſententia, quaſi velit majorem diſpoſitionem, & idoneitatem, ad ſuſcipiendum Epiſcopatum, prout officium eſt, quàm prout Sacramentum, ſive ad Eccleſiaſticas Dignitates, quàm ad Sacramenta miniſtranda, & ſuſcipienda, etiã Sacratiſſimæ Euchariſtiæ. Cùm pro idoneè, & dignè ſuſtinendis prętatis officiis requirat certitudinem illam ſpecialem moralem, aut phyſicam, de exiſtentia charitatis; pro Sacramentis vero ſufficiat diſpoſitio moralis communis, quod non videtur dicendum.

31 Reſpondemus, ſapientiſſimè D. Thomam requirere ad dicta officia ſubeunda majorem diſpoſitionem, & idoneitatem, quàm ad ſingula Sacramenta. Et ratio diſparitatis eſt: quia v. g. Officium Epiſcopale idem eſt, ac Animarum Cura. Ad Animarum verò Curam dignè ſuſcipiendam, neceſſe eſt fideles per Paſtorem ædificari; ædificatio autem evenire non poteſt, niſi per continuum exercitium bonorum actuum, in omni virtutum ſpecie; & per carentiam vitiorum,

ſine crimine, ſine querela. Hoc autem obtineri non poteſt, niſi Epiſcopus irreprehenſibilis evadat. Ex irrepræhenſibilitate poſtea, ex Juribus ſupra allegatis, inſurgit validum argumentum de dicta certitudine ſpeciali morali, aut phyſica exiſtentiæ charitatis in illo; prout fusè ſuprà hic diſſeruimus *à num.*2. *& ſeq.*

32 Ad dignam autem ſuſceptionem Sacramentorum ſufficit bona fides. *Juſtus enim ex fide vivit*. Nam quidquid non eſt ex fide, hoc eſt, ex bona conſcientia, peccatum eſt.*ad Tex.in Cap. omnes*, §.*Ex his*. 28.*q* 1. & etiam invincibilis ignorantia prodeſt. *Cap. excellentiſſimus* 11.*q*.3., *& Cap.ſeq.* Quod enim provenit ex invincibili ignorantia, non imputatur. *Cap.ſi quis inſaniens* 15.*q*.1. *& Cap.ſeq.* & optimum erit ſi Sacramentum ſuſcipiens prævia diligenti diſcuſſione,& pænitentia nullius lethalis culpæ ſit ſibi conſcius: etiamſi hoc ex dicta ignorantia proveniat S. Th. *in* 4. *diſt*.9. *art*.3. *ad* 2. *quæſtionem*. ibi.. *Dicendum, quòd ignorantia circumſtantia à peccato excuſat, adhibita debita diligentia; Pracipuè quando eſt talis,cujus certitudo plenè haberi non poteſt. Quod autem homo ſit omnino à peccato immunis, per certitudinem ſciri non poteſt ..... Poteſt autem de hoc haberi aliqua conjectura ... Undè facta diligenti diſcuſſione, quamvis fortè non ſufficienti, ad Corpus Chriſti devotè accedat aliquo peccati mortali, quod ejus cognitionem præterfugiat, non peccat. Imò magis ex vi Sacramenti,peccati remiſſionem conſequitur*. Nil ad noſtrum propoſitum clarius.

33 Inſuper requiri majorem diſpoſitionem, & idoneitatem ad tenendum, & recipiendum Epiſcopatum prout officium eſt, quàm ad Sacramenta miniſtranda, & ſuſcipienda. Quia recipiens Sacramenta ſive dignè, ſivè indignè recipiat, ſolùm ſibi proficit, vel officit. *d. Cap. & Sancta* 2. *Diſtinct. de Conſecr.* ut ſuprà *num*.13. Ar recipiens Epiſcopatum ſinè certitudine phyſica, aut morali ſpeciali charitatis, non ſolùm ſibi officit, ſed nocet etiam communi Bono fidelium,quibus ſi indignè, & inutiliter præſit, magnum poteſt inde emergere damnum. Trid.*ſeſſ*.6.*de refor.cap*.1. & ſap.*cap*.6. Adeoque ad hoc ſecuritas adhibenda, quòd ille ſaltem ex ſpeciali evidentia morali charitatis reddatur idoneus.

Cùm ergo Sacramentorum ſuſceptio ſolùm ſuſcipienti conferat utilitatem, ſi benè fiat, vel damnum, ſi malè: Et collatio, & ſuſceptio Epiſcopatus reſpiciat publicum intereſſe, damnum, & utilitatem tertii in ordine ad ſpiritualem profectum, & ſalutem æternam: ſic non erit à veritate alienum circa idoneitatem perſonæ promovendæ, ſtrictiori, & magis rigoroſa methodo procedere. Integritas enim (ut dictum eſt) Prælatorum ſalutem ſubditis affert,& Officiales majora mala perpetrant, quàm Perſonæ privatæ, quia à ſubditis eorum facta in exempla trahuntur; undè per pravum Paſtorem non eſt conſulere Populis, ſed nocere. Leo *ad Epiſcopos Africanos. Et Cap. miramur* 61. *Diſt*. Et ſuo exemplo multos trahit ad inferos.*Cap. ſi Papa* 40.*diſt*. De quo latiùs *Praamb*.2. *num*.58. 77., *& per totum,& ſupra Reſ*.9.*num*.3. *ſeq*. 34

Nec dicant, eamdem diſpoſitionem requiri ad dignè Sacramentum recipiendum, ſive homo illud proprio motu poſtulet,ſive oblatum à Superiore recipiat. Ergo etiam in ordine ad officium Epiſcopale, eadem idoneitas ſatis erit: ſive quis ſuo proprio motu tendat in illud; 35

ſive ex Superioribus benigna voluntate conſequatur.

36 Etenim reſpondemus, quòd ſi Superior ex publica, & legitima authoritate, quam habet, judicat de idoneitate alicujus in ordine ad Epiſcopale Opus ſuſpiendum, tunc licitè ille tam proprio motu tendere poteſt in illud, quàm ſi à Superiore oblatum acceptet. Etenim ſemper cenſetur Superiorem ſe legibus conformare. *Cap. ſuper litteris: circa fin. de reſcrip.* Capicius Latro. *Deciſ.* 25. *num.* 15. Secùs autem eſſet, ſi perſona privata de dicta Idoneitate judicare attentaret, cùm iſta præſumere non poſſet de ſpeciali Dei aſſiſtentia; & multò minùs hoc judicium ferre de ſe permitteretur ipſemet, qui Epiſcopatum deſideraret. Profectò tale judicium præſumeretur ſuſpectum, & propriis paſſionibus obnubilatum, ut Suarez *infra num.* 38. Propter quod nemini permittitur, Patronum eſſe, & Judicem in propria cauſa, ex allegatis ſupra *num.* 29., cùm de facili fallatur in his, quorum utilitatem ſentire debet, ex D. Th. ſupra *num.* 29

37 Cæterum dicta ſpecialis moralis certitudo de exiſtentia charitatis regulariter præſumitur, quando homo non ſponte, ac proprio motu; ſed ſolùm vocatus, ſive per Superiores, qui Dei vices gerunt. *Cap. ſi Religioſus de elect. in 6.* vel alia via divinitùs compulſus ad Epiſcopatum aſſumitur. Quia tunc etiam ſpeciali modo aſſiſtit Divina Providentia. Et confidimus, quòd Deus meliori modo illuminet Vocantes, & Eligentes ad providendum de dignis, & Idoneis Paſtoribus; Tantò magis, quia cùm Superiorum conatus non ſit, nec debeat eſſe de propria utilitate, ſed de eligendis ad commune Eccleſiæ bonum melioribus, & dignioribus; Præmiſſa, ad formam Trid., humana, & prudente perquiſitione; faciunt quantum in ipſis eſt, ut non errent & decipiantur: ad Tex, *in Cap. dilectiſſimi* 8. *quæſt.* 2. & Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1.

Hunc quoque modum dicendi amplectitur Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 6. *de profeſſ. cap.* 8. *de Voto n.* 15. ibi .. *Facilius, & ſine ſuſpicione, vel periculo inordinati affectus poteſt Superior in tali cauſa judicium ferre .... quia, dum non intervenit præceptum Divinum, & Humanum, homo ſimpliciter manet liber ad acceptandum, vel reſpuendum onus Epiſcopale; Et ideo ſi illud acceptat, ſemper videtur propria voluntate, vel honorem accipere, vel periculis ſe exponere ..... Item unuſquiſque in propria cauſa non eſt rectus Judex, & ideo quamdiù quis à Superiore non cogitur, vix poteſt prudenter judicare, melius ſibi eſſe, majuſque Dei obſequium acceptare, quàm renunciare Epiſcopatum.* Er num. 23. ibi .. *Non acceptare Epiſcopatum proprio motu conſulitur, ad vitandum periculum; Et quia in proprio Judicio poteſt intervenire deceptio, propter naturalem affectum honoris, & excellentiæ. Undè cùm alias tota hæc dubitato auferri poſſit, ſi Superior præcipiendo interponat authoritatem ſuam, numquam videtur ſupereſſe caſus, in quo ſit melius, & conſultius acceptare, quam non acceptare, ſecluſo præcepto.* 38 A B C D

Hinc ad breviter perpendenda ſingula, quæ in hoc loco deſcribit Suarez.

Per ea quæ ſignantur litt. A. rectè confirmat, ad Superiorem ſpectare ferre judicium ſine ulla ſuſpicione inordinati affectus de idoneitate Perſonæ ad Epiſcopale opus promovendæ, conformiter ad Textus ſupra *num.* 88. *& ſeq.* 38 a

Quæ dicit litt. B. hominem eſſe liberum ad acceptandum, & reſpuendum Paſtorale munus, ve- 38 b

rum

rum dicit, quia cùm ex ejus altiſſima perfectione pertineat ad Evangelica conſilia, nullus obligatur ad aſſumendum illud, niſi aliqua neceſſitate interveniente communis boni, & juvandi fideles, cùm tunc præceptum charitatis obſtringat.

Quæ addit litt. C. non dubitamus, præſumptuoſum videri, aliquem proprio motu Epiſcopatum acceptare, cùm de requiſita idoneitate conſcius eſſe non poſſit. Quòd autem acceptando periculis ſe exponat, non eſt ratio convincens, ut proinde ſe ab Epiſcopatu ſuſcipiendo ſe abſtineat, ex dictis ſupra *Reſol.8. & 9.*

38 Quæ affert litt. D., optimæ
C ſunt, neminem, nimirum, ſuæ idoneitatis poſſe Judicem eſſe &c. ad Text. ſupra *num.29.* Cùm in proprio judicio intervenire poſſit deceptio &c. non autem quia ſe exponit ſuæ ſalutis periculis, de quibus ſupra ſatis locuti ſumus, fatentes, quòd acceptantes Epiſcopatum non proprio motu, ſed ex Dei & Superiorum judicio non ſubjiciuntur paſſionibus proprii appetitus; ſed ſolum virtute obedientiæ, & divinæ vocationis ducuntur, adeoque illum dignè recipiunt.

Ex hoc noſtro diſcurrendi mo-
39 do conſtat, omnia argumenta in favorem noſtri voti negativi ſupra facta, quæ non procedunt ex inidoneitate perſonæ promovendæ ob defectum charitatis inutilia fuiſſe, & facilè ſolubilia, ut ſupra per extenſum diſſervimus *Reſ.8. & 9.* Argumentum verò, quod efficitur ex hoc medio, nimirum nullum eſſe idoneum in ordine ad Epiſcopatum, niſi certò ſciat ſe habere charitatem, inſolubile reddi pro validitate dicti noſtri Voti negativi contra Felinum, cæteroſque Authores primæ ſententiæ, quia procedens ex incapacitate, & inhabilitate ſubjecti, eſt ponere falcem ad radicem cujuſvis prætenſæ dignitatis, & contrariorum ſententiam radicitùs, hoc eſt ab imis principiis evellitur, ad Textum *in L. furtim.* §.1. *ff. Arb. furt. Ceſarum.*

Nec replicare juvabit, quòd 40
ille, qui ſe offert ad Epiſcopatum, non intendit decipere Superiorem, ſed relinquit illi libertatem, ut procedat ſecundùm leges, & idoneitatem, quam invenit in eo, qui Epiſcopatum deſiderat, & poſtulat. Etenim.

Reſpondetur, quòd qui deſi- 41
derat Epiſcopatum; & antequàm ſit vocatus ſe offert Superiori, & neſcit ſe eſſe idoneum peccat, quia præſumit ſcire, quod verè neſcit, & ad ipſum non pertinet de propria idoneitate judicare, ac proinde ſe exponit periculo in damnum tertii, & communis boni; cùm de facili decipi poſſit, ductus ex paſſione proprii appetitus, ut dictum eſt. Sicuti, qui rogat pro alio, non præſumitur pro indigno rogare; Qui autem rogat proſe, preces ſunt pro indigno. S. Thom. 2.2. *quæſt.*100. *a.5. ad 3.* Superior autem procedens ſecundùm leges, & ex ſpeciali Dei aſſiſtentia, non præſumitur errare, & ad hujus diſpoſitionem ſubditum ſe conformare, actus virtutis eſt *dicto Cap. ſi Religioſus de Elect. in 6.*

Et licèt aliquando contingat, 42
quòd ipſe Superior ſinè ſua culpa, vel cum illa eligat indignum, etiam in peccato mortali exiſtentem, & ipſe electus ſe in tali peccato eſſe noſcens, acceptet; hoc tamen non ſufficit ad repellendam rationem D. Tho. quòd pro idoneitate ad recipiendum Epiſcopatum, neceſſaria ſit certitudo charitatis. Quoniam etiam prò cæteris Sacramentis recipiendis requiritur, quòd ſuſcipiens ſaltem certitudine morali

com-

communi ſciat, ſe eſse in Gratia, vel obſervet ea, quæ dicta ſunt ſupra *num.*32., Et tamen aliquando aliqui ſcienter indigni ſacrilegè illa recipiunt, negligendo media ad ſalutem; Quòd autem Superior ſive cum ſua culpa, ſive non, indignos eligat, hoc Dei judicium erit. S. Doc. *quodl.*2.*ar.*10.*in corp.* Atque divinę erit indignationis arcanum reputandum: Cùm malus Prælatus quandoque detur propter peccata Populi. *Cap. ex merito* 6.*quaſt.*1. de quo latiùs ſupra *Pream.*2. *num.*58.

43 Tandem cùm irreprehenſibilitas ſit qualitas ædificativa ad extra, in aliorum conſolationem prorumpens Apoſt. *ad Theſſal.*1.*cap.*5. ibi.. *Propter quod conſolamini invicem, & ædificate alterum*. Profectò ſi maneat in occulto, & omnibus non illuceſcat, non ædificat. Matth.5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona*. Nam aliàs virtus in exemplum non tranſiret, ut circumſtantes Deum glorificaturi videant, *Et glorificent Patrem, qui in Cœlis eſt*. Luc. *cap.*12. *num.*35. & D. Greg. *ibi homil.*13. *Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus cùm per bona opera proximis noſtris lucis exempla monſtramus*. Exemplum enim, non ad operantem, ſed ad ſpectatores, & externos dirigitur. Apoſt. *ad Tit.*2. ibi .. *In omnibus præbe te ipſum exemplum bonorum operum*; *Ut ab his, qui foris ſunt, bonum Teſtimonium reportetur*. 1. ad Timoth.3. *Et Teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt*. Adeòque non propriis, ſed aliorum oculis vita irreprehenſibilis judicanda exponitur, ut externi videant, & judicent,. & ex illo ſumant, quod eſt imitandum: Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 1. *in princ.*; Et oſtendatur, qualiter in Domo Dei oporteat ambulare.

Sic Charitas ex hominis irreprehenſibilitate, quantùm permittit 43 Deus, eſſet optimè dignoſcenda; ſed hoc non poſſunt noſtri, ſed bene aliorum oculi judicare, ex juribus allegatis ſupra *num.*25.*ſeq.* Nec ſufficit non habere peccati conſcientiam, ut ipſi nos ipſos judicemus. Hoc enim judicium ſolùm ſibi reſervat Deus. Apoſt. *ad Corint.*1. 44. Ibi.. *Nihil enim mihi conſcius ſum*: *qui autem judicat me, Dominus eſt*. Et loco Dei Superiores ſubintrant, cujus vices gerunt *dicto Cap. ſi Religioſus de elect. in* 6., *& Cap. inter corporalia de translatione Epiſcoporum*; *cum duobus ſequentibus*; Adeòque nos de noſtra idoneitate conſcii eſſe non poſſumus, ſed dumtaxat, qui nos vident, Prælati, quorum eſt de noſtris operibus reſpicere, & judicare.

Hinc, cùm ambitio definiatur 44 reſpectu Subjecti; dicitur enim appetitus inordinatus honoris indebiti, vel debito majoris, S. Doct.2.2. *quæſt.*121. *art.*2. *in corp.* & Epiſcopatus excedat omnem Subjecti capacitatem, ut nullus homo ſit idoneus ad illum; ſit evidens, quòd nullus poteſt Epiſcopatum appetere, etiam quoad ſuum principale, nimirùm bonum opus paſcendi Chriſti Oves &c., & validiſſimum erit præfatum noſtrum Votum. Unde ſinè gravi ambitionis peccato contingere non poſſet, quòd quis proprio motu in illum tendat, ſed ſolùm permiſſum erit, quòd à Deo vocatus conſentiat. Quod modò manifeſtè probare parati ſumus. Et ſit Reſolutio 11.

RESO-

RESOLVTIO XI.

Nullus non vocatus poteſt licitè conſentire in ſui promotionem ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & Dignitates. Et inter Vocationes ſpecialiſſima eſt illa, quæ fit in ordine ad Virtutem obedientiæ, ſive mediante præcepto formali, & expreſſo, ſive tacito, aut ſimplici manifeſtatione voluntatis Superioris, per promptam obedientiam explendæ, præveniendo quodcumque formale præceptum.

SUMMARIUM.

1 *Cautio adhibenda eſt, & ſecuritas.*

Officia tantummodò danda ſunt à Deo Vocatis. ibid.

3 *Quid veniat nomine Vocationis.*

Vocatio eſt quando jura in partem admittuns. ibid.

4 *Theologicè ſemper dicit adductionem quamdam ad aliquam rem.*

Vocationi reſpondet electio. ibid.

5 *Datur etiam vocatio externa per ſermonem loquentis.*

Vocatio ſemper dicit aliquem terminum ad quem. *ibid.*

6 *Electio, & Vocatio nunquam ſeparantur, & ratione differunt.*

Electio reſpicit terminum à quo. *Vocatio tantùm* ad quem. *ibid.*

Annexa, & connexa, quæ ſint. ibid.

7 *Vocatio Subditi eſt manifeſtatio Superioris.*

8 *Manifeſtatio voluntatis Superioris fit dupliciter.*

Superioris voluntate intellecta fit Vocatio. 25.

9 *In quo conſiſtat tacitum præceptum.*

10 *Aſſeruntur tres Concluſiones.*

11 *Vocatio, & conſenſus ſunt termini correlativi.*

13 *Si nullus miniſtrare vellet Eccleſia, Eccleſiaſticus ordo periret.*

15 *Sancta Sedes nemini permittit occaſiouem peccandi.*

16 *Quomodo Eccleſia vocet ad Beneficia poſtulanda.*

17 *Duplex eſt Vocatio generalis, & ſpecialis.*

18 *Vocatio ſpecialis quot modis evenire poſſit.*

Acceptare Epiſcopatum fit neceſſarium ex Superioris præcepto. ibid.

20 *Formale præceptum ſemper inducit neceſſitatem.*

21 *Obedire eſt Vocantem audire.*

22 *Quando per rigoroſum præceptum obligetur quis ad præſtandum conſenſum. ibid.*

Suarez dicit, in ſua Societate requiri rigoroſum præceptum ad conſentiendum licitè in Dignitates. ibid.

23 *Quando obedientia habeat aliquid de ſuo.*

Natura

Natura hominis tendit in altum. ibid.

25 *Ad vocationem non requiritur neceſſariò rigoroſum præceptum; ſed ſufficit virtuale.*

28 *Vocatio eò erit perfectior, quò magis diſiungitur à rigoroſo precepto.*

29 *Facile eſt ſine reſiſtentia fieri*

Particula illico *excludit tempus. ibid.*

31 *Honores non deſiderandi ratione ſui.*

32 *Apoſtoli non iverunt poſt Chriſtum vocati per rigoroſum preceptum.*

33 Jubeo, *ſignificat etiam decernere.*

Præcipere, *ſignificat inſtruere. ibid.*

Chriſtus vocans Apoſtolos, non precepit, ſed invitavit.ibid.

34 *Preceptum rigoroſum obligat. Conſilium ſuadet.*

35 *Quod fecit Chriſtus Apoſtolos vocando, non debet tranſire in exemplum Superioribus Eccleſiaſticis.*

ARs bene deſiderandi non
ſolùm bona, circa quæ
verſetur, objecta quærit,
ut quiſque homo bene acquirat;
ſed etiam veri paſtoris vocantis no-
ſcere vocem oſtẽdit, ne decipiamur:
pro quo omnem Cautionem & ſecu-
ritatem adhibendam eſſe admone-
mur. Ad ſenſum Pomponii *l. plus
cautionis 26. ff. de regulis Juris*.
Sed poſt tot ardentes Authorum
congreſſus, atque fervida Docto-
1 rum diſſidia, cujuslibet pro ſua ſen-
tentia decertantis; firmata validita-
te noſtri Voti negativi, de non
aſcendendo ad Epiſcopatum, ex illa
mirifica, & deſuper inſpirata ratio-
ne per Divum Thomam allata;
NULLUM ESSE IDONEUM AD OFFICIUM PASTORALE, NISI CERTO SCIAT, SE HABERE CHARITATEM: ne deinde Animarum Cura, & Paſtoralia Officia ſemel viduata Paſtoribus, vacua in perpetuum remaneant, perſcrutemur, omnis diligentia poſcit, quibus ſint diſpenſanda. Et quidem non ex proprio motu ſe offerentibus; hoc enim repulimus ex Patribus *Reſolut.* 4. Igitur ſolùm remanet, ut tantummodo à Deo vocatis conferantur. Quorum quilibet, ex Pauli oraculo *ad Hebræos* 5., Non ſumat ſibi honorem, ſed tamquam Aaron à Deo vocatus, ad Epiſcopale faſtigium ſublimetur.

Dixi in Titulo, quòd inter vo-
cationes ſpecialiſſima eſt illa, quæ 2
cauſatur ex obedientia, mediante, vel expreſſo & formali præcepto, vel tacito, ſive mediante ſimplici manifeſtatione voluntatis Superioris, explendæ per promptam obedientiam, prævenientem quodcumque præceptum.

Pro cujus faciliori intelligentia 3 inveſtigare juvabit, quid veniat nomine Vocationis. Et quidem Juriſperiti inter cæteras acceptiones illam uſurpant, qnando Jura aliquem in partem admittunt, ſeù participem faciunt. Cicero *de Amic.* & prò Cecinna *mulieres* in partem vocatæ ſunt; & Virg. *lib. 3. Æneid.* Ipſumque vocamus in prædam, partemque Jovem.

Theologicè verò inſpecta, 4 ſemper dicit adductionem quamdam ad aliquam rem, quam vocatus prius non habebat. S. Th. *in 1. diſt. 41. quæſt. 1. art. 2. ad 3.* ibi.. *Dicendum, quòd Vocatio ſemper eſt temporalis, quia ponit adductionem quamdam ad aliquid, vel ad eſſe, vel ad gratiam, ut dicitur ad Rom. 4. Qui vocat ea, quæ non ſunt.* Undè in caſu noſtro vocare ad dignitatem, eſt adducere aliquem ad dignitatem habendam, quam priùs non habebat, & jure antiquo vocatus è ve-

ſtigio ſequebatur, & quaſi rapi, & trahi ſolebat *l.5. §.Ult. ff.qui ſatiſd.* 109.; Et noſtræ Vocationi reſpondet electio. Sanctus Tho. modo cit. ibi.. *Et eſt quædam vocatio temporalis ad gratiam, cui reſpondet & electio temporalis, & æterna.*

5 Et licèt detur interior vocatio, datur etiam externa per ſermonem loquentis.S. Tho. ibi.. *Hæc autem Vocatio vel eſt exterior per vocem prædicantis.* Sic in caſu noſtro vocatio ad Dignitates per virtutem obedientiæ ad Superiorem adimplenda, debet eſſe exterior prolata per Superiorem:vel per præceptum formale, & expreſſum; aut per aliquam ſimplicem externam manifeſtationem ſuæ voluntatis mediatam, vel immediatam, qua Superior intelligere faciat, ſibi placere, quòd Promotus ad dignitates ex obedientia conſentiat. Vocatio enim ſemper eſt ad aliquem terminum, in quem vocatus conſentiat. *Supra* Jura modò allata. Et S. Doctor cit.ibi.. *Vocatio dicit terminum, ad quem. Quia vocatio pertinet ad motum naturæ, proficientis in gratiam.* Et argumento tertiò articuli ſupra allegati dicit ibi.. *Vocatio videtur ineſſe electioni; quia quod eligitur ad aliquid, videtur quodammodo vocari in illud.* Idemque repetit in reſponſione ad idem tertium argumentum. Inde ſequitur, quòd Superior eligens aliquem ad Dignitatem idem ſit, ac ſi vocet illum ad eandem. Et quia ad electionem, ut perficiatur, requiritur electi conſenſus,ut diximus:Sic hujuſmodi conſenſus præſtari poterit, vel per rigoroſum præceptum, vel per promptam obedientiam, nullum expectando expreſſum præceptum.

6 Cæterum electio ad aliquod eſſe, vel officium, & Vocatio, nunquam ſeparari poſſunt; ſed tantùm ratione differunt; quia electio alicujus ad aliquod officium, vel dignitatem, ſeparat illum, & diſcernit à cæteris non electis; ac proinde electio reſpicit terminum *à quo*. Vocatio autem, cùm ſemper ſit alicujus ad aliquid, ut dictum eſt ſupra, reſpicit terminum *ad quem*. S.Tho. cit. ibi.. *Interior vocatio, & temporalis electio ad gratiam, ſemper ſunt ſimul; ſed differunt ſecundùm rationem. Quia electio, in quantùm dicit ſegregationem, reſpicit terminum à quo, Vocatio autem terminum ad quem.* Et quæ ſimul ſunt, & connexa, uti vocatio, & electio, unum ab altero dependet. Abbas *in Cap. quando num.5. & 6. de Judic.*, & ad eumdem finem diriguntur. *Gloſſ. in l.cùm filius §.1.ff.de verbor.oblig.* & in illis eadem militat ratio. *Gloſſ. ult. in fin. in Cap. præterea de offic. deleg.*, & una nequit ab altera ſeparari Stephan. Gratian. *diſcep.forenſ. tom.4. cap.941. num.15.*, & quæ ab eodem negotio dependet. Bart. *in l. aurel. §.Idem ff.de liber.legat.*

Undè pro certo tenendum, 7
quòd vocatio externa, quam facit Superior alicujus perſonæ ad aliquam Dignitatem, non eſt aliud ex Juribus modò allegatis; Niſi quòd Superior aliquo modo manifeſtet Subdito ſuam voluntatem, ut conſentiat.

Hæc autem manifeſtatio du- 8
pliciter evenire poteſt, vel per formale & expreſſum præceptum, vel per ſimplicem oſtenſionem, quam de ſua voluntate externè facit Superior mediatè, vel immediatè; directè, vel indirectè, ſive per aliquem actum, aut ſignum ſenſibile, quo intellecto,ut dicit SanctusThomas infra *num.25.* interpretari poſſimus, Superiori placere, quòd vo-
catus conſentiat. Si Superior hoc 9
faciat per formale & rigoroſum præceptum, erit Vocatio obligans ad conſenſum præſtandum ex obe-

dientia

dientia ſub rigoroſo præcepto. Si autem hoc faciat dumtaxat per dictam ſimplicem oſtenſionem ſuæ voluntatis, in qua verè conſiſtit tacitum præceptum, ex Divo Tho. *infrà*. Tunc etiam erit Vocatio ad conſenſum præſtandum ex obedientia, cùm tantummodo ſit explenda per virtutem promptæ obedientiæ, & de hac vocatione, per ſolam promptam obedientiam adimplenda, eſt præcipua difficultas; An ſufficiat ad licitè conſentiendum in Dignitates.

9 A Ad quod in hac Reſolutione reſpondemus affirmativè, & ex his remanet declarata præfati Tituli intelligentia; Quòd inter vocationes ſpecialiſſima eſt illa, quæ eſt in ordine ad virtutem obedientiæ. Nam cùm obedientiæ objectum ſit, conformari Subditi voluntatem cum illa Superioris; ſic ſi Superior ſuam manifeſtando voluntatem, quòd Subditus hoc, vel illud exequatur, & Subditus illud executioni mandet, dicetur Subditus obedire: Undè in caſu; quo Superior manifeſtet Subdito ſuam voluntatem, quòd conſentiat in aliquam dignitatem; Hujuſmodi manifeſtatio dicetur Vocatio, & conſenſus in illam proveniet ex obedientia.

10 Igitur in hac Reſolutione tres Concluſiones à nobis demonſtrandæ aſſumuntur. Prima, quòd nullus non vocatus poteſt licitè conſentire in Eccleſiaſticas Dignitates.

Et cùm ſpecialis Vocatio fiat in ordine ad virtutem obedientiæ, vel mediante, ut diximus, rigoroſo præcepto expreſſo, vel tacito; ſive ſimplici manifeſtatione voluntatis Superioris. Hinc erit Secunda Concluſio, quòd nullus poteſt licitè conſentire, niſi ſit vocatus, vel expreſſo præcepto. Et Tertia Concluſio erit, Niſi ſit vocatus præcepto tacito, in ordine ad promptam obedientiam. 11

Quoad primam Concluſionem, quòd nullus non vocatus poteſt licitè conſentire in ſui electionem ad Epiſcopatum, breviter recurrendo ad ſupradicta, evidenter remanet demonſtratum ſupra. *Reſol*.4. ex communis Sanctorum Patrum ſententia; & ex Divo Thoma validiſſimis fundamentis firmatum recipimus; Neminem proprio motu licitè tendere poſſe in Prælaturas, & Dignitates, ac in illas conſentire: Adeòque oportere,
quòd conſentiat Vocatus. Et hoc 12
ſufficiat pro demonſtratione primæ Concluſionis. Cæterum in hoc puncto ſedulò conſiderandum, quòd Vocatio, & electio ſecundùm ſupra allata Jura, ſunt termini annexi & connexi, atque correlativi; & electio conſenſum requirit; & conſenſus non eſt aliud, quàm vocanti reſpondere; & vocantem audire, ut modò infra dicemus *num*.21.

Sic ubi reſolvitur; Vocationem eſſe licitam, & ſufficientem, idem erit, ac concludere, quòd ejuſdem rationis erit conſenſus in illam. Itaque cùm in præſenti reſolvamus, quòd Vocatio in ordine ad obedientiam, mediante præcepto expreſſo, vel tacito, ſit ſufficiens, & legitima; ſic conſenſus per præceptum expreſſum, vel tacitum præſtitus, erit licitus, & meritorius. Inſuper cùm Vocatio per taciitum præceptum, in ordine ad promptam obedientiam, quæ, ut dictum eſt, conſiſtit in eo, quòd Superior aliquo modo ſuam voluntatem manifeſtet, ſit pariter ſufficiens, & legitima; Ità conſenſus in illam erit quoque licitus, & meritorius.

Sed fortè dicent, ex hac nimis 13
ardua ſententia maxima incommoda, & inconvenientia inſurgere: nimirum, majorem partem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ de peccato ar-

guendam, dum præfatum votum non profitendo, non conſentiunt vocati ex obedientia, ſed ſolùm ex proprio motu ad Eccleſiaſtica Officia, & dignitates aſpirant: Reſpicimus enim in dies univerſos de Clero Sæculari ſpontè prætendere, & proprio motu conduci ad ſuos ſupplices porrigendos libellos, & Beneficia vacantia, etiam cum Animarum Cura, atque Epiſcopales Dignitates audacter, & liberè poſtulare. Quòd autem omnes hujuſmodi ſint de peccato damnandi, non videtur admittendum; Quoniam ſi omnes iſti eſſent ab Eccleſiæ Dignitatibus repellendi, brevì Eccleſiaſticus Ordo extinctus periret: Nam de medio ſublatis Eccleſiæ Paſtoribus, Dominicus Grex deſtitutus langueſceret, cùm ſolùm per Epiſcopos, Parochos, & cætera Eccleſiaſtica Officia propagari, divinitus ſit conceſſum. Auguſt. *Epiſt.* 18. *tom.* 2. loquens de Matre Eccleſia. ibi .. *Cui patorienti ſi nulli miniſtrare vellent, quomodò naſceremini non inveneritis*.

14 Sed Angelici magiſtri Doctrina, quam ſolidam ex Patribus hauſit, in nullo caſu eſt deſerenda; & ab ipſa potiùs cætera ſunt regulanda: adeòque inalterabile retinendum, nullum proprio motu in Prælaturas, & Eccleſiaſticas Dignitates ſinè peccato inhiare poſſe.

15 Qua propter licèt major pars Eccleſiaſticæ Hirarchiæ, quia Votum præfatum non profiteтur, non habeat ex ſpeciali Voti merito ad Eccleſiæ dignitates promoveri; attamen in hoc Sancta Sedes cùm nemini poſſit occaſionem, & libertatem peccandi permittere. [*Cap. ad aures*. §. 1. *de temp. ordin.* Hoſtien. *Cap. ſacris n.* 5. *& ſeq. & collect. in fin.*,] ſemper ſe cautam, & ſollicitam oſtendit, ad fideles omnes a culpis præſervandos, & ad merita in illis per virtutum actus augenda.

Profectò, hoc ipſo, quòd Prælatus aut Summus Pontifex conſtituit & deſignat Officiales publicos, & Miniſtros ad diligenter juxta Sacrorum Canonum inſtructiones perquirendum ex officio de idoneitate meritis, & qualitatibus perſonarum, pro Eccleſiaſticis officiis dignè, & utiliter diſpenſandis; Tunc omnes in Eccleſiaſtico Ordine adſcripti intelliguntur vocati, ut legittimè accedant, & ſua requiſita natalium, ætatis, morum, ſcientiæ, cæterarumque qualitatum exhibeant, & producant; ut facta de multis comparatione & ſcrutinio, dignior ad formam Concilii præponatur, & eligatur. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. Tunc enim, ut quis legitimè licitè, ac laudabiliter accedat, non aliam intentionem in ſe fovere conceſſum erit; niſi beneficium optare, ſi Deus & ſuperiores illum habilem idoneum, & dignum judicaverint. Tolet. *Sum. lib.* 5 *Cap.* 3. §. *Quinta*; & alii, quos cumulavi ſuprà *Reſolut.* 5. *num.* 22. & hujuſmodi cauthelarum formis expletis, non dicetur tunc quis ſua libidinis ambitione promotus, atque proprio motu excitatus; ſed ſolùm ex quadam vocatione, & obedientia accerſitus. Quod utique conſonat pro hujuſmodi rei honeſtate ad præſervandum ab omni ambitus ſpecie hominum univerſitatem, qui adeò ad beneficia impetranda frequėter accedunt; pro quo faciunt clari Textus. Pius V. *Quanta in conferendis*. *Trid. ſeſſ.* 24. *de Reformatione cap.* 18. & antiqua Eccleſiæ praxis per edictum publicum vocantis, quot quot concurrere volverint, & per concurſum periculum ſuſtinere pro Beneficiis vacantibus, præcipuè Animarum Curam habentibus, an digni, & ido- 16

nei

nei fuerinr judicandi, pro quo conferunt notata per Abbatem *in cap. inter catera num.2. verſ. nota ibi potentes ſupra de offic. Ordinarii*, & plura notatu digna cumulat Felin. *dicto cap. num.2.*,& concurrentium qualitates ſunt invicem conferendæ. Fagnan. *in 2. decret. cap. eam te de atate, & qualitate num. 41. & 42.*

17 Quapropter dupliciter contingere poteſt, aliquem intelligi ad Dignitates Eccleſiaſticas ſublimandum vocari. Uno modo per vocationem generalem: alio modo per vocationem ſpecialem.

18 Generalis vocatio eſt, quam modò deſcripſimus; ſpecialis verò tripliciter evenire poterit. Vel primò ex divina inſpiratione; vel ſecundò ex charitate ſuccurrendi Eccleſiæ neceſſitatibus, & Fidelium utilitati. S.Doctor 2.2. *quaſt.185. art.1. in corp.* -ibi- *Præſumptuoſum videtur, quòd aliquis præeſſe appetat ad hoc, quòd ſubditis proſit, niſi manifeſta neceſſitate imminente... & præſertim, cùm aliquis charitatis zelo divinitùs ad hoc invitatur.* Vel tertiò contingit ex virtute obedientiæ, ut modò ſuprà dictum eſt. S.Th.*quaſt. modò cit.art.2. in corp.* - ibi - *Ad inordinationem voluntatis pertinet, quòd aliquis omnino contra Superioris iniunctionem prædictum gubernationis officium finaliter recuſet, & ad ſecundum* - ibi - *Accipere Epiſcopatum ſit neceſſarium & ſuperioris præcepto*.

19 Hinc reſultat evidentia quoad ſecundam & tertiam Concluſionem præſentis noſtræ Reſolutionis, nimirum,inter Vocationes ſpecialiſſimam eſſe illam, quæ fit in ordine ad obedientiam, vel per expreſſum, aut tacitum præceptum. Quod maniſeſtè oſtenditur.

20 Nam ex dicendis *Reſol.ſequenti*, licèt ſolemne Votum Religioſæ obedientiæ regulariter non obliget, niſi urgente rigoroſo, & ſolemni præcepto, cùm ad hoc ſolùm ſe extendat. Attamen obedientia plura dicit, quàm præfatum Votum. Cùm obedientia multipliciter exerceri poſſit, nempe, vel per præceptum expreſſum & rigoroſum, inducens obligationem,cui correſpondere debet neceſſaria obedientia: formale enim præceptum ſemper inducit neceſſitatem, ut videbis *Reſ. ſeq. num.32.* Vel per præceptum tacitum, cui ſolùm correſpondere poteſt voluntaria & prompta obedientia; adeoque cùm obedientiæ motus multipliciter ſint recenſendi, ſic ſecundùm eoſdem motus divinæ vocationes erunt conſiderandæ, ad Text. *in Cap. ſi Relig. de elec. in 6.*
obedire enim eſt Vocantem audire. 21
Cùm verbum *obedio* cōflatum reſultet ex *ob*, & *audio*, itaut veteres dicerent *obaudio*.Joſeph Langius.*Verbo, obedientia*. Et nonniſi loquentem audiendo obedientia præſtari poteſt. Exod.24., & Sacri Textus frequenter. Et tandem Vocatio Dignitatem ſignificat, quæ per Deum, & ſuperiorem alicui offertur, ad Text. Apoſt. *Rom.1.*

Per Rigoroſum autem & ex- 22
preſſum præceptum tunc neceſſariò dabitur Vocatio, quando ita poſtulat obligatio, quam homo contraxit per Votum de non ambiendo; vel quia ita per expreſſa verba ſonat Voti formula, quam in ſua profeſſione quis protulit; vel quia in ſua Religione ita communiter ſentitur, Religioſum non obligari ad acceptandum Epiſcopatum, niſi urgeat Superioris præceptum rigoroſum. Suarez *de Relig. tom.4. tract.1.lib. de profeſſ. cap.8.de Voto num.16.* aſſerens, in ſua ſocietate ex voto requiri rigoroſum præceptum, & contrarium obſtare conſtitutionibus *pag.9. Cap.4. lit. B.*; *Et*

num.

num. 17. addit .. ibi .. *Reſpondendum, quòd quamvis regulariter non expediat proprium præceptum Superioris expectare; Sed melius ſit ſimplici ejus ordinationi, & voluntati obedire; nihilominus in aliquibus rebus gravioribus, in quibus vel periculum animæ, vel affectus proprii honoris, aut commodi timeri poteſt, conſultius eſſe non moveri, niſi ex Superioris præcepto*. Et citat Sotum *lib.7.de Juſtit.quæſt.2.art.4.* afferentem authoritatem Gregorii *lib.* 35. *moral. cap.* 10. *aliàs* 13., dicentis, *obedientiam, per quam aliquid proſperum præcipitur, non debere habere aliquid de ſuo; hoc eſt, de proprio motu & affectu, ſed tantum de neceſſitate obedientiæ*, quæ verificatur, quando quis cogitnr per formale præceptum, itaut invitus conſentiat: adducendo exemplum illud, *cum locus ſuperior imperatur*.

23 Undè obedientiam habere aliquid de ſuo, eſt quando quis proprio motu tendit in aliquid proſperum, ad quod delectabiliter hominum natura inclinat, cujus eſt tendere in altum. ad Text. *in Cap. Si Religioſus.* Undè Gregorius concludit.. ibi.. *Quòd ſi obedientia palmam apprehendere veraciter nitimur, proſperis hujus ſæculi ex ſola Juſſione: adverſis autem etiam ex devotione militemus*; Quod & habetur *Cap. ſciendum.*8. *quæſt.* 1. Sed de hoc latiùs *Reſol.* 16. *num.* 58. *ſeq.*

24 Nihilominus in præſenti judicamus, præfatam Gregorii diſtinctionem ab omnibus recipiendam eſſe: & difficultatem ſolùm in eo conſiſtere: Primò, an Epiſcopatus prout Chriſtus illum inſtituit, ſit reputandus potiùs inter proſpera & jucunda, quàm inter amara & adverſa. Secundò, an quatenus inter proſpera connumeretur, ſufficiat quæcumque Vocatio ex motivo obedientiæ, non ſolùm mediante rigoroſo & expreſſo præcepto; ſed etiam tacito, & ex prompta obedientia. De quo *Reſol.*15. tractabimus.

Cæterum in præſenti dicimus, ad vocationem non eſſe neceſſarium rigoroſum præceptum, ad hoc ut aliquod ſpirituale recipiatur, cum excluſione proprii motus. Sed verè ſufficere (& erit tertia Concluſio) præceptum tacitum, aut quamcumque ſimplicem manifeſtationem voluntatis Superioris, directam vel indirectam ſinè ullo expreſſo præcepto, ex qua legitimè argui poſſit, placere Superiori, quòd Subditus conſentiat. Et tunc hujuſmodi conſenſus optimè, & virtuosè cauſari poterit à prompta obedientia. Quæ concluſio evidenter explanata remanebit *Reſol. ſequentibus* 14., & 15., ubi pluries addiſcemus, præceptum tacitum, & promptam obedientiam contineri in objecto formali virtutis obedientiæ, ad Textus expreſſos, & replicatos S. Th. 2. 2. *quæſt.* 104. *art.*2. *in corp. & ibid. ad Secundum* atque Cajet. *ibidem*. Adeòque eo ipſo, quòd ſuperior aliquid manifeſtat de ſua intentione, reputandum eſſe tanquam aliquod virtuale tacitum, vel interpretativum præceptum, ad virtutem obedientiæ pertinens ex illis S. Doctoris vulgatis verbis *loco cit.* .. ibi .. *Voluntas enim Superioris quocumque modo innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum*. Undè, quòd præceptum tacitum, & prompta obedientia in idem recidant, parùm refert ad noſtrum propoſitum. 25

Et ex his præcipue Reſolutio remanet comprobata, nimirum, quòd Vocatus, & conſentiens ſuæ electioni non ſolùm ex præcepto expreſſo, ſed etiam tacito, ſeu ex 26

ſola ſimplici manifeſtatione voluntatis Superioris, & ex ſola prompta obedientia, præveniendo quodcumque præceptum, verè dicatur, quòd conſentiat Vocatus. Etenim cum prompta obedientia ſit ſpecialiſſimus, & perfectiſſimus obedientiæ actus, non erit dubitandum, quod ex prompta obedientia conſentiens non licitè conſentiat,& non ſit legitimè vocatus.

27 Quoniam licèt prompta obedientia non requirat Superiorem loquentem per formale præceptum, requirit tamen Superiorem taliter loquentem, ut ſuam poſſit manifeſtare voluntatem, quam audire, eſt idem ac Vocantem audire; non ſecùs ac Diſcipuli Magiſtrum docentem audiunt *L.2. §. Poſt hanc verſ. ſed plurimum à ſuis. ff. de Reg. Jur.* Et ſic prompta obedientia quatenus ad executionem voluntatis Superioris, per Subditum faciendam, æquipollet formali præcepto: ea ſingulari ratione: quia ſicuti formale præceptum vocare nequiret, ſi Superioris mentem non manifeſtaret: ita ſimplex manifeſtatio Superioris, ſinè formali præcepto, habet vim vocationis; & importat exercitium promptæ obedientiæ, de cujus ratione eſt, non operari, niſi voluntate Superioris intellecta. S. Tho., & Doctores allegati ſupra *num.25.*, & hujuſmodi vocatio eò erit perfectior, quò magis à præcepto diſiungitur, ad Textus modò infrà allegandos. Et conſenſus in illam majoris meriti reputabitur.

Hinc evidenter ſequitur, quòd ſi quis in rebus perfectiſſimis, & de conſilio Votum emitteret de preſtanda prompta obedientia, & non expectandi rigoroſum præceptum, Superioris voluntate intellecta, licitè voveret; & reputabitur certè majoris meriti, in quantùm conſenſus ille ad ſolum nutum, & placitum Superioris erumpit. Superioris, inquam, etiam nolentis ad minimum obligare.

Et hoc maximè ſuadetur. Quia vocatio, vulgariter loquendo, non videtur importare rigoroſum præceptum, ad Sacros Textus in Evangelio deſcriptos, & ſupra relatos *Reſol.4. num.6.* Cùm Chriſtus videns duos Fratres Petrum, & Andream, illis pronunciaverit, ut venirent poſt ſe. Matth.4.18. ibi.. *Ambulans autem Jeſus juxta Mare Galilcæ vidit duos Fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream Fratrem ejus, mittentes Rete in Mare; & ait illis: Venite poſt me..... At continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum; & procedens inde vidit alios duos Fratres, Jacobum Zebedei, & Joannem Fratrem ejus in Navi cum Zebedeo Patre eorum, reficientes retia ſua, & vocavit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus, & Patre, ſecuti ſunt eum.* 28

Quod in ſingulare promptæ obedientiæ, ſinè ullo præcepto à Sanctis Patribus adducitur in exemplum. Non enim Diſcipuli illi, voce Chriſti audita, ad Apoſtolatum vocantis, expectaverunt rigoroſum præceptum; ſed dum vocem ejus percipiunt, obedire non differunt. Chriſoſt. *Homil.14. in Matth.cap.4.* de Petro, & Andrea protulit ibi.. *Quòd facilè obedierunt vocanti, ſuaque omnia reliquerunt.* Facilè dixit ſinè ulla reſiſtentia, & controverſia, ut intellexit Cic. *prò Roſc.* ibi.. *Sed etiam illius vicinitatis facilè primus*; & quia nullum voluerunt expectare præceptum; ſed ſtatim ac Chriſtus fuit auditus, vox ejus fuit impleta. Chriſoſt. *loco cit.* ibi.. *Perpende fidem, & obedientiam vocatorum. Siquidem in medio ipſius operis conſtituti, (ſcitis quàm ardua res ſit piſcatio) cùm illum audiſſent jubentem, nihil diſtulerunt,* 29

nihil

nihil omninò cunctati ſunt. Non dixerunt, revertemur domum, loquemur propinquis; ſed cuncta illico relinquentes, fecerunt, quod Æliſeus quoque ſub Elia legitur impleviſſe. Nam dictio illa *illico* operatur, nullo interpoſito temporis intervallo ad Textum *in L. idemque* §. *Si cui mandavero ff. mandati.* Sine cunctatione, *ut in L. litigatoribus C. de appell.* Et habet executionem paratam. Sayr. *in Clavi Reg. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 3. & facit Authoritas Angelici Præceptoris in Matth. 4. quòd illa verba, *relictis Retibus*, intelligenda ſunt de prompta obedientia. Ibi.. *Ponitur obedientia eorum quantùm ad promptitudinem: quia non diſtulerũt*, quidquid ſit An Apoſtolatus ſit inter proſpera, aut adverſa recipiẽdus.

30 Properaverunt Apoſtoli, voce Chriſti percepta, poſt ipſum ire, ne eorum obedientia à promptitudinis merito declinaret; non ſolùm pedum velocitate, ſed ardore virtutum. Gloſſ. interlinealis ad dictum locum Matth. ibi.. *Secuti ſunt eum, pedum Inceſſu, ſed magis obedientia, & affectu.* Nec majus argumentum promptitudinis obedientiæ, quàm opus inceptum, præ manibus habitum, Superiore vocante, interruptum incompletum dimittere; dicta Gloſſ. *ad verbum continuò*, relictis Retibus ibi.. *Perfectam obedientiam ſua imperfecta relinquere.* Et Chriſoſtomus ſupra allegatus ibi -- *talem quippe à nobis obedientiam Chriſtus efflagitat, ut neque punctum temporis differamus; etiamſi nos aliquid neceſſarium urgere videatur.*

31 Et id, quod in hoc ſpecialiter obſervandum occurrit eſt, ut modo innuimus, quòd ſumus in materia de acceptando Apoſtolatu, qui eſt Epiſcopale opus, ad quod NULLUS EST IDONEUS, NISI CERTO SCIAT SE HABERE CHARITATEM, ut dictum eſt ex D.Tho. *Reſol. antec.* Et tamen Petrus, & Andreas, cęterique à Chriſto vix vocati, prompta obedientia conſentiunt; etiamſi Apoſtolatus, non ſecùs ac Epiſcopatus ſecum ſua acceſſoria traheret, & maximis eſſet honoribus inſignitus. Sanctus Chriſoſt. *loco cit.* ibi.. *Si enim Apoſtoli facti, honoribus Apoſtolatus ſui fruiti ſunt: ſinè dubio Apoſtolicum cupierunt honorem. Si autem non ſolùm Apoſtolatus ſui honoribus fruiti non ſunt humilitatis cauſa, ſed etiam propter hominum ſalutem, & gloriam Chriſti paſſi ſunt diverſa ſupplicia, manifeſtum eſt, quòd tunc non Apoſtolicum cupierunt honorem, ſed quæſtum Apoſtolici operis, & laboris.* Igitur ad demonſtrandam majorem perfectionem promptæ obedientiæ, comparativè ad obedientiam, quæ cauſatur ex rigoroſo præcepto, non eſt attendendum, quòd Apoſtolatus maximis reperiatur inſignitus honoribus, & habeat omnia illa ſecundaria, quæ ſecum defert Epiſcopatus; ſed ſufficit, quòd iſta non inſpiciantur primariò, & ratione ſui, ut latè diximus *Reſol.* 8. *num.* 57. *& ſeq.*, quæ omnia ad artem bene deſiderandi conſpirant. 32

Nec cogitandum, præfatos Evangelii Textus importare Chriſti præceptum ad eundum poſt ipſum, dicente Chriſoſtomo modo ſupra allegato *num.* 29. *ſeq. Cùm Diſcipuli Chriſtum audiſſent jubentem, nihil diſtulerunt*; Pro quo etiam facit authoritas D.Th. in Matth. *dicto c.* 4. dicentis, *Quòd ad Unum Domini præceptum Apoſtoli poſt Chriſtum abierunt.*

Quoniam *Jubeo* quandoque decernere ſignificat. Feſtus; §. 2. *de Teſtam.* Cajus *l.* 26. *ff. de teſtam.* ibi.. *Cum lege quis inteſtabilis jubetur eſſe. Et Præcipere* pro inſtruere multoties uſurpatur. Cicero *de finibus* ibi.. *ſapiẽtia præceptrice in tranquillitate vivi poteſt.* Sed quid quid ſit de modò allata prædictorum verbo- 33

rum

rum expoſitione; reſpondendo ad literam, optimè verificari, Chriſtum Dominum, quando dixit Diſcipulis, *Venite poſt me*, non præcepiſſe, ſed invitaſſe. Hujuſmodi intelligentiam ad dicta verba dediſſe Sanctum Doctorem legimus *loc.cit.in Matth.* 4. ibi.. *Hic ponitur vocatio, circa quam tria conſideranda ſunt. Primò enim invitat: ſecundò ducatum promittit: tertiò præmium. Dicit ergo*, venite, *hoc ex ſola liberalitate divina eſt, ut ad ſe trahat. Eccl.24. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me &c. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos*. Hujuſmodi ergo loquendi modis clarè oſtenditur, quòd non præcipimus, ſed invitamus. At omnibus hujuſmodi expoſitionibus poſtpoſitis, non officit ad noſtrum intentum, Chriſtum per illa verba, *venite poſt me*, voluiſſe præcipere, ſed non formali & rigoroſo pręcepto, ſed ad ſummum virtuali vel interpretativo, quòd ſemper verificari contingit; quorieſcumque Superior ſuam aperit & explicat voluntatem circa aliquod, quod à Subditis fieri deſiderat. S. Thom. 2.2. *quæſt. ſupra cit.n.25*. Pręceptum autem tacitum & virtuale non pugnat cum prompta obedientia: Quia prompta obedientia ſtare non poteſt, niſi in his, de quibus Superior per manifeſtationem ſuę voluntatis ſibi complacet, ut fiant, ut dictum eſt. Hoc autem modo reſpondere Divinæ vocationi, ſicuti fecerunt, Apoſtoli, eſſet reſpondere per promptam obedientiam. Ergo dicta vocatio etiamſi importaret præceptum, hoc non poſſet eſſe, niſi virtuale, optimè adimplendum per ſolam promptam obedientiam: adeoque concluditur, quòd quis prōptè obediendo, verè, & propriè cōſentit, non ex proprio motu, ſed verè ex obedientia vocatus.

34 Tandem non poteſt intelligi, quòd Chriſtus per illa verba, *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum*, intenderit injungere formale & rigoroſum præceptum. Quia per illa verba vocabat ad opera altiſſima, ſupererogatoria, & ad Evangelica conſilia pertinentia. Conſilium autem, & præceptum in eo differunt, quòd præceptum obligat, & neceſſitatem imponit, ex Juribus allegandis *Reſ.12.num.32., & num.161., & ſeq.*, & non expedit per præcepta Subditos onerare: *dicta Reſ.12.num.121*. Conſilium verò merè ſuadet, ut dictum eſt ſuprà *Præamb.3. num.76*. ex D. Tho. 1.2.*quæſt.*108. *à* 4. *in corp.* & dicemus. *Reſ.12. num.32*. Ergo per illa verba non impoſuit Chriſtus rigoroſum præceptum.

Nec quod Chriſtus fecit, po- 35
reſt in exemplum tranſire, ut Eccleſiaſtici Superiores quoque, neglectis eligendorum meritis, ad ſuum arbitrium quemcumque velint, eligant. Nam Chriſtus ſinè dubio verè quos voluit elegit, & inopes, & rudes, & ſimplices, omnique ſcientia carentes. Sed cum hac differentia, quòd ipſe eligendo ſimul & dignos, magiſque idoneos ſua gratia reddebat. Hanc autem Superior mundanus virtutem & potentiam non habet: & ideo contra ipſum omnia Jura clamant, ut priùs de ſingulis meritorum ſcrutinio diſcuſſo, dignores, & magis idoneos repertos promoveat, ut dicemus *Reſol. XVIII. & ſeq.*

Manifeſtata igitur hac verita-
te, nempe legitimam vocationem 35
requiri, ad licitè conſentiendum in Eccleſiaſticas Dignitates. Cum nemo proprio motu licitè poſſit tendere in illas, ut dictū eſt *Reſ.*4., & nemo ſit idoneus ad illas proprio motu ſuſcipiēdas, NISI CERTO SCIAT, SE HABERE CHARITATEM, ut diſſervimus *Reſol.*10. & rurſus cùm in præſenti *Reſol.* firmaverimus, inter vocatio-

nes ſpecialiſſimam eſſe illam, quæ ſit in ordine ad obedientiam, ſive per expreſſum, ſive tacitum præceptum, quæ præcepta à ſola legitimi Superioris, ut valida ſint, poteſtate dependere neceſſe ſit. Ideò in ſequenti *Reſol. quæ eſt* 12. tractabimus de Superiorum poteſtatibus ad præcepta ſuis Subditis imponenda; & explicabimus, quid veniat nomine præceptorum taciti, & expreſſi, & naturam, ac eſſentiam promptæ obedientiæ declarabimus; Quæ omnia pro hoc Tractatu de arte bene deſiderandi maximè expedire non eſt dubitandum. Et ſit *Reſol.* 12.

RESOLVTIO XII.

Quatuor dantur in Superiori Regulari Poteſtates ad præcepta ſuis Subditis imponenda. Et quid veniat nomine virtutis obedientiæ; Promptæ obedientiæ; Atque præcepti taciti, vel expreſſi?

SUMMARIUM.

1 *Per diviſionem res meliùs intelliguntur.*

Per diffinitionem rerum claritas demonſtratur & quidditas, & ſpecierum differentiæ concipiuntur. ibid.

2 *Noſtrum votum de non ambiendo plura continet cognoſcenda. Et*

3 *Quæ ſint explicatur.*

PRo artis bene deſiderandi recenſendis, & cumulandis præceptis, ratio vivendi expoſcit, quot legitimas poteſtates illa imponendi Superiores obtineant; nam vetita facere, & deſiderare; mala deſideria ſunt. Unde, ut illa ſecundùm Regulas artis vitare parati ſimus, legitimas Superiorum poteſtates noviſſe omnis politia ſuadet.

1 Titulus plura dividit, & plura explicatu digna promittit. Utrumque ſcribentibus neceſſarium; quia per diviſionem res meliùs intelliguntur. *Gloſſ. in Clemen. exivi de Paradiſo cap.* 1. *Inſtitut. delegat. Santiſs. ſed non uſque not. ff. de do. excep. l.* 1. *Gloſ.* 1. Et per definitionem rerum Claritas demonſtratur. Nam quorum diverſa objicitur definitio, diverſa ſubſtantia comprehenditur. *Gloſ. in l. omnis definitio. ff. de reg. Juris*; & rerum quidditas oſtenditur. Aret. *in l. moribus col.* 2. *verſ. ſecundo not. argumentum. ff. de vulg. & pupill.* Unde ſpecierum differentiæ non concipiuntur, niſi per definitiones *L.* 1. *C. de Jur. emphit. l. quæſitum, in princip. ff. de fundo Inſtruct., & l. ſi quintus. §. Cum auro, & argento legat. ad hoc l.* 1. *§.* 1. *ff. de dolo inſtit. de Tutel. in princip. & Cap. cùm cauſam de Raptor.*

Cùm autem noſtrum votum de non ambiendo pronunciatum per illa verba. *Voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis*; vel *niſi coactus obedientia ejus, qui mihi jure præcipere poteſt ſub pœna peccati.* 2

Ad ſui compræhenſionem, & ad artis bene deſiderandi cuſtodienda præcepta, multorum terminorum cognitionem expoſtulet; tàm quoad diverſas ſpecie Superiorum poteſta- 3

tes

tes in imponendis præceptis, quàm quoad multitudinem ſpecificam præceptorum: nec non requirat, ut ſciamus, quando, & quantum præcepta obligent, an ſub mortali, aut veniali, & ex quibus ſignis eorum obligatio dignoſcatur. Ideo multa complectimur hic de Abbatiſſa, de Rectoribus Sæcularibus, aliiſque Perſonis, quæ licèt à noſtro Inſtituto videantur aliena: nihilominùs eorum ratio plurimum conducit, ut ab illis ad noſtra intelligenda gradum faciamus; arguendo, vel à paritate rationis, aut à rationum identitate, vel ſaltèm ad informandum intellectum, quod eſt validum argumentum, ad Text. *in l. 1. ff. de teſtibus*, aliosque, quos allegat Fagnanus *Cap. veſtra num. 21. de cohabit. Cleric.*, *& mulier. lib. 3.* Unde non mirum, ſi ad faciliorem intelligentiam prædicta in Titulo diviſimus, & explicare conabimur.

Et certè prævideo à me harum rerum tractandarum occaſione plurima aſſumptum iri, quæ ad legentium eruditionem ſunt profutura. Authoribus autem ſcribentibus ſemper amplior arena conceditur, ad per annexa, & connexa divagandũ, & tranſeundum; atque ad illa rimanda. Amplior, inquam, quàm principalis veritatis poſtulet perſcrutatio. Et quia per diviſionem, ut dictum eſt, res melius intelliguntur: Hìc per quinque Paragraphos diverſos procedemus, ex quibus ſit.

§. I.

Quædam ſcitu digna præmittuntur.

SUMMARIUM.

4 *In Creaturis ſine regimine recta non poteſt conſiſtere adminiſtratio.*

5 *Quatuor Poteſtates dantur in Superiori Regulari, Jurisdictionis nempe dominativa, Civilis, & ex Voto.*

De ratione ſubditi eſt, quòd Superiori gubernandum ſe tradat. ibid.

6 *Specialiſſima Poteſtas eſt illa, quæ dicitur Eccleſiaſtica, & Spiritualis juriſdictio, quæ ab Eccleſia Superioribus conceditur.* 15. 17. 44. 45.

Juriſdictio conſtituit in gradu Superioritatis. ibid.

7 *Duo dantur Juriſdictionum genera, ſpeciale, & temporale.*

8 *Jus naturale omnibus convenit inſtinctu naturæ.*

Et hoc reſidet in Parentibus erga filios. ibid.

PRimò igitur ſciamus oportet, quot, & quales legitimas poteſtates habeat Superior Regularis ſupra Subditos, ad illis præcipiendum, ſuiſque præceptis ad illos obligandos. 4

Secundò, ut diverſitatem, naturam, & qualitatem præceptorum detegamus, juxta diverſas poteſtates, à quibus prodeunt; & prout ipſa præcepta inter ſe aliquam diverſitatem oſtendunt: Quædam enim dicuntur expreſſa, quædam tacita; Et de expreſſis alia dicuntur privata, alia ſolemnia, & ſub aliqua certa verborum formula pronunciata.

Tertiò, ut penetremus, quid ipſa virtus obedientiæ importet, & ad quos actus ſe extendat, Quid Religioſa obedientia ſignificet; & quid

obedientiæ votum adjungat;& quid prompta obedientia de ſui ſingulari perfectione præſeferat. Quæ omnia præſenti reſolutione expedire conabimur.

4 Et quidem cùm tota regendi & gubernandi homines machina ſuper legitima fundanda ſit Superiorum Poteſtate; Profectò in Creaturis ſine Regimine recta non poteſt conſiſtere adminiſtrario. *Cap. ad hoc 89. Diſt.*, Et omnis Ordo Eccleſiaſticus ſuis innititur Rectoribus. *Cap. in Apibus 7. q. 1.*, & familia abſq; Regimine reputatur acephala. *Cap. nulla 93. diſt. Cap. Abbatibus.* 18. *q.* 2. Ideo operæ pretium ducimus recognoſcere, quæ & quanta, & quoruplex in Regularibus Superioribus ad regulatum ſubditorum Regimen authoritas, & poteſtas valeat reſurgere.

5 Quæ ſine dubio juxta omnium Doctorum ſenſum quatruplex celebratur; quęlibet ex diverſis reſultans capiribus; & ſunt: Poteſtas Juriſdictionis. Dominativa altera. Tertia Civilis. Quarta ex voto; quarum qualibet ſuperior Subditos gubernando, legitimè valet illos convenire, dirigere, & compellere reſpectivè per ſuas ordinariones, & præcepta, & correlativè Subditus ſuo tenetur Superiori parere; de ratione enim Subditi eſt, ut Superiori gubernandum ſe tradat. ad Textus modò allegatos *num.* 4. *& Cap. quid culpatur.* 23. *q.* 1.

6 Sed ex dictis quatuor poteſtatibus ſpecialiſſima eſt illa, quæ dicitur ſpiritualis, & Eccleſiaſtica Juriſdictio, ab Eccleſia per Summos Pontifices Religionis Superioribus conceſſa. Sanchez *lib.* 5. *moral. cap.* 1. *n.* 20. & ad Textus infra adducendos *num.* 15. *&* 17. Juriſdictionis enim authoritas præcipuè in gtadu Superioritatis conſtituit. S. Thomas *in 4. Diſt.* 18. *q.* 2. *à* 3. *quæſt.* 1. ibi.. *Reſpondeo, dicendum ad primam quæſtionem, quòd per Juriſdictionem aliquis conſtituitur in gradu Superioritatis reſpectu ejus, in quem habet Juriſdictionem &c.* ad Textum *in Cap. licèt. de procuratoribus in 6. Gloſ. ver. nota primo*, ibi.. *Quia Juriſdictio habet dignitatem annexam.*

Sed duo dantur univerſim Juriſdictionum genera: ſpirituale, & temporale. *Cap. convenior.* 23. *q.* 8. *cap. ſolitæ. de major.*, *& obed. Extravag. unam ſanctam, eodem titulo*, Juxta totidem Univerſalia Jura naturale, & poſitivum. Gratian. *diſt.* 1. *humanum genus*, nec altera Juriſdictio alteri præjudicare debet. *Cap. Imperium. Cap. quoniam* 10. *diſt. Cap. ſi Imperator 96. Diſt.* Quæ, ut diximus, in diverſis Juribus fundantur, quia Jus eſt nomen genericum. *Cap. Jus 1. diſt.* ibi.. *Jus, generale nomen eſt, & dicitur Jus, ad ſignificandum rem juſtam* S. Thom. 2. 2. *q.* 57. *art* 1, *ad primum.* 7

Specificum verò Jus, alterum dicitur naturale, à narura proveniens omnibus Nationibus commune, & quod ubique naturæ inſtinctu omnibus ineſt. S. Th. 1. 2. *q.* 91. *ar.* 2., & ubique eundem habet vigorem, atque potentiam; nec unquam deficit. S. Doctor 1. 2. *q.* 94. *art.* 4. Quod eſt lumen quoddam à Deo nobis in corde ſignatum, ex Propheta *Pſal.* 4. & hoc lumen eſt lex naturæ, rationali Creaturæ impreſſa, S. Doctor 1. 2. *q.* 96. *art.* 2. *ad* 3. conformiter ad Textum *de Reg. Juris Reg.* 1., *& Gloſ.* ibi.. *Jus eſt idem, quod ratio.* Imò, & omnibus ſuo modo animantibus inditum S. Th. *in* 4. *diſt.* 33. *q.* 1. *art.* 1. *ad quartum.* Et hoc naturale Jus præcipuè reſidet in Parentibus erga filios. *Cap. Jus naturale* 1. *diſt.* Pro quo ſit. 8

§. II.

De Patria in filios Poteſtate.

SUMMARIUM.

9 *Ex Jure naturali oritur Patria Poteſtas.*
Verſatur circa domeſtica, quæ filii non debent reſilire à Paterno conſenſu. ibid.
10 *Parentes à filiis cogi non debent.*
Pater habet regalem poteſtatem in filios. ibid.
Pater tenetur neceſſaria ſubminiſtrare filiis. ibid.
11 *Filius eſt res Patris.*
12 *Filii tenentur ad Parentum defenſionem, illiſque ſuccurrere potiùs quam Religionem intrare.*
13 *Pater, & Filius de Jure civili ſunt una Perſona, & ad invicem non poſſunt obligari, ſecùs de Jure naturali.*

9 DE Patria poteſtate non incongruè notitiam aſſequimur, cùm Eccleſiaſtici Superiores Patris viſcera in inferiores, reſpectu cujus potiùs filii habendi ſunt, quàm ſervi; Unde neceſſe eſt illos cuſtodire. Suarez infra *n.61. 6.*

Ex Jure autem naturali nil vigoroſius erumpit, quàm patria Poteſtas. Cujus præcipua diſpoſitio eſt, quòd Filii Parentibus obedientiam præſtent. Apoſt. *ad Col.*3. ibi.. *Filii, obedite Parentibus per omnia.* Sed ly *per omnia* limitatur ad aliquam rerum ſeriem. S. Tho. 2.2. *q.*104. *art.*5. *ad primum* ;ibi ..*Per omnia, intelligendum quantùm ad illa, quæ pertinent ad Jus Patriæ, vel dominativæ poteſtatis*. Conformiter ad ea, quæ dicemus infra *num.*49. Unde Patria poteſtas verſatur circa domeſtica; & quod Filii à Paterno, etiam quoad nuptias, non reſiliant conſenſu. *L. Paulus. ff. de ſtatu hominum* §.1. *Inſtit. de nuptiis*; Et adeo fortiter patria poteſtas prævalet, ut nec reſpectu expoſiti ceſſet. *L. Patrem* 16. *Cod. de nupt*; Et faciunt Text. *in L. uxorem* 29. *ff. de manum teſtam. L.*1. § *At ſi quis. ff. de Juris, ac facti ignorantia*. Et olim ex lege in duodecim tabulas translata, Parens jus habebat vendendi Filios; illoſque oppignorandi. *L. fin. Cod. de Patria poteſtate. l.*1. *Co. de Patribus, qui Filios diſtraxerunt*. Sic & Pater tenetur lumine naturæ, non ſolùm filiis blandiri, ſed etiam illos corrigere. *Cap. non oſculatur* 5. *q.*5. Abbas *in Cap. cùm contingat. de for. compet.*8. *Col.* Felinus *Cap. licèt de Simon. in princip. colum.* 903. Quoniam Pater tria dat æqualiter filiis; eſſe, nutrimentum, & Inſtructionem. S. Th. 1.2. *q.*100. *art.*5.

Unde per filios Patrem, ac Matrem cogi, impium factum reputatur. Plato *in Cratil.* ſed illa, quæ Patri cum Liberis ſocietas eſt, regalis poteſtatis formam obtinet. Ariſtoteles 8. *ethic. cap.*10.; & vir atque uxor communiter liberos procreant, ſed alere Matrum eſt, erudire Patrum. Ariſtoteles *æconom. cap.*7., & facit Textus *Cap. ſi quis dereliquerit* 30. *diſt.* ubi ſub anathemate neceſſaria tenetur Pater filiis ſubminiſtrare; illoſque à vitiis ad virtutum ſtudia verbo provocare, & exemplo: & in omni diſciplina, & honeſtate erudire. *Cap. ſicut ii* 47. *diſt.* ubi latiùs hac de Re. 10

Quamo-

11 Quamobrem Parentum unicè reputatur officium, filios colere tanquam propriæ vitæ propaginem, illoſque regere tamquam ſuorum corporum membra, Marſil. fic. *lib.* 2. *Epiſt.* nam ſicuti carnalis Pater dicitur talis ex carnali modo filios procreandi *cap. ſicut ii* 47. *diſt.* ita filius eſt res Patris quoad corpus, & exteriora. S.Tho. *in* 2. *diſt.* 33. *q.* 1. *art.* 2., Et Juris naturalis, & indiſpenſabilis obligationis vinculo adſtricti, utpote ab innato amore provenientis per Parentes filii educantur, eiſdemque alimenta præbeut; ad vulgaros, & replicatos Textus *in L.* 1. §. *Jus naturale ff. de Juſt. & Jur. L. ne ſennius* 36. *de negot. geſt. L. aliment. C. eodem. L. qui liberos. ff. de rit. nupt. L. ſi quis à liberis* §. 1. *ff. de liber. agnoſc. L.* 3. *&* 4. *de alend. liber.* Adeòque contra naturales ſtimulos facere dicitur, qui tuendi, atque educandi filios curam detrectat. *L. amiciſſimos* 39. *in fin ff. de excuſat. tutor.* Et hoc eſt ita naturale, & commune omnium animantium generi, ut reprehenderetur humana progenies, ſi tali inſtinctui obſiſteret; ut probat. Text. *in L.* 3. *ff. de Juſt. & Jur.* aliàs eſſet propriam necare prolem. ad vulgatum Textum *L. necare* 4. *ff. de liber. agnoſc.*, & probat Canonicus Textus *Cap. ſi à Patre. de Infantibus*.

12 Et ex eodem naturali jure etiam gentium, filii tenentur ad Parentum defenſionem. *L.* 1. §. *Jus gentium ff. de Juſt. & Jure.* Adeòut ſecus faciendo peccarent. *Cap. fortitudo. Cap. non inferenda. Cap. qui poteſt.* 23. *quæſt.* 3. *per totam. Et Cap. de occidendis eadem* 23. *qu.* 5. Sylveſter *in Verbo Bellum.* 3. *quæſt.* 2. Illoſque ex naturali debito honorare *Cap. ſi qui filii.* 30. *diſt.*, *& Cap. in ſingulis* 86. *Diſt. in fin.* Illiſque præ cunctis aliis, tempore neceſſitatis ſuccurrere. *Dicto Cap. in ſingulis* 86. *diſt. in fin.*, & hoc magis præſtandum eſſe, quàm Religionem intrare. *Dicto Cap. ſi qui filii.* 30. *diſt.* & potiùs Patrem, & matrem à morte liberare, quàm illum, à quo ipſe filius liberandus eſſet. S. Th. *in* 3. *diſt.* 29. *art.* 6. *ad* 5. adeòque contrà parentes inſurgere, infamiæ notam erit incurrere. *Cap. infames.* 6. *quæſt.* 1.

Et hæc adeo vera ſunt, ut pater filio non obligetur civiliter, ſed naturaliter tantùm, & è contra. Quia Pater, & filius ſecundùm Juris civilis artificium, una figurantur perſona. §. *Ei verò, de inſtit. inutil. ſtipulat.*, Ubi quoque cumulantur Canonici Textus, *& L. fin. C. de impuberibus, & aliis ſubſt.*; Qua propter nulla poteſt inter Patrem, & filium civilis intervenire obligatio; Cùm in eodem ſubjecto repugnet concurrere ſimul actio, & paſſio, ut de tranſeuntibus tenent Philoſophi, & concordant Textus *L. ſuo* §. *penul ff. de leg. inſt.* ſed ideò inter eos oritur naturalis obligatio, quia hæc eſt de Jure Gentium *L. cùm ampliùs* §. *In natura debet. de Reg. Jur.*, Quod & naturale dicitur. S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 95. *art.* 4. *ad primum*; Quo Jure inſpecto, filius non dicitur eadem perſona cum Patre, quia Jus Gentium non operarur fictionem, ſed ſolam veritatem rei intuetur. *L. ex hoc Jure. & ibi not. de Juſt., & Jure*; licèt hæc veritas ſuam aliunde ſortiatur limitationem. Vide infra *num.* 49. 13

Sed cùm multa ſuperſint dicenda circa reliquas, & ſingulas poteſtates, in ſequenti §. Omnia dilucidè attingere conabimur, prout rerum ſeries, & opportunitas poſtulaverit. Et ſit.

§. *III.*

§. III.

De cæteris promiſcuè Juribus, & Poteſtatibus reſpectivè ad ſuos Superiores, & Subditos.

SUMMARIUM.

14 *Alterum Jus dicitur civile proveniens à Principe.*

Lex humana dividitur in eccleſiaſticam, & civilem: Obligat in conſcientia, & ad culpam. ibid.

Peccatum eſſe non poteſt, niſi voluntarium. ibid.

Lex non eſt valida, niſi recta ratione conſtet. ibid.

Qui illam tranſgreditur peccat. ibid.

Lex ut valida ſit, quas conditiones requirat, aliàs eſt nulla. ibid.

Debet eſſe ad commune bonum, aliàs nulla. ibid.

Leges aliquæ non obſervandæ. ibid.

Membrum non debet capiti contraſtare. ibid.

15 *Sub Jure ſpirituali continetur Eccleſiaſtica Poteſtas, quæ eſt major ſæculari.*

Derivatur à Deo in Eccleſiam 6. 17. 44. 45. ibid.

16 *Omnis Jurisdictionis fons provenit à capite.*

17 *Spiritualis provenit ab Eccleſia per Pontifices. 6. 15. 44. 45.*

18 *Spiritualis eſt diverſa à ſæculari. 10.*

19 *Prælatus Regularis ſemper alterutra utitur Poteſtate. 77. 120.*

Præceptum temporale in materia gravi obligat ſub mortali. 129., & tranſgreſſio duas habet malitias, ſacrilegii, & Injuſtitiæ ex traditione. ibid.

Si fiat ex Jurisdictione Spirituali, contrahit tertiam, ſcilicet contra virtutem, in qua eſt præceptum. ibid.

21 *Secunda Superioris poteſtas eſt dominativa, quæ non eſt aliud, niſi Jus imperandi ſupra Religioſos 40. ſeq. 61. à.*

23 *Quid ſit virtus obedientiæ: mediat inter Prælatum, & ſubditum, & procedit ex reverentia.*

Religio eſt inter Deum & hominem: Reverentia inter majorem & minorem. Pietas inter Parentes & filios. ibid.

Superior eſt major, & Pater reſpectu Subditorum. ibid.

24 *Actus obedientiæ eſt duplex, materialis & formalis.*

25 *Votum obedientiæ quid ſit.*

26 *Votum ad obligandum pro ſuo formali reſpicit præceptum expreſſum.*

Non ſufficit præceptum internum, ſed debet eſſe ore prolatum. ibid.

27 *Plures ſunt actus, ad quos ſe extendit virtus obedientiæ.*

Non requiritur præceptum expreſſum, ſufficit tacitum, & umbra præcepti, ſeu manifeſtatio Superioris voluntatis 105. ibid.

28 *Erit actus virtutis obedientiæ ſi ſit tantùm reſpectu Superioris*

rioris in acto primo, ut potentis præcipere. 105. 134.
29 Quid ſit prompta obedientia.
30 Actus obedientiæ eſt ſola conformatio ad Superioris voluntatem.
Quilibet Jure Naturali, & Divino tenetur obedire Superiori. ibid.
31 Conformitas ad Superiorem provenit ex naturæ inſtinctu, atque ſubordinatione: & ſpectat ad virtutem obedientiæ, & habet rationem præcepti taciti.
32 Superior habet ſpecialem vim movendi ſubditum, quàm purus amicus.
Conſilium eſt voluntatis: Præceptum eſt neceſſitatis. ibid.
Superioris manifeſtatio habet ſpeciem præcepti 136. ſeq. ibid.
33 Facere deſiderata à Superiore, ſpectat ad virtutem obedientiæ. 145.
34 Numerantur actus, ad quos ſe extendit virtus obedientiæ.
35 Religioſa obedientia continet Votum, & traditionem.
Votum obedientiæ ſtare poſſet ſine traditione. ibid.
36 Traditio eſt promiſſio facta Superiori de illi obediendo.
Religioſus ſtatus eſt perfecta abnegatio. ibid.
Religioſus magis ſubditur Superiori, quàm ſervus Domino. ibid.
37 Traditio eſt voto obedientiæ conſecrata, & firmata.
38 In Profeſſione oritur mutua obligatio inter Religioſum, & Religionem.
Religioſus obligatur ad obediendum, & Religio ad alendum. ibid.
Contractus fieri non poteſt ſine conſenſu duorum. ibid.
39 Quid ſignificent illa verba, tradere ſe.
40 Concluditur Poteſtas Dominativa.
41 Tertia poteſtas eſt civilis & Politica.
Superior eſt Pater familias, & Rector; & habet facultatem miniſtrandi temporalia, & providendi. 116. ibid.
42 Quarta Superioris Poteſtas provenit ex Voto obedientiæ: Quod inducit Religionis ſpeciem.
43 Poteſtas ex Voto debet ſupponere juriſdictionis poteſtatem.
Votum nihil addit actibus præceptis niſi Religionis ſpeciem, ſicuti ſi Filius voveret obedire Parentibus, virtuti pietatis adderet Religionis. 46. ibid.
De eſſentia religioſi ſtatus eſt, quòd aliquis conſtituatur Superior, pollens juriſdictione. ibid.
Nullus Subditus poteſt alteri concedere dominium ſupra ſe 83. 84. 85. ibid.
44 Vota non habent de ſe reddere voventem ſub peculiari alicujus juriſdictione. 46.
Juriſdictio derivatur à Pontifice erigente, & approbante Religionem. 49. ibid.
45 Perſonæ, quæ ſubjiciuntur alicui Principi nequeunt ſupra ſe Juriſdictionem alteri dare. 43. 83. 84.
Juriſdictio promanat à Superiore approbante Religionem. 44. ibid.
Juriſdictio originem habet à Principe. 44.
47 Duplex poteſtatis genus datur in quocumque capite. Unum determinativum rerum, aliud perſonarum.
48 Jus præcipiendi limitatur ſe-

cunctum regulam . 50.63.

Subditus non tenetur obedire præcepto, ſi præceptum excedit regulas. 50.63.64. ibid.

Ad illicita ſuperior non poteſt præcipere, & obligare. ibid.

49 *Poteſtas Patris familias ſolùm verſatur circa educationem filiorum, & negotia domeſtica Domini in ſervos &c.*

Superior non poteſt omnia indifferenter Subditis jubere.

50 *Religioſus per votum obedientiæ ſubditur ſuperiori quantùm ad diſpoſitionem generalem ſuæ vitæ, non quòad omnes actus particulares.*

Et loquendo de actibus particularibus, ſolùm ad illos, qui continentur in Regula. 48.63.64. ibid.

Prælationis officium limitatur per Regulam. ibid.

51 *Illa ſecundùm Regulam intelliguntur, quæ tacitè, vel expreſsè conducunt ad illam. 64.*

52 *Poteſtas Ordinis deſignat actus Juriſdictionis in Perſonas.*

53 *Poteſtas Juriſdictionis non dat ſpeciem actui, ſed ſupponit.*

Defectus Juriſdictionis reddit actum nullum. 108. ibid.

Poteſtas Juriſdictionis in non ſubditum nihil operatur. ibid.

54 *Cauſa urgens non ſupplet Juriſdictionis defectum.*

Ad diſpenſandum, valida requiritur Juriſdictio 122. ibid.

Sine ſubſtantia nulla poteſt ſubſiſtere qualitas. ibid.

In Superiori Regulari datur duplex poteſtas, ſpiritualis & temporalis. 5.15.17.18.19.20.77.120.ibid.

55 *Poteſtates, quæ ſunt in Superiore, aliæ ſe habent activè, aliæ ſe tenent ex parte rerum præcipiendarum, aliæ ex parte objecti in eſſe moris.*

56 *Poteſtas Juriſdictionis, ſe tenet activè.*

57 *Poteſtas dominativa, civilis, & ex voto ſe tenent ex parte rerum præcipiendarum, deſignantes materiam circa quam.*

58 *Item ædem poteſtates dominativa, civilis, & ex Voto dant ſpeciem actibus præceptis in eſſe moris.*

59 *Ad quid ſe extendant præfatæ Poteſtates.*

Inferior non impediat Majoribus obedientiam. ibid.

59 *Eo ipſo, quòd aliquis habet aliquem ſubſe neceſſe eſt habeat aliquem ſupra ſe, excepto Summo Pontifice, qui eſt ſupra omnes. ibid.*

60 *Superior per poteſtatem Juriſdictionis poteſt multa efficere.*

Per vim coactivam poteſt compellere Subditos. ibid.

62 *Per poteſtatem civilem poteſt, quæ conferunt ad commune bonum familiæ, & imponere temporalia præcepta.*

Si ea, quæ ſpectant ad civilem poteſtatem continentur etiã in Religionis Regulis, Superior poterit præcipere etiam ex voto obedientiæ. Idem de poteſtate dominativa. ibid.

63 *Per poteſtatem dominativam abſolutè ſumptam Superior poſſet omnia præcipere, etiam in Regulis non contenta.*

Sed Religionis conſtitutiones limitant, & refrænant poteſtatem talem. 48. ibid.

Animus hominis tendit ad al-

ta, & illum reprimunt Jura. ibid.

In his, quæ ſunt altiora regulis, non tenemur obedire. 50. 48. *ibid.*

Religionis Jugum reddi non debet intolerabile.

64 *Per poteſtatem ex voto Superior ſolùm poteſt præcipere, quæ in Regulis continentur tacitè, vel expreſſe.*

65 *Quando poteſtas ex voto invenitur ſecundùm regulas reſtricta, & non poteſtas civilis, & dominativa, tunc non poteſt præcipi ex voto in virtute ſanctæ obedientiæ, ſed ſolùm ex juſtitia, & pietate.*

69 *An aliqua res pluribus titulis debita præcipiatur ſub omnibus à Superiore.*

70 *Diſcrimen, quod mediat inter præceptum ſpirituale, & temporale* 18.

Præceptum ſpirituale reſpicit ſpirituale bonum, obligat ad culpam; Præceptum temporale commune bonum. 72. *ibid.*

71 *Præceptum ſpirituale fit in virtute Spiritus Sancti, vel &c.* 86. 97.

72 *Eadem res, ut præcepta à poteſtate ſpirituali obligat ad culpam, prout præcepta à poteſtate laicali ad nullam.*

74 *Violatio Religioſæ obedientiæ duas continet malitias, ſacrilegii contra Votum, Injuſtitię contra traditionē.* 68.

75 *Non eſt inconveniens, quòd unicus actus plures malitias habeat.*

Famulus tranſgrediens mandatum Domini, ſi emiſerit votum de illi parendo, peccat contra Juſtitiam, & Religionem. 43. 83. 87. *ibid.*

Per traditionem jus acquiritur Religioni. ibid.

76 *Et erit quoque malitia contra illam virtutem, de qua eſt præceptum; Si præceptū procedat à Spirituali & Eccleſiaſtica Juriſdictione.* nu. 20.

Quando Superior in præcipiendo utitur Juriſdictione Eccleſiaſtica, dignoſcitur ex aliquo ſigno, nimirum ex additione pœnæ excommunicationis. 78. *ibid.*

Præſumptio eſt, quòd Superior ſolùm ex unico titulo præcipiat. ibid.

77 *Tranſgrediens præceptum poteſtatis temporalis non committit malitiam contra illam virtutem, in qua eſt præceptum.*

Superior Eccleſiaſticus ultra poteſtatem ſpiritualem, habet etiam temporalem, qua frequentius utitur. 19. 120. *ibid.*

78 *Quando Superior ſuo præcepto addit excommunicationis pœnam, utitur Eccleſiaſtica Juriſdictione, & idem quando præcipit, ſtatuendo legem.* 76.

Poteſtas Eccleſiaſtica ſpiritualis dupliciter ſe habet, vel quatenus imponit præceptum reſpectivè ad votum, vel quatenus imponit per modum legis. ibid.

79 *Tripliciter Superior poteſt imponere præceptum.*

80 *Filius, qui vovit obedire parenti, ſi tranſgreditur præceptum de Jejunio, peccat ſolùm contra obedientiam.*

Idem de ſervo 75. 87. 43.

84 *Perſona privata poteſtatem Juriſdictionis non habet.*

85 *Poteſtatem ſibi præcipiendi nullus alteri poteſt tribuere ſupra ſe, ſed a Principe deri-*

vare

vare debet. 43.45.

86 *Inter Regulares præceptum non obligat, niſi ſit ſub ſolemni formula: & hoc non provenit ex natura rei, ſed ex humana inſtitutione*. 97.71.

87 *Filius ſi habeat votum obediendi parentibus in rebus ſuæ ſalutis, tranſgrediendo, committit ſacrilegium*. 75. 83. 43.

Quis poteſt voto obedientiæ obligare ſe fæmina, vel laico 83. 75. *ibid.*

88 *Abbatiſſa de Jure Canonico non habet ſpiritualem Jurisdictionem*.

Moniales peccarent contra votum, non obediendo Abbatiſſæ in his, quæ ſecundùm Regulam ſpectant ad Civilem gubernationem pro habente ſufficientem Jurisdictionem. 110. *ibid.*

Rector, & Abbatiſſa poteſt obligare Scholares, & Moniales ad obediendum ex vi præſtiti Juramenti, & voti in his, quæ pertinent ad domeſticam gubernationem. *ibid.*

89 *Hæc obligatio oriri non poteſt ſine traditione*.

Moniales faciunt votum de obediendo Abbatiſſæ, quoad res civiles, & domeſticas. *ibid.*

90 *Abbatiſſa pollet poteſtate civili, & domeſtica, & eſt materfamilias*.

Poteſt imponere temporalia præcepta ſub mortali. *ibid.*

Poteſtas civilis non ſe extendit ad actus clavium. *ibid.*

Nolle abſolutè obedire Abbatiſſæ, & Parentibus, eſt mortale. *ibid.*

INter hominum temporales poteſtates præcipua eſt illa, quæ denominatur *civilis dicta diſt.* 1. *cap.* 8. proveniens à Principe, ſeu à politica ratione vivendi, Dominorum in ſervos, Officialium in inferiores, Magiſtratuum in Cives, vel à confirmante Regulam, ut Abbatiſſæ in Moniales, ut infra *nu.*88. *ſeq.* Unde lex humana, quæ ab homine deſcendit, dividitur in Eccleſiaſticam & civilem; & quòd obliget in conſcientia, hoc eſt ad culpam mortalem aut venialem, juxtà quantitatem materiæ; eſt Doctorum communis opinio. Azorius *tom.*1. *Inſtit.moral.lib.*5.*cap.*6. Bonac.*tom*, 2. *diſp.*1. *quæſt.*1. *punct.*7. §.1., & plures apud ipſum. Sotus Alphonſ. à Caſtro Vaſq. Navar. Sanchez, Suarez, Valent. Clavis Regia, Bellarmin. Reginald. Salas; ea mihi valida ratione. Quia peccatum eſſe non poteſt, niſi ſit voluntarium. *Cap. ſicut enim* 32. *quæſt.*5. & Lex valida non permittitur, niſi rectæ ratione conſtet; & Religioni congruat, & Diſciplinæ conveniat, & ſaluti proficiat. *Cap. conſuetudo*. 1. *diſt.* ibi .. *Legem ratio commendat*. *Porrò ſi ratione lex conſtat, lex erit omne jam quod ratione conſtiterit dumtaxat; quòd Religioni conveniat, quòd diſciplinæ congruat, quòd ſaluti proficiat*. Unde cùm lex humana eo ipſo, quòd lex eſt, rectam debeat ex ſua eſſentia & neceſſitate rationem in jubendo, & prohibendo ſervare; inde fit evidens, quòd qui legem humanam contemnit, & violat, eique contrariatur, rectæ rationi adverſatur, & conſequenter obſiſtit diſpoſitioni, & inſtitutioni Dei, qui voluit legem humanam eſſe, illique neminem adverſari, ad Textus, quos allegant Doctores citati *ad Rom.*13. ibi .. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, & infra. *Qui poteſtati reſiſtit*, 14

Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Et ibidem. *Ideo neceſſitate Subditi eſtote non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*. Er Beatus Petrus; *Subditi eſtote omni humanæ Creaturæ propter Deum, ſivè Regi &c.*. Et eadem alibi ſæpè, & conſequenter, qui legem humanam non ſervat, non ſolùm Dei ordinationi reſiſtit, ſed etiam rectę rationi redditur averſus: adeoque ex neceſſitate peccatum incurrit.

14 A Gerſon *tract. de Vita ſpirituali lect. 4. parte 3.* aſſerit, humanam legem non habere vim, & authoritatem alligandi hominum conſcientias, niſi in his, quæ conſtituit declarando legem Divinam, vel certum definiendo tempus, aut locum, & certas alias circumſtantias, quas lex Divina ablolutè, & ſimpliciter non determinat. Sic præceprum jejunandi certis temporibus, ſervandi dies feſtos, & ſimilia; Quæ refert Azorius *loco ſup. citat.* ad quem Lectorem pro ſana intelligentia remitto.

14 B Hoc unum certiſſimum eſt, quòd lex humana, eriam prophani Principis, ſub culpa obligat; ſed ut valida ſit debet eſſe juſta, honeſta, utilis, loco, & tempore conveniens. *Cap. erit autem lex. 4. diſt.* non pro privato commodo, ſed bono publico, & omnium utilitate, *dicto Cap. erit autem 4. diſt.* non reſiſtens bonis moribus, nec divino, nec naturali juri contraria; ſed rectitudinem participans; cum Deus humanam legem ſervari approbet, commendet, & mandet, ad Sacros Textus modo ſupra allegatos, alias eſſet nulla, & nullius momenti. *Cap. non licet 10. diſt. & ſeq.* & leges præcipuè factæ ſunt, ut humana coerceatur audacia, & tuta ſit inter Reprobos innocentia. *Cap. factæ ſunt. 4. diſt.*, *& Cap. non fruſtra*, *& Cap. ad fidem 23. quæſt. 5.*

14 C Et hac in re non eſt Iſidori regula prætereunda. Nam legem definiens, aut per ſuas qualitates deſcribens, dicit, quòd debet eſſe juſta, honeſta, & quibus imponitur accomodata, ut fert natura hominum, & loci conſuetudo, loco, & tempori conveniens, neceſſaria, utilis, manifeſta, hoc eſt, non obſcura, non captioſa, ob nullum privatum commodum, ſed commune bonnm, & utilitatem intendens; itaut ſemper in ædificationem, ut Trident. memorat, non deſtructionem Subditorum redundet; de qua loquens Quintilanus *lib. 2. cap. 4.*, ejus proprietates recenſuit, unde communi bono deficiente, nec valida, nec ſervanda decernitur, *dicto Cap. erit autem lex. 4. diſt.*, *& Cap. non licet cum ſeq. 10. diſt.*

14 D Quæ in uno aliquando ſcripta legimus, in centum ſucceſſivè ſcriptoribus ad verbum exarata invenimus; nullo rationum pondere perpenſo, nullaque variatione introducta. Scribunt plures, aliquas eſſe leges Civiles, quarum violatio non eſt peccatum; uti ſunt leges de lignis communibus non cædendis, de non venando, de non piſcando, de non capiendis volucribus, aut feris, de non paſcendis armentis in communibus paſcuis, de non ferendis armis, & ſimilia. Sed hac in re conſiderare non erit extraneum, an hujuſmodi leges, ſecundùm omnes ſuas individuas circumſtantias ſint juſtæ, & conferant ad commune bonum, prout leges poſtulant, vel non. Si ſecundum; ergo ſunt nullæ, & per conſequens ligare non valent. Si primum, cùm conſulant juſtitiæ, & charitati, violari non poſſunt ſine peccato, præcipuè ſi violatio damnum tertii inferret.

14 E Dices, leges non obligare ultra

ira Legislatoris intentionem, qui poteſt à tranſgreſſione omnem culpam removere. Reſpondemus, leges ſemper imponi Reipublicæ membris ad commune bonum promovendum, & damna, atque inconvenientia vitanda, ut omnia Jura allegata clamant: quæ Jura declarare non ceſſant, quamcumque legem à ratione legis ceſſare, ſi hominum utilitati proſpicere illa non ſit intenta. Nam promovere commune bonum, & impedire univerſale malum cùm debeas, adverras, & poſſis; quia es Reipublicæ membrum, teneris. Ergo ſi non facis, peccas. Jura enim non permittunt membrum capiti contraſtare. *Cap. cùm non liceat* 12. *de præſcription. &* Rempublicam leges edentem eſſe Civium Caput, non dubitamus. *L. Cives. C. de incolis lib.* 10. Unde cùm lex humana pro ſua validitate non reſpiciat objectum indifferens, ſed malum univerſale vitandum, & bonum commune promovendum, Sine culpa à Subditis non poterit violari.

14 F Ex quo patet ſingulare diſcrimen inter legem Eccleſiaſticæ, & Civilis poteſtatis; Quòd illa etiam ſi procedat circa res, quæ ſecundùm ſe non ſunt nec bonæ, nec malæ, ſed indifferentes, nihilominus quia prohibitæ, obligare poſſunt ad culpam gravem. Comeſtio carnium, vel abſtinentia earumdem ſecundùm ſe non eſt nec bona, nec mala, ſed indifferens; nihilominus illarum comeſtio per Eccleſiam prohibita, ſi violetur, ad mortale condemnat; Lex autem Civilis poteſtatis ſi non eſſet de communi bono ruendo, & de univerſali malo vitando, ſed de re prorſus indifferente, irrita, & nulla eſſet, & ſic defectu ſuæ validitatis culpam non importaret.

14 G Nec dicas, quòd auditio Sacri ab Eccleſiæ Poteſtate præcepta obligat ad mortale, à Poteſtate verò ſæculari, non obligat; nam contra eſt. Quia auditio Sacri à Rectore ſæculari injuncta, eſt extra ſpheram cujuſcumque ſuæ poteſtatis, & potius eſt conſilium concernens Scholares, & Fideles ad devotionem excitandi: nam quemadmodùm verba ſignificantia conſilium, aliquando rationem præcepti habent, ita verba importantia præceptum, non majorem, quam conſilii vim obtinent. *Vide infra num.* 135. Et præcipere ſecundùm Jura, inſtruere denotat. *Reſ.* 11. *num.* 33. Sicuti Regulæ Religionum communes, ut in plurimum neque ad veniale coſtringunt, quia non habent rationem veræ legis, ſed potiùs inſtruunt ad pietatem. In ſumma mea propoſitio eſt, nihil legis rationem habere poſſe, niſi per quemcumque legis actum immediatè, & eſſentialiter reſpiciatur commune bonum, quod eſt omnibus aliquo modo benefacere, & ſingulorum damna, & incommoda impedire, & reparare: ut diſcurrenti per ea, quæ rationem legis habent, redditur manifeſtum. Adeoque ſemper ad aliquam culpam obligare; quia communi bono obſiſtere, ſemper adverſatur charitati. Et hæc breviter dicta ſint de hominum lege tam civili, quam Eccleſiaſtica; itaut ſi aliquando Eccleſiaſtico Superiori deficiat legitimus titulus ſpiritualis juriſdictionis, & ſub illo bona fide præcipiat, ſubrogata cenſenda erit civilis poteſtas, ut ejus præceptum à Subdito irritum non eludatur. De quo infrà *num.* 107. *ſeq.*

Hinc non dubitandum, ſub ſpirituali poteſtate jus Eccleſiaſticum contineri. De quo 3. *diſt. in Proœmio*, ubi de legum diſtinctione fit ſermo, *& alibi ſæpè*. Et Eccleſiaſtica Poteſtas quacunque ſæculari ſemper eſt major. *Cap. decerni-* 15

mus de ſentent. Excom. in 6. Gloſſ. ibi verb. Sæculares; Et Sæcularis Poteſtas ſpirituali ſubeſt. *Cap. duo ſunt 96. diſt.* Quod jus ab Eccleſiæ iñ Prælatos,& Superiores ſupra ſubditos deſcendit, & in Eccleſiam à Deo immediare infunditur. *Cap. nemo contemnat 11. quæſt. 3. & ſupra num. 6., & modò infra num. 17.*

16 Et indubitatum recipitur, omnem juriſdictionis poteſtatem à Supremo Capite, vel à Principe in inferiores diſtribui, atque communicari. Cùm ipſe ſolùm ſit omnis Juriſdictionis fons, à quo cæteræ fluunt, & refluunt, ſicuti flumina reſpectu maris. Bald. *in c. 1. §. n. 11. de pacte Jurament. firm., & ſub tit. de Allodiis, in uſibus feudi*: Gram. *dec. 46. in princ.* Ita ut quæ vis minima Juriſdictio dari non poſſit, quin à Principe trahat originem ad Text. *in l. & quia ff. de Juriſdict. in l. privatorum. C. eodem titulo per Innoc. in Cap. cùm ab Eccleſiarum de offic. Ordinis.*

17 Et ſpiritualem Juriſdictionem, ut innuimus *ſupra num. 6. 15.* à Sancta Romana Sede in cunctos Prælatos, & Officiales inferiores diffundi, definiunt Nicolaus II. *in Cap. omnes 22. diſt.* Eugenius IV. *in Decretal. Epiſt. ad Archiepiſcopum Cantuarienſem ſcripta, dum in Florentino præſideret Concilio; quæ incipit non mediocri in §. Quòd verò hac dignitas.* Et multa alia ſunt de hac veritate irrefragabilia documenta, quæ cumulanr Doctores *in Cap. ſicut unire de Exceſ. Prælat. in cap. 1. de transl. Epiſcop. in Cap. propoſuit de Conceſſ. prabendæ in Cap. quod translationem de offic. Legat. in Cap. ſunt quidam 25. quæſt. 1.*, & vide infra *num. 49. & 45.*

18 Diſcretio autem Poteſtatis ſpiritualis Juriſdictionis a Temporali demonſtratur ex illo divino oraculo deſuper pronunciato, quòd idem Mediator Dei & Hominum Homo Chriſtus Jeſus, ſic diverſis Officialibus diverſas Poteſtates, & Juriſdictiones diſpenſavit, ut ſæcularia ſæcularibus, ſpiritualia ſpirirualibus voluerit eſſe ſubjecta. *Cap. cùm ad Verum. Et Cap. ſi Imperator. 96. diſt. per totam. Et in Cap. ſolita. De Major., & obed.*, & Jo. Andreas poſt Hoſtien. *in Cap. per Venerabilem col. 6. in Verbo plenitudine poteſtatis, qui filii ſint legittimi.* Oldrad. *Conſil. 83. An Epiſcopus per totum*, & de hac differentia infra dicemus *num. 70.*

Unde ex hujuſmodi Juribus Prælatus Regularis in præcipiendo, ſēper alterurra uri neceſſe erit, juxta diverſa rerũ genera ſpirirualì, ſcilicet vel temporali Poteſtate; Ut in ordine ad præcepta temporalia temporalem, in ordine ad ſpiritualia ſpirirualem Juriſdictionem exerceat; Et in ordine ad puniendum, ſpiritualibus, vel temporalibus pœnis procedat. Sanchez *lib. 5. Mor. c. 1. num. 20.* & præceptum remporale ſi fuerit in materia gravi, ſine dubio ſub mortali obligabit. Sanchez *lib. 6. cap. 1. num. 17. 29.*; Et tranſgreſſio in Religioſo duas contrahet malitias, ſacrilegii nimirum ex violarione Voti obedientiæ: Injuſtiriæ verò, ex violata traditione. Caſtropalao modo citand., & dicemus infra *num. 75. 88. 90. & 112.* 19

Quòd ſi hoc Præceptum fieret ex ſpitiruali Juriſdictione, contraher quoque tertiam malitiam contra illam virtutem, in qua eſt præceptum; quod non præſumitur, niſi in præcipiendo adſit ſolemnis formula, & impoſitio Cenſuræ, aut gravis pœnæ. Conrropalao *parte 3. tract. 16. num. 75. & 88.* v. g. Superior rigoroſè præcipit Titio Religioſo juxta Regulas, ne ſolus viſitet aliquam ſuſpectam mulierem. Tranſgreſſio primò erit contra vo- 20

tum

tum obedientiæ, ſecundò contra Juſtitiam ex traditione, & ſi præceptum ſit ex ſpirituali Juriſdictione, erit quoque contra caſtitatem.

21 Poſt Poteſtatem Eccleſiaſticæ Juriſdictionis hactenus narratam; ſecunda Superioris Poteſtas, ut retulimus ſupra numero 5. dicitur illa, quæ reſultat ex quadam traditione, promiſſione, & pacto ſubditi cum Superiore, & Religione; mediante Profeſſione, quæ in illa emittitur; & dicitur Poteſtas quaſi dominativa; quæ quidem aliud non eſt, niſi jus quoddam acquiſitum Superiori, ad imperandum ſupra Religioſos, illiſque jubendi. Suarez, infra *num.16. d.* & patet per Textus, & Doctores adducendos infra *d. num.36.uſque ad* 40.

22 Sed pro clara notitia hujuſmodi Poteſtatis haud nos pigere debet, ut explicemus, quæ à nobis ſupra in Titulo promiſſa ſunt. Primò nimirum, quid veniat nomine virtutis obedientiæ, & ad quos actus ipſa præcisè ex ſe ſumpta ſe extendat. Secundò, quid veniat nomine Voti obedientiæ; & quos actus importet. Tertiò quid addat, & ſecum deferat Religioſa obedientia. Quarum rerum cognitiones optimè conſpirant, & conducunt ad declarandum, quid ſit præfata Poteſtas Dominativa ex Religioſa Profeſſione, & Traditione promanans.

23 Et ad primum reſpondemus, obedientiam, ſecundùm rationem ſpecialis virtutis ſpectatam, eſſe inclinationem quamdam & animi propenſionem, qua quis aliquid facere intendit, non quia utcumque honeſtum eſt, ſed quia Superior jubet, & mandat Leſſius *lib.2.cap.46. num.*23., & mediat inter Prælatum, & Subditum, ad Textum *in Cap. qui ſe ſcit.* 2.*quæſt.*6., & procedit ex reverentia Snbditi ad Superiorem. S. Doctor 2.2. *quæſt.*104. *art.*3. *ad primum*. Sicuti Religio eſt inter Deum & Hominem *Cap. unuſquiſque* 22. *quæſt.*4. Et reverentia eſt inter majorem & minorem. *Cap.*2. *de Offic. deleg. de Reg.Jur. Reg.* 19. *& Gloſſ. ibi num.*70.& Pietas eſt inter Parentes & Filios. S. Doctor citatus 2.2. *dicta quæſt.* 104. *art.*3. *ad primum*, ſicuti Religio mediat inter Deum, & hominem. *Cap. Unuſquiſque* 20. *quæſt.*4. Superior enim reſpectu Subditorum eſt Major & Pater. *Cap. Sinodum* 17.*diſt. & ſequenti*. Unde Superiori à ſubditis pietas & reverentia debentur.

Actum autem obedientiæ virtutis dupliciter contingere poſſe non dubitamus; quorum unus dicitur obedientia materialis, alius verò formalis. Materialis, eſt omne opus virtutis, quo præceptum Superioris impletur; licèt non ea intentione, qua eſt præceptum. Formalis verò eſt facere aliquid, quia præceptum eſt. Leſſ. citatus, & Doctores communiter cum Sanchez. *lib.6. mor. cap.*1. *num.*1. ſive obedientia formalis, eſt adimpletio præcepti ut præcepti. Doct. cit. & amplius dicemus infra. 24

Ad ſecundum verò dicimus: Votum obedientiæ eſſe promiſſionem Deo factam, propriam ſubjiciendi Voluntatem Prælato, & ſe obligandi ad faciendum quidquid ab eo utiliter imperatum fuerit *Cap. Summa.* 23. *q.*1. & ad ei parendum in omnibus, quæ cadere poſſunt ſub objectum virtutis obedientiæ juxta leges, & diverſas poteſtates, quas Prælatus habet ſupra ſubditos. Caſtropal. *part.*3. *tractat.*16. *diſp.*4. *punct.*1. *n.*1. *& ibid.diſp.*4.*punct.*2. *num.*1. 25

Et præfatum Votum ita neceſſariò pro ſuo formali reſpicit ex- 26

preſſum

preſſum præceptum, ut à Religioſo fieri non poſſit formalis actus Voti obedientiæ; niſi proprium Superioris præceptum interveniat. D. Thomas *de verit. quæſt.* 23. *art. ultimo arg.* 3. Juncta ſolutione. *Et* 2.2. *quæſt.* 186. *art.* 9. *in corp.* Sanchez *lib.* 6. *mor. cap.* 1. *num.* 5. Sylveſter *Verb. obedientia. fin. & ver. præceptum q.* 2. viguer. *lib. Inſtit. cap.* 5. §. *In principio.* Toler. *in fine ſumma tract. de ſeptem peccatis mortalibus. Cap.* 15. *num.* 10. Vaſquez 1. 2. *q.* 95. *art* 3. *diſp.* 155. *ad finem*: addens, Religioſum non teneri obedire, licèt noſceret internum actum Superioris imperantis, niſi ſimul eſſet voce prolatus, & expreſſus: quia homines ſimul ligantur, & tenentur imperio humano modo. Hoc enim intellige quantùm ad obligationem Voti, non verò quantùm ad perfectionem obedientiæ, ut dicemus infra *num.* 28. 103. & 145.

27 Si autem loquamur de actibus non Voti, ſed de illis, ad quos ſe poteſt extendere virtus obedientiæ, dicimus, ad iſtos non requiri expreſſum Superioris præceptum, ſed ſufficere tacitum. S. Thomas infra *num.* 127. Imò etiam ſatis eſt quæcumque umbrâ præcepti. Suarez citandus infra *num.* 157. *ſequent.* in qua præcepti umbra etiam præceptum tacitum continetur; & ſufficit quoque quæcumque Superioris voluntatis ſimplex maniffeſtatio, ſignificans Subdito ſuam mentem, aut placitum quomodocunque. S. Thomas, Cajet., Suarez *infra n.* 126. & *ſeq.*

28 Inſuper reſpectu Superioris conſiderati in actu primo poterit quoque dari actus virtutis obedientiæ aptitudinalis: Ideſt in præparatione animi ad Textum *in Cap. niſi Bella.* 23. *quæſt.* 1. & *Cap. Paratus ibidem*; & ipſum propoſitum obediendi erit ſpecialiſſimus obedientiæ actus, qui etiam ſuo modo reſpicit Superiorem, ut potentem præcipere. S. Thomas rotundè 2.2. *q.* 4. *art.* 7. *ad* 3. & *q.* 194. *art.* 2. *ad* 1. ibi — *Obedientia largè ſumi poteſt pro executione cujuſcumque, quod poteſt cadere ſub præcepto.* Imò executio eorum, quæ non ſunt de præcepto, ſed conſilio, eſt plus, quam obedientia; & eſt communis Theologorum ſenſus, quos Saachez *allegat. lib.* 6. *mor. Cap.* 1. *num.* 2., & *Cap.* 2. *num.* 3.

Quæ omnia pariter ſecum deſerunt rationem promptæ obedientiæ, ſiſtentis in eo, quòd, intellecta quocunque modo Superioris voluntate illicò Subditus operetur; de quo infra *num.* 34. 136. 139. S. Thomas Cajetanus, & S. Bonaventura infra *allegan. num.* 37. non expectando, ſed prævenieddo quodcumque præpræceptum, etiam facta declaratione per ſuperiorem, quòd nec ad minimum obligare intendit. S. Thomas expreſsè, & Suarez infra *num.* 137. Unde promptæ obedientiæ actus perfectiſſimus celebratur. *Cap. ſi Inimicus* 93. *diſt.* Pro quo etiam faciunt Textus modò ſupra allegati. Et promptæ obedientiæ perfectio eximiè à Sanctis Patribus commendatur, itaut Religioſis, ad illius affectum, & exercitium excitandis, nedum difficilia, ſed impoſſibilia quoque Superiores proponerent, ut poſteris promptæ obedientiæ eſſent exemplo. Azor *tom.* 1. *lib.* 12. *Inſtitut. moral. Cap.* 12. *q.* 3. *in fine.* Et perfectiſſima extollitur. Major. *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 5. *ſolut. ad* 2. *contra* 2. *Concluſionem*; De qua re fuſius infra *num.* 105. & *alibi*. Cùm modo ſit ſatis virtutis obedientiæ actus colligere, & recenſere illos, ad quos ipſa virtus obedientiæ ſe extendit.

Inſuper ſi conformitatem natura docet ſervandam inter illos, qui ſimul 30

mul vivunt. *Cap. illa autem 12.diſt.* Multò magis illa conformitas amplexanda cenſetur, quam natura dictat, per Subditum ad Superioris mentem eſſe præſtandam, *Cap. quæ contra 8. diſt.* ibi ,, *Generale quippe pactum eſt ſocietatis humanæ, obedire Regibus*. Cùm jure naturali, & divino quicunque ſuo Superiori obedire teneatur, & homo homini. S. Doctor pluries expreſsè *2.2. quæſt.69. art.1. in corp. & quæſt.88.art.10.ad 2. & q.104. art.1.*

31 Hinc naſcitur, quòd quicunque Subditus habeat quamdam, ut modò ex S. Thoma dictum eſt, naturalem obligationem conformandi ſuam voluntatem cum illa Superioris. Hunc enim inſtinctum in ipſo Subdito, ſicuti inter Parentes, & Filios natura præparavit. Clement. *Paſtoralis lib.2.cap.2. gloſ. ibi Verb. Juris naturalis*. Et ad Superiorem in Subdito eadem natura ſubordinationem impreſſit: ex Juribus modò allegatis. Sic talis obligatio ſufficit ad conſtituendam veram, & propriam rationem objecti virtutis obedientiæ, prout eſt ſpecialis, ut modò explicavimus ſupra *num. anteced.*. Cùm hoc pacto etiam interveniat aliqua præcepti ratio, ſive taciti ſive expreſſi, ſive directè ſive indirectè: & cùm hujuſmodi præceptum ſit potiùs naturale, quàm liberè pronunciatum, actus inde ſequens, non dicendus erit ex Voto obedientiæ, ſed ſolùm ex propria obedientiæ virtute prodire.

32 Tantò magis quòd conformiter ad Textus modò allegatos, & *Cap. ſummam 23. quæſt.1.* Superior ratione ſui officii habet ſpecialem, & potiorem vim movendi Subditum, quàm habeat quilibet purus Amicus. Adeòque ſi Amicus merè movet ſuaſionibus & conſiliis, ad aliquid faciendum; neceſſe eſt, quòd Superior in eo, in quo Amico prævalet, aliqualiter præcipiat. Conſilium enim eſt voluntatis; Præceptum autem neceſſitatis. *Cap. quiſquis 13. quæſt.1.* ibi ,, *Præcepto Domini non obedire peccatum eſt. Conſilio, ſi uti volueris, minus boni adipiſceris. Quod præcipitur, imperatur. Quod imperatur neceſſe eſt fieri. Ubi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt. Ubi præceptum, neceſſitas eſt ſervientis*. Ex quibus perſpicuum redditur, quòd Superioris voluntatis manifeſtatio aliquam exhibet præcepti ſpeciem. Suarez *tom.4. de relig. tract.10. lib.4.c.14. num. 17.* de quo infra *num. 136. ſeq.*

Et virtutis obedientiæ prærogativa, quæ collocatur in quarto obedientiæ gradu, eſt obſervare non ſolùm, quæ ſtrictè à Superiore præcipiuntur, ſed etiam quorquot ab illo deſiderari deprehendimus. Leſſius *lib.2. cap.46. num.39.* hos, & alios actus cumulant Doctores, ad quos virtus obedientiæ ſe poteſt extendere. 33

Facta igitur collatione inter ipſammet obedientiæ Virtutem, & obedientiæ Votum, & recapitulando præfata *à num. 25.* videmus, quòd Religioſus per obedientiæ Votum ſolùm tenetur ſe extendere ad actum illum, qui erit ſub præcepto formali, & expreſſo à Superiore injunctus. 34

Per virtutem autem obedientiæ poterit ſe extendere ad multò plures, nimirum primò, non ſolùm ad illos omnes, qui præcepto formali, & expreſſo imperantur; ſed etiam ſecundò ad illos omnes, qui præcepto, ut dictum eſt *num.26.27. & 136.139.* tacito, & ſub umbra præcepti conſiderari poſſunt. Tertiò ad illos, de quibus Superior ſuam voluntatem quomodocunque ma-

niſeſtat. Quartò ad illos, quos quis facit per aptitudinem, & per animi præparationem ad obediendum Superiori, aut quia de illis à Superiore poteſt imponi præceptum. Quintò ad illos, quos exercere poteſt per promptam obedientiam omne præveniendo, & nullum expectando præceptum. Sextò ad illos, quos judicat habere conformitatem cum Superioris voluntate. Septimò ad illos, quos à Superiore deſiderari deprehendit; de quibus infra *n.126.*, *& ſeq. & Reſol.15.num.26.*

35 Quid autem veniat nomine Religioſæ Obedientiæ, quæ ſola Obedientiæ virtute perfectiot reputatur, magiſque ligat, & urget.

Reſpondemus, quòd in Religioſa obedientia duo neceſſariò continentur, Votum nimirum obedientiæ, & Promiſſio quædam, Pactum, & Traditio Prælato facta in actu Profeſſionis à Profitente, de illi ſe ſubjiciendo in omnibus, atque parendo, ex Textibus ſupra allegatis *num.45.*, & ex modò adducendis *num.ſeq.36.*, *&* 39. quod manifeſtè demonſtratur. Quia votum obedientiæ, ut diximus ſupra *num.25.*, eſt promiſſio facta Deo obediendi homini. Traditio autem eſt promiſſio facta homini de obediendo homini. Unde præfatum Votum obedientiæ optimè ſtare poſſet ſinè ulla traditione, & promiſſione homini facta; ſicuti ſtare poſſet Votum Deo, dandi Petro Elæemoſynam, quin de hoc aliqua facta ſit Petro promiſſio. Caſtropalao *par.3. tract.16.diſp.4. punct.1. num.1.*

36 Sed quia Religioſus ſtatus eſt perfecta Perſonæ profitentis abnegatio, ſua totali ſe ſpoliantis libertate, *dicto Cap. non dicatis* 12.*q.*1., & tradentis ſe in omnibus Religioni: *Cap. Porrectum de Regularibus lib.*3., ejuſque Prælatis gubernandum, & regendum *dicto Cap. non dicatis* ibi.. *Religioſi ſe per promiſſam obedientiam pœnitùs aliorum poteſtati, & imperiis ſubdiderint. Et Cap. cui portio, ibidem* ibi.. *Ut ſuis ſe abnegent, quia ſervire Deo elegerint.* Immò ex his Textibus, & aliis infra *num.38.39.* allegandis, efficaciùs, & potiori jure Religioſi ſe ſubdunt Superiori, quàm Filius Patri, & Servus ſuo Domino, Sic in Religioſa Profeſſione, non ſolùm requiritur, & continetur obedientiæ Votum Deo factum, ſed etiam ipſius perſonæ traditio per promiſſionem homini factam; *dicto Cap. Porrectum*; cum pacto, & promiſſione exequendi Superioris voluntatem, ejuſque adimplendi præcepta. Quæ eſt humana promiſſio. Sed voto obedientiæ conſecrata, & firmata, atque ad ſpeciem virtutis Religionis translata. Theologi communiter. Caſtropalao *dicta parte 3.tract.16.diſp.4.punct.121.* poſt Suarez *tom.3. de Relig. lib.10. cap.5. n.4.*

Et Votum obedientiæ, atque Religioſa Traditio ita inter ſe comparantur, ut Votum quaſi intrinſecè augeat obligationem parendi Prælato, provenientem ex traditione, eique addendo novam, & præſtantiorem rationem obligationis. Suarez *dicto tom.3. de relig. lib.10. cap.6. n.8.* 37

Quæ omnia evidenter eluceſcunt, ſi ſedulò inſpiciamus, in Profeſſione oriri reciprocam obligationem, quæ uti reciproca induci non poteſt ſinè conſenſu duorum, ut conſtat in omnibus contractibus *l. in omnibus ff. de act. & obligationibus: & l. ſicut C. eodem.* Quia Monachus obligatur ad obedientiam juxta Regulam Superiori exhibendam. *Cap. cùm ad Monaſterium de ſtat. Monachorum, & Cap. ſi Religioſus de Elect. in 6.* vide 38

infra *num*.47. & viceverſa Religio obligatur Religioſo ad alimenta, ſecundùm Regulę præſcriptum pręſtanda *Cap.final.ne Religioſi.de Regularibus*.

39 Et conſequenter hic nobis ponderanda proponuntur verba illa, nimirum, *Religioſa Traditio*. Nam tradere ſe Abbati, ſeu in manibus Superioris ſe tradere, importat, eorum poteſtati, & dominio ſe ſubmittere. *dicto Cap. non dicatis* 12.*quæſt*.1. *Cap. omnis* 11. *quæſt*.3.*& Cap.addidiſtis* 20.*q*.1. & facit Textus *in l.traditionibus.C.de pactis & in l. traditio ff. de acquiren. rerum domin*.cum Concordantibus, & Dynus *in Cap.nemo poteſt de reg. Jur. in* 6.. Et ita idem eſt tradere ſe Abbati, ac ſolemniter profiteri. *Dicto Cap.ſi Religioſus de elect. in* 6. Quod tenet Lapius *allegat*.129. *incipien.factum, ſuper quo num*.10. Præſertim quando quis ſe tradit Abbati non ſimpliciter, ſed in Monachum:ad tenorem Textus *dicto Cap.Porrectum de Regularibus*. Hoc enim nihil eſt aliud, quàm ſeAbbati ſubjicere tamquam Monachum, eique obedientiam promittere, non ſolùm per Votum obedientiæ in ſolemni Profeſſione Deo factum; Sed per ſpeciale pactum cum ipſo Superiore initum in eadem Profeſſione incluſum. Innocen. *dicto Cap. Porrectum in princip*. Hoſtien. *ibi num*.2.*in fine verb. tibi ſe tradidit*. Et Jo. Andreas *eodem num.& verb.*

40 Ex quibus hucuſque narratis manifeſtè convincitur, dari in Superiore ultra poteſtatem prædictam *num*. 6. ſpiritualis Juriſdictionis, poteſtatem quoque illam dominativam, ſupra indicatam *num*.5. *&* 21., & deſcriptam à Suarez infra *num*.61.,ac reſultantem ex adducta traditione Subditi in manibus Superioris in actu Profeſſionis, & ex mutua obligatione inter Subditum & Prælatum, ad notos Textus *ſup. num*.38. allegatos, & *Cap. cùm ad Monaſterium de ſtat.Monachorum, & Cap.final.ne Religioſi de Regularibus*.

Tertia Poteſtas dicitur Civilis, Politica, & Domeſtica, ſeù Æconomica, quæ datur in Parentibus ad Filios, in Patre familias ad Domeſticos, in Rectoribus ad Communitates, in Dominis ad Servos in Republica ad Cives. Superior enim eſt Miniſtrator, & Rector, & Paterfamilias ſecundùm ſuæ Religionis leges; & habet obligationem Bona temporalia conſervandi, & miniſtrandi juxta Apoſtolicarum Conſtitutionum formam, & ſuæ Familiæ de omnibus juxta conſuetudinis ſtatum, & uſum receptum providendi: ad laudatum Textum modò citatum *Cap. fin. ne Religioſi de Regularibus*. Et pro hujuſmodi bono, & prudenti regimine poteſtatem habet ordinationes, & præcepta imponendi. Doctores communiter cum Sanchez *lib* 6. *Mor.cap*.1. *n*.17. & infra hìc *n*.116. 41

Quarta tandem Poteſtas provenit ex Voto Obedientiæ, per quod Superior recipit legitimam facultatem recognoſcendi obligationem in Subditis ſibi parendi ſub merito, & Religionis virtute, & deformitatem Sacrilegii in tranſgreſſoribus objurgandi. 42

Verum tamen eſt, quòd hujuſmodi Poteſtas, quam Superior ex Voto recipit, ſemper debet ſupponere aliam in ipſo legitimam Juriſdictionis poteſtatem, ea ſolida ratione, quia obedientiæ Votum nihil addit in actibus præceptis,niſi Religionis ſpeciem, & tranſgreſſionem in ratione Sacrilegii conſtituit, ut communiter Doctores, cum Sancto Thoma, & cæteris 43

modò infra citandis, ſicuti ſi filius v. g. emitteret Votum obediendi Parentibus, tunc cuicumque obedientiæ actui ab ipſo præſtito ex virtute pietatis adderet virtutis Religionis ſpeciem: Similiter & Servus ſi Votum parendi Domino profiteretur. Caſtropalao *parte 3. tract.16.diſp.4 punct.1.num.3.* cujus verba dabimus infra *num.*75. Aliàs nullus Superior legitimè, & validè poſſet præcipere; Sanchez *lib.5. moral.cap.1.num.*15., *&* 20. Profectò de eſſentia Religioſi ſtatus, ut modò ſupra dictum eſt, *n.*4. *& ſeq.* requiritur, quòd in illo conſtituatur aliquis Superior poteſtate & Juriſdictione pollens in Subditos, ad illos gubernandos, dirigendos, atque pœnis compulſandos: & cùm nemo, qui alicujus Principis Subditus reperitur, alteri ſupra ſe dominium permittere poſſit: Caſtropalao modò *cit num.*43. ne læſæ Majeſtatis reus effectus puniatur: Concil. Toletan. *6.cap.*14. Concilium Vormat. 1. *cap.* 43. *& Cap. ſi quis 6. quæſt.*1. Hinc ſequitur, quòd obedientiæ Votū, & obligatio alteri parendi nunquam effectū ſortiri valeat, niſi reſpectu illius, cui denuo per Votū promiſſa eſt obedientia, & legitimam habeat jubendi poteſtatē, & Juriſdictionē à Majori-
44 bus conceſsā. Sanchez *cit.n.*15. ibi -- *Status Religionis, ſumptus, quoad ejus eſſentiam, conſtitui debet ſub alicujus Capitis poteſtate, & juriſdictione; & hoc modo eſt ſolius Juris Eccleſiaſtici. Quippè tria Vota non habent jure naturali, aut dominio poſitivo, ut voventem ſub peculiari alicujus Juriſdictione conſtituant.* Bellarmin. *Controv. tom.2. l.2. de Monachis, cap 2. initio.* Vaſquez 1.2. *quæſt.96.art.4.diſp.*165. *cap.4. num.*48.

45 Et idem Sanchez ibidem *num.*20. ibi -- *Requiritur, ut vovens obedientiam, conſtituatur ſub alterius Juriſdictione, & poteſtate, quod non vi, & natura Votorum conſurgit, ſed derivatur à Pontifice erigente Religionem, & hac ratione probavimus num.*15., *nullum poſſe conſtitui verum Religioſum jure ipſo naturali, & ex vi Votorum, ſed oportere accedere Eccleſiæ conſenſum. Nemo enim poteſt vi ſolius Voti ita alteri ſe ſubjicere, ut Juriſdictionem illi præbeat.* Et ſequitur ibi --

Quippe, etſi perſonæ non ſubjectæ Principi poſſint inter ſe convenire ad eligendum ſibi Principem, Judicemque &c. & ſubinde ad dandam illi juriſdictionem, & alteri committere, prout optimè Vaſquez *dicta diſputatione* 165. *cap.4.n.*14. & bene probat, hanc Juriſdictionem dimanare ab ipſo Superiore Religionem approbante. Et Juriſdictionis Poteſtatem ſemper à Principe derivare ultra allegata ſupra *num.6.&* 15., *& ſeq.* eſt communis Doctorum Sententia. Layman. *lib.4. tract.5.cap.9. de ſtatu Religioſ.* & alii. 45

Quibus rationibus clarum efficitur, quòd Poteſtas, quæ in Superiore Regulari ſupra ſuos Subditos conſurgit, ex vi obedientiæ Voti ab ipſis in Profeſſione emiſſi, nihil aliud tribuit, niſi quòd in actu præcipiendi poſſit adjungere obligationem ſpectantem ad Religionis virtutem, & reddere transgreſſores puniendos de Sacrilegio commiſſo: non autem dat Superiori legitimam facultatem Juriſdictionis in has, vel illas Perſonas ad actu illas ſuis præceptis percutiendas. 46

Et ex hujuſmodi veritatum catena trahimur ad cognoſcendum, quòd duplex poteſtatis genus reſidere debet in quocunque Capite. Unum, quod deſignet, determinet, & limitet materiam, & rerum 47

Seriem,circa quam Superior in præcipiendo verſari poterit:Aliud,quod determinet Perſonas , ſupra quas ſuam poteſtatem valeat exercere .

48 Quòd debeat dari in Superiore primum poteſtatis genus ; ex eo demonſtratur , quia Subditi obedientia effrænatè expoſci non debet ultra id , ad quod ſecundùm leges ſe habet Superioris poteſtas.S. Doctor rotundè *quodlibet.* 10. *art.* 10. *in Corp.* -- ibi -- *Quia obedientia non ſe extendit ultra poteſtatem , vel jus Prælationis . Qua quidem ſecundùm regulam limitatur . Itaut Superior extendendo limites materia pertinentis ad ſuam poteſtatem , ſubditus non teneatur obedire . Et* 2.2. *quæſt.* 104. *art.*5. *in Corp.* - ibi - *Subditus non tenetur Superiori obedire , ſi ei aliquid præcipiat , in quo ei non ſubdatur .* Pro quo faciunt Jura ſupra allegata . *Reſol. VIII.* &c. & alleganda modò infra *n.*50.

Undè Superior præcipiendo juxta formam, qualitatem, & quantitatem ſuæ Poteſtatis, neceſſe erit, quòd verſetur circa aliquam determinatam rerum Seriem , & materiam , & in aliqua determinata honeſtatis ſpecie , quia ad illicita Superior non poteſt obligare . S. Doctor *dicta quæſt.* 104. *art.*5. *ad* 3. , & facit Textus *Cap. ſi Epiſcopus quis fortè. & Cap. ſequens* 11.*quæſt.*3.*& Cap. ſi quis præpropera.* 50. *Diſt.* ubi docemur , priùs examinandum , An præcepta ſint juſta , poſtea implenda .

49 V, G. Poteſtas Patrisfamilias verſabitur dumtaxat circa ea , quæ ſpectant ad filiorum educationem, atque ad alia domeſtica negocia,de quibus *ſup. num.* 8. *& ſeq.* Poteſtas Domini in ſervos circa ſervilia. PoteſtasDucis in Milites circa bellica. Ex quibus fit notum,quòd quęlibet Poteſtas in Capite determinat rerum ſeriem , & materiam , circa quam ex officio debet procedere , ut ſupra innuimus *num.* 9. S.Doctor *dicta quæſt.* 104. *art.*5. *in Corp.* -- ibi -- *Tenetur Subditus ſuo Superiori obedire ſecundùm rationem Superioritatis . Sicut Miles Duci in his , quæ pertinet ad bellum .* Ecce reſtrictio , & determinatio materiæ . *Servus Domino , in his , quæ pertinent ad ſervilia . . . . . . filius Patri, in his , quæ pertinent ad diſciplinam vitæ , & curam domeſticam ; & ſic de aliis .* Adeoque redditur indubitatum , quòd Superior non poteſt exorbitare, & effrænatè procedere , Subditis indifferenter omnia jubendo , ſed dumtaxat aliqua determinata ex officio ſuo , & poteſtate , & non alia. S.Doctor *dicta quæſt.*104. *art.*5. *ad* 2. -- ibi -- *Deo ſubjicitur homo quantùm ad omnia , & ideo in omnibus ei obedire tenetur . Subditi autem non ſubjiciuntur ſuis Superioribus quantùm ad omnia , ſed quantùm ad aliqua determinatè .* Nihil clarius. Itaut ſi Pater velit filio præcipere res bellicas , & Dux res domeſticas , filius neutri obedire tenetur.S.Thomas *in* 2.*dict.*44.*quæſt.*2. *art.*3. *ad* 1.

50 Religioſus autem per Votum obedientię ſubditur Superiori quantùm ad generalem quamdam rerum diſpoſitionem Vitæ ſuæ : non verò quoad omnes actus particulares . S. Doctor *dicto quodlib.* 10. *art.*10. *ad* 3.Et loquendo de particularibus actibus ſolùm obligatur ad illos,qui in Regula continentur . S. Thomas *dicta quæſt.*104. *artic.*5. *ad* 3. , -- ibi -- *Religioſi obedientiam profitentur quantùm ad Regularem Converſationem , ſecundùm quam ſuis Prælatis ſubduntur , & ideo quantùm ad illa ſolùm obedire tenentur . Et dicto quodlibet .* 10. *art.* 10. *in corp.* habet - ibi -- *Obedientia non ſe extendit ultra Poteſtatem , & Jus Prælationis , quæ quidem ſecundùm*

Regu-

Regulam limitatur . *&* *argum.* 3.-- ibi -- *Quilibet Subditus etiam ſecularis tenetur obedire ſuo Prælato in aliquibus , quæ pertinent ad jus ſuæ Prælationis . Et in* §. *Sed contra* -- ibi -- *Religioſus non teneri ad plura. ...... niſi quatenus ſe per Votum obligavit : Sed per Votum non ſe obligavit ad obediendum , niſi ſecundùm Regulam ; Ergo in pluribus obedire non tenetur quàm quæ ſunt ſecundùm Regulam* . De quo modò ſupra *num.*48.

51 Illa autem ſecundùm Regulam eſſe intelliguntur , quæ tacitè , vel expreſsè conducunt ad illam.S.Thomas -- ibi -- *Ad Regulam pertinere intelligenda ſunt, non ſolùm ea, quæ ſunt expreſſa in Regula , ſed etiam illa , quæ quomodocunque ad Regulam reducuntur* . Quem ſenſum communiter Doctores recipiunt . Sanchez *lib.6. mor. Cap.*1. *num.*24. ubi expreſsè declarat tacitè contenta eſſe, quæ moraliter cenſentur neceſſaria ad ipſius Regulæ expreſſæ obſervantiam, quibus omnibus maniſeſtè convincitur , quòd in Superiori dari debet talis generis poteſtas, quæ non ſit effrænata , ſed prudenter determinata in aliqua ſerie & linea illarum rerum , ad quas poteſt licitè in præcipiendo ſe extendere ; aliàs in Religionibus maxima oriretur confuſio. S. Doctor *d. quolib.*10.*art.*10. *ad primum*, ibi -- *Votum obedientiæ non reſpicit generaliter omnes actus ; Unde niſi determinaretur ejus generalitas, eſſet Religionum confuſio* .

52 Hæc omnia ad ominem , & validiſſimè concluduntur unico Canonico exemplo Etenim in Miniſtro Eccleſiaſtico poteſtas ordinis deſignat , & determinat actus , quos ille ratione ſui Ordinis , & Poteſtatis poterit operari . Poteſtas autem Juriſdictionis deſignat , & determinat Perſonas has vel illas , & non alias , reſpectu quarum ſui Ordinis actus poterit exercere ; Etenim Poteſtas Ordinis dat Sacerdoti virtutem abſolvendi à peccatis . Poteſtas Juriſdictionis determinat Perſonas,ſuper quas beneficium abſolutionis poterit impendi . De hac veritate ſacri abundant Canones:pro cunctis*Trid. de Pœniten. Cap.6. & 7.*

Aliud verò Poteſtatis genus nuncupatur Juriſdictionis, quæ non dat ſpeciem actui præcepto , ſed illum in aliqua ſpecie ex objecto ſupponit , & ſolùm tribuit legitimam facultatem , & exercitium præcipiendi ſupra quaſdam determinatas Perſonas has, vel illas, & non alias; cùm juriſdictionis poteſtas in non ſubditum nihil operetur . *Cap. ut Animarum de Conſtitut. in 6. Cap. At ſi Clerici . De Jud. & Cap. à nobis primum de Sententia excom.* Sic defectus poteſtatis in agente ſemper reddit actum ipſo Jure nullum.*Cap. P. & G. & ibi Doctores de offic. delegat.* , *&* Bald. *Conſ.* 326. *num.*2. *Verſ. quod primo lib.* 1. Et cauſa quantumcunque urgens numquam ſupplet poteſtatis defectum . Bald. *in lib. cunctos Populos num.*15. *verſ. ita ratio non valet . Cap. de Summa Trinit. & fide Catholica* . Antonius de Butrio *in Cap. Eccleſiæ S. Mariæ num.* 20. Nam in diſpenſando , ad quod valida requiritur Juriſdictio , cauſa publicæ neceſſitatis , aut utilitatis qualitatem Actus diſpenſationis reſpicit . Poteſtas verò ſubſtantiam actus intuetur . 53

54 At finè ſubſtantia , ſaltèm naturaliter,nulla poteſt ſubſiſtere qualitas , ut communiter Philoſophi . Et facit Textus *in L.*2.*ff. de Uſufructu* ; *& L. nec ullam aliàs eſt*, *& L. etiamsi* . §. *Si quis abſentis* ; & ibi Angelus *Conſil.* 390. *chariſſime frater. n.*1. Undè legitima juriſdictionis Poteſtas ad cujuscunque actus validitatem exoptatur . *Cap. cùm*

ſuper

ſuper de offic. delegat. L. cum te. ubi Bald. *n.* 1. *Cap. de donat. ante nuptias*, & idem Baldus *in Conſil.* 326. *Rex Romanorum num.* 2. Itaque, ut Regularis Superior ex Voto obedientiæ legitimè, & validè præcipiat, & ſuo præcepto Subditum percutiat, & effectum ſortiatur, illum obligandi; non ſufficit, quòd habeat poteſtatem præcipiendi ex Voto obedientiæ in aliqua materia, & rerum ſerie; Sed etiam requiritur juriſdictionis poteſtas ſupra determinatas perſonas. Quæ Juriſdictio, ſive ſit temporalis, ſive ſpiritualis, ſemper à Summis Principibus temporalibus, vel eccleſiaſticis ad inferiores Officiales deſcendit. Ex Juribus allegatis ſupra *n.* 15. *& ſeq. & num.* 44. 45., vel provenit à natura ut in Parentibus ad filios: & utramque Juriſdictionem temporalem, & ſpiritualem in Regulari Superiore reperiri, conſtat ex duplici poteſtate, qua pollet, Spirituali & Civili, ac prout etiam eſt Paterfamilias. Sanchez. *lib.* 6. *mor. Cap.* 1. *n.* 21.

55 Hine ſedulò inſpiciendum, quòd ex dictis quatuor poteſtatibus ex juribus allegatis, quæ juxta duplex memoratum genus in Regulari Superiore reſident, in ordine ad præcipiendum, aliqua ſe habet activè ex parte ipſius Superioris, conferens illi in ratione cauſæ efficientis legitimam facultatem jubendi his, vel illis perſonis determinatè, & non aliis. Alia ſe tenet ex parte rerum præcipiendarum, deſignans, & limitans ea, circa quæ in præcipiendo Superior verſari poteſt. Alia tandem ſe tenet ex parte objecti moralis, dans ſpeciem in eſſe moris actibus præceptis.

56 Poteſtas, quæ ſe habet activè, & tribuit Superiori in ratione cauſæ efficientis facultatem legitimam præcipiendi aliquibus determinatis perſonis, ſpecialiſſima eſt illa, quæ dicitur Spiritualis, & Eccleſiaſticæ Juriſdictionis Poteſtas, deſcendens in Superiores Regulares à Summo Pontifice, ut dictum eſt ſupra *n.* 15. *& ſeq. & nu.* 44. *&* 45. & dicemus ex Suarez *n.* 61. *a*

Poteſtas, quæ ſe tenet ex parte rei præcipiendæ, eſt illa, quæ præſcribit ea, circa quæ Superior ſe poteſt extendere in aliqua rerum ſerie, ut differuimus ſupra *nu.* 48., *& ſeq.* Quarum una eſt Poteſtas Dominativa, orta ex prænarrata traditione, promiſſione, & pacto, quorum vigore cùm Prælatus, ut dicemus ex Suarez *num.* 61. habeat ſupra Subditos jus imperandi, & præcipiendi: ſic ad omnia illa ſe extendit, quæ ſub ſuum Dominium ſecundùm Religionis Inſtitutum cadere poterunt. 57

Poteſtas verò, quæ ſe tenet ex parte objecti moralis dans ſpeciem actui præcepto, una eſt præfata Dominativa, quæ cùm oriatur ex dicta traditione, promiſſione, & pacto Religioſi cum Superioribus, inducit ſpecialiter in actu præcepto obligationem fidelitatis, & juſtitiæ Subditi ad Prælatum. Doctores communiter, ad Text. *in Cap. Caſellaſ.* 10. *q.* 2. hæc enim eſt ſocietatis humanæ poteſtas in *Cap. quæ contra* 8. *diſtinc.* Altera eſt dicta poteſtas civilis, & politica, & domeſtica, deferens ſpecialiter in actu præcepto virtutem Pietatis Familiæ ad Caput, Filiorum ad Parentes. *Cap. ſi qui filii.* 30. *diſt. Cap. in Singulis.* 86. *diſt.* de quo infinitis Juribus erudimur, & explicat S. Doctor 2. 2. *q.* 104. *art.* 3. *ad primum*. Tertia eſt poteſtas promanans ex Voto obedientiæ, quæ habet in præcipiendo virtutis Religionis ſpeciem & tranſgreſſionem in ratione ſacrilegii qualificat. Doctores communiter. 58

Sed inquires, ad quod ultra perſonas ſe extendat Spiritualis Ju- 59

riſdictionis Poteſtas magis, & minùs juxta Superiorum prærogativas, & qualitates, ſervata tamen quadam graduatione, & cautela, quòd inferior Officialis non impediat Majoribus obedientiam. Suarez *tom.3. de Relig. lib.10. Cap. 11. nu.6. ſequen.* Caſtropalao *par.3. trac.16. diſp. 4. punc.2. num.1.* Divus Thomas 2.2. *q.104. art.5. & in 2. diſt.44.* in expoſitione litteræ ab Univerſis receptus. Et conſonant Textus *dicto Cap. quæ contra. 8. diſt. Cap. non decet. 12. diſt. Cap. ſequen. & Cap. ſi Inimicus. 93. diſt.* Etenim, eo ipſo, quòd Superior habet aliquem ſub ſe, neceſſe eſt, ut recognoſcat alium, ſupra ſe, excepto Summo Pontifice. *Cap. licèt §. Fin de elect.*

60 Reſpondemus, quòd Superior per Poteſtatem Juriſdictionis Spiritualis, & Eccleſiaſticæ poteſt multa efficere, & imponere ſpiritualia præcepta, cenſuras fulminare, leges condere, & deſuper illis diſpenſare, ut dictum eſt ſupra *n.54.* & Subditos per vim coactivam pœnis compellere in quacumque materia, & rerum ſerie, ad quas cæteræ prefatæ Poteſtates ſe extendunt; ut conſtat ex dictis, & notat Sanchez *lib.6. Mor. Cap.1. num. 24.* Quæ autem ſint Spiritualia præcepta mox dicemus *num.70.*

61 A Suarez. *Tom. 3. de Religione lib.2. de Religioſi ſtatus eſſentia &c. Cap.18. nu.5.* inquirit -- ibi -- *Quid nomine Juriſdictionis, & Poteſtatis dominativæ ſignificetur*. Et reſpondet -- ibi -- *Nomine Juriſdictionis in præſenti ſignificari poteſtatem Spiritualem ad Claves Eccleſiæ pertinentem, & conſequenter à Chriſto D. datam, vel derivatam medio Vicario ſuo &c. Per Poteſtatem autem dominativam intelligi oportet Jus acquiſitum Religioni, & Prælatis ejus ad imperandum Religioſis, & utendum operibus eorum, prout conveniens judicaverint. Quæ poteſtas non pertinet ad Claves, nec à Chriſto deſcendit .... Sed orta eſt radicaliter à voluntate profitentium talem Regulam, & ſe donantium Religioni, cum promiſſione & obligatione obediendi ſecundùm illam. Undè manifeſtum eſt, talem poteſtatem (ſi eſt) diſtinctam eſſe à poteſtate Clavium, & conſequenter à Juriſdictione dicta, & explicata. Quamvìs impropriè, & abuſivè loquendo, vocari poſſit Juriſdictio: extendendo hanc vocem ad omnem poteſtatem imperandi, & cogendi, quam habet Pater in filium, Dominus in Servum .... Quia hæc, neque in Jure Canonico, nec in Civili dicitur Juriſdictio.*

Et infra *num.6.8.* dicit, quòd 61
in Statu Religioſo requiritur in Prelato Poteſtas gubernativa à Juriſ- B
dictione diſtincta, & ſeparabilis, cùm ſinè illa Communitas regi non poſſit; bene autem poſſit regi ſinè illa poteſtate Juriſdictionis, & dicit, eſſe advertendum, quòd non omnis coactio, & punitio eſt actus propriæ Juriſdictionis, ut patet in Patre reſpectu Filii, in Domino reſpectu Servi &c. Suarez. *Loc. cit. nu.9.* Licèt ad perfectum regimen Religioſæ Communitatis neceſſaria ſit propria poteſtas Juriſdictionis: Quia ſicuti Spiritualis Juriſdictio requiritur ad regendam Univerſam Eccleſiam, præſertim Eccleſiaſticos, ita facta inſtitutione alicujus Religioſi Status, ſtatim ſpecialis ſubjectio ad Spiritualem Eccleſiæ Juriſdictionem reſultat. Idem Suarez *loc. cit. num.11.*

Undè illa ſubjectio non eſt 61
conditio neceſſaria ad Statum Reli- C
gioſum conſtituendum, ſed eſt quaſi proprietas conſequens ad illum, & eadem ratio eſt de Juriſdictione, quæ illi ſubjectioni reſpondet, ſicuti

ex or-

ex ordinatione Clerici ſequitur illius ſubjectio ad Prælatum habentem Spiritualem Juriſdictionem; non verò illa ſubjectio, & juriſdictio eſt conditio neceſſaria ad Clericatum. Idem Suarez *loc. cit. num.*12.

61 D Concludimus ergo, aliquod genus Poteſtatis gubernativæ, & quaſi paternæ eſſe per ſe neceſſarium in ſtatu Religioſo,& quaſi ab intrinſeco ratione obedientiæ, & traditionis ſpiritualis, quam ille ſtatus includit. Propriam autem Juriſdictionem non ita; quamvis ſemper ſit conjuncta cum priori poteſtate. Idem Suarez *loco cit. num.*14.

61 E Hinc certum accipitur, votum obedientiæ ſolùm obligare ad illa, quæ continentur in Regulis. Suarez præfatus *tom.*3. *lib.*10. *de Voto obedientiæ. cap.*8. *num.*5., & dicit ibi, eſſe communem Doctrinam Scholaſticorum, & Theologorum, atque Canoniſtarum, Prælatum non poſſe obligare ad ea, quæ ſunt ſupra Regulam.

62 Tandem per Poteſtatem civilem politicam æconomicam, & domeſticam, Superior jubere poteſt ea ſolùm, quæ conferunt ad commune temporale familiæ bonum ejuſdem:temporalia præcepta injungere, corrigere, & punire, ad quos effectus habet temporalem, & ſufficientem Juriſdictionem; licèt, ex Suarez modò ſupra cit., hæc non dicatur propria Juriſdictio;quæ omnia ex ſola vi voti facere non poſſet. Vaſquez *l.*2.*tom.*2.*diſp.*166. *cap.*4. Sanchez *lib.*5. *mor. cap.*1.*nu.*20., & *lib.*6. *cap.*1. *nu.*19. 27. cum hac tamen differentia,quòd ſi ea,quæ præcipit Superior ex titulo civilis Poteſtatis, & tamquam Paterfamilias continentur in Religionis regulis: tunc hæc quoque poterit præcipere ex debito voti obedientiæ ſub formali præcepto;ut de Abbatiſſa diffe-rit Sanchez *lib.*6. *cap.*1.*n.*17.*moral.* & tranſgreſſio erit ſpecialiter contra pietatem, & Religionis virtutem; adeoque ſacrilega. Si verò non contineatur in Regulis, tunc erit ſolùm contra pietatem, & quatenus pertinent ad poteſtatem dominativam, trangreſſio erit etiam contra Juſtitiam, ut conſtat ex hucuſque allegatis, & inſuper dicemus.

Verum tamen eſt, quod licèt ſecundùm aliquos imperitos Superior per Poteſtatem dominativam per ſe ſumptam, & ex Subditi promiſſione, ex pacto, poſſet omnia illi præcipere, extendendo ſe ad ea, quæ ſupra Religionis Regulas exorbitant. Nihilominus regulariter loquendo hoc non eſt verum, quia in omnibus Religionis Inſtitutis ad reſtringendam hominum effrenatam jubendi, & dominandi libidinem, cautum ſemper extitit per expreſſas conſtitutiones illorum quamlibet limitare poteſtatem. De quo fusè ſupra *num.*48. *ſequen.*, & 61. & ad laudatum Textum aliàs adductum ſupra *Reſol.*5 *num.*9. *Cap.ſi Religioſus. de elect.in* 6.*poſtilla in margine.* ibi -- *Quia Animus hominis generoſus tendit ad alta, hunc animum reprimunt Jura.* Ac proinde aliter imperata non tenent. S. Doctor *quolib.*10. *art.*10. *in corp.* ibi -- *In his, quæ ſunt altiora, quàm regula, obedire non tenentur, ſed ſic obedire ſit obedientia perfecta.* Ne Religionis jugum, ſpontè, ac hilariter in Profeſſione ſuſceptum, evadat phariſaicis artibus intolerabile, & triſtitiam cauſet, Matth.23. &, Tirinus exponit ibi. *num.*4. & effrænata Superiorum in jubendo poteſtas confuſionem pariat. Divus Thomas ſupra citatus *n.*51.

Per Poteſtatem tandem provenientem ex debito voti obedientiæ Superior ſub pœna ſacrilegii præcipere poteſt omnia,quæ in Religio- 64

nis Regulis continentur expreſsè,
vel tacitè. Divus Thomas ſupraci-
tatus *num.* 50. *&* 51., & tacitè con-
tenta putantur ſecundùm ſenſum
ibi explicatum. Et in caſu, quo in
ordine ad aliquas res inveniretur ex
Regulis limitata, & reſtricta Supe-
rioris Poteſtas ex voto obedientiæ,
ut ſupra retulimus *num.*48. 49. 50.
63. itaut in ſpirituale præceptum
non poſſet erumpere; tamen non
eſſet limitata Civilis Poteſtas, &
Dominativa; & tunc licèt, ut dixi,
Superior non poſſet pręcipere ex Po-
teſtate voti mediante præcepto for-
mali, & expreſſo in virtute ſan. obe-
dientiæ, poſſet tamen optimè præci-
pere ex Poteſtate Civili, aut Domi-
nativa ſub mortali, aut veniali juxta
quantitatem materiæ; tunc enim
Regularis Superior non eſſet infe-
rioris conditionis, ac quicunque
ſimplex Paterfamilias, aut ſæcularis
Rector.

V. G. In Regulis meæ Religio-
66 nis continetur, quòd ſemel in hеb-
domada Religioſi in Communitate,
exercitii cauſa, & ad animi leva-
men, domo egrediantur. Item quòd
immediatè poſt prandium per ho-
ram in Aula communi relaxato ſi-
lentio, ad ſolatium ſimul colloquan-
tur: ſiquis hujuſmodi, & ſimilibus
actibus juſſus, vocatus intervenire
reſiſteret, licèt ſint de rerum ſeriè
ſpectantium ad regimen Civilis, ac
domeſticæ Poteſtatis; quia tamen
continentur in Religionis Regulis,
poſſet Superior reſiſtentes compel-
lere ex poteſtate voti, & formali
præcepto.

E' contra in dictis Regulis non
67 continetur, quòd Religioſus quo-
tidie domo exeat, aut, quòd Cleri-
ricus officium Janitoris gerat; adeò-
que Superior non poterit ex voto
obedientiæ, & formali præcepto hęc
præcipere. Poterit tamen ad bonum
Familiæ regimen, & juſtis de cauſis
ex poteſtate Civili, & Domeſtica,
itque ex Dominativa, ad quas hu-
juſmodi pertinent actus, & ex tem-
porali Juriſdictione, qua pollet, præ-
fata mandare, ea ſpeciali ratione,
quia multa, ad quæ non ſe extendit
Poteſtas ex voto obedientiæ, & ſpi-
ritualis Juriſdictio, ſe extendunt
Poteſtates Civilis, & dominativa,
ut dictum eſt. Adeòque Religioſi,
licèt in his non teneantur obedire
ex obligatione voti, & ſub pœna ſa-
crilegii; tenentur tamen ex juſtitia,
& pietate ob poteſtatem Civilem,
& Dominativam, ut probavimus ſu-
pra *num.*58.

Ex quibus redditur manife- 68
ſtum, quòd ſi res à Superiore præce-
pta contineatur tam in Regulis,
quàm in dictis Poteſtatibus Civili,
& Dominativa, vel in harum alteru-
tra, tunc tranſgreſſio erit tam con-
tra votum, quàm contra prædictas
virtutes Juſtitiæ, vel Pietatis vel
utriuſque. Si verò non contineatur
in Regulis, ſed ſolùm in poteſtatibus
Civili, & Dominativa, vel in alteru-
tra ex ipſis, tunc ſolùm adverſabi-
tur vel Juſtitiæ, vel Pietati, vel
utrique. Cùm obedientiæ Votum
non obliget quando Superior ſe ex-
tendit ad ea, quæ in Regulis non
continentur, ut ſæpe replicavimus.

An autem quando Superior 69
præcipit aliquam rem pluribus titu-
lis debitam, illam ſemper præcipiat
ſub omnibus titulis, & juribus ſibi
competentibus, vel ſub uno tantùm,
parum infra declarabimus.

At circa diſcrimen, quod me- 70
diat inter præceptum ſpirituale ec-
cleſiaſticum, & temporale, præter di-
cta ſupra *n.*14.*ſeq.&* 18., ſinè dubio
illud primò in conſideratione oc-
currit, ut notat Sanchez modò infra
citandus, quòd præceptum ſpiritua-
le reſpicit ſemper ſpirituale bonum
animæ, & ita ſemper obligat ad ali-
quam culpam venialem, vel morta-

lem,

lem, juxta quantitatem materiæ. Temporale verò reſpicit bonum dumtaxat temporale: & ita, licèt ſecundùm materiæ quantitatem obligare poſſit ſub mortali, vel veniali, aliquando tamen ad nullam culpam obligat.

Secundò, præceptum ſpirituale
71 fieri poteſt in virtute Spiritus Sancti, vel ſub illis aliis ſolemnibus formulis infra deſcribendis *nu.96.* Temporale verò non ità.

72 Ex quibus ſequitur, aliquando dari poſſe aliquam, & eãdem rem præceptam à Poteſtate Eccleſiaſtica, & ſæculari, & prout præceptam ab Eccleſiaſtica obligare ad mortale: à ſæculari verò ad nullam culpam; uti, ſi Superior Eccleſiaſticus præcipiat Subdito audire Sacrum in die feriali, tunc omiſſio Sacri erit mortale; ſi verò auditio ſacri præcipiatur à Rectore ſæculari, omiſſio ejuſdem nulla erit culpa, quia eſt extra ſpheram ſuæ temporalis poteſtatis, itaut ſit potiùs conſilium, quàm præceptum. Et ratio diſcriminis eſt, quia præceptum Eccleſiaſticum de audiendo Sacro reſpicit in materia gravi ſpirituale animæ bonum. Præceptum verò ſæculare reſpicit ſolam temporalem gubernationem. Sanchez modò cit.

Tertia differentia eſt, quòd
73 poteſtas Eccleſiaſtica ad plura ſe extendit, quàm temporalis. Nam illa abſolutè ſumpta poteſt præcipere omnia, quæ ad majorem ſpiritualem Subditorum profectum conducunt. Poteſtas verò ſæcularis ſolùm præcipere poteſt, quæ conferre poſſunt ad bonum, & tranquillitatem familiæ. Has omnes diſpoſitiones enumerat, & conſiderat Sanchez *lib.6. moral. cap.1. n.23. & ſeqq.*

Sed ſi ad noſtri animi eruditio-
74 nem pro natura præceptorum percipienda inveſtigare velimus, quotuplex malitia inveniri poſſit in violatione religioſæ obedientiæ (non dico in violatione voti, ſed obedientiæ religioſæ, quæ plura continet, ut ſupra innuimus *num.35.* Reſpondemus; quòd cùm conformiter ad ſupra expoſita *d. num.35.*, Religioſa obedientia duo neceſſariò contineat; nimirum obedientiæ votum, & traditionem: ſic regulariter loquendo, (intellige tamen, ſi præceptum ſit de aliqua re in Regulis contenta), duæ in illa reperiuntur malitiæ, una ſacrilegii contra Deum ex ratione violati voti, altera injuſtitiæ contra hominem ex violata obligatione, quæ ex dicta traditione, pacto, & promiſſione conſurgit. Suarez *tom.3. de Relig. lib.10. cap.6. num.3.* Caſtropalao *par.3. tract.16.* 75
diſt.4. punct.1. num.3. ibi .. *Concedo enim te violantem Superioris præceptum peccare adversùs juſtitiam, ob jus Religioni per traditionem acquiſitum; Imò & adversùs veracitatem, & fidelitatem debitam ob promiſſionem in ipſa traditione incluſam. Neque eſt inconveniens, unicum actum duplicem, vel triplicem malitiam continere, ſi plura jura violet; ut patet in famulo, vel ſervo, obligato ex juſtitia ſui Domini mandata exequi. Qui ſi votum eliciat, ea mandata exequendi, dupliciter, vel tripliciter peccabit, tranſgrediens Domini mandatum, adversùs juſtitiam, fidelitatem, & religionem. Et idem dicito de filio mandatum Patris tranſgrediente, & de Religioſo reſpectu Superioris, prout rationem habet Patrisfamilias, & Civilem poteſtatem.*

Immò & aliquando etiam in- 76
tervenire poteſt malitia contra illam virtutem, de qua eſt præceptum; ſi hoc à Juriſdictione ſpirituali Eccleſiaſtica imponatur, quod non eſt præſumendum, niſi ex aliquo claro ſigno innoteſcat. Caſtropalao *d. part.3. tract.16. diſp.4. punct.1.*

 num.3.

*num.*3. ibi .. *At adverſus eam virtutem, circa quam actus imperatus verſatur, non ſemper eſt cenſendus peccare, ſed ſolùm quando Superior tibi praeciperet, utens Juriſdictione Eccleſiaſtica, quod non eſt præſumendum, niſi clarè exprimat, ſcilicet imperando ſub pœna excommunicationis, vel ſtatuendo legem. Nam cùm poſſit ob obedientiam ſibi debitam ex Voto, praeceptum imperare; credendum eſt, abſolutè præcipiendo eam ſolùm exigere.* Sanchez *lib.4.moral.cap.3.nu.*25. Suarez *tom.3.de relig.lib.*10.*cap.6.n.*6. Layman. *lib.4.cap.7.num.6.Quando verò ſub pœna excommunicationis praecipit, credo Jurisdictione Eccleſiaſtica uti, & idem eſt, quando imperat ſtatuendo legem.* Unde Religionis Prælatus non cenſetur præcipere ſub mortali, niſi ex aliquo ſigno de ſua conſtet intentione, Leonardus *de Juſtitia lib. 6. cap.41.dub.9.num.76.verſ.*3. dicit, ſed cenſeri ſub veniali. In Superioribus autem carentibus ſpirituali poteſtate, qui proinde ſolemnibus formulis uti non valent, ut ſunt Patentes, Rectores, Abbatiſſæ, ut judicandum ſit ſub mortali obligare, ſatis erit, ut materia ſit gravis, & multùm domeſtico neceſſaria regimini, & quòd verbis præceptivis, aut æquipollentibus utantur, cùm aliter nequeant ſuam voluntatem explicare. Sanchez *lib.6. mor. c.4. num.70. in fine.*

77 Ex quorum Doctorum probata Sententia, tamquam ſolidæ veritatis recipiuntur ſequentia. Primò, quòd cùm præceptum Poteſtatis temporalis à Juriſdictione ſpirituali non proveniat: immò illa ſit ab hac multum diverſa, ut dictum eſt ſupra *num.*18. & infra *nu.*120., Tranſgrediens illud, malitiam contra virtutem, in qua eſt præceptum, non committit; cùm certum ſit, talem Superiorem ſolùm ex illa poteſtate ſæculari præcipere poſſe.

Secundò, quòd in Superiore Eccleſiaſtico ultra poteſtatem Juriſdictionis ſpiritualem, temporalis quoque admittenda ſit, & quòd illa frequentiùs utatur, ſupra *n.*19.

78 Tertiò, quòd Poteſtas Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis juriſdictionis habet ſuam graduationem in quantum vel imponit præceptum reſpectivè ſolùm ad votum obedientiæ, vel in quantum imponit præceptum per modum legis. Primum dignoſcitur, quando Superior purè præcipit ſub illa formula, *in virtute ſanctæ obedientiæ*, aut ſimile. Secundum, quando præcipit adjungendo pœnam gravem, utì cenſuram.

79 Quartò, quòd triplici modo de re contenta in Regulis non obligantibus ad peccatum à dicto Superiore imponi poteſt Religioſo Subdito formale, & expreſſum præceptum, ſi ex aliqua circumſtantia illa res reddatur gravis. Primò dumtaxat in virtute ſanctæ obedientiæ. Secundò ſub aliqua gravi pœna, utì cenſura. Tertiò utroque modo, hoc eſt tam in virtute ſanctæ obedientiæ, quàm ſub pœna excommunicationis.

80 Si imponatur primo modo, tranſgreſſio erit ſolummodo ſacrilegium contra Religionis virtutem. Si ſecundò, erit dumtaxat contra illam ſpeciem virtutis, in qua eſt præceptum. Si tertiò, erit contra utramque.

81 Ratio primi eſt, quia præceptum, & tranſgreſſio limitatur ſolùm ad Votum. Ratio ſecundi eſt quia cùm præceptum fiat ab eccleſiaſtica jurisdictionis poteſtate, cujus eſt condere leges, & præcepta, ſic horum tranſgreſſio pertinet ad virtutem, in qua eſt lex. Ratio tertii eſt, quia tunc tranſgreſſio habet

dupli-

duplicem malitiam, videlicet contra Votum, & contra Virtutem, in qua eſt præceptum. De his plenè Sanchez *lib.4.mor. cap.11,num.25.* cum ceteris ibi allegatis Cajet. Vaſquez, & aliis.

82 Quid autem dicendum, ſi Pænitens voverit obedire Confeſſario, aut Servus Domino, aut Filius Parentibus, aut Miles Duci, aut Diſcipulus Magiſtro, & ſic de ſimilibus, honeſta, & juſta præcipientibus, V.G. jejunium, auditionem Sacri &c.?

83 Reſpondetur, præter dicta ſupra *num.*43.75., quòd tunc tranſgreſſio erit ſolummodo contra obedientiæ Votum, non autem contra Virtutem abſtinentiæ &c. Vaſquez 1.2. *diſp.*98.*cap.*3.*num.*7. *& diſp.*153. *cap.*1. *num.*7. Sanchez *lib.*4.*mor.cap.*11.*num.*26. Ratio eſt, quia cùm tunc præceptum non procedat ab Eccleſiaſtica Poteſtate, cujus eſt condere leges, quarum tranſgreſſio pertinet ad illam virtutem, in qua eſt lex; ſic dicta tranſgreſſio non eſt contra abſtinentiam, ſed ſolummodo contra Votum. Layman. *lib.*4.*tract.*5.*c.*9. *de ſtatu Relig. num.*6. ibi .. *Si aliquis voverit obedire Confeſſario juſta præcipienti, & Confeſſarius præcipiat jejunium: hoc caſu tranſgrediens præceptum ſolùm peccabit contra votum.* Vaſquez 1.2. *diſp.*98. *cap.*3.*num.*7., *& diſp.*153. *cap.*27. Sanchez *lib.*4. *moral. cap.*11. *n.*26. Et ratio eſt: *Quia Perſona privata poteſtatem Juriſdictionis non habet, per quam leges, & præcepta condere poſſit; talis enim poteſtas à Principe derivari debet.*

84 Et Sanchez *loc.cit.nu.*26. ibi.. *Peccaret ſolùm contra Religionis virtutem. Nam ille, quem quis in Superiorem eligit ratione Voti non habet jus aliquod præcipiendi rem aliquam, habentem veram legis, aut præcepti rationem; hanc enim poteſtatem nullus poteſt alteri ſupra ſe ipſum tribuere, ſed à Principe derivari debet.* Vaſquez 1.2. *quæſt.*95.*art.*1.*diſp.*153. *cap.*1.*n.*7. *Quare hic ſolius fractionis voti reus eſſet.*

Sed ex horum Authorum doctrina videretur potiùs dicendum eſſe, quòd Servus, & ſic de aliis, licèt votum emiſerit obediendi ſuo domino juſta præcipienti; attamen cùm non poſſet ab illo fieri legitimum præceptum, ob defectum ſpiritualis jurisdictionis, quam Dominus non habet; ſic neque daretur præfati Voti tranſgreſſio; cùm conſtet ex pluries in hac Reſolutione repetitis, inter Regulares præceptum non obligare ex Voto, nec ad mortale, nec ad veniale, niſi ſit à poteſtate ſpirituali procedens, & ſub ſolemni formula pronunciatum. Idem Layman. *lib.*4. *tract.*5. *cap.*9. *num.*3. ibi .. *Non cenſetur obligare Prælatus ſub mortali, aut veniali, niſi addat, In virtute ſanctæ obedientiæ.* Et idem Sanchez *lib.*6.*moral.cap.*4.*num.*70. Vaſquez 1.2. *tomo* 2.*diſp.*158.*cap.*3. *num.*4. Et hac de re eſt communis Doctorum ſenſus. 85

Reſpondemus, hoc verum eſſe inter Regulares; ſed non ex natura rei, bene autem ex humana inſtitutione, qua diſpoſitum fuit, ad multa inconvenientia in Regulari diſciplina inter Superiores, & Subditos dirimenda, quòd præceptum non obliget ex Voto obedientię ad ullum peccatum, niſi ſit ſolemniter pronunciatum à legitimo Superiore, habente publicam ab Eccleſia ſpiritualem jurisdictionis poteſtatem. Sanchez ſupra *num.*271. cit. *lib.*6. *moral.cap.*4.*num.*70. & infra hic *num.*97. 86

Cæterum, univerſaliter loquendo, Dominus in ſervos, Pater 87

familias in filios, & ſic de aliis ſingulis, habent ex officio ſufficientem civilem, & quaſi naturalem poteſtatem ſuis inferioribus præcipiendi, ut dictum eſt ſupra *num.*61. *a.ſeq.* Quòd ſi ſervus, aut filius &c. addant ad obligationem, quam habent ex juſtitia, & pietate ſuis majoribus obtemperandi, obligationem Voti, utique non parendo, contra illud peccabunt. Caſtropalao cit. modò ſupra hic *num.*43. *&* 75.*part.*3.*tract.*16. *diſp.*4.*punct.*2. *num.* 3. Et hoc etiam intelligit; quoad eorum ſpiritualem profectum, ibi.. *Nec negari poteſt, te poſſe Voto ſimplici obedientiæ obligari fœmina, vel laico obedire in bis, quæ ipſi judicaverint ad tuum ſpiritualem profectum convenire, licèt ex hoc Voto nullam ſpiritualem juriſdictionem obtineant.* Quod erit, non ipſos activè obligare, ſed ipſos paſſivè declarare eſſe obligatos. De quo infra *num.*97.

88 Et idem in fortioribus terminis communiter Doctores ſentiunt de Abbatiſſa, quæ licèt ſpirituali careat de Jure Canonico juriſdictione, ad Textum in *Cap. Nova, de pœnitentia, & remiſſione, & dicemus infra num.*110. Nihilominus Moniales non parendo illi in his, quę ſpectant ſecundùm Regulas ad temporalem, & politicam guber nationem, ad quem effectum ſufficientem habet juriſdictionem, peccarent Scotus *in* 4.*diſt.*20.*qu.*1. *art.*4.*verſ. hinc fit*: Bartholom. de Ledes. *Summa Sacramento ubi de Clavibus diſt.*4. *dub. ult.* Sanchez *lib.*6. *mor. cap.*1. *num.*27. peccarent inquam Moniales contra Votum, Si Abbatiſſa obligaret illas ex vi ejuſdem Voti ad exequenda, quæ ſua juriſdictione temporali, & politica, & civili, & tamquam Materfamilias præcipere poteſt.
89 Caſtropalao *cit. p.*3.*tract.*16. *diſp.* 4.*punct.*2.*num.*2. ibi.. *Rector enim alicujus Communitatis Scholaribus præcipere poteſt ſub pœna præſtiti juramenti, quæ ſibi viſa fuerint rectęUniverſitatis gubernationi convenire: à fortiori Abbatiſſa poterit Monialibus ſub pœna præſtiti Voti præcipere, quæ ad rectam Domus gubernationem conducunt....... Quæ omnia ad politicam gubernationem pertinent, quæ ſinè traditione Dominii, & juriſdictione fieri non poſſunt; & Monialium votum fuit emiſſum de obediendo Abbatiſſę, ſaltem in his, in quibus ipſa habet juriſdictionem.* Vaſquez *par.*2.*diſp.* 166 *cap.*4. Sanchez *lib.*5.*c.*1.*n.*20. *& lib.*6.*cap.*1. *num.*22. de quibus ſupra *num.*19.

Cæterum eſt indubitatum, 90
Abbatiſſam pollere civili, & domeſtica poteſtate in Moniales tamquam Materfamilias in Filios, Magiſtratus in Cives, adeòque legitimè imponere poſſe temporalia pręcepta, quæ ſub veniali, & mortali obligabunt juxta quantitatem materiæ, non ſecùs ac mortaliter peccarent filię contra obedientiam Parentibus debitam, & pietatem; Si V. G. aliquæ honeſtæ Puellę familiariter converſarent cum aliquibus exteris contra Matris, aut Patris prohibitionem. Sanchez *lib.*6. *moralium c.*1. *n.*17. Quæ poteſtas non extenditur ad actus Clavium, & ſimplicem juriſdictionem, ſed ad actus Civiles præcipiendi, & corripiendi quantum conveniens eſt ad paternum, & domeſticum regimen. S. Thom. *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.*2. *artic.*2. *quæſt.*1. *ad* 2., *& diſt.*19. *quæſt.*1. *artic.* 1. *quolib.*3. *ad* 4., & ibi Durandus *quæſt.* 1. *ad ult.* & alii, quos cumulat Sanchez *loc. modo cit. num.* 17. Unde nolle obedire Abbatiſſæ abſolutè in ſpectantibus ad Gubernationem

do

domeſticam, eſt mortale peccatum, ſicut filii Parentibus. Idem Sanchez *citat. num.* 18. & *infra hic à nobis allegand. num.* 100. ſed major difficultas incurritur in cognoſcendo, quando obedientiæ Votum violatur. Et ſit.

§. IV.

De Violatione Voti obedientiæ; Et præcipiendi formulæ referuntur.

SUMMARIUM.

91 *Quando violetur Votum tranſgreſſione formali, vel materiali.*

Subditus recuſans obedire Prçlato ex pigritia &c. non eſt tranſgreſſio formalis. ibid.

92 *Quæ ſit tranſgreſſio materialis.*

93 *Quando violatio Voti obedientiæ ſit mortalis.*

94 *An contemptus, vel inobedientia formalis proveniens ex defectu attentionis, aut levitate materiæ, ſit mortalis, aut venialis.*

95 *Ex quibus capitibus formalis inobedientia proveniat.* 91.

96 *Superior volens obligare, cognoſcitur ex formulis præcipiendi.*

Quæ ſint præcipiendi formulæ. ibid.

Præceptum eſt commune peccato mortali, & veniali. 128. *ibid.*

97 *Præceptum non obligat ex voto ad mortale, aut veniale, niſi ſit pronunciatum ſub ſolemni formula.* 86.

Præcipio, Jubeo, *immediatè præceptum ſonant.* 127. *ibid.*

Superiores non utentes ſpirituali juriſdictione ex Voto poſſunt etiam obligare ſub mortali 100. 101. 107. 110. 115. 116. 117. 140. *ibid.*

Abbatiſſa carens ſpirituali juriſdictione poteſt obligare ex voto præſtito; & idem Sæculares, Rectores, & Paterfamilias. ibid.

Superior dicens ſolùm Præcipio, Jubeo &c. *non obligat neque ad veniale.* 128. *ibid.*

98 *Si præcepto adjungatur gravis pœna, obligat ad mortale* 93. 76.

99 *Quando non obligat ſub mortali.*

100 *Superiores carentes ſpirituali poteſtate obligant ad mortale ex gravitate materiæ, quando eſt multùm neceſſaria politica gubernationi.*

101 *Videtur etiam verum, quòd Superior quocumque modo præcipiens, vult obligare ſaltem ad veniale.*

Superior præcipiens non vult ſolùm conſulere. ibid.

102 *Superioris præceptum ad obligandum ſub mortali non ſolùm debet eſſe ſub ſolemni formula, ſed etiam in materia gravi, aliàs præceptum eſſet iniquum.*

103 *Bona intentio non excuſat opus malum; & mala intentio opus bonum non facit.*

Deus

Deus plùs reſpicit intentionem, quàm actum. ibid.
Deus reſpicit juramenta ſecundùm intentionem jurantium. ibid.
Juramentum, & Votum in materia levi non obligant ad mortale. ibid.
Superior in materia gravi poteſt præcipere ſub veniali. ibid.
104 *Non expedit præcipere per formalia præcepta. 121.*
105 *Rigoroſum præceptum majus meritum auget.*
Majus meritum ſuppletur per promptam obedientiam. 27. ſeq. ibid.
Obedientia exerceri poteſt ex motivo Religionis. ibid.
Actus virtutis pertinent elicitivè, vel imperativè ad eamdem. ibid.
106 *Obedientia eſt omnium virtutum mater. 28.134.*
Omne bonum per ipſam fit melius. ibid.
Non requiritur rigoroſum præceptum 27. ibid.
Votum Religioſæ obedientiæ obligat etiam ad parendum, quoties Superior ſuam aperit mentem. 143. ibid.
107 *Actus à principio nullus nullum producit effectum. ibid.*
Declarat mentem agentis.
Semper judicatur à principali intentione agentis. ibid.
Quando actus fieri poteſt à pluribus capitibus, cenſetur factus ab utiliori, & firmiore. ibid.
Actus conſiſtit in voluntate, & poteſtate. ibid.
Omnis eſt admittenda interpretatio ad actum ſubſtinendum, ut non remaneat inanis, & inutilis actus.
108 *Defectus jurisdictionis eſt inſanabilis.*
109 *Quando ſubintret ratio taciti præcepti.*
Cauſa non influente, nullus erumpit effectus. ibid.
Superiore tacente nullum datur præceptum. ibid.
110 *Si Abbatiſſa nulliter præcipiat in virtute sāctæ obedientiæ, Moniales tenentur ex voto obedire, & intrat ratio præcepti taciti. 88.*
Abbatiſſa habet ſolùm civilem poteſtatem in ordine ad bonum temporale, & poteſt imponere temporalia præcepta. ibid.
Non habet ſpiritualem jurisdictionem, nec poteſt facere præcepta ſpiritualia. ibid.
Spiritualia præcepta diriguntur ad finem ſpiritualem altiorem. ibid.
Azorius tenet, Abbatiſſam habere ſpecialem jurisdictionem. ibid.
111 *Spiritualia præcepta in virtute Spiritus Sancti &c. non imponuntur à Sæcularibus Superioribus, ut conſtat ex uſu.*
112 *Moniales faciunt votum obediendi Superioribus reſpectivè ad earum poteſtatem temporalem, aut ſpiritualem, qua pollent.*
Abbatiſſa non eſt propriè Prælata. ibid.
Solùm habet quoddam maternum regiminis genus. ibid.
113 *Abbatiſſa non poteſt, ordinariè loquendo, exigere à Monialibus aliam obedientiam, quàm, quæ concernit temporalem poteſtatem.*
Votum obediendi alteri, intelligitur reſpectivè ad illam poteſtatem, quam habet, & non ultra. ibid.

114 *De poteſtate abſoluta Papæ Abbatiſſa poteſt ſpiritualia præcepta facere, & ferre cenſuras.*
De jure Canonico eſt incapax ſpirituali juriſdictione, in quo ſolus Papa poteſt diſpenſare. ibid
115 *Si Abbatiſſa, quæ non habet ſpecialem juriſdictionem, præciperet in virtute Spiritus Sancti: licèt præceptum ſit nullum defectu ſpiritualis juriſdictionis, nihilominus obligat Moniales, & intrat ratio præcepti taciti, & aliarum poteſtatum.* 107.
116 *Superior non habens dictam juriſdictionem ſi præcipiat, Subditus tenetur illi obedire tanquam Patrifamilias; & non obediendo ſacrilegè peccaret.* 140.
117 *Nolle obedire Prælato, ut habenti civilem, & domeſticam proteſtatem in re gravi, eſt mortale.*
118 *Civilis poteſtas non poteſt imponere ſpiritualia præcepta.*
Loco ſpiritualium præceptorum ſubintrant temporalia. ibid.
Temporalia præcepta ad bonum temporale diriguntur, ſicut ſpiritualia ad ſpirituale. ibid.
Spiritualia promanãt effectivè à ſpirituali poteſtate. ibid.
119 *Superior Sæcularis præcipiens ſpirituale, puta audire Miſſam, dicitur præceptum ſpirituale ex objecto, non ex cauſa efficiente; & ſic non obligat ad culpam.*
120 *Prælatus Regularis, licèt habeat juriſdictionem ſpiritualem: poteſt tamen præcipere, non ex illa, ſed ex aliis capitibus.* 1.9.77.142.
121 *Non expedit, quòd Superior præcipiat, ex duplici titulo, & poteſtate; nec poteſt Subditos per præcepta onerare.*
122 *Superiores quoad vim directivam utuntur poteſtate dominativa, & in ordine ad irritandum; In ordine vero ad cogendum, & diſpenſandum, poteſtate juriſdictionis.* 54.

Ad artis bene deſiderandi præcepta utiliter cuſtodienda, inobedientias vitare conſtringimur. 91
Unde quando violetur obedientiæ Votum noſcamus neceſſe eſt.

Et quidem ſi loquamur de violatione illius per inobedientiam formalem, tunc violatur, quando Subditus ea de cauſa non vult obedire, quia non vult ſubeſſe proprio Prælato, idque facit ex illius contemptu. Unde ſequitur, quòd ſi Subditus repugnet obedire Prælato, vel ex pigritia, vel ex alio motivo, non committit inobedientiam formalem, ſed dumtaxat materialem, de quo infra *num.* 95. Portella *de dubiis Regularium verb. obedientia num.* 2., & communiter Doctores. Contemptus enim, qui requiritur ad formalem inobedientiam, verſari debet circa Superioris poteſtatem S. Tho. 2.2. *quæſt.* 104. *a.* 2. *ad* 1. ibi -- *Ad inobedientiam requiritur, quòd quis actualiter contemnat ſpeciale præceptum.* Cajet., Suarez, Armilla, Soto, & communiter Doctores.

Si autem loquamur, non de violatione Voti obedientiæ per formalem inobedientiam, ſed per materialem: dicimus, conſiſtere præcisè in illa tranſgreſſione præcepti, quæ ſe habet relatè ad illam obligationem obediendi, contra-

ctam ex voto, & exequendi actum præceptum, ut diximus ſupra *n.24.*

93 Ulteriùs ſi quis interroget, quando violatio Voti obedientiæ ſit mortalis: Reſpondemus, quòd violatio vel habet rationem inobedientiæ formalis, vel materialis: ſi primum, tunc erit mortalis, ſi Prælatus præcipiat ex Eccleſiaſtica juriſdictione ſub ſolemni formula, vel adjunctione pœnæ, & alia quacunque via, ut dictum eſt ſupra *num.76.*& dicemus infra *nu.96.98.* per quam manifeſtetur Superioris intentio obligandi ad mortale;aliàs, non erit mortalis culpa: Facundez *pracep.2.lib.8. cap.6.nu.21.* Leſſius *lib.2.cap.41.num.74.§.Tertio tenetur* ibi .. *Superior ſi pracipiat in virtute ſancta obedientia, Subditus tenetur obedire ſub mortali. Si autem hac formula pracipiendi non utatur, non videtur velle obligare.* Intellige tamen, quòd materia ſit gravis, ut dicemus *num.* 102.

Si ſecundum: tunc erit mortalis, quando intervenit Superioris contemptus. Doctores modò ſupra allegati *num.91.*

94 Sed cum majori dictinctione procedendo, conſiderandum occurrit: An formalis inobedientia ſit mortalis, vel venialis, proveniens ex defectu attentionis, vel habens levitatem materiæ: quod contingere poſſet, quando præceptum eſſet de re levi, vel præceptum obligaret ſolummodo ad veniale. Et tunc dicemus, inobedientiam formalem poſſe eſſe venialem, Valentia *diſp.7. quaſt.9. punct.3.* Cajet.*in ſum.verb.inobedientia* ibi.. *In inobedientia formali intervenire peccatum veniale propter imperfectionem actus, vel materia minima.*

95 Sed magis adhuc intimè hac de re examen facientes, diſcutiamus oportet, ex quibus capitibus formalis inobedientia emergat,quę certè reſultare poteſt.

Primò ex contemptu præcepti rei gravis; & tunc ſinè dubio erit mortalis.

Secundò ex contemptu præcepti divini in re levi, illud tamen tamquam inutile contemnendo; & ſimiliter erit mortalis: & talis contemptus eſſet quædam tacita blaſphemia.

Tertiò ex contemptu præcepti divini, etiam in re levi, ſed parvi illud æſtimando; quia non obligat ad mortale; & erit ſaltem grave veniale.

Quartò ex contemptu præcepti humani in re levi, & erit veniale: cùm homo poſſet errare in præcipiendo.

Quintò ex contemptu ipſius præcipientis, qui ſit Deus; & erit grave mortale contra Religionem.

Sextò ex contemptu ipſius præcipientis qui ſit homo, contemnendo abſolutè ſuam authoritatem, & poteſtatem, ut recuſet illi parere, & tunc erit mortale, licèr aliunde præceptum eſſet de re levi.

Septimò ex contemptu ipſius hominis præcipientis ob ejus ignorantiam, ignobilitatem, & ſimilia, & in re levi præceptum violet: & tunc forſan talis contemptus, & formalis inobedientia erit venialis, ut ſupra indicavimus *num.91.* Leſſius *lib.2.cap.46.de inobed.num.45.* ubi prolixè, & latiùs omnes ſingulas hujuſmodi diſtinctiones perpendens, illas reſoluit.

Cæterum in uno conveniunt omnes: Quòd quando Superior 96
vult obligare ſub mortali, regulariter dignoſcitur ex quibuſdam præcipiendi modis, quos adhibet, & ex verbis, quibus utitur. Vaſ-

quez 1.2. *tom.2. diſp.*158. *cap.*3. *num.*24. Sanchez *lib.6. moral. c.*4. *num.*43. *& ſeq.* ubi ex diverſis authoribus colligit ſolemnes præcipiendi formulas:Quarum tenor eſt. *Jubeo in virtute obedientiæ*; & citat Gabriel., D. Antonin., Sylveſt., Cajet., Tambien., Armill., Caſtr., Ledeſm., Navar., & alios. *Vel: Præcipio in virtute voti emiſſi, aut juramenti præſtiti, aut ſub pœna peccati*; & citat Azor. *Vel in virtute Spiritus Sancti*; & citat Ledeſm., Aragon. *Vel in Nomine Jeſu; vel ſub interminatione Gehennæ; vel indignationis Dei; vel ſub indignatione Apoſtolorum Petri, & Pauli; vel ſub ſtricto Dei Judicio, vel ſub obteſtatione Judicii Divini*; & citat D. Antonin., Tambien., Armilla, Azor., Vaſquez, Sylveſt. Tolet., Navar., Solon., Saic., Valent., & alios: Et eundem vigorem haberi, ſi Superior in lege, quam condit,diceret ſub præcepto. Docet Ledeſm., quod ipſe Sanchez non approbat, cùm præceptum ſit commune peccato mortali, & veniali.

97 Sed videtur communiter eſſe obſervandum,quòd Superioris præceptum factum ex voto ad culpam mortalem, vel venialem non obligat, niſi ſit pronunciatum ſub aliqua ex dictis verborum formula, ut diximus ſupra *num.*86. Sanchez *lib.6. moral.cap.*4. *num.*70. ibi loquens de ſua Societate. Et idem regulariter in cæteris obſervatur Religionum Inſtitutis. Unde ſi Superior non utetur prædicta formula, ſed ſimpliciter diceret: *Præcipio,Jubeo,ſtrictè præcipio, ſub præcepto injungo*, ad ſacrilegii culpam non obligaret.Sanchez citatus poſt Suarez *de Relig.tom.*3.*lib.*10.*cap.*4. *num.*11., niſi aliis verbis Superior ſuam explicaret voluntatem, quòd vult ex voto ad aliquam obligare ſacrilegii culpam venialem, vel mortalem;mortalem utique niſi ratione levitatis materiæ voluntas eſſet rationi diſſona. Sanchez loc. cit. Sed hoc non provenit ex quaſi naturali ſignificatione prædictorum verborum, *Præcipio*, *Jubeo*; Cùm potiùs indifferenter ſe habeant ad ſignificandum obligationem, ſub mortali, & veniali, ut dicemus *num.*128., ſed quia prædicta verba limitantur à Religionis Inſtitutis. Sanchez *lib.6.moral.cap.*4.*num.*70. allegatus *num.*85.*&* 101. licèt verbum *Præcipio*, *Jubeo*, immediatè præceptum ſonent ex Clement. final. & Doctoribus allegandis infra *num.*127., & obligationem non important, niſi ex quantitate materiæ, ut dicemus *num.*128. Unde quòd Superiores carentes ſpirituali juriſdictione, aut non utentes ſolemni formula poſſint etiam ſimplici præcepto, & non reſpectivè ad votum obligare ſub mortali ex gravitate materiæ, communiter receptum eſt, & pluries indicavimus hic *nu.*100.101.107.110.115.116. 117.140.

Quamobrem perſuaſum erit, quòd pro obligando Religioſo ex obedientiæ voto, itaut tranſgreſſio ſit ſacrilegium, non ſatis ſit quodcumque ſimplex præceptum ſub quibuſvis verbis pronunciatum, ſed requiratur, quòd præceptum veniat probatum ſub aliqua ſpeciali formula.Sanchez infra *num.*101. *ſeq.* quaſi tanquam ſigno ad placitum inſtituta, & communiter in aliqua Communitate recepta, ad denotandum, tunc Superiorem velle per ſuum præceptum ex voto, & ſub ſacrilegio obligare. Et ita non ſufficit, quòd Superior tunc ſimpliciter dicat, *mando, volo, præcipio*, ſed debet addere alia verba, vel ad placitum ſtabilita, vel ex eorum inſtitutione ſignificativa, ad deno- 97 a

tandum, quòd verè præcipit ex [illegible] o-to, & non ex aliis titulis, pot[illegible]ta-tibus, & capitibus.

97 b V.G. Si Superior dicat S[illegible]bditis per illam communem f[illegible]rmulam: *Ego facio tibi formal[illegible] præceptum in virtute ſanctæ obe[illegible]ientiæ*; Vel: *Ego præcipio tibi int[illegible]ndens, & volens te ex voto obli[illegible]are*. Tunc verè Superior ex vo[illegible] obligabit: ſed ſi dicat ſimplicite[illegible], *præcipio, jubeo*, tunc ſignum er[illegible], quòd non vult præcipere ex voto, & ſub pœna ſacrilegii, ſed ad ſummum ſub pœna peccati mortalis, aut venialis, ſecundùm quantitatem materiæ; & quòd præcipit ſimpliciter ex aliis capitibus, poteſtatibus, & titulis, quos habet ſupra ſuos Inferiores. V.G. vel quia in Communitate eſt Antiquior, aut Decanus, vel quia eſt Vicarius, vel quia eſt Rector, vel quia eſt Paterfamilias, vel quia eſt OEconomus, & Diſpenſator; vel quia circa talem rem habet titulum, & actionem ex traditionis contractu facto cum Subdito, & ſimilia. In his caſibus, ſi Superior ſinè ulla ſpeciali formula præcipiat, obligabit utique ſub peccato, non autem ſub ſacrilegio: quia non vult obligare ex Voto.

Abbatiſſa verò, licèt careat ſpirituali jurisdictione, propter quod ſpirituale non poteſt imponere præceptum; attamen quia ſuis poteſt Monialibus præcipere, etiam prout iſtę votum habent obediendi Abbatiſſæ, & prout ſunt eidem ſimpliciter ſubjectæ, & ad illam ſe habent tanquam filiæ. In hoc caſu Abbatiſſa, ad denotandum, quòd ipſa vult Moniales ex voti obligatione ſibi obedire, neceſſe eſt, quòd ſe explicet, & dicat hæc verba: *Præcipio vobis ſub voto præſtito*. Ad denotandum verò, ipſam non velle, nec intendere ſic Moniales eſſe ex voto obligatas, ſatis erit, ut ſimpliciter dicat: *Præcipio vobis*. 97 c
Unde ſecundùm Authores dicendum videtur, quòd Abbatiſſa, quæ caret ſpirituali jurisdictione, poterit Moniales reddere obligatas ad obediendum ex Voto, non activè, mediante pręcepto ſub ſolemni formula pronunciato; ſed paſſivè, nimirum cum declaratione, quòd earum obligatio eſſe debeat ſub ratione *præſtiti Voti*. Sicuti Rectores Sæculares quando intendunt Subditos eſſe obligatos ſub præſtito juramento, quòd utique tranſgrediendo ſacrilegium committerent. Caſtropal. *part.3. tract.16. diſp.4. punct.2. nu.3.* allegatus ſupra *n.87. 88. &c.* Et tunc hujuſmodi obligatio non proveniet activè à ſpirituali jurisdictione, qua Superior caret; ſed paſſivè ab ipſo Voto, & juramento, quibus Subditi ligantur, & Superior declarat, quòd ſuum præceptum talem expoſcit obligationem: cùm certè ſit in libertate Patrisfamilias v. g. reſpectu filii, qui emiſit Votum obediendi Parentibus, præcipere aut in virtute Voti præſtiti, aut independenter ab illo.

Et intelligamus oportet, quòd Superior non utens prædictis formulis, poſſet quoque ſub mortali præcipere, ſi ſuo præcepto adjungeret gravem pœnam carceris, aut ſimilem, aut alicujus Cenſuræ latæ, vel ferendæ. Idem Sanchez citatus ſupra. Niſi tantus eſſet abuſus in præcipiendis rebus leviſſimis, ut præceptum contineret manifeſtum errorem. Sanchez *loc. cit. n.47.* Vaſquez *1.2. qu.96. art.4. diſp.158. cap.5. nu.40.* 98

Aliàs Superiorum præceptum non eſt cenſendum ſub mortali obligare. Idem Sanchez citatus *dicto lib.6. moral. cap.4. num.20.* Leonardus *de Juſt. lib.6. cap.41. dub.9. num.76. verſ.3.* dicit, quòd Prælatus

tus non præcipiens ſub ſolemni formula, non cenſetur obligare ſub mortali, niſi hoc aliundè conſtet: bene autem ſub veniali; ſed pendet ex Religionum Inſtitutione. Sanchez citatus.

99 Superiores autem carentes ſpirituali poteſtate, propter quod uti non poſſunt prædictis formulis uti ſunt Principes, Rectores ſæculares, Parentes, Abbatiſſæ &c. ut exiſtimandum ſit, ſub mortali obligare, ſatis erit, quòd materia ſit gravis, & multùm neceſſaria civili gubernationi, & quòd utantur verbis valentibus ſuam intentionem manifeſtare. Sanchez *loco modò cit. lib.6.mor.cap.4. num.20.*

100 Sed etiam videtur verum, quòd eo ipſo, quòd Superior aliquid quocunque modo præcipit ſuo Subdito, præſumitur velle illum obligare ſaltem venialiter. Leſſ. *lib.2.de Juſt. cap.41. num.78.* animadvertens, quòd Superior præcipiens, etiamſi non præciperet ſub ſolemni formula, attamen requiritur, quòd tunc non intendat ſolùm conſulere, aut ſuadere, ſed verè aliquo modo obligare; quamvìs non tantum, quantum poſſet, quia, ut dictum eſt ſupra *num.32.*, Conſilium eſt voluntatis, Præceptum neceſſitatis. *Cap. quiſquis* 14.*q.*1. Immò aliquando ſimpliciter præcipiendo obligare poteſt ſub mortali dummodò, ut dixit Sanchez modo citat., de hoc ſe declaret, & materia ſit gravis. Leſſ. *dicto loc. citat.* Quamquàm præceptum, quod ſit ex voto, regulariter loquendo, inductum ſit ex conſuetudine, ut nunquam obliget ad ſacrilegii culpam, etiam venialem, niſi addat, *in virtute obedientiæ*, aut, *in Nomine Domini*. Sanchez citatus *dicto lib. 6. moral. cap.4. num.20.*

102 Sed licèt ad denotandum, Superiorem ex voto præcipere ſub mortali, regulariter requiratur aliqua ex dictis verborum formula: Hoc autem ſemper intelligendum, quando præceptum eſt ſimul de materia gravi. Sanchez cit.; Aliàs ſi præceptum omni ex parte circumſtantiarum, & materia eſſet leve, obligatio ſub mortali reputaretur iniqua. Sanchez *lib.1. moral. cap.4. num.4.* Suarez *lib.3. de legibus cap.25. num.2.*, Et hoc verum eſſe, etiamſi Superior præciperet ſub ſolemni formula. Azor. *tom.1. lib.5.cap.6.quæſt.5.* ex Caſtro. Non ſecùs ac juramentum promiſſorium, & votum, quæ, ſi ſint in materia levi, non obligant ſub mortali. Sanchez *cit.num.5.*, quidquid in contrarium dicat Clavis *reg. lib.3.c.7. num.17.* Quia juramenta ſecundùm intentionem præſtantis, non recipientis, judicat Deus. *Cap. humanæ* §.1. 12.*q.*5.

103 Nihilominus eſtò Superior non poſſit ſinè nota iniquitatis præcipere ſub mortali in materia levi, Sanchez citato, *& etiam lib.1.de matrim.diſp.9.num.6.* poteſt in materia gravi præcipere ſub veniali, ea potiſſima ratione, quia tota obligatio legis pendet ex voluntate Legiſlatoris. Caſtro *de legibus pœnal. lib.1.cap.5. Docum.4.num.49.* Sanchez *dicto libro 6.moral.cap.4.n.25.* Valent. *ſupra citat.* Navar. *cap.23. num.49.* Dian. *parte 3.tract.6. reſol.91.*, Crederem tamen, quòd Superior deberet ſe explicare, ne Subditus ex erroneo dictamine putet ſe mortaliter peccare. Quia ſicuti bona intentio non excuſat opus malũ. *Cap. non eſt putanda* 1.*q.*1.*ibi non eſt putanda eleemoſyna ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus accipitur. Quia qui hac intentione male accipit, ut quaſi bene diſpenſet, gravatur potiùs, quàm juvatur.* Ita mala intentio facit opus bonum non valere. *Cap.*

cùm

cùm Miniſter 25. *quæſt*.5.

104 Sed regulariter loquendo, compertum eſt, non expedire præcipere Religioſis per ſolemnia, & formalia præcepta, ob periculum lapſus. Pelliz. *manual.Regul.tom.*1 *tract*.4. *cap*.4. *num.* 14.15. & ſub pluribus titulis obligantia. Suarez, & Caſtropal. adducti ſupra *num*.89.

105 Nec juvat replicare, quòd rigoroſum præceptum majus meritum auget; Reſpondetur etenim, Noc ſuppleri poſſe per ipsâ voluntatem Religioſi promptè obedientis, & ob magis liberam, & ſpontaneam voluntatem, quæ oſtenditur, præveniendo quodcumque præceptum, & ob intentionem, & præparationem animi ad idem libentiùs, & promptè faciendum: ex juribus ſupra allegatis *num*.27. *& ſeq.*, & quia Deus plus reſpicit intentionem, & voluntatem, quàm actum *Cap. ſi quandoque à Sacerdotibus in fin.* 22. *quæſt*.5., & hoc eò magis, quia tale obedientiæ genus exerceri poteſt ex motivo religionis,& in Dei cultum. Imò etiam referri ex intentione operantis ad obſervationem ipſius Voti obedientiæ; & conſequenter ejus honeſtatem participare: Et hujuſmodi voluntas dicitur procedere ſuo modo, ex ſpeciali virtute obedientiæ, in quantum omnis actus, qui elicitur intuitu honeſtatis alicujus virtutis, pertinet ad illam, ſivè elicitivè, ſi illud ſit motivum proximum, ſivè imperativè, ſi ſit finis remotus. Theologi communiter:de quo infra *n*.156.

106 Tantò magis, quòd obedientia eſt omnium virtutum mater. S. Thomas 2.2.*quæſt*.104.*art*.2. *ad ſecundum*,& omne bonum per obedientiam fit melius. Idem Sanctus *opuſc*.18.*c*.12.Et ad exercitium virtutis obedientiæ non requiritur rigoroſum præceptum, ut dictum eſt ſupra *num*.27. & ſecundùm Canones *Cap. niſi bella, & Cap.paratus* 23.*quæſt*.1.*Cap.ſi inimicus* 93.*diſt*., & S. Thomas 2.2. *quæſt*.4. *art*.7. *ad* 3. *&c.* & Suarez infra *num.* 157.

Inſuper non parum juvabit ad noſtram in hac materia mentem erudiendam recogitare, quòd ſi 107
Superioris præceptum in materia gravi, etiam ſub aliqua ſolemni formula pronunciatum, obliget ad mortale,etiamſi Superior talis eſſet, quòd non poſſet ſub illa formula præcipere ex eo, quòd ſpiritualem non haberet juriſdictionem; Quia tamen per illum præcipiendi modum, licèt invalidum, indebitum, & ineptum, ſive uſurpatum, Superior ſatis explicaret animum ſuum obligandi Subditum quantùm poteſt: Inde fit, quòd Subdirus illud tranſgrediendo, licèt non committeret ſacrilegium, mortaliter tamen peccaret. Sanchez *dicto lib*.6. *cap*. 4.*num*.45. ibi .. *Inſuper credo, hæc habere verum, & ſi Superior talis eſſet, qui nequiret præcipere in virtute obedientiæ, vel Spiritus Sancti, utpotè qui juriſdictione ſpirituali careret, Cujus eſt ſimilibus verbis in ſuis præceptis uti, ſi enim materia talis eſſet, ut poſſet Superior ille obligare ſub mortali, præcipiendo illam, obligaret ſub mortali, quia utens ſimilibus verbis, & ſi uſus ineptus ſit, ſatis explicat, ſuam mentem eſſe, vel obligare ſecundùm totam ſuam poteſtatem, & eo modo, quo Superiores per juriſdictionem ſpiritualem intendunt præcipere, dum ſimilibus verbis utuntur*.

Quæ omnia doctiſſimè pronunciata optimè conſonant ad Te- 107 a
xtus modo allegandos, nam licèt actus à principio nullus nullum producat effectum *L*.4. *§. Condemnatum ff. de re Judic.*, nihilominus

nus ſemper ſaltem declarat mentem ipſius agentis. Roman. *conſ.* 174 Ampliſſimè Doctor *nu.* 11. Et mens præcipientis eſt, quòd Subditus pareat; Unde actus ſemper judicatur à principali intentione agentis. *L. ſi quis nec cauſam, in princ., & ibi Bald. ff. ſi certum petat.* Et in noſtro caſu voluntas enixa agentis per ſuum præceptum ſub mortali obligare; & obligare Subditum quantùm poteſt, itaut ſi ex aliquo titulo præceptum deficiat, nempe ex defectu ſpiritualis jurisdictionis, ſuppleatur ex alio capite, quia jura volunt, quòd quando ex pluribus capitibus poſſet fieri actus, uno deficiente, cenſeatur factus ex utiliori, & firmiori. *L. 3. ff. de teſtam. militis L. cùm Pater. ff. de jur. dot.* Cùm ſemper actus conſiſtat in voluntate, & potentia. Covarr. *in Cap. Cùm eſſes num. 7. de teſtam. & var. lib. 3. cap. 6. num. 9.*, & in noſtro caſu poteſtas, & voluntas ad præcipiendum concurrunt, tantò magis, quòd omnis eſt admittenda interpretatio ad actum ſuſtinendum. Rot. *dec. 469. num. 3. parte 2. Rec.*, & ſemper debeamus interpretari, ut aliquid operetur, & non remaneat inanis, & inutilis. *L. quoties ff. de rebus dub.* Quia non præſumitur actus eluſoriè factus. Maſcard. *de probat. concluſ.* 595. *à princ.* Card. Tuſc. *tom. 4. lit. F. concluſ.* 120. *nu.* 4.

108 Ex quibus manifeſtè erudimur, quòd licèt aliquando Superioris præceptum ſit nullum ob defectum poteſtatis jurisdictionis: Qui defectus eſt inſanabilis. Doctores communiter, & ad claros Textus ſupra *num.* 53.; Attamen, quia in tali caſu non ceſſant ratio Superioris, nec aliæ legitimæ poteſtates ejuſdem erga Subditos, ſic ſubintrat ratio taciti, vel interpretativi præcepti, eo ipſo, quòd per illud invalidum præceptum notificata remanet Superioris voluntas, vel dictum expreſſum præceptum, quod claudicat defectu ſpiritualis juriſdictionis, ſolidatur per cæteras legitimas poteſtates, quas in Subditum habet Superior obligandi quantùm poteſt, ex qua Subditus remanet ſub mortali obligatus Superiori obedire, ac ſi illud ſpirituale præceptum validum ſubſiſteret.

Quod ampliùs convincitur, 109 quia Superiore nullo modo, nec expreſsè, nec tacitè præcipiente, & omninò tacente, nullamque ſuam mentem ſignificante, nulla poteſt in Subditos inſurgere obligatio illi parendi, ut conſtat. Cauſa enim minimè influente nullus erumpit effectus: In quo concordant Philoſophi, & accedit Text. *L. adigere §. Quamvis ff. de jur. patr. l. ſi pater ff. de hæred. inſtit. l. generaliter C. de Epiſcopis, & Cler.*, quod & magis redditur manifeſtum: Nam ſi Superior ſolo actu interno præciperet, tale præceptum non obligaret, ut oſtendimus ſupra *num.* 26., unde multò minùs obligabit ſi externè. & internè omnis ratio præcepti ceſſaret.

Hæc veritas à Doctoribus 110 exemplificatur in Abbatiſſa, quæ cùm habeat, ut dictum eſt ſupra *num.* 88. ſolùm civilem, & temporalem poteſtatem in ordine ad bonum temporale in ſua Communitate obtinendum, & ſuæ Familiæ pacem, & tranquillitatem ſervandam; poteſt ſolùm temporalia præcepta imponere. Sanchez *dicto libro 6. moral. cap. 1. num.* 17., & 19. ex Divo Thoma *in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 1. ad 2.* Sylveſt. *V. Abbatiſſa, initio*, & ibi Tanbien. *num.* 5. Armil. *num.* 2. & alii ibi deſcripti; & diximus *ſupradicto nu.* 88. *uſque ad* 90. Et conſequenter cum non habeat

beat ſpiritualem poteſtatem juriſ-
dictionis, non poteſt ex voto validè
ſpiritualia, in virtute nimirum ſan-
ctæ obedientiæ, præcepta injunge-
re; quæ ſolùm ad ſpirituale bonum:
& finem altiorem diriguntur. Vi-
ctor *de poteſt. Eccleſ. quæſt.2.nu.4.,*
& in ſumm.Sacram.ubi de Clavibus
*num.*325. Sot. *in* 4.*diſt.*20.*quæſt.*1.
art.4.verſ.hinc fit, quòd Abbatiſſa.
Barthol. à Ledeſm. *ſumm. Sacram.*
ubi de Clavibus, diff.4. Dub. ult.
*pag.*948. & alii. Quidquid dicat in
contrarium Azor. *tom.1.lib.3.inſti-*
*tut.moral. cap.*10. *quæſt.6. in fine.*
Illo dumtaxat arbitrario fundamen-
to, quòd Abbatiſſa fungitur officio
publico, & ei Moniales parere co-
guntur ex vi Voti obedientiæ, ad
quem effectum Superiores ſpiritua-
lem in Abbatiſſam juriſdictionem
transferunt. Cujus quoque ſenten-
tiæ eſt Angles.

Sed hoc fundamentum facilè
corruit; quia videmus ex Eccleſiæ
uſu, quòd ſpiritualia præcepta in
virtutæ ſanctæ obedientiæ impone-
re, pertinet dumtaxat ad Eccleſia-
ſticos Prælatos, ex eorum ſpiri-
tuali juriſdictionis poteſtate; & nun-
quam audivimus, ſæculares Prin-
cipes in Vaſſallos, Rectores in Sub-
ditos, Civiles Magiſtratus in Cives,
Parentes in filios &c. & ſimiles, præ-
cepta in virtute Spiritus Sancti im-
poſuiſſe. Sanchez cit. *dicto lib.6.*
*moral.cap.1.num.*19.20.

Næc eſt qui neget, Moniales
112 in Profeſſione obediendi votum
emittere Superioribus, & Abbatiſ-
ſæ juxta ſingulorum poteſtatem
reſpectivè, ſpiritualem, aut tempo-
ralem, quam habent. Ex quo ſe-
quitur, quòd quilibet Superior in-
tra limites ſuæ poteſtatis reſpectivè
ſpiritualis, vel temporalis, qua pol-
let, poteſt à Monialibus debitum
obedientiæ exigere, & notanter
Abbatiſſa, quæ non eſt propriè Præ-
lata. Sanctus Thomas *in* 4.*diſt.*19.
quæſt.1.art.1. quæſt.3. ad 4. & ibi
Durand. *quæſt.1. ad ultimum.* Sua-
rez *tom.5. in 3. parte diſput.2. ſe-*
lect.5.num.5. ubi dicit, Abbatiſſæ
ſolùm committi maternum quod-
dam, & quaſi domeſticum regimi-
nis genus.

Sic cùm Abbatiſſa, ordinariè 113
loquendo, non habeat in Moniales,
niſi temporalem, & civilem juriſ-
dictionem tamquam Materfami-
lias, inde ſequitur, quòd non po-
terit exigere à Monialibus aliam
obedientiam, ratione voti ab ipſis
emiſſi, quàm illam, quæ ſuam po-
teſtatem temporalem, & civilem
concernit; & ita non poterit impo-
nere ſpiritualia præcepta ſub illa
ſolemni formula, quæ ex conſuetu-
dine inſtituta eſt, ad denotandum
ſpiritualis juriſdictionis poteſtatem;
ſed tantùm temporalia. Caſtropa-
lao *parte 3.tract.16.diſp.4.punct.2.*
num.3. nam votum obediendi alte-
ri, intelligitur juxta poteſtatem,
quam habet, & non ultra. Sotus
in 4.diſt.20.quæſt.1.art.4.verſ.hinc
fit. Ludovic. Lopez 2.*p. Inſtruct.*
*ubi de Clavibus cap.1.fol.*740. Bar-
thol. à Ledeſm. *ſumm. Sacrament.*
ubi de Clavibus diff.4. dub. ultim.
*pag.*948., & Moniales vovent obe-
dire Abbatiſſæ juxta poteſtatem,
cujus eſt capax, nempe civilem, &
domeſticam. Sanchez *lib.6. moral.*
*cap.1. nu.*21.

Dixi, *ordinariè loquendo*; quia, 114
an de abſoluta alicujus Prælati po-
teſtate in Abbatiſſam transferri poſ-
ſit ſpiritualis facultas præcipiendi
in virtute ſanctæ Obedientiæ, imò
& cenſuras ferendi; Reſpondendum
videtur affirmativè, ea ſolidiſſima
ratione, quia cùm fæminæ, non de
jure Divino, ſed ſolùm de Eccle-
ſiaſtico jure ſpiritualis Poteſtatis
ſint incapaces; ad Textus *in Cap.no-*
va de pœnit., & remiſſ., & ex per-

petuo

petuo Eccleſiæ uſu, ita ſemper fue-
rit perſuaſum, remanet tutum, quòd
ſolùm Summus Pontifex, uti ille,
qui privativè ad quoſcumque alios
Prælatos poteſt in jure Canonico
diſpenſare, ſicut Princeps Sæcula-
ris in jure Civili; valeat illis præ-
fatam juriſdictionem concedere.
Sanchez *dicto lib.6.moral.c.1.n.*17.
24. ubi plures allegat Doctores.

Sed quidquid ſit de jure; Nos
115 loquimur in hypotheſi, quòd Ab-
batiſſa non valens Monialibus for-
maliter præcipere in virtute ſan-
ctæ obedientiæ, ſi tamen de fa-
cto præciperet, An Moniales obli-
garet. In hoc caſu Doctores exi-
ſtimant, ut dictum eſt *num.*107. ex
Sanchez *lib.6.cap.4.num.*45. quòd,
licèt ejus expreſſum præceptum de-
fectu juriſdictionis ſit nullum, ni-
hilominus Moniales verè teneren-
tur ſub mortali illi parere, ob ra-
tionem illam, quia per dictum præ-
ceptum, licèt nullum, oſtenditur
animus Abbatiſſæ obligandi ſuas
Subditas quantùm poteſt. Quod
verificari non poſſet, niſi loco illius
invalidi, & expreſſi præcepti, aut
ſubintraret ratio, & obligatio ali
cujus præcepti taciti, & interpre-
tativi ejuſdem Abbatiſſæ, ad Subdi-
tas ſub mortali obligandas; aut di-
ctum præceptum firmum remane-
ret, quoad alias legitimas poteſta-
tes, quibus Abbatiſſa pollet, ut
modò diximus ſupra *num.* 107.
ſeq.

Tertiò, in caſu etiam, quo Su-
116 perior non haberet ſpiritualem po-
teſtatem imponendi ſolemne præ-
ceptum, adhuc Subditus teneretur
illi obedire tamquam Patrifamilias
intra limites Civilis, & Patriæ po-
teſtatis: non ſecus ac Moniales te-
nentur obedire Abbatiſſæ. Sanchez
*dicto lib.6. moral. cap.1. num.*21.,
in quantùm Abbatiſſa habet ſolùm
quoddam maternum regiminis ge-
nus. Sanctus Doctor, Durandus,
& alii ſupra cit. *num.*112., & hoc
temporale præceptum à quaſi na-
turali, & civili juriſdictione deſcen-
dens, in virtute obligandi, tacitè
æquipolleret ſpirituali præcepto.
Tantò magis, quia poteſt etiam
obligare ſub mortali. Profectò nol-
le obedire Prælato, ut habenti ci-
vilem, & domeſticam poteſtatem,
eſt mortale, ſi ſit in materia gravi.
Sanchez *dicto lib. 6. moral. cap.*4.
*num.*70. *in fine*; & in caſu, quo
adjungeretur obedientiæ Votum,
ſi eſſet de iis, quæ continentur in
Regulis, tranſgreſſio præcepti eſſet
Sacrilegium, ſicuti mortaliter, &
ſacrilegè peccarent Moniales, ſi in
tali caſu in vi præſtiti voti obtem-
perare recuſarent Abbatiſſæ in gra-
viter ſpectantibus ad domeſticam
gubernationem ad præſcriptum Re-
gulæ Monaſterii. Sanchez modò
cit.; Non ſecus ac filii ſuis Paren-
tibus in re gravi non obedientes
mortaliter peccant. Victor. *rele-
ction. de poteſt. Eccleſ. quæſt.*2.*n.*4.
Martin de Ledeſm. 2.*p.*4. *quæſt.*20.
*art.*4.*fol.*310. *col* 1.*& ſeq.*; & San-
chez *lib.6.moral.cap.*1.*nu.*18.

Et inſpecta ſola civili, & do-
meſtica poteſtate, licèt ab hac non 118
poſſint imponi ſpiritualia præcepta,
quæ ad Superiorem finem ordinan-
tur, ut diximus ſupra *num.* 18.20.,
& docet Victor in *ſumm. Sacram.
ubi de Clavibus num.*325. Sotus *in*
4.*diſt.*20. *quæſt.*1. *art.*4. Ludovic.
Lopez 2.*p.inſtruct. ubi de Clavibus
cap.*1.*fol.*740., attamen loco ſpiri-
tualium præceptorum ſubintrant,
& poſſunt injungi præcepta tempo-
ralia, ut ſupra *num.*107.*ſeq.*, quæ
ad bonum temporale, & politicum
diriguntur. Sanchez *dicto lib.6.mo-
ral. cap.*1. *num.*19. ſupra relatus
*num.*54., cùm temporalia præcepta
Superioris voluntatem detegant, &
oſtendant, obligent, & ſuo modo

ſpiritualibus æquipolleant, atque virtualiter, & tacitè in obligando ſpiritualium præceptorum naturam imitentur, ut dicemus *num.*140. *& ſeq.*

119 Dixi, ſpiritualia præcepta effectivè prodire à ſpirituali, & Eccleſiaſtica juriſdictionis poteſtate, & circa bonum ſpirituale verſari, ad denotandum, quòd quando Rectores ſæculares, Abbatiſſæ, Parentes, præcipiunt aliquod ſpirituale, puta viſitare Altaria, audire Sacrum die feriali, recitare Coronam, jejunare, & ſimilia: hæc non ſunt verè ſpiritualia præcepta, erumpentia effectivè ex ſpirituali, & Eccleſiaſtica poteſtate, quæ obligat ad culpam, ut dictum eſt ſupra *num.*20. *& ſeq.*, ſed ad ſummum dici poſſe ſpiritualia ex objecto, & dimanare dumtaxat à poteſtate civili, & politica, non effectivè, & coactivè, ſed directivè & conſultivè, quæ ad nullam culpam obligant; ut dictum eſt ſupra *dicto num.*72. in quo ſtatu videtur loqui Caſtropalao *p.*3. *diſp.*4. *punct.*2. *nu.*3.

120 Inſuper, licèt Prælatus Regularis habeat præfatam poteſtatem eccleſiaſticæ, & ſpiritualis juriſdictionis, poteſt tamen etiam præcipere non ex illa, ſed debitum obedientiæ exigere ex aliis capitibus. Immo præſumitur, regulariter loquendo, ſemper ita ſe gerere in præcipiendo. Pro quo, Lector, ad-

120 a verte quod pluries tradidimus. Primò, & diſtingue duplex dari præceptum: unum ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ juriſdictionis, atque ex Voto obedientiæ; alterum ex temporali poteſtate, & ex ſola obedientiæ virtute.

120 b Primum ut obliget ad culpam venialem, vel mortalem, ſub ratione ſacrilegii, neceſſariò requiritur, quòd ſit expreſſum, vel ſub aliqua ſolemni formula pronunciatum. Doctores communiter ſupra *num.*86. ex Sanchez, *& nu.*97.

Secundum ut obliget ad ſimplicem culpam mortalem, aut venialem, juxta quantitatem materiæ, ſufficit, quòd ſit tacitum, vel expreſſum à ſola virtute obedientiæ dimanans, ut dictum eſt *nu.*99. *ſeq.* ex Leſſio, *& num.*108. *&* 140. *& ſeq.* 120 c

Adverte ſecundò, quòd de rebus, quæ continentur reſpectivè in ſingulis poteſtatibus, & continentur etiam in Religionis Regulis, fieri poteſt à Prælato, ſpiritualem juriſdictionem habente, ſolemne, & ſpirituale præceptum Voti obedientiæ. Cùm Votum, ut dictum eſt, ſolùm, & ſemper obliget ad ea, quæ in Regulis deſcribuntur. De illis è contra, quæ continentur abſolutè in aliis poteſtatibus, & non in Regulis, dictum ſolemne præceptum voti fieri non poterit. 120 d

Pro Monialibus verò adverte, quòd licèt Abbatiſſa non habeat juriſdictionem ſpiritualem, & non poſſit præceptum imponere ex voto ſub illa ſolemni formula pronunciatum; Poteſt tamen ſecundum aliam poteſtatem, qua pollet, civilem, & gubernativam præcipere in vi voti præſtiti, & ſacrilegii, in illis rebus, quæ in ſua civili poteſtate continentur, dummodo etiam contineantur in Regulis ſui Monaſterii. Nam ſi præceptum eſſet de rebus non contentis in dictis Regulis, tunc non poſſet præcipere in vi dicti voti præſtiti, cùm voti obligatio extra Regulam non ſe extendat. 120 e

Etenim aliud eſt, quòd præcepta ſint ſpiritualia, à ſpirituali poteſtate deſcendentia; aliud verò, quòd ſint impoſita in vi voti præſtiti, & ſub obligatione voti obedientiæ ab aliquo emiſſi. De primo

conſtat ſupra *num.* 20. ſecundum importat rationem ſacrilegii. Exemplum ſit, ſi Miles faceret votum obediendi ſuo Duci in licitis ad militiam ſpectantibus; & Dux præciperet, & Miles non obediret: tale præceptum certè eſſet temporale, & tranſgreſſio ſacrilega, ut dictum eſt de Filio reſpectu Patris, de Servo reſpectu Domini *num.* 75. 83. 87. 141.

121 Et tandem, An expediat, ut dictum eſt ſupra *num.* 104., quòd Superior habeat voluntatem præcipiendi, & obligandi Subditum ſimul ex duplici titulo, & poteſtate, videlicet ex titulo Eccleſiaſticæ juriſdictionis, quæ illi competit, tamquam Prælato ordinario, & ex titulo quaſi dominationis, provenientis ex traditione; vel an ex altero ſolùm. Caſtropalao reſpondet *p.3. tract.16. diſp.4. punct. 1. nu.4.* ibi .. *Sic demus præceptum Superioris titulo juriſdictionis Eccleſiaſticæ obligare, non caret probabilitate, ceſſare eo caſu obligationem Voti, & traditionis Religioſæ; quia non eſt credendum, etſi fieri poſſit, Superiorem velle duplici poteſtate, & obligatione uti in ſuo mandato, ſcilicet poteſtate juriſdictionis, & Voti. Cùm æquum non ſit abſque gravi cauſa, occaſionem præbere, tot malitias multiplicandi.* Quod antea protulit Suarez *tom. 3. de Relig. lib.* 10. *cap.6. num.6.* . Et quòd non expediat per præceptorum multitudinem Subditos onerare. Immo ab hoc ſe abſtinere conſultius erit. Sanctus Doctor 2.2. *qu.* 105. *art.* 1. *ad* 3. ibi, *& ideo Prælati ſe abſtinere debent à multitudine præceptorum.*

Et ſi inſpiciamus ordinarium 122
modum gubernandi, quem adhibent Superiores in præcipiendo; Videtur, quòd quoad vim directivam utantur, ut dictum eſt, poteſtate dominativa; quoad vim verò coactivam, poteſtate juriſdictionis, ſi ea ſit neceſſaria. Nam in ordine ad irritandum Subditorum acta, procedunt ex vi poteſtatis dominativæ: Juriſdictionis verò in ordine ad diſpenſandum. Sanchez *lib.6. moral. cap.* 1. *nu.* 24.

Poſt hæc latè, & forſan pluſ-
quam noſtrum poſtularet inſtitu- 123
tum, ſed ad animi eruditionem, & completam noſtri Tractatus notitiam diſcuſſa, ſupereſt, ut dignoſcamus, quas conditiones, & qualitates pro ſui validitate requirat præceptum, quod in formula noſtri voti negativi exprimitur, & à qua poteſtate, & fonte derivari debeat. Et nunc facilè comprehendemus promiſſa in titulo, quid veniat nomine præcepti expreſſi, præcepti taciti, & promptæ obedientiæ; Et ſit.

§. V.

De Præceptis tacitis, expreſſis, & de prompta obedientia.

SUMMARIUM.

124 *Quid veniat nomine præcepti*
124 *expreſſi.*
125 *Præceptum expreſſum aliud eſt ſolemne, aliud privatum.*
126 *Privatum præceptum expreſſum quibus vocibus proferatur.*
Præceptum expreſſum, aliud eſt formaliter tale, aliud æquipollenter. ibid.
Dantur etiam voces commu-

nes, quæ non important præceptum. ibid.

127 Præcipio, Jubeo, Impero, Edico, Mando, Vero, Inrerdico, Inhibeo, *ſunt præceptum formaliter expreſſum.*

128 *Quam obligationem importent.* 132. 97.

Vox præcepti *indifferenter uſurpatur tam in culpa veniali, quàm mortali.* 129. *ſupra 96. ibid.*

129 *Et à quo deſumatur quantitas obligationis.* 19.

130 *Verba ſignificantia præceptum æquipollenter ſemper important aliquam neceſſitatem, & debitum, non ſolùm honeſtatis, ſed etiam præcepti.*

Verbum oporret *poteſt etiam importare conſilium. ibid.*

132 *Verba imperativa ſunt æquipollenter præceptum.*

Important obligationem ſub veniali. ibid.

Standum eſt conſuetudini, & materiæ quantitati. 128. *ibid.*

133 *Quæ ſint verba communia* monemus, hortamur.

134 *Au obligent ad culpam. Quidam dicunt ſub veniali; quidam ſub nulla obligare.*

135 *Aliquando verba importantia conſilium ſumuntur pro præcepto, & è contra.*

Aliquando eadem res uno jure præcipitur, alio jure poſtulatur. ibid.

136 *Quid veniat nomine taciti præcepti.*

Præceptum tacitum importat quidquid dicit expreſſum, & ejuſdem juris ſunt. ibid.

Præceptum tacitum ſemper ſupponere debet aliquam Superioris voluntatis manifeſtationem, vel per modum inſinuationis, vel per dum conſilii &c. 139. *& ſupra* num. 32. & ſeq. *ibid.*

137 *Superior debet ſaltem per ſim-*
137 *plicia verba manifeſtare ſuam voluntatem.*

138 *Voluntas Superioris, quocumque modo innoteſcat, erit tacitum præceptum.*

140 *Manifeſtatio Superioris imponit aliquam obediendi obligationem.*

Superior non habens ſpiritualem jurisdictionem ſi ex alio capite præciperet, Subditus teneretur ex voto obedientiæ illi obedire tamquam Patrifamilias. 116. *ibid.*

Manifeſtatio Superioris voluntatis fundat præceptum tacitum, & aliquam imponit obediendi obligationem. ibid.

Subditus tenetur obedire, etiamſi Superioris præceptum ſit nullum, quia tunc intrat ratio præcepti taciti. ibid.

141 *Ut Subditus Superiori pareat, non requiritur, quòd Superior habeat ſpiritualem juriſdictionem.* 116.

142 *Prælatus non ſemper præcipit ex juriſdictione ſpirituali, ſed ex aliis capitibus.*

143 *Votum Religioſæ obedientiæ obligat ſub veniali ad parendum Superiori, etiamſi Superior expreſsè non præcipiat; aut ſufficit, ut quocumque modo præcipiat.*

144 *Superior faciens actum, ad cujus complementum requiritur, ut Subditus alium actum efficiat, erit tacitum præceptum.*

Electio alicujus facta per Superiorem, eſt tacitum præ-

ceptum,

ceptum, ad hoc ut electus conſentiat. ibid.

145 *Ad oſtendendum hominum voluntatem magis conducunt facta, quam verba.*

146 *Suſcipiens Ordinē tacitè emittit Votum Caſtitatis.*

Unus actus expreſsè factus alium tacitè inducit. ibid.

147 *Conſilium importat tacitum præceptum.*

148 *Facere quæ ſunt de conſilio perfectionem obedientiæ inducunt.*

Datur obedientia neceſſaria, & perfecta. ibid.

149 *Tacitum præceptum eſt objectum obedientiæ.*

150 *Tacitè contenta in Regulis ſunt, quæ conducunt ad illam.*

Præceptum expreſſum de una re, eſt tacitum de alia. &c. ibid.

Ubi eſt eadem ratio, eſt idem jus. ibid.

151 *Recapitulantur, & referuntur capita, ex quibus emergit tacitum præceptum*, & ſeq. uſque ad 155.

152 Præcipio, Jubeo *ſimpliciter dicta, ſunt tacitum præceptum.*

153 *Præceptum tacitum reſultat ex naturali inſtinctu Subditi ad Superiorem, & ex conformitate ad illum.*

154 *Id, in quo Superior magis movet Subditum, quam purus amicus, eſt præceptum tacitum.*

155 *Reſpicere Superiorem in actu primo, ut potentem præcipere, fundat tacitum præceptum.*

156 *Operari ex affectu obedientiæ, dat ſpeciem actui.*

157 *Quid veniat nomine promptæ obedientiæ, cujus eſt præcurrere quodcumque præceptum expreſſum, & tacitum, intellecta Superioris voluntate obligare nolentis.*

159 *Obedientiæ actus verificari non poteſt, niſi aliquod interveniat præceptum.*

Dantur quoque verba præcepti, quibus eſt Superior potens in actu primo præcipere. ibid.

Prompta obedientia nihil expectat, & non permittit excuſationem, niſi ſit juſta. ibid.

160 *In quo conveniant, & differant præceptum tacitum, & prompta obedientia.*

161 *Præceptum tacitum aliquando obligat, prompta obedientia nunquam.*

Nunquam poteſt dari obligatio ſine præcepto; licèt poſſit dari præceptum, quod nullatenus obliget. ibid.

162 *Quando præceptum ſit obligatorium.*

163 *Præceptum expreſſum, licèt nullum obligat.*

164 *De perfectione promptæ obedientiæ.*

Ad meritum obedientiæ ſufficit operari ex affectu ſubjiciendi ſe voluntati Superioris. ibid.

Et quidem præceptum expreſſum, ex præmiſſorum apparatu, deſcribi poteſt, eſſe Superioris 124
actum, non mente retentum, de quo ſupra *num.26.* ſed externum, & ore prolatum, provenientem ab ejus legitima poteſtate, ſub certa verborum forma ſolemni, vel privata, obligantem Subditum ad obediendum, quæ omnes, & ſingulæ particulæ ex hucuſque narratis conſideranti innoteſcunt.

Dixi, ſub certa verborum for- 125

ma ſolemni, vel privata; ad diſcernendum, quando præceptum ex ſpeciali Religionum ſtatuto obligat Regulariter ſub mortali; de cujus ratione eſt, debere pronunciari à Superiore ſub illa certa verborum forma, per extenſum deſcripta ſupra *nu.96.*, vel ſub privata: quando Superior ſimpliciter dicit, *Præcipio*, *Jubeo*, *Mando &c.* de quo ſupra *num.97.*

126 Sed de hujuſmodi præceptis, quæ fiunt ſine illa ſolemni formula, adhuc ſupereſt examinare, quibus vocibus proferantur. Cùm Doctores diſtinguant inter voces, quæ de ſe immediatè, & formaliter ſonant expreſſum præceptum; & quæ tantùm æquipollenter præceptum inducunt; & quæ non ſunt præceptum, nec æquipollent præcepto, ſed dicuntur communes.

127 Et quidem voces, quæ de ſe immediatè, & formaliter præceptum ſonant, ſunt *Præcipio. Jubeo.* Gloſſ. Clement. *Paſtoralis verb. de more de ſent., & rejudic.* Clement. *final.verb. jubemus de Cenſibus, & ibi* Card. *num.*1. Imol. *nu.*2. Barth. *L.ſæpe ad fin. ff. de offic. Præſid.* Vaſquez 1.2. *quæſt.96. art.4. diſp.*158.*cap.3. nu.22.* Idemque important *Impero*, *Edico*. Azor. *tom.*1. *Inſtit. moral. lib.5.cap.6.quæſt.5.*, ſic etiam *Injungo*. Gloſſ. Clement. *quia contingit, verb. injungimus de Relig.Domib.*, & ibi Imol. *num.*11. Felin. *Cap. nam concupiſcentiam num.5.*

Præceptum etiam immediatè ſignificant, *Veto*, *Interdico*, *Jubeo*. Archidiaconus. *Cap. interdixit num.1. diſt.32.*, & alii.

Mando, ſignificare preceptum, ſed ſub levi obligatione tener Gloſſ. *L. ſæpè verb. neceſſitatem ff.de offic. Præſid.*, & ibi Barrol. *ad fin. de Procuratoribus*. Sed veriùs videtur *mando*, *& præcipio* eamdem vim habere, idemque importare. Archidiaconus *Cap.fin. nu.2.14.qu.1.* Felin. *num.5. & 7. & Cap. eam te num.11.differ.5. de reſcript.*, & ibi Abbas *num.*4. Vaſquez 1.2. *qu.96. art.4. diſp.158.cap.3. num.21., & cap.6. num.56.* dicens, utrumque verbum, *mando*, *& præcipio* poſſe ſub mortali, & veniali obligare.

Quantùm verò ad obligationem: quidam dicunt, quòd quoties aliquid ſtatuitur per verba præcepti, aut per verba æquipollentia præcepto, tunc inducitur obligatio ſub mortali; & hoc ſpeciale eſſe in jure Canonico. Secus autem in legibus Divinis, naturalibus, & civilibus, in quibus intentio obligandi ſub mortali aliunde capienda eſt; 128
Et rationem adducunt. Quia in jure Divino, naturali, & civili nomen *præcepti* indifferenter uſurpatur tam in culpa veniali, quàm in mortali. Sicuti eſt præceptum, non mæcaberis, quod obligat ſub mortali, & præceptum non dicendi mendacium, aut verbum otioſum, quod ſolùm obligat ſub veniali: & nec uſus, nec Legiſlator civilis, nec Deus aliquando declararunt, quòd illa vox *præceptum* importet obligationem ſub mortali. Bene tamen in jure Canonico per Text. *in Clement. exivi. §. Cùm igitur verſ.declaramus de verborum ſignificatione*. Caſtrus *lib.1. de legibus pœnalibus cap.5. docum.4.* Navarr. *ſum. cap.23.* Hiſpan. *nu.50.*Latin.*nu.52.* Valent. 1. 2. *diſp.7. qu.5. punct.6. quæſtiunc.3. in 6.ſigno*, & alii.

Sed aliunde videtur etiam in jure Canonico deducenda ſub mortali, aut veniali obligatio, quàm ex ſola voce præcepti. Cajet. *in ſumm. verb. præcepti tranſgreſſio. §. Pœna præceptorum.* Vaſquez 1.2. *diſp.158.cap.4.num.3., & 35.* Quia conſtitutio quando obligat ad culpam, parum refert, quòd importet 129

præceptum; quia præceptum indifferens eſt ad mortalem, & venialem: & Clement. allegata nihil convincit; quia non loquitur in ſenſu modò ſupra relato, ſed dumtaxat, An Fratres Franciſcani teneantur ad omnia Evangelica conſilia; ſed potiùs aſſerit, præceptum juxta materiæ quantitatem obligare; & hanc eſſe veram regulam. Bartholom. de Medin. 1.2.*quæſt.96.art.4.fol.*874. Vaſquez *dicta diſp.* 158. *cap.4.num.*3.35. Tolet. *ſumm.lib.*8. *cap.* 20. *num.* 2. ubi clarè loquitur.

130 Verba vero ſignificantia ęquipollenter præceptum ſunt *Debeo*, quod verbum ſignificat non ſolùm debitum honeſtatis, ſed etiam debitum præcepti. Felin. *Cap. nam concupiſcentiam num.6. de conſtitut. & ibi* Alexand. denuo *nu.*25. Vaſquez 1.2.*dicta q.96.ar.4.diſp.*158. *cap.*3. Et idem dicemus de verbo *oportet*; quia de ſua natura importat neceſſitatem, & debitum; licèt aliquando dicat etiam debitum honeſtatis. *Gloſ. l.*1. *verb. prius ff. de Juſt. & jure, & ibi* Barth. *in principio*. Jaſon. *num.*9. Tolet. *in fin. ſumm. ubi de peccatis mortalibus, cap.*20. *num.*2. & alii. Et etiam ſumi poteſt indifferenter ad debitum præcepti, & debitum honeſtatis. *cap.* 1.*verb. oportere* 25.*qu.*1. *& ibi* Archidiacon. *num.unico.* Cabon. *de legibus lib.*7. *diſp* 4. *ad fin.* in dubio autem, An verbum *oportet* inducat præceptum, ſive conſilium, pars benignior eſt eligenda. Caſtro *l.*1.*de leg. pœnal. cap.*5. *document.*4.

131 Nec diſſimiliter ſe habet verbum *Teneri*. Caſtro modò citat. *docum.*3. Vaſquez 1.2.*quæſt.96.c.*3. *num.*21. idemque ferunt de verbo *Obligatur*, & de omnibus vocibus, importantibus neceſſitatem, ut *Neceſſariò, neceſſe eſt*. Gloſ. *Cap. Dominio verb. neceſsè* 50. *diſt. & ibi*, Archidiacon. *num.*1., & Vaſquez citat., & de verbo *non licet*, & *non poteſt* idem fertur judicium. Caſtro, Vaſquez modò allegati.

Verba quoque imperativa, æquipollenter pręceptum inducunt. Nam quod imperatur neceſſe eſt fieri. Decius. *Cap. nam concupiſcentiam* 1.*lect. fin. de conſtitut.* Abbas *Cap. veſtra num.*1. *notab.*2.*de cohabitat. Cleric. & mulier*. Vel ad minus important præceptum obligans ſub veniali. Navar. *ſumm. cap.*23. Latin. *num.* 49. Hiſpan. *num.* 48. Emanuel Sa *ſumm. verb. lex. nu.*6. Cajetanus verò negat omnem culpam, & veram rationem præcepti, 2.2. *quæſt.*86.*art.*9. Vaſquez citat. exceptis verbis imperativis in jure Canonico, & Conciliis. Sed ſtandum cenſeo conſuetudini, & reſpiciendum eſſe ad materiæ quantitatem. *Clemen. exivi* §. *Idem quia verſ. non itaque de verbor. ſignificatione*. Vaſquez citat. *art.*5. *diſp.* 159.*cap.*2. *n.*10. 132

Tandem alia verba dicuntur communia, quæ non ſunt præcepta, nec æquipollentia præcepto. Nimirum, *Monemus*, *Hortamur*, & ſimilia, ejuſdemque ſenſus *ordinamus*. Abbas. *Rubric. de obſervationibus jejuniorum in fin.* Angel. *verb.lex num.*3. Sylveſt. *verb. præceptum quæſt.*2., & alii. Idemque dicunt de *Statuimus* Anton. *Cap. nam concupiſcentiam fin. de conſtit.* ſic etiam *Innovamus*, *Volumus*, *Intendimus*, *Sancimus*. Vaſquez citat. Verbum verò *Decernimus* inter communia reputatur. Abbas *dicto Cap. nam concupiſcentiam* 4. *de conſtit.* Vaſquez citat. & alii. 133

Non autem eſt una mens inter Doctores, An lex, in qua hujuſmodi verba continentur, obligent ad culpam. Et quidem non obligare ſub mortali tenet Abbas dicto 134

Cap.

Cap. nam concupiſcentiam num.4. de conſtit. & *Cap. relatum num.6. ne Clerici, vel Monaci*. Tambien. *verb. lex num.*28. *quæſt.*29. Armilla *num.*4. *Sa num.*6., unde videntur ſentire, quòd obligant ſub veniali; & ita cenſent Azor. *lib.*3. *Inſtitút. moral. cap.*6. *quæſt.*5. dicens, hæc verba non continere gravem obligationem. Abbas *rubric. de obſervat. jejun. in fin.* Navar. *ſumm. cap.*23. Hiſpan. *num.*48. Latin. 49. & alii. Ad nullam verò culpam obligare tenent Vaſquez 1.2. *q.*95. *art.*4. *diſp.*158. *cap.*3. *num.*23., & alii. Et ratio eſt, quia Legiſlator intendens ad aliquam culpam obligare, rigidioribus terminis ſuam explicat mentem.

Cæterum, ut diximus *num.*96. aliquando quædam verba expreſſo præcepto, ex Religionum Inſtitutis à Superioribus adjunguntur, ratione quorum ſignificatur, præcipientium intentionem eſſe obligare ſub mortali, ut quando præceptum imponitur ſub illa ſolemni formula, de qua latè ſupra *dicto nu.*96.

135 Notandum quoque venit, quandoque verbà importantia conſilium ſumi pro præcepto, & è contra. Sic verbum *Rogo* aliquando vim habet præcepti. *Cap. Rogo* 11. *quæſt.*3., & *Gloſſ. ibi verb. Rogo*. Et verbum *Præcipio* aliquando ſumitur pro *Moneo cap.*2. 12. *qu.*1., & *ibi Gloſſ. final.*, & Abbas *num.*3. Imol. *n.*8. Sylveſt. *verb. præceptum q.*2., & aliquando ſecundùm jura ſignificat inſtruere ſupra *Reſ.*11. *n.*33. Verum tamen eſt, quandoque contingere, eandem rem uno jure præcipi, alio jure poſtulari. Anton. *Cap. nam concupiſcentiam fin. de conſtitution.* Imol. *nu.*8.

136 Sed ulterius procedentes, inſpiciamus oportet, quid veniat nomine taciti præcepti, quòd multum facit pro intelligentia noſtri voti negativi; Et quidem ex cumulatis in hac Reſolutione, hoc haud obſcurè innoteſcit. Etenim tacitum præceptum importat tacitè omnia, quæ in expreſſo pręcepto proferuntur: quandoquidem tacitum, & expreſſum ejuſdem juris reputantur ad Regulam juris 156. decantatam *ff. de reg. jur.* & *ibi Gloſ.*; atque utriuſque eſt par ratio, cùm tacitum plus operari non poſſit, quàm expreſſum, ut tradunt omnes ſcribentes ad Text. *in l. cùm quid ff. ſi certum petatur*, licèt taciti, & expreſſi ſæpe ſit in jure diverſum judicium; ſi tamen adſit diverſa ratio. *L. nonnunquam* 52. *ff. de condit.* & *demonſ. L. ſi quis Sempronium* 68. *ff. de hæred. inſtit.* Barboſ. *in L. Maritum* 13. *n.*28.

At, benigne Lector, attende ſecundùm omnium Doctorum Regulam Sancti Thom. Cajet. modò allegand., quòd ad hoc, ut rationabiliter præſupponi poſſit aliquod tacitum Superioris præceptum de aliqua re à Subdito facienda; neceſse eſt pro indiſpenſabili fundamento, ut præventivè Superior aliquo modo ſuam indicet aut pandat voluntatem, vel per aliqua ſimplicia verba ad Sac. Textum *Exod.*24. ibi, *Omnia quæcumque locutus eſt Dominus, faciemus, erimus obedientes*; vel ſimpliciter ſe explicet inſinuando, vel per modum conſilii ſuadendo, vel per modum rei licitæ approbando, vel per modum ſui deſiderii ſuggerendo, vel per modum ſui beneplaciti indicando, vel per modum aliqualis præcepti, aut naturalis, aut familiaris, aut domeſtici injungendo, vel invitando, ſicuti fecit Chriſtus quando vocavit Apoſtolos, ut innuimus ſupra *Reſ.*11. *num.*33., & hìc *num.*27. *ſeq.*, & *num.*34., quod præceptum eſt minoris roboris, comparativè ad pręceptum illud, quod dicitur rigoro-

Digitized by Google

lum, & formale, & ſolemne, & ſub illa ſpeciali formula pronunciatum, præter ea, quæ dicta ſunt ſupra *num.*27. 34., & iterum infra *num.* 139.

137 Quòd autem præceptum tacitum de aliqua re importet aliquem ex prædictis modis, aut ſupponere debeat pro ſuo fundamento, quòd Superior ſuam mentem, ſaltem per aliqua ſimplicia verba manifeſtet, non eſt ſub lite diſputandum. S. Tho. 2.2. *quæſt.*104. *art.*2. *ad* 2. ibi .. *Præceptum interpretativum, eſt ſimplex verbum Prælati, ejus indicans voluntatem.* Ecce, quòd ad præceptum tacitum conſtituendum neceſſe eſt, quòd Superior ſuam voluntatem aliquo modo declaret.Ibidem SanctusDoctor. *Voluntas enim Superioris quocumque modo innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum.*Unde licèt præceptum ſit tacitum; attamen ſemper requiritur, quòd aliquo modo loquatur Superior, & ejus mens Subditis notificetur; quia perfectus obediens aliud expectare non debet, poſtquam Superioris intellexerit voluntatem. Sanctus Bonaventura infra *num.*150. nam obedientiæ actus nihil aliud eſt, quam voluntatem Superioris adimplere. Cajet. *quæſt.cit.* ibi .. *Obedientiæ actus eſt facere, vel omittere, ut Superioris voluntatem ſibi notam impleat. Inobedientiæ verò actus eſt facere, vel omittere aliquid contra qualitercumque inſinuatam Superioris voluntatem.*

138 Ex quibus evidenter concluditur per Sanctum Thomam, præceptum tacitum verificari non poſſe, niſi voluntas Superioris per ejus ſimplex verbum indicetur, aut aliquo modo manifeſta reddatur. Et per Cajetanum, niſi qualitercumque inſinuetur, & notificata clareſcat.

Et cùm præfati modi loquendi,tamAngelici Præceptoris,quàm ſui perſpicaciſſimi Interpretis Cajetani, generaliter oſtendant, præceptum tacitum circa aliquam rem verificari non poſſe, niſi aliqua fuerit Superioris voluntas qualitercumque manifeſtata: hinc veri redduntur præfati ſingulares modi, nimirum, niſi Superioris voluntas innotuerit,vel per ſimplex verbum, vel per modum conſilii, ſive deſiderii, ſive ſui beneplaciti, aut ſimilium, quod eſt quocumque modo, aut qualitercumque aliquod palam oſtendere, & quemcumque Subditum perſuaſum reddere, talem eſſe Superioris voluntatem.Inde verum videtur, quod dicit Zaſius in modò ſupra dicta *L. cum quid ff.ſi certum petatur,* quòd Tacitum plurifariam uſurpant Juriſconſulti, aut directè, vel ex obliquo. Directè, vel ex legis diſpoſitione, vel ex rerum natura, vel ex conſuetudine, aut ex neceſſitate, vel ex dependentia ab expreſſo. Ex obliquo verò tunc intelligitur, quando provenit ex adjuncto. 139

Et certè, omnes iſti modi verè fundant tacitum præceptum, & aliquam obediendi obligationem, quod oſtenditur: Primò, in caſu quo Superior non habens legitimam poteſtatem ſpiritualem præcipiendi, nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiat, tunc pariter Subditus obedire tenetur ex dictis ſupra *num.*17.*ſeq.*& Sanchez *lib.*6. *moral.cap.*4. *nu.*45. allegatus ſupra per extenſum *eodem nu.*107. Et præfata obediendi obligatio minimè oriri poſſet, niſi loco prædicti præcepti nulliter facti, ſubintraret ratio præcepti taciti, vel alterius legitimæ poteſtatis, ex quo Superior per dictum irritum præceptum ſuam oſtendit voluntatem, ut advertit Sanchez citatus, & pro- 140

bant Textus allegati ſupra *nu.*137. *& ſeq.*

141 Secundò oſtenditur, quia non eſt neceſſarium, ad hoc ut Subditus Superiori pareat, quòd Superior habeat ſpiritualem poteſtatem præcipiendi in virtute ſanctæ obedientiæ. Sed ſufficit, quòd ſit utcumque Superior; ut de Abbatiſſa pronunciavimus ſupra *n.*90. & docet Sanchez *dicto lib.*6. *moral. cap.*1.*nu.*21., & diximus de Servo reſpectu Domini, & Filio reſpectu Patris, & multò magis ſi votum haberent obediendi illis, ut diſſeruimus ſupra *nu.*75.83.87., & hoc ex illa potiſſima ratione, quæ oritur, quando Superior ſuam circa aliquam rem mentem manifeſtat, quod tacitum importat pręceptum, Quod & magis comprobatur.

142 Quia Pręlatus Regularis etiamſi habeat poteſtatem juriſdictionis ſpiritualis, nihilominus non ſemper præcipit ex illa, ſed ex aliis capitibus, ut demonſtravimus ſupra *num.*100., & nihilominus Subditus illi obedire tenetur. Unde erit tacitum præceptum, æquipollens ſpirituali ad Subditum obligandum, ut pareat.

143 Tertiò. Nam votum Religioſę obedientiæ obligat ad parendum Superiori, ſaltem ſub veniali, etiamſi Superior expreſsè non præcipiat, ſed tantùm ſuam voluntatem aperiat, ex ſupra deductis *num.*106., aut ſufficit, quocumque modo præcipiat ex Leſſ. ſupra *num.*100. Unde ſi Superior ſuam voluntatem pandat, hoc erit præceptum tacitum, quod evidenter dignoſcitur ex juribus ſupra allegatis *nu.*137., *& ſeq.* Quod etiam convincitur

144 Quartò. Nam multò magis vigorem hebebit taciti præcepti, ſi Prælatus faciat aliquem actum, ad cujus complementum Subditi requiratur conſenſus. Ut ſi Superior ad Eccleſiaſticam Prælaturam Subditum eligeret, & promoveret. Tunc cùm electio facta per Superioris authoritatem effectum obtinere non valeat, niſi Electus conſentiat, ad Textus infra allegandos *Reſol.*15.*num.*21.*ſeq.*, actus enim non debet remanere vacuus ex allegatis ſupra *num.*107., ſic ipſa voluntas eligens erit clara oſtenſio voluntatis eligentis, requirentis conſenſum electi in ſui electionem, adeoque erit verum tacitum pręceptum, ut conſtat ex juribus allegatis ſupra *num.*137.

Quod & ampliùs efficaciter 145
ſuadetur ex validiſſima ratione, quòd ad ſignificandam hominum voluntatem magis conducunt facta, quam verba. Leo Papa *in ſerm. de jejunio*. ibi.. *Validiora ſunt facta, quàm verba, & pleniùs opere docetur, quàm voce*.

Unde cùm electio ſit factum quoddam proveniens à voluntate Superioris, ſic manifeſtat voluntatem illius requirentis electi conſenſum: quod ſemper eſt intelligendum, quando ad electionem ſequitur intimatio, ex dicendis *Reſol.*15. & ita talis voluntas erit præceptum tacitum eligentis, obligantis ſuo modo Subditum electum ad conſenſum; Et videtur indubitatum, ſemper Superioris factum taciti præcepti jura obtinere, ad Text. *in Cap. ſi inimicus eſt* 93.*diſt.* nam licèt aliquando debitum faciendi aliquid nobis per vocem non injungat Superior, per factum tamen quid nobis ſit faciendum oſtendit. Sanctus Gregorius eruditè *homil.* 17. *in Evang. de Chriſto loquente* ibi.. *Aliquando nos ſermonibus, aliquando verò operibus admonet. Ipſa enim facta ejus præcepta ſunt, quia dum aliquid tacitè fecit, quid agere debeamus innoteſcit.*

146 Quę veritas quoque confovetur ex alio facto. Profectò, licèt non conſtet, an obligatio continentiæ Sacris Ordinibus annexa, ſit ex ſolo Statuto Eccleſiaſtico, vel ex Caſtitatis Voto. Attamen oriri ex Voto probabiliùs Theologi reputant. Sanchez *lib.7. de matrim. diſput.27. num.*10. Itaque, licèt ſuſcipientes Ordines Sacros tale votum voce, & expreſsè non emittant; nihilominus tacitè illud profiteri cenſentur; quatenus faciunt actum illum ſuſceptionis ordinum, cui tale votum reperitur adjunctum. Sanchez *lib.5. moral. cap.6. num.*2. ſicuti induceretur tacita, & ſolemnis Profeſſio, ſi quis in religione approbata profeſſorum habitū deferret, & actibus interveniret ſolis Profeſſis competentibus, ad Text. *in Cap. vidua de Regulari*. Unde ſequitur, quòd unus actus expreſsè factus, alium tacitè inducit; de qua veritate infinita in jure traduntur exempla.

147 Quintò. Quòd autem etiam Conſilium taciti Præcepti naturam inducat, ex eo reportatur: quia conſilium detegit animum conſiliantis, adeoque taciti præcepti naturam ſortitur. De qua veritate, etiam in Sacris Paginis erudimur, nobis à ſtulto, niſi ſtultitiam audire velimus, conſilium non eſſe quærendum, ſed à viro perfecto, ut ſuam nobis detegat bonitatem. *Proverb.*8. ibi .. *Cum fatuis conſilium non habeas; non enim poterunt diligere, niſi quæ eis placent, & cap.*9. ibi.. *Cum ſapientibus, & prudentibus tracta*. Et hujuſmodi ſenſus ſententiæ innumerabiles in Sacris Paginis cumulantur.

148 Sextò, executionem eorum, quæ non ſunt de præcepto, ſed de conſilio perfectiorem obedientiam reputari unanimiter recipiunt Theologi, de quo ſupra *num.*28., & quidem obedientia de rebus non obligatoriis celebratur perfectiſſima. Sanctus Bonaventura *de profeſſ. Relig. cap.*28. ibi .. *Bonus obediens aliud non ſpectat, ubi de Superioris ſibi conſtiterit voluntate*. Ex quo reſultat, quòd de quacumque Superioris voluntatis indicatione, etiam de his, de quibus eſt conſilium, obedientiæ ratio verificatur. Cujus objectum non ſtat ſine aliqua ratione præcepti, ſaltem taciti, ex Sancto Tho. pluries allegato 2.2. *quæſt.*104. *art.*2. *in corp.* Unde dicamus oportet, dari obedientiam neceſſariam, reſpicientem expreſſum præceptum; & obedientiam perfectam, ordinatam ad res non expreſsè præceptas; quæ obedientia pertinet ad cumulum perfectionis S. Tho. *dicta* 2.2. *qu.*104. *art.*5. *ad* 3. tantò magis, quòd actus obedientiæ proveniens ex præcepto, eſt actus neceſſitatis: erumpens autem ex ſolo conſilio, eſt voluntatis, ad Textum ſupra adductum *nu.*32.; Et aliquando verba importantia Conſilium inferunt vim præcepti,
per Textus ſupra allegatos *n.*135. 149

Itaque ſemper indubitatum reſplendet, quòd quando Superior ſuam aperit voluntatem, tunc Subditus, vel amore majoris perfectionis in obediendo, vel ſaltem ſub timore venialis culpæ, obedire tenetur; De quo ſupra *nu.*106.107. 140. Quod eſt habere rationem præcepti ſaltem taciti. Profectò ubi aliquod præceptum non militat, nulla poteſt eſſe culpæ obligatio, ut patet ex terminis. Et Apoſtolus teſtatur .... *Peccatum non niſi per legem*. Et hoc omnia jura confirmant. Et tacitum præceptum eſſe de ratione obedientiæ ſæpè replicavimus, & hoc ejus objectum declarat Sanctus Thomas ſupra citatus *num.*104. & 136. & 2.2. *qu.*104. *art.*2. *in corp.* ibi .. *Unde obedientia eſt ſpecialis virtus, & ejus ſpeciale*

objectum eſt præceptum tacitum, *vel expreſſum. Et ad ſecundum*, ibi.. *Obedientia non eſt virtus Theologica,non enim objectũ ejus eſt Deus, ſed præceptumSuperioris,vel expreſſum,vel interpretativũ ſcilicet ſimplex verbum Prælati*, *ejus indicans voluntatem,cui obedit promptus obe-*
150 *diens.De quo infra n.*159.§.*Itaque*.

Septimò oſtenditur, quia Doctores communiter recipiunt, ut ſupra retulimus *num.*51.64. illa tacitè ſub Regula contineri,quæ mortaliter neceſſaria judicantur ad ipſius Regulæ expreſſæ obſervantiam. Sanctus Thomas *ſupradictis numeris* 51.64.allegatus,& inſuper *in* 2. *diſt.*44. *quæſt.*2.*art.*3., & eſt communis Doctorum ſenſus. Durandus *ibi q.*4.*num.*6.Sylveſt.*v.Religio* 6.*quæſt.*6. Leſſ. *lib.*2. *cap.*41. *dub.*9.*num.*77. Vaſquez 1.2.*diſput.* 154. *cap.*4. *num.*20. Suarez *tom.*3. *tract.*16. *diſp.*4. *punct.*4. *num.*4. & alii. Hinc neceſſariò ſequitur, quòd præceptum expreſſum de aliqua re, erit tacitum præceptum de alia, & ad illam obligans ſicuti expreſſum, ut conſideranti patet, ad Textum *in L. ubi de eodem Gloſſ.*1. §.*Pen.* ibi .. *Ubi ratio eadem eſt*, *ibi idem jus eſſe debet*. Et tacitum, & expreſ-
151 ſum ejuſdem juris eſſe declarant Textus ſupra cit. *num.*126. Unde perpetuò concludendum judicamus recapitulando ſupradicta: quòd notificata circa aliquam rem Superioris voluntate, tacitum ſtatim reſultat præceptum; immo ipſam ſolam Superioris voluntatis manifeſtationem eſſe præceptum tacitum, ex Sancto Thoma modo cit., & ſupra *num.*32. Et quòd obedientia, licèt requirat præceptum, ut dictum eſt *num.*150., nihilominus non eſt neceſſe, quòd tale præceptum ſit rigoroſum, ex allegatis ſupra *n.*105. Adeòque ſufficit tacitum. Et quòd Votum, juxta aliquorum mentem, etiam obligat, quando Superior aperit ſuam voluntatem: de quo ſupra *num.*106.*ſeq.* quod verificari non poſſet niſi ſimplex Superioris voluntas rationem haberet taciti præcepti; ex modo dictis; & ex illa ſæpè inculcata ratione, quòd Voti obedientiæ, & obedientiæ Virtutis exercitium ſinè aliquo præcepto verificari non poteſt; ut ſupra firmavimus *num.*26.*ſeq.*

Octavò hoc quoque oſtendi- 152
tur,quia tacitum præceptum emergit per hoc, quòd Superior ſimpliciter diceret, *Præcipio,Jubeo*, quatenus hic modus loquendi eſt ſuæ mentis manifeſtativus; licèt hæc forma ſimplex ex Religionum Inſtituto non obligaret, ut diximus ſupra *num.*97.

Nonò quia præceptum taci- 153
tum reſultat (& intellige ſemper, notificata Superioris voluntate)per hoc, quòd Subditus non ſolùm ex juſtitia, ut dictum eſt ſupra *nu.*19. 20.43.75. ſed etiam, quia ex naturæ inſtinctu Superiori ſe ſubjicit, & ſubmittit, ex dictis ſupra *nu.*30. Etenim,ſicuti hujuſmodi inſtinctus inclinat ad obediendum Superiori; ſic erit tacitum naturæ præceptum; & ob eamdem rationem idem tacitum pullulat præceptum ex conformitate, & ſubordinatione, quam habet Inferior ad ſuumSuperiorem, ex deductis ſupra *num.*30.31. 154

Decimò quia cùm inferiorem, magis moveat Superior, quàm purus Amicus,ex dictis ſupra *n.*32. in eo in quo Superior magis movet, taciti præcepti obtinet vires.

Undecimò tandem. Quia ta- 155
citum præceptum etiam reſultat ex hoc, quòd Subditus, intellecta Superioris voluntate, Superiorem reſpicit in actu primo, ut potentem imperare, ut diximus ſupra *nu.*28., & advertit Suarez modo infra *nu.* 158.

156 Quod & magis perſuaſos nos reddit; quia Subditus talem rem activè, vel imperativè facere poteſt ex amore virtutis obedientiæ, & ex motivo Religionis, atque Dei cultu, ex dictis ſupra *nu.*105., & quia talem rem Religioſus operari poteſt non ſolùm cum affectu virtutis obedientiæ ad illam, ſed etiam ex affectu. Nam operari cum affectu ad obedientiæ virtutem eſt operari concomitanter cum tali affectu, & ita, licèt non augeat, aut minuat perfectionem obedientiæ, in quantum non eſt cauſa actus: attamen non dat, neque tollit ab eo bonitatem; Sed poteſt ex accidenti moraliter conferre ad perfectionem, in quantùm poteſt tollere, & ſuperare impedimenta, & augere voluntarium. Operari autem, ex *affectu obedientiæ* virtutis, aut Voti, eſt dare actui ſpeciem, & ordinem. Ita Theologi differunt. Suarez *tom.4.de Relig.lib.4.cap.14.n.31.*

157 Tandem, quid veniat nomine promptæ obedientiæ; Reſpondemus, promptam obedientiam eſſe actum deſcendentem à Subditi voluntate, diſpoſita, & parata ad ſe ſubjiciendum, & conformandum in omnibus cuicumque Superioris voluntati, ſtatim ac illa ſibi innoteſcat; adeoque expeditè, & ſine mora exequens, quidquid deprætenderit eſſe de illius mente; præveniendo quodcumque illius præceptum, tam expreſſum, quàm tacitum, ipſo Superiore ſe explicante, ſibi gratum, & placitum fore, ſi hoc, vel illud à Subdito fiat: expreſsè declarando, quòd non intendit Subditum ad minimum obligare, nec ad culpam, nec ad pœnam. Nam proinde actus dicitur prompta obedientia, quia ex nulla parte eſt compulſus, ſed omni volunrarietate elicitus. Doctores communiter cum Suarez *tom.4. de Relig. lib.4.de Votis cap.14. nu.11.* ibi.. *Voluntas Superioris indicata Inferiori, eſt ſufficiens objectum formalis actus obedientiæ, & tamen non habet ſemper vim præcepti* [nota] *ſive taciti, ſive expreſſi, & nullo modo obligantis; nam interdum Superior deſiderat, & petit à Subdito, ut aliquid faciat; explicando, quòd non præcipit, & nullam imponit obligationem; & tamen hoc ſpectat ad obedientiam. Nam voluntas faciendi, quod Superior ita vult fieri, ex motivo ſubjiciendi propriam voluntatem voluntati illius, etiamſi non interveniat præceptum, & obligatio, eſt honeſta, & habet aliquam ſpecialem rationem virtutis, & non niſi obedientiæ.*

Et numero 16. habet ibi.. *exequi quamcumque voluntatem, & placitum Superioris non præcipientis, nec ad minimum obligantis, pertinere ad actum veræ virtutis obedientiæ. Conſtat primò, ſi hoc fiat intuitu cujuſdam perfectæ diſpoſitionis, & præparationis ad obediendum præceptis; quando neceſſè fuerit. Sic Subditi perfecti parent ad nutum Superioris, non expectando præceptum, quia ibi reſpiciunt quamdam inclinationem, & umbram præcepti.* 158

159 Et licèt obedientiæ actus verificari non poſſit, niſi aliquod interveniat Superioris præceptum, vel expreſſum, vel tacitum. Sanctus Thomas ſæpè relatus 2.2. *qu.*104. *art.2. in corp.* Attamen cùm nomine præcepti veniat quoque umbra præcepti. Suarez modò allegatus; ac etiam intelligatur Superior, ut potens in actu primo præcipere, de quo ſupra *num.*28., & ex Suarez citato *num.anteced.*,& clarè ex Sancto Thoma *dicta qu.*104. *art.2. ad primum* ibi .. *Obedientia largè ſumi poteſt pro executione cujuſcumque,* [nota] *quod poteſt cadere ſub præcepto.*

pto. Sic actus virtutis obedientiæ ſtare poterit cum promptitudine ad Superiorem potentem præcipere; itaut ſtatim ac innotuerit Superioris voluntas, omni poſtpoſita mora, nil ulteriùs expectetur. Sanctus Bonaventura *de proceſſu Relig. cap.*28. ibi .. *Bonus obediens aliud non ſpectat, ubi de Superioris ſibi conſtiterit voluntate*, ſupra relat. *num.*148., & Divus Thomas ſæpè adductus 2.2.*qu.*104.*art.*1.*ad* 2.,*& ſequenti numero* referendus. Unde prompta obedientia nullam patitur excuſationem. Caſſian. *lib.*4.*de Inſtit. renunciantium cap.*12. licèt quando eſſet juſta excuſatio poſſet admitti. Sanctus Baſil. *Reg.*110.*ex brevioribus* ibi .. *Si cauſam te habere aliquam putes, quamobrem opus recuſes, hanc Magiſtris indicato, eamque illis diſceptandam relinquito*.

Itaque, ut dixi, licèt actus obedientiæ verificari non poſſit ſine aliquo præcepto expreſſo vel tacito: & quæcunque Superioris voluntas quocumquæ modo manifeſtata præcepti taciti rationem obtineat. Nihilominus hujuſmodi Superioris voluntatis Manifeſtatio duplicem rationem habere poteſt. Primam oſtendendi Superioris mentem. Secundam aliquo modo Impellendi & cogendi Subditum ad faciendum id, quod Superior manifeſtat. Sic dicta Manifeſtatio ſuperioris voluntatis reſpectu promptè obedientis nullam habet rationem præcepti neque taciti. Sed ſolùm mentem Superioris oſtendit, quod modo dixit Suarez cum cœteris ſupra *nu* 157. & promptus obediens ex affectu obediendi non reſpicit voluntatem Superioris ut præcipientem, quam ſemper prævenire nititur. Sed ſolum ut ſe declarantem.

160 Inſuper præceptum tacitum & prompta obedientia, in uno conveniunt. in altero differunt. Conveniunt, quatenus in effectum erumpunt, antequam Superior rigoroſo, & expreſſo percutiat præcepto. S. Thomas *dicta* 2.2.*q.*104. *art.*2. *in corp.* ibi .. *Tantò videtur obedientia promptior, quantò expreſſum præceptum obediendo prævenit, voluntate Superioris intellecta*.

Differunt verò, in quantùm Superior per præceptum tacitum aliquam aliquando obligationem videtur inducere; nullam verò per promptam obedientiam. Suarez modo citatus ſupra *n.*157.*voluntas Superioris indicata inferiori, eſt ſufficiens objectum formalis actus obedientiæ, & tamen non habet vim præcepti obligantis ſive taciti, ſive expreſſi. Immo Superior ſe declarat, quòd non præcipit, & nullam imponit obligationem, & Subditi perfecti parent ad nutum Superioris, non expectando præceptum*.

Quòd autem tacitum præce- 151
ptum aliquando obligationem injungat: Conſtat ex eodem Suarii loco, qui ibi explicat, quòd prompta obedientia ſequitur ad voluntatem Superioris Subdito indicatam, nullo modo habentem vim præcepti taciti, ſive expreſſi. Unde ex mente Suarez clarè dignoſcitur, etiam præceptum tacitum, ſaltem aliquando vim habere obligandi, quam obligationem nunquam ſecum defert prompta obedientia.

Et hìc obſervandum occurrit, quòd licèt dari poſſit præceptum, quod nullatenus obliget, & imponat neceſſitatem ſub mortali, aut veniali: nihilominus non poteſt dari obligatio ſine præcepto; & conſequenter dicendum erit, dari duo præceptorum genera, quorum unum ſit obligatorium, alterum nequaquam, ut modo dicemus.

Cæterum videtur in jure firmum, quod ubi abſolutè non in-

ter-

tervenit præceptum, ſive tacitum, ſive expreſſum, nulla poteſt oriri obligatio ad clarum Textum Apoſtoli *ad Rom.*7. ibi .. *Peccatum non cognovi niſi per legem*. Peccatum enim non reſurgit, niſi aliqua obligatio compellat. Doctores communiter. Sanchez *lib.6. moral.cap.*4. *num.*13. ibi .. *Ubi obligatio eſt, ibi præceptum eſſe debet*. Cujus violatione peccatum emergit, quia tunc præceptum neceſſitatem inducit, adeoque præceptum, quando erit obligatorium, ſemper aliquam neceſſitatem imponit. Cajetan.diſertè 2.2. *qu.*104.*art.*2. ibi .. *Omne præceptum*, intellige obligatorium, *neceſſitatem imponit, licèt diverſimodè: quia præceptum obligans ad mortale imponit neceſſitatem Vitæ æternæ, quæ eſt finis. Præceptum verò obligans ſolùm ad veniale, neceſſitatem integritatis vitæ. Conſilia autem nullam imponunt neceſſitatem*; licèt habere poſſint rationem taciti præcepti; ut dictum eſt *num.*147. & erit obedientia perfectior ſupra *num.*148..Et hoc magis videtur manifeſtum; Cùm multiplex inveniatur obedientia: una ſufficiens, quæ verſatur circa ea, quarum eſt obligatio: altera perfecta, tendens in aliqua licita, quæ non obligant. Prima reſpicit præcepta inducentia obligationem: ſecunda nullam obligationem cognoſcit. Sanctus Doctor *cit.* 2. 2. *qu.*104. *art.*5. *ad* 3. ibi .. *Triplex obedientia diſtingui poteſt. Una ſufficiens ad ſalutem, quæ ſcilicet obedit, ad quæ obligatur. Alia perfecta, quæ obedit in omnibus licitis. Alia indiſcreta, quæ etiam in illicitis obedit*.

162 Ex quo Angelico Textu optimè conſurgit, quòd cùm dari non poſſit obedientia ſine aliqua ratione præcepti; ut dictum eſt ſupra *num.* 159., ſic conſequenter dari præceptum obligatorium, ſi ſit de re ad ſalutem; & non obligatorium, ſi ſit de re puri conſilii: ſicuti præceptum de re in Regulis contenta erit obligatorium, ſecus vero de re in Regulis non contenta, ut oſtendimus ſupra *num.*48.50.63.64. Inſuper Præceptum Eccleſiaſticum ex Poteſtate Spirituali deſcendens, erit obligatorium, licèt verſetur circa rem alias indifferenter, de quo ſupra *num.*14.*ſ.* Ex poteſtate verò laicali erumpens, dummodo non habeat rationem legis, & fiat à privata perſona, nullam aliquando ingerit obligationem, ex Doctoribus ſupra *num.* 70. Et inter Regulares præceptum ſolemni formula pronunciatum obligat, injunctum vero per ſolam vocem *præcipio*, non obligat, ut diximus ſupra *num.*86.97.128. Inſuper, ſi præcepto adjungatur gravis pœna, obligat ad mortale, aliàs minimè; ſupra *num.* 76. 93. 98. 99. Et ad mortale obligare non poteſt, niſi ſit in materia gravi, aliàs eſſet iniquum, ut diximus *num.*102.

Tandem, quòd præceptum tacitum, ad differentiam promptæ obedientiæ, aliquando aliquam obligationem imponat, perſpicuè dignoſcitur ex doctrina ſupra tradita de præcepto nulliter facto ex defectu Jurisdictionis, ſupra *n.*107. *ſeq.* Quoniam licèt præceptum expreſſum defectu Juriſdictionis nullum, quatenus nullum, non poſſit Subditum obligare; Nihilominus, quia, quatenus expreſſum eſt de ſe manifeſtativum voluntatis Prælati, eo ipſo ex Juribus ſupra allegatis *num.*137., *& ſeq.* inducit rationem præcepti taciti, & obligat ad mortale, aut veniale, ad menſuram præcepti expreſſi, ac ſi nullum non fuiſſet. De quo latè ſupra *nu.*107. 163

De perfectione autem actus, 164

qui

qui ex prompta obedientia erumpit, ſatis ſuperque in hac Reſolutione retulimus, explicando illam, quid ſit *nu.*29., ejus ad Superioris voluntatem obſervando conformitatem *num.*30. *& ſeq.*; & cujus ingentis meriti ſit *num.*105. conformiter ad Textus, & Patres, & Doctores allegatos ſupra *dicto nu.*29., & eſſe perfectiſſimum actum, *Cap. ſi inimicus* 93.*diſt.* cum cæteris allegatis ſupra *num.*29.in quo omnes Doctores, & Patres conveniunt cum S. Thoma 2.2. *dicta qu.*104. *art.*5.*ad* 3. modo ſupra cit.*n.*159.; Et obedientiam debere eſſe feſtinam, idem teſtatur *in Matth.*1.*fin. ſ. in princip.*;Et melius eſſe obedire ſimplici verbo Prælati, quàm expectare rigoroſum pręceptum: Cùm in hoc diſtinguatur perfecta obedientia à neceſſaria, quia illa erumpit ex præcepto formali, & rigoroſo;Perfecta verò ſolummodo ex promptitudine affectus in obediendo. S. Bernardus *de præcepto, & diſpenſatione cap.*12., *& ſeq.*, & S. Doctor modo citatus, quos refert Suarez *tom.*4. *de Religione tract.*10.*lib.*6. *de profeſſ. cap.*8. *de voto num.*2., & quòd homo faciat omnia ex merito obedientiæ, ſufficit, quod exequatur cum promptitudine voluntatis, ſubjectæ Superiori præcipienti. S. Doctor 2.2. *quæſt.*2. *art.*5. *ad* 3. ibi *Virtus obedientiæ propriè in virtute conſiſtit, & ita ad actum obedientiæ ſufficit promptitudo voluntatis ſubjectę pręcipienti. quæ eſt propriè, & per ſe objectum obedientiæ. Sed hoc præceptum, vel illud per accidens, & conſequenter ſe habent ad proprium, & per ſe objectum obedientiæ.*

165 Quibus manifeſtè inſtruimur, totam obedientiæ eſſentiam ſitam eſſe in promptitudine ſubjiciendi voluntatem propriam Superioris voluntati, & præceptum hoc, vel illud per accidens ſe habere, ut dicemus infra *Reſol.*16.*nu.*30.*a.* Hinc S. Thomas optimè firmavit, ſupra *num.*137.*ſeq.* & 159., quòd quomodocumque innoteſcat Inferiori Superioris voluntas, & Subditus pareat, ex parata, & prompta ſubjectione ad Superioris voluntatem, perfectiſſimum elicere obedientiæ actum, ea potiori ratione, quia quęcumque Superioris notificata voluntas Divinæ voluntatis jura conſequitur,juxta Evangelicas veritates *Luc.*10. *Matth.*10. *Joan.*13. ibi.. *Qui vos audit, me audit.* Cùm verè Superiores loco Dei ſubintrent, *ad Galat.*4. ibi..*Sicut Angelum Dei excepiſti me, ſicut Chriſtum Jeſum.* Et facit literalis Textus *Cap. ſi Religioſus de elect. in* 6.

Nec turbat contra hujuſmodi 166
veritatem objicere, uti ſupra tetigimus *num.*105., quòd præceptum majus meritum auget in obediente. Quoniam, ut ibi demonſtravimus, Reſpondemus, quòd hoc ulteriùs compenſatur ex multis aliis capitibus ibi enumeratis, per exercitium promptę obedientię.

Largè, & profuſè in hac Re- 167
ſolutione peregimus de Superiorum poteſtatibus in pręcipiendo, & de actibus, per quos obedientia exerceri contingat; atque de pręceptorum natura, & diverſitate. Er hoc fecimus moti, & excitati à formula noſtri Voti de non ambiendo; in qua, ſecundùm omnium profitentium inſtituta, ſemper clauditur coactio ex obedientia, aut ex alicujus Superioris pręcepto, legitimam pręcipiendi poteſtatem habentis,cùm in illa,ut ſępè diximus, pronuncietur. *Voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis*; aut, ut alii addunt: *Niſi coactus ex præcepto ejus, qui de jure præcipere poteſt ſub pœna peccati*, ut latè tuli-

tulimus *Praambulo I*. Et licèt multa, quę fuerunt diſcuſſa pręteriri ſub ſilentio potuiſſent: Attamen ad funditùs ſingula penetranda labori parcere non permiſimus, calamumque effundere inſudavimus, ut neceſſaria pro intelligentia noſtri Voti negativi non deeſſent, & ſuperflua pro legentium utilitate exuberarent.

168 Unde, Sapientiſſime Lector, ſi noſtrum Votum de non ambiendo profitearis, in hac prolixa Reſolutione tot quæſitis, concluſionibus, omniumque jurium textibus, ac veritatibus referta, & in ea cumulatis optimè percipies, per quot poteſtates Superior tibi ad coactè conſentiendum in tui electionem pręceptum injungere valeat. Nam cùm quatuor poteſtatibus polleat, Eccleſiaſtica, Dominativa, Civili, & ex Voto, omnibus, & ſingulis uti poſſe non eſt qui ambigat; & clarè deprędendes, quòd pręceptorum tranſgreſſio tot deformitates incurret, quot virtutes oppugnabit.

Inſuper diſtinctè enumerabis præceptorum multitudinem, & varietatem, inveniendo, quædam eſſe expreſſa, tacita alia, & ex expreſſis quædam ſolemnia, alia privata: & quomodo, & ex quibus formulis reddantur ſolemnia: & quantùm, & quando obligent: & quando valida, & quando irrita ſint judicanda. Et de tacitis percipies, quot, & quantis modis multiplicentur: & quàm aptè ad ſtandum pro expreſſis cum non minori valore, & efficacia deputentur. Undè hujus Reſolutionis prolixa diſcuſſio pro plena noſtri Voti negativi notitia apprimè utilis redundabit. 169

Cæterum, cùm in noſtro Voto non ſolùm præcepta claudantur; ſed etiam, quòd cogendi naturam habeant neceſſe ſit. Ideo in ſequenti Reſolutione, quæ erit decimatertia, multùm juvabit examinare, Quomodo reſpectu humanæ Voluntatis verificari poſſit coactio. Et quomodo Metus ſit præcipua Coactionis Cauſa. 170

RESOLUTIO XIII.

Quomodo reſpectu humanæ Voluntatis verificetur, & intelligatur Coactio.

ET

Metus eſt præcipua Coactionis Cauſa.

SUMMARIUM.

2 *Homo multipliciter poteſt agere, & conſentire coactus, vel coactione abſoluta, vel conditionali.*

3 *Coactio abſoluta eſt impetus majoris rei, cui non poteſt reſiſti.*

Abſolutè coactus potiùs patitur, quàm agit. ibid.

4 *Abſolutè coactus formam dormientis habet.*

Non meretur nec præmium, nec pœnam. ibid.

Violentum ſimpliciter eſt, in quo patiens nihil confert agenti. ibid.

6 *In prolatione verbi non poteſt intervenire abſoluta coactio.*

7 *Ad juramentum verbale non*

poteſt aliquis cogi, licèt poſſit ad actuale.
9 *Voluntas in nullo caſu poteſt pati violentiam.*
10 *Conſenſus in Epiſcopatum non poteſt eſſe abſolutè coactus, ſed ſolùm conditionatè.*
11 *Coactio conditionata eſt idem ac metus.*
Metus eſt trepidatio mentis. ibid.
12 *In eo, quod fit per metum, datur ſimpliciter volũtarium, & involuntarium ſecundùm quid.*
Coacta voluntas, voluntas eſt.
13 *Conſenſus in Epiſcopatum eſt coactus coactione conditionali, & voluntarius ſimpliciter.*
14 *Potentiæ, quæ ſunt affixæ organis corporeis, poſſunt coactionem pati.*
15 *Potentiæ ſpeciales cogi poſſunt ab objectis.*
Intellectus veritate devictus cogitur aſſentiri. ibid.
16 *Voluntas cogitur à fine ultimo.*
17 *Conſentire eſt actus intellectus, & voluntatis.*
Conſenſus ſe habet ad inſtar Sententiæ.
20 *Coactio inferri poteſt non ſolùm à cauſa efficiente in paſſum, ſed etiam ex objecto.*

1 CUm in formula noſtri voti negativi pro licito, & valido ſecundùm præcepta Artis bene deſiderandi conſenſu præſtando in electionē ad Eccleſiaſticas Dignitates, neceſſariò poſtuletur coactio; cujus in duabus ſequentibus Reſolutionibus, quatuor aſſignamus ſpecies, quarum primam dicimus cauſari ex rigoroſo præcepto. Secundam ex reſtrictiva objecti obedientiæ. Tertiam ex timore præcepti. Quartam ex prompta obedientia. Et licèt de coactione nonnulla dixerimus *Præam.* 1. *num.* 50. & 78., nihilominus de illa uberiorem ſermonem facere, mentem delectabit, cujus eſt arcana rimari. Et coactionis cauſam à metu potiſſimè provenire demonſtrabimus.

Sed priùs erudiri neceſſe eſt, quòd coacta voluntas, ſtricta Juris ratione voluntas eſt. *L. ſi mulier. §. penult. ff. quod met cauſ.* Et qualiter coacti homines accipiendi ſint exponit Ulpianus *L. 2. §. Homines. ff. vi bonorum raptorum.* Unde Jura proponunt, multipliciter intelligi poſſe, hominem coactum erumpere in aliquem actum, ſeu conſenſum: Vel primò in quantùm diceretur agere ex aliqua coactione abſoluta; vel ſecundò ex aliqua coactione conditionali. 2

Coactio abſoluta nil aliud eſt, *niſi quidam impetus majoris rei, qui repelli non poteſt*, ut diffinit Juriſconſultus *in L. 2. ff. quod met caus.* Et eſt cùm quis trahitur, compelliturque, ut quid faciat; quo caſu omni modo excuſatur. de qua *Cap. Praſbiteros* 50. *diſt.* & *Cap. Conſtat.* 1. *q.* 1. „ *Vel cui non poteſt. reſiſti*. Joannes Andreas. *Cap. Sacris quaſi.* 1. *num.* 15. & fit per manuum attractionem, vel detentionem. *Hoſt. in princ. verb. Coactionem.* Quæ coactio conſenſum prorſus excludit, quia tunc voluntas nihil agit. *S. Doc.* 1. 2. *q.* 6. *à* 6. ibi „ *Patet, quòd in eo, quod per vim agitur, voluntas interior nihil agit, & in eo, quod agitur per vim, voluntas non conſentit*. Etenim abſolutè coactus, potiùs pati, quàm agere convincitur, *dicto Cap. Sacris*. Hinc ille, qui fuerit tali modo coactus, formam dormientis habet, *L.* 1. *in fin. ff. de Author. Tutor.* nec laudem, nec vituperium, nec pœnam, nec præmium meretur. *Joan. Andr.* 3

cit.

*cit. num.*15.*ad fin. ver. primo igitur caſu*. Dunus *numer*. 1. exemplo Chriſtifidelis incenſum Idolis offerre coacti; ejus manum externa vi admovendo. *d.Cap.Præsbiteros* 50. *diſt*. ibi .. *Proclamaverunt ſe eſſe Chriſtianos*; *& eouſque adſtricti ſunt, ut manus eorum comprehendentes, violenter attraherent, & funeſtis Sacrificiis admoverent.*, *& dicto Cap.conſtat.*1.*q*.1... ibi .. *Conſtat multos vim paſſos, invitos, attractos ab hæreticis ordinatos*. *Et Gloſ. verſ. caſus* ibi .. *Dicitur huic, quòd ſi qui per coactionem fuerint ab hæreticis ordinati*; & Abdon & Sennen in Urbe ad Simulacra attracti, ea deteſtati conſpuerunt *Brev. Rom.*30.*Jul.*Nam illa attractio,Coactio dicitur. Idemque *Cap.majores* §.*ult. de Baptiſmo*. Quæ coactio in Beata Lucia locum habuiſſet,ſi illam invitam Tyrannus violaſſet.*S. Th.*3. *Sent.diſt.*39. *q.*1.*ar.*1. *ad.* 3. .. ibi .. *Luciam loqui de violento ſimpliciter, in quo patiens nihil confert agenti*.

5 Et de Martire Niceta, in thalamo decumbente, manibus pedibuſque devincto, & per fœminam impudicam oppreſſo, quam ille linguæ abſciſſione propriis dentibus divulſæ debellatam propulſavit. *Hyeron. in Vita S.Pauli Primi Eremitæ*; & Baronius *ad Annum Chriſti* 253. Cùm etiam vir paſſivè abſoluta coactione ſtuprari poſſit. Joan. Andreas. *Cap. in Archiepiſcopatu. de Raptor*. Quamvìs in hoc caſu virginitatis florem non amittat *L.* 1. §. *Removet. ff. de poſtulan.*

6 Sed in emiſſione, aut prolatione verbi, non poteſt intervenire abſoluta coactio, quia actus prolationis verbi habet organa propria,quæ prolatio de ſubjecto in ſubjectum ambulare non poteſt: nec poteſt per vim extorqueri, niſi interveniat aliquis voluntatis conſenſus. *Bald. in d.Cap.Sacris.De his quæ vi met.n.*3.

Et conſequenter ad juramentum verbale non poteſt aliquis cogi: licèt poſſit ad actuale, per vim, ponendo manum illius ſuper librum, juramento illi delato. Joan. Andreas, & Abbas *in Cap. Verùm. de jure jurando*. Covarruvias *in Cap. alma mater. de Sent.excom.p.*1.§.3. *num.*9. *verſ. Illud eſt præmittendum*. Ex quo etiam fit, quòd ad verbalem deſponſationem quis præcisè cogi non valeat, bene autem ad actualem, annulo per violentiam in Sponſæ digitum immiſſo: Quia, juxta allegata Jura, manus inviti per vim externam attrahi poteſt; ſed nemo invitus, quacumque externa violentia impetitus, proprio ſuo ore verbum articulare compellitur. Joan.And.cit. *num.*16.*ad fin.* Cujus optima ratio eſt. Quia quædam animæ partes, cùm ſint organis affixæ, compulſis organis, ipſæ virtutes vel impediuntur operari, vel compelluntur.S.Doc. *in* 2. *Sent. diſt.*25. *art.*2. *in corp.* ibi .. *Duplex eſt coactio*; *quædam ſufficiens, quæ vocatur impulſio .... in partibus animæ: quædam ſunt, quæ compelli poſſunt, vel ex ſubjecto, ſicut illæ vires, quæ ſunt organis affixæ*; cùm enim ſine organis operationes haberi non poſſint, compulſis organis, ipſæ virtutes prohibentur,vel compelluntur,earum actibus violenter extortis.

Et licèt loquendi virtus, & facultas in externis, & ſenſibilibus organis ſituetur: Attamen cùm hujuſmodi organorum attractio, per alterius potentiam fieri nequeat, & alienam linguam nullus quocumque artificio aptè ad loquendum movere calleat; Hinc ſi homo loqui recuſet, non eſt qui peritiam habeat, & ſciat ejus ora ad proferenda verba agitare. Ac proinde actus loquendi, & voces articulandi, erit certè ſenſibilis organi;ſed non attractibilis ad invitum, & involuntariū

7

effectum. Potuiſſet Tyrannus Abdon, & Sennen manus admovere ad Idolis thuriſicandum, non autem illorum linguam ad Chriſti fidem blaſphemandam impellere. Cùm linguæ motus ad ſermonem efformandum ſine libertate non poſſit erumpere.

9 Voluntas autem in nullo caſu evenire poteſt, quòd violentiam, & coactionem patiatur. S. Doct. *loco cit. ad tertium*, ibi.. *Nulla virtus creata liberum arbitrium cogere poteſt, nec immutare. Deus tamen poteſt quidem immutare, ſed non cogere.* Nam licèt aliquando ab agente alicui inferatur violentia, & non poſſit contrarium agere; hoc numquam verificari poteſt reſpectu voluntatis, cùm repugnet, voluntatem in aliquam ſuam operationem diffluere, & hanc non eſſe ſecundùm ſuam inclinationem. S. Doc. 1. 2. *quæſt.*82. *ar.*1. *in corp.* ibi.. *Neceſſitas ex agente alicui convenit, cùm aliquis cogitur ab aliquo agente; ita quòd non poſſit aliud agere, & hæc vocatur neceſſitas coactionis, quæ omnino repugnat voluntati. Nam hoc dicimus eſſe violentum, quod eſt contra inclinationem rei. Ipſe autem actus voluntatis, eſt inclinatio quædam in aliquid, & ideo, ſicut dicitur aliquid naturale, quia eſt ſecundùm inclinationem naturæ, ita dicitur aliquid voluntarium, quia eſt ſecundùm inclinationem voluntatis. Sicut ergo impoſſibile eſt, quòd aliquid ſimul ſit violentum, & naturale; ita impoſſibile eſt, quòd aliquid ſit ſimpliciter coactum, ſivè violentum, & voluntarium.* Et ita pluries 1.2. *quæſt.*6. *à* 4. *in* 2. *diſt.*8. *quæſt.*1. *ar.*5. *ad ſeptimum & ſupra in* 2. *diſt.*25. *ar.*2. *& alibi*.

10 Ex quibus evidenter emergit, quòd conſenſus ille præſtandus ſub illa formula, *Niſi coactus obedientia Summi Pontificis*, non poteſt intelligi de coactione abſoluta modò explicata.

11 Poteſt tamen intelligi, quòd ille conſenſus aliquo modo dici valeat coactus, coactione aliqua conditionali; quam coactionem cauſare poteſt metus cruciatus, vel alicujus gravis damni; Qui ſi in aliquo excuſet, non tamen in toto. Ad ſenſum *in Cap. Sacris. Et in Cap. cùm dilectus extra quod metus caus.* Quæ conditionalis coactio aliàs dicitur vis compulſiva, & idem eſt, ac Metus. *Gloſ.*1. *in L. nihil conſenſui. ff. de reg. Juris*. Et ideo metus nomine ſimpliciter appellatur. *dicto Cap. Sacris. de his, quæ vi metuſue cauſa*; & nihil aliud eſt, ut dicemus *Reſol. ſequente*, *quàm inſtantis, vel futuri cauſa mentis trepidatio L.*1. *ff. quod met. cauſ.* S. Tho. *in* 4. *Sent. diſt.*29. *q.*1. *à* 1. *in corp.* Eo quòd propter inſtans, vel futurum periculum aliquid ago, quod aliàs ſponte non agerem. Joan. And. *hic. num.*15. *verſ. coactio conditionalis*. Et hæc ſpecies coactionis, ad quam reducitur etiam vis inquietativa, ut per Gloſ. *fin. l.*1. *ff. quod met. cauſ.*, non excludit prorſus, ſed attenuat conſenſum, *ut in dicto Cap. Sacris*. Nam quod metu fit, dicitur magis voluntarium. Eſt enim voluntarium ſimpliciter, in quantùm videlicet eſt hic & nunc, prout ſcilicet in hoc caſu eſt impedimentum majoris mali, quod timetur; ſicuti projectio mercium in mare fit voluntariè, tempore tempeſtatis, propter timorem inſtantis ſubmerſionis periculi. Unde competit ei ratio voluntarii ſimpliciter: cùm ejus principium ſit intra. Involuntarium autem ſecundùm quid: prout conſideratur extra hunc caſum inſtantis periculi; unde eſt involuntarium ſub conditione, ideſt, ſi talis metus non immineret. S. Doct. 1. 2. *quæſt.*6. *à* 6. *in corp. & ad tertium, & loc. cit. in* 4. *diſt.*29.

*quæſt.*1.

quaſt. 1. *à* 1. *in corp.* ibi .. *Duplex eſt coactio, vel violentia. Una, quæ facit neceſſitatem abſolutam; & tale violentum dicitur à Philoſopho, violentum ſimpliciter. Et cùm quis alium corporaliter impellit ad motum. Alia, quæ facit conditionatam neceſſitatem; & hanc vocat Philoſophus violentum mixtum. Sicuti cùm quis projicit merces in mare, ne periclitetur. Et in iſto violento, quamvis hoc, quod fit, non fit per ſe voluntarium, tamen conſideratis circumſtantiis hic, & nunc voluntarium eſt. Et quia actus in particularibus ſunt; ſed ſimpliciter voluntarium eſt. Sed ſecundùm quid involuntarium. Et in hoc caſu procedit, quòd coacta voluntas, voluntas eſt. Cap. meritò* 15. *q.* 1. *Cap. majores. §. Final. de Baptiſmo, & Abbas ibi.*

13 Quibus manifeſtè convincitur, quòd præfatus conſenſus non præſtandus in Epiſcopatum *niſi coactus obedientia Summi Pontificis*, ſuo modo poteſt dici coactus coactione conditionali, quæ licèt importet voluntarium ſimpliciter, retinet tamen involuntarium ſecundùm quid. Profectò ſemel poſito, quòd quis liberè per votum ſe obligavit non conſenſurum in ſui electionem, niſi fuerit coactus obedientia Summi Pontificis: licèt talis conſenſus, poſita dicta conditione, ſit ſimpliciter voluntarius: quia tamen extra talem conditionem nullatenus poneretur talis conſenſus, ut conſtat; ſequitur, quòd ſimul ſit involuntarius ſecundùm quid, & per conſequens coactus: exemplo de Mercatore, qui licèt ſimpliciter voluntariè projiciat merces in mare, poſita illa conditione de tempeſtate; tamen quia extra talem tempeſtatis conditionem merces non projiceret, projectio mercium dicitur ſecundùm quid involuntaria, & coacta. Differentia ſolùm eſt, quòd tempeſtas non ponitur à Mercatore; Votum autem fuit liberè à Vovente introductum.

Sed licèt voluntati repugnet in ſuis actibus voluntariis abſolutam coactionem recipere; coactionem tamen pati non renuunt potentiæ, quæ organis corporeis affixæ dicuntur. S. Doct. *loc. cit. in* 2. *diſt.* 25. *à* 2. *in corp.* ibi .. *In partibus animæ, quædam ſunt, quæ compelli poſſunt . . . . vel ex ſubjecto; ſicuti illæ vires, quæ ſunt organis affixæ.* Ut jam modò ſupra expoſuimus. 14

At magis accedentes ad noſtræ difficultatis punctum, intimè penetremus omnis ratio poſtulat, quòd non ſolùm contra hujuſmodi organicas potentias abſolutè coactio prævalet; ſed etiam contra quaſdam, quæ verè ſpirituales ſunt, & in organis non detinentur. Ac proinde, licèt ratione ſubjecti minimè compelli ſe permittant; ab objecto tamen adigi non recuſant; ſicut intellectus, qui efficacia veritatis devictus cogitur aſſentiri. S. Doc. *loc. cit.* ibi .. *Quædam verò animæ vires ſunt, quæ quidem ſubjecto non compelluntur, quia organis affixæ non ſunt. Compelluntur,* [nota] *tamen objecto; ſicuti intellectus, qui demonſtrationis vi cogitur.* Quod & iterum S. Doct. replicat *in* 2. *diſt.* 8. *quaſt.* 1. *à* 5. *ad* 7. 15

In uno tamen intellectus, & voluntas conveniunt ex neceſſitate operando, quòd intellectus neceſſariò primis aſſentitur principiis. Voluntas tamen neceſſariò finem ultimum amplectitur. S. Doc. 1. *part. quaſt.* 82. *à* 1. *in corp.* ibi .. *Nec neceſſitas naturalis repugnat voluntati. Quinnimo neceſſè eſt, quòd, ſicut intellectus ex neceſſitate inhæret primis principiis; ita voluntas ex neceſſitate inhæreat ultimo fini, qui eſt beatitudo.* 16

Ex

17 Ex his evidenter comprehenditur; quòd cùm conſentire ſit actus non ſolùm voluntatis, ſed etiam intellectus; quia voluntas conſentire non dicitur, niſi in id, quod eſt ratione judicatum; inde fit, quòd conſenſus importet complexum duplicis actus, voluntatis nimirum, & intellectus. S. Doc. 1. 2. *quæſt.* 74. *à* 7. *ad primum* ibi.. *Conſentire eſt actus appetitivæ virtutis, non abſolutæ, ſed conſequens ad actum rationis deliberantis, & judicantis .... quia voluntas tendit in id, quod eſt jam ratione judicatum. Unde conſenſus poteſt attribui & voluntati, & rationi*.

18 Cæterum de ratione voluntatis eſt inclinatio quædam, & applicatio ſui ad ipſam rem, de illa ſumens, ad inſtar ſenſus, aliqualem experientiam, & complacentiam; Quod eſt propriè conſenſum præſtare. S. Doc. 1.2. *quæſt.* 15.*ar.*1. *in corp.* ibi — *Quia actus appetitivæ virtutis eſt quædam inclinatio ad rem ipſam, ſecundùm quamdam ſimilitudinem. Hinc eſt, quòd ipſa applicatio appetitivæ virtutis ad rem, ſecundùm quam ei inhæret, accipit nomen ſenſus; quaſi experientiam quamdam ſumens de re, cui inhæret, in quantùm complacet ſibi de ea*.

19 Quapropter concluditur, quòd ſicut Intellectus [ut dictum eſt ex D. Tho.] poteſt ex objecto optimè cogi; ſic voluntatis conſenſus, qui neceſſariò importat præfatum complexum duplicis actus, voluntatis ſimul, & intellectus, aliquo modo poterit dici coactus, & erit coactio ex objecto.

20 Jura ergo allegata evidenter nos inſtruunt, coactionem inferri poſſe, non ſolùm à cauſa efficiente in paſſum, ſed etiam ex objecto, ut dictum eſt de coactione reſpectu intellectus, qui vi demonſtrationis cogitur. S. Tho. modò cit. hìc *nu.*15. Et de illa, quæ provenit ex metu, ſaltèm ſecundùm quid reſpectu voluntatis, ut diximus hìc *num.*11. *ſeq.*. Metus enim numquam inſurgit, niſi apprehenſo periculo, ad traditam definitionem ſupra *dicto num.*11. Unde ſi vovens præfigat ſibi, *non conſenſurum in ſui electionem, niſi ex virtute obedientiæ fuerit coactus*, non eſt neceſſe, quòd pro hujuſmodi coactione cauſanda intercedat activè aliquod rigoroſum Superioris præceptum; Sed ſufficeret, quòd conſentiat ex motivo virtutis obedientiæ; quod motivum optimè ſalvari poteſt, ut probatum eſt, ſine ullo Superioris rigoroſo præcepto, & per ſolam conformitatem ad Superioris mentem, quod erit perfectiſſima obedientia. Et coactio in iſto caſu eò magis verificatur. Quia remanet reſtricta voluntas in conſenſum non effluere, niſi concurrente motivo obedientiæ ad Summum Pontificem taliter, quòd ſi ex alio motivo, illo obedientiæ excluſo, conſenſum præſtaret, utique peccaret mortaliter, contra votum. Quod peccati periculum majorem coactionem adauget.

Igitur ex dictis videtur rectè concludi; quòd cùm in præfata formula, nimirum, *Voveo non conſenſurum, niſi coactus obedientia Summi Pontificis*, nullum exprimatur Superioris præceptum ad conſentiendum in dignitates, ut patet ex ejus lectura, & pro cæteris formulis, ubi præceptum nominatur, virtuale ſufficiat; & ex altera parte optimè procedi poſſit ex virtute obedientiæ, nullo interveniente rigoroſo præcepto, & coactio verè intelligi poſſit provenire ex aliqua re tamquam ex motivo, & objecto, ut oſtendimus *num.*15., hinc ſequitur, quòd qui votum illud emittit, 21

non

non conſenſurum in ſui electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis, licitè, & coactè conſentire poterit ſine ullo rigoroſo præcepto; & coactio conſiſtit in eo, quòd ita homo conſentit, quòd aliàs non conſentiret.

22 Ex hactenus deductis in præſenti materia de coactione, ad noſtram eruditionem conducit, plures ſimul combinare propoſitiones, & terminos, quorum ſenſus videtur in idem reclinare, prout demonſtrant ſequentes propoſitiones.

23 Bonitas, & pulchritudo objecti cogit, hoc eſt vim facit, ſuaſque omnes exerit vires, ut voluntas illud non deſerat, ſed proſequatur.

24 Objecti malitia, & turpitudo, & noxia qualitas cogit, hoc eſt, vim facit, omneſque ſuas vires producit, ut voluntas illud non proſequatur; ſed fugiat, & deſerat.

25 Objecti bonitas, & pulchritudo voluntatem cogit, rapit, & attrahit. Turpitudo autem voluntatem cogit, ut ſe retrahat, & fugiat.

26 Objecti bonitas, & pulchritudo voluntatem cogit, obligat, aſtringit, & neceſſitat, ut amet [intellige ex ſuis terminis]. Turpitudo verò voluntatem cogit, obligat, aſtringit, neceſſitat, ut odio habeat. Et in hac neceſſitate mirabiliter conveniunt intellectus, & voluntas. S. Thomas diſertè 1. *p. quæſt.* 82. *ar.* 1. *in corp.* ſupra cit. hìc *num.* 15. *&* 16.

27 Inſuper, ſicuti vulgariter pronunciamus, quòd ratio cogit intellectum, illique vim facit ad aſſentiendum veritati; Ita & voluntati vim ingerit ad conſentiendum utilitas tam pro bono comparando, quàm pro malo removendo; quoniam non diſſimili neceſſitate, conditione, & natura intellectus primis principiis adhæret, quàm ſuæ beatitudini voluntas. S.Doc. modò cit. ſupra, *n.16.ſeq.*

Tandem duplex poteſt dici coactio. Una, quæ nocet, & eſt contra inclinationem patientis, & convertitur cum violentia. S. Doc. ſupra cit. hìc *num.9.* Altera, quæ adjuvat, & eſt ſecundùm inclinationem ejuſdem, & metaphoricè dicitur coactio, quatenus neceſſitatem importat ex objecto reſpectu potentiæ. 28

Cogitur lapis ad motum ſuæ inclinationi contrarium, & dicitur vera, & abſoluta violentia. Cogitur homo ad projiciendas merces in mare, & talis coactio, ſaltèm ſecundùm quid, nocet. Cogitur intellectus aſſentiri veritati, & voluntas ſummo bono adhærere, S. Doc. modò cit., quæ coactio cum ſit ſecundùm potentiæ inclinationem, non officit, ſed juvat; quatenus obligat, & aſtringit potentiam ad actum circa ſuum perfectum objectum. 29

Ex his concludamus oportet, quòd ſicuti vera, & abſoluta coactio, & violentia facit, quòd aliquid contra propriam naturalem inclinationem operetur. S. Th.1.2. *quæſt.* 82. *a.* 1. *in corp.* ſupra cit. hìc *num.9.*; Ita quædam moralis, & metaphorica coactio facit, quòd homo faciat aliquid,quod aliàs non faceret; quia eſt contra ejus voluntatem, & propoſitum, quod fecit, non aſſentiendi in dignitates, quod manifeſtè legitur in formula noſtri Voti negativi. *Voveo non conſenſurum, vel non aſcenſurum in dignitates.* In hoc voto apparet propoſitum firmum, & clara hominis voluntas nolentis dignitates. Unde ſi deinde illas accipiat ex aliquo motivo, quod vitare non poteſt, coactè accipiet; & faciet contra ſuum propoſitum, & inclinationem: Et proin- 30

dè

dè dicetur ſuo modo cogi, quia non proprio, & naturali ſuo motu, & affectu, ſed ſolùm obedientiæ ſpiritu coactus aſcendit.

Sed cùm plura de Coactione examinanda ſuperſint, & ex quibus capitibus inſurgere poſſit; in ſequenti Reſolutione, quæ erit XIV. hæc attingere meditamur. Et ſit

RESOLVTIO XIV.

Votum, quod aliquis non conſentiat in ſui electionem niſi coactus obedientia Summi Pontificis, obligat, & cogit Electum, ut conſenſum ſemper teneatur principaliter elicere reſtrictivè ex motivo obedientiæ individualiter ad Perſonam ſolius Summi Pontificis præſtandæ. Et ita Coactio ad conſentiendum in electionem, quatuor modis optimè, & in omni rigore verificari poterit.

Primò ex formali rigoroſo, & expreſſo præcepto.

Secundò ex ipſa reſtrictione objecti, aut motivi obedientiæ ad Summum Pontificem.

Tertiò ex timore, quòd Pontifex ſit præcepturus. Vel.

Quartò ex ſimplici manifeſtatione voluntatis Superioris, ſivè ex tacito præcepto.

SUMMARIUM.

2 *Animus Hominis tendit ad alta.*
Summus Pontifex praeeſt omnibus. ibid.
Urbanus VIII. reſervavit ſibi facultatem pracipiendi. ibidem.

7 *Fine prohibito, vel permiſſo, catera ad illum cenſentur quoque prohibita, vel permiſſa.*

8 *Acceptare eſt rem accipere.*
Vel eſt in rem oblatam, & de futuro conſentire.

11 *Omnes ſunt ſubjecti Summo Pontifici.*

18 *Vox generalis, & diſpoſitio, comprehendit omnes ſpecies, & individua.*

20 *Praceptum neceſſitatem imponit.*
Virtuale praeceptum eſt mens Superioris quocumque modo manifeſtata. ibid.
Intimatio eſt virtuale praeceptum. ibid.

22 *Opera facienda per Epiſcopum.*

24 *Voluntas Superioris quocumque modo innoteſcat, eſt tacitum praeceptum.*

27 *Quid ſit libertas.*
Vis, qua infertur, ſemper retundit contrariam voluntatem. ibid.
Ubi eſt vis, ſemper eſt coactio. ibid.
Vis ſemper facit impetum. ibid.

28 *Votum determinat, & reſtringit.*

29 *De natura formæ reſtrictivæ ſemper eſt tollere, & diminuere.*
Verba generalia ſuam amplitudinem in ſignificando deperdunt, ſi reſtringant. ibid.
Pingue legatum verba reſtrictiva minuunt.

1 HÆc Reſolutio multùm elaborat ad detegenda Artis bene deſiderandi principalia præcepta, & Titulus in hac re plura meditanda proponit. Primum, quòd Electus ad Dignitates ſemper pro motivo principali ad conſentiendum in ſui electionem debeat præ oculis habere obedientiæ virtutem individualiter Summo Pontifici exhibendæ. Quod Manifeſtum reddunt verba formulæ noſtri Voti negativi ſupra relatæ *Præambulo I.* nimirum. *Voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis.* Aut prout aliæ formulæ habent. *Niſi coactus præcepto ejus, qui mihi de jure præcipere poteſt.* Et alii addunt. *Sub pœna peccati.*

2 Ex quo apparet, præfatum conſenſum non debere eſſe ultroneum, ſpontaneum, aut ex proprio motu erumpentem, quod ſupra repulimus *Reſol.IV.* aut ex naturali hominum procedentem inclinatione, cujus ſemper eſt ad ſublimia aſpirare. *Cap. ſi Religioſus* pluries allegato. *De elect. in 6. poſtill. in margine* ibi.. *Quia animus hominum generoſus tendit ad alta, honores ſcilicet & dignitates; ideo hunc animum reprimunt Jura..* Quod ſupra retulimus *dicta Reſol.IV. num.29.* ſed præfatus conſenſus provenire debet excitatus & provocatus ex ſolo motivo obedientiæ ab aliqua legitimi Superioris authoritate, & non cujuſcumque ordinis, & conditionis, ſed Supremi Paſtoris, qui omnibus Superioribus præeſt, & dicitur Summus Pontifex. *Cap. obedientiam, & Cap. ſi inimicus 93. Diſt.* Profectò licèt antiquis temporibus inferioris ordinis Superioribus fas eſſet præcepto ſuos Subditos compellere ad Dignitates acceptandas, Summus tamen Pontifex Urbanus VIII. in ſua Conſtitutione edita anno 1643. 26. Februarii, incipiente. *Honorum, Dignitatumque vana ambitio.* Hanc præcipiendi facultatem in re tanti momenti ad Epiſcopatus accipiendos ſuæ tantummodo reſervavit authoritati, & in hoc ſenſu plurimæ Religiones, præfatum Votum profitentes, expreſsè Subditos obligarunt, ut nullius Superioris auctoritate compelli poſſent, ad Eccleſiaſticas Dignitates acceptandas, præter illam Summi Pontificis. Proinde formulæ præſentis Voti ſub hujuſmodi obligatione conceptæ, manifeſtè declarant, non eſſe conſentiendum in Dignitates, niſi vel ex præcepto vel ex obedientia Summi Pontificis, excluſis quibuſcumque inferioris ordinis Superioribus.

Sed ut formularum diverſitatem ſecundùm diverſa Religionum Inſtituta præter ea, quæ retulimus *Præamb.I.* dignoſcere valeamus, illas neceſſe eſt ad invicem conferre. 3
Et quidem, formula, quæ in mea Religione pronunciatur, eſt tenoris ſequentis. Nimirum: *Inſuper promitto nunquam me prætenſurum, nec curaturum extra Religionem Prælationem aliquam, aut Dignitatem. Nec conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis.*

Aliarum verò Religionum formulæ reducuntur ad ſenſum, quem exprimit in dicta ſua Conſtitutione præfatus Pontifex; dicens ibi.. *Quamvìs tam Fratres Diſcalceati S. Auguſtini, quàm &c. in ipſa Profeſſione una cum tribus Votis votum*

emittant [Nota] *de non procurando, nec acceptando aliquam Dignitatem extra Religionem, niſi coacti præcepto ejus, qui ſibi Jure præcipere poteſt, & aliqui addunt ſub pœna peccati*. Hinc comprehenditur diverſitas, quæ verſatur inter primam, & ſecundam formulam.

4 Nam in prima formula, Primò non importatur coactio cauſanda per præceptum, ibi expreſsè nominando præceptum; ſed ſolùm nominando abſolutè, & indefinitè ſine ulla reſtrictione virtutem obedientiæ, ſecundùm totam ſuam latitudinem acceptam. Quæ obedientiæ latitudo cùm obſervari poſſit, vel per tacitum præceptum, aut ſimplicem Superioris manifeſtationem voluntatis in ordine ad promptam obedientiam, vel per rigoroſum & expreſſum præceptum in ordine ad obedientiam neceſſariam, ita quolibet ex his modis dici poteſt Votum remanere perfectè adimpletum.

5 Secundò, in dicta prima formula Vovens non ſe obligat ad non conſentiendum in Dignitates abſolutè indefinitè per omnem viam, quæ ſunt Nominatio, Poſtulatio, & Electio, quarum aliqua ex his ſemper ex neceſſitate debet eſſe medium perveniendi ad Eccleſiaſticas Dignitates, de quibus latè dicemus *Reſol.* 20. ſed ſolùm reſtrictivè obligat, ad non conſentiendum in illas per viam Electionis, de cæteris verò nullam mentionem facit.

6 E' contra formulæ, quas refert præfata Urbani Conſtitutio; duo ex diametro oppoſita continere videntur. Nam primò, obligant ad non conſentiendum in Dignitates, *niſi coacti præcepto ejus, qui Jure præcipere poteſt &c.* Unde expreſsè nominant, & poſtulant præceptum, quod an debeat eſſe rigoroſum, vel tacitum, aut ſolùm virtuale ſufficiat, examinabimus *Reſol.* 15. §. 7. & virtuale ſatis eſſe credimus.

7 Secundò, obligant non limitatè, & reſtrictivè per aliquam ſpecialem viam ex modò dictis ad non conſentiendum in Dignitates, ſed abſolutè, & indefinitè conſtringunt ad non conſentiendum in illas, excludendo omnem viam ducentem ad illas, nullam viam excipiendo. Profectò loquuntur ſub univerſali vocabulo, *ſe dignitates non accepturos*; & ita acceptatione excluſa, omnia & ſingula in ipſa contenta cenſentur prohibita, & excluſæ omnes viæ, quarum aliqua ſemper regulariter loquendo, ex neceſſitate, & tamquam medium requiritur ad Epiſcopatum conſequendum. Unde ſine prohibito, vel admiſſo, media etiam ad illum conducentia intelliguntur reſpectivè excluſa, vel permiſſa ad Text. *in Cap. per tuas. de Sentent. excom.*, & notat Butr. *num.* 8. & Marian. Soccin. *in 6. notab. in d. Cap.* & facit Textus in *L. ad Legatu. & in L. ad rem mobilem. ff. de procurat.*

8 Acceptare autem ſecundùm Jura eſt, vel rem de præſenti & in actu, ſecundùm ſuam realitatem traditam accipere. Vulpian. *L. metum autem præſentem. §. Final. ff. quod met. cauſ. & L. Sejo.* 10. *§. 3. in fin. ff. de ann. leg.*

9 Vel eſt in rem in ſpe, ſeù in potentia, aut in promiſſione oblatam conſentire. *L. pluribus, ff. de accepti.* Quocumque modo dignitas offeratur, vel in re, vel promiſſione, præfatum Votum in Bulla Urbani deſcriptum, cùm abſolutè dignitatem acceptare prohibeat, ſic etiam prohibet illam tam de præſenti, quàm de futuro, & in promiſſione oblatam acceptare, & in illam conſentire, niſi legitimi Superioris ex præcepto ſuperveniat coactio.

10 In ſecundo autem loco Titulus enumerat quatuor coactionis modos, ſeu quatuor capita recognoſcit, ex quorum quolibet coactionem oriri pronunciat,& ad quatuor ſpecies coactionem reducit, dicens. Primam oriri ex formali, expreſſo, & rigoroſo Papæ præcepto. Secundam ex reſtrictiva objecti, ſeu motivi, puta obedientiæ individualiter Summo Pontifici præſtandæ. Tertiam ex timore, quòd Pontifex ſit precepturus. Quartam, ex præcepto tacito,in ordine ad promptam obedientiam,quę verè continctur in virtute obedientiæ per Votum promiſſæ. Et hæc quarta ſpecies coincidit cum tertia. Sed quia de omnibus & ſingulis ſub unica Reſolutione differere tædium aut moleſtiam legentibus cauſaret, operæ pretium duximus, illas dividere, & in hac Reſolutione de prima & ſecunda ſermonem inſtituere, tertiam autem & quartam ad ſequentem Reſolutionem remittere; Quæ licèt in unam coactionem coincidere poſſint, prolixiorem autem indaginem videntur expoſcere.

11 Nihilominus circa prædictas quatuor ſpecies coactionis primò conſideremus oportet, primam tertiam & quartam militare poſſe tam reſpectu Perſonę habentis præfatum Votum, quàm illud non habentis. Etenim indubitatum eſt,Summum Pontificem poſſe præceptum rigoroſum imponere ad conſenſum præſtandum in electionem tàm habenti præfatum Votum,quàm non habenti, omnibus, & ſingulis fidelibus in univerſali Eccleſia ſiſtentibus, præcipuè in ordine Clericali conſtitutis, cùm omnes ſibi ſubjecti intelliguntur. ad Text. *in Cap.2. præceptis*. 12. *diſt*. ibi.. *Cujus autboritatis ſanctionem omnes teneant Sacerdotes. Et Cap. obedientiam* 93. *diſt.* ibi.. *Summo Pontifici ea ab omnibus debetur obedientia, nec in Eccleſia eſſe poterit qui ejus Cathedram deſerit, utpote qui omnibus præeſt. Cap. ſi inimicus.* 93. *diſt.* Unde tam habens Votum, quàm non habens, poteſt conſentire coactus in ſuam electionem, vel ex rigoroſo præcepto, vel intellecta Pontificis voluntate, vel ex ſolo timore, quòd Papa ſit præcepturus,vel ex prompta obedientia.

Secundam autem coactionem, nimirum, ex reſtrictiva objecti, vel motivi obedientiæ ad ſingularem, & individuam Summi Pontificis Perſonam, ſolùm verificari poſſe reſpectu Perſonæ noſtrum Votum habentis, cùm ſolùm ex hujuſmodi Voto ſub pœna Sacrilegii Electus remaneat obligatus, & adſtrictus ad conſentiendum in electionem principaliter, & reſtrictivè ex motivo obedientiæ ad ſolam Perſonam Summi Pontificis, ut conſtat ex formula, *Voveo*, nimirum, *non conſenſurum in mei Electionem, niſi coactus obedientia ſummi Pontificis*. 12

Secundò etiam obſervandum venit, ad exercitium Obedientiæ non eſſe ſemper neceſſarium, quòd interveniat Superioris expreſſum præceptum, ſed ſatis ſuperque erit, quòd intellecta Superioris voluntate, & deſiderio de aliqua re facienda,Subditus ſtatim illam exequatur, ex amore ſubjiciendi ſuam voluntatem ad illam Superioris; illique in omnibus ſe conformandi, cum cognitione, & reflexione, quòd Superior poteſt præcipere rigorosè. Doctores communiter. *Reſol.* 12. *num.*27. *& ſeq.*, & allegandi *Reſolutione ſeq.* 13

Tertiò recolamus neceſſe eſt, ſupra *Praamb.*1. duplicem nos detuliſſe formulam Voti de non acceptando Eccleſiaſticas Dignitates. In prima aliquo modo videtur expri- 14

mi rigoroſum Superioris præceptum, adeòque hoc eſſe expectandum ad hoc, ut Voti obligatio adimpleatur, & præceptum cogat ad exeundum in conſenſum. Cujus priprimæ formulæ verba ſunt. *Promitto non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia illius, qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati*. In hac formula videtur, quòd Voti obligatio non urgeat ad conſenſum, niſi percutiat expreſſum Superioris præceptum.

15 In ſecunda verò formula verè continetur motivum obedientiæ, ſed nulla fit actualis expreſſio rigoroſi præcepti: Cùm in illa, ut modò ſuprà relatum eſt, dicatur. *Promitto non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia ſummi Pontificis*.

In hac formula utique exprimitur obedientia, ſicut in prima. Sed quodcumque reticetur præceptum. Unde videtur, quòd in ſecunda formula Electus reſtringatur quidem ad conſentiendum principaliter & indiſpenſabiliter ex virtute & motivo obedientiæ, ad individuam Perſonam Summi Pontificis, ſed non obedientiæ limitatæ, & reſtrictæ dumtaxat ad actum rigoroſi præcepti, ſed ad actus omnes, qui exerceri poſſunt, ſecundùm totam latitudinem obedientiæ ſupra deſcriptos. *Reſol*.12. *num*.27. *& ſeq*. Etenim, licèt Votum obedientiæ, ut obliget, neceſſe ſit, quòd Superior interponat actuale, & rigoroſum præceptum. Sanchez allegandus *Reſol. ſeq*., & ita ad ſolam Viam præcepti reſtringatur; obedientia tamen ſecundùm totam ſuam latitudinem per multas Vias exerceri poteſt, nimirum, tam per viam rigoroſi præcepti, quàm ſine ullo præcepto, & mediante prompta obedientia, de cujus ratione eſt, quodcumque Superioris præceptum prævenire; & ſolùm attendere ad ſimplicem nutum, placitum, & deſiderium Prælati, nullatenus obligare volentis, ut diximus ſupra *Reſol*.12. *num*.27. *ſeq*. 105. & Doctores communiter. Suarez citandus *Reſol*. *ſeq*.

16 Ex his ſequitur evidenter, Votum, quod prohibet conſenſum, niſi interveniat rigoroſum Superioris præceptum, limitare obedientiæ Virtutem ad dumtaxat illam exercendam per viam præfati præcepti, ut exprimitur in prima formula in *Præamb*.1.deſcripta, & hic *num*.14. Votum autem illud, quod relinquit conſenſum præſtari poſſe ex univerſali motivo, & virtute obedientiæ, ſecundùm totam ſuam latitudinem acceptæ, & ſine ulla ejuſdem obedientiæ limitatione, adimpleri poſſe per quemcunque obedientiæ actum, non ſolùm per viam rigoroſi præcepti, ſed etiam ex præcepti timore, & ex reſtrictiva objecti, atque ex prompta obedientia, omne excludente rigoroſum præceptum, & ex quocumque Superioris nutu, itaut remaneat in arbitrio Voventis ſingulis præfatis modis in conſenſum erumpere: & verificabitur, quòd conſentiet coactus, & Voto ſatisfaciat.

17 Sicuti mercator licèt tempore tempeſtatis arbitrium habeat alleviandi navem vel projiciendo merces in mare, vel illas comburendo. Nihilominus quocumque modo hoc faciat, ſemper coactus faciet. Ita Votum habens non conſentiendi in ſui electionem, niſi coactus ex univerſali motivo obedientiæ ad Summum Pontificem, ſecundùm totam ſuam latitudinem acceptæ, licèt arbitrium habeat conſenſum præſtandi hoc vel illo modo, nihilominus ſemper remanet neceſſitatus ad conſentiendum per aliquem obedientiæ actum ex prædictis, & ita

coa-

coactus conſentiet.

18 Ad manifeſtationem autem, & probationem Concluſionum, quæ in Titulo exponuntur. Prima facilè oſtenditur, nimirum, quòd noſtrum Votum obligat electum, ut conſenſum ſemper principaliter, & indiſpenſabiliter eliciat ex ſolo motivo obedientiæ, individualiter Summo Pontifici præſtandæ. Nam luce clarius hoc oſtendunt verba contenta in formula noſtri Voti, ubi dicitur. *Voveo non conſenſurum in mei electionem niſi coactus obedientia Summi Pontificis*; per quæ dilucidè prohibetur & excluditur omnis conſenſus habens pro principali motivo aliquid aliud præter Virtutem obedientiæ, & pro principali ſolùm admittitur conſenſus ille, qui originem trahit ex motivo obedientiæ indefinitè, & univerſaliter ſumptæ in ordine ad quoſcumque actus, qui ex illa elici poſſunt, ut diximus *Reſol. antecedenti n.*27. *ſeq. & num.* 34. 136. 139.. Vox enim generaliter prolata, aut generalis diſpoſitio comprehendit omnes ſpecies, & expreſſio generis continentis ſpecies operatur idem, ac ſi ſingulæ ſpecies eſſent expreſſæ. *L. ſi Chorus. ff. de legat.*3. Alexand. *conſ.* 233. *ponderatis. num.* 16. *lib.*6.. Et tantum operatur genus quoad omnia, quantum ſpecies quoad ſpecialia. Zabarell. *conſ.*99.*n.*2.*verſ.*4. & genus reſolvitur in ſua ſingularia. Curt. Junior. *conſ.*199. *nu.*15. & vox univerſalis ſicuti eſt obedientia, in ſuos modos particulares reſolvitur ad Text. allegandos. *Reſol.*24. *n.*14.

Cùm autem hujuſmodi conſenſus non debeat eſſe, ut diximus, ultroneus, ſpontaneus, & ex proprio motu, ſed coactus: & coactio, prout aſſerimus in Titulo, quatuor modis poſſit cauſari, vel ex præcepto expreſſo formali, vel ex timore præcepti, vel ex reſtrictiva objecti, vel præcepto tacito in ordine ad promptam obedientiam, ſic ad ſingulas coactiones quo pacto verificari poſſint, opus eſt ut deſcendamus. Et quantùm ad primam, & ſecundam, de quibus ſolùm promiſimus in hac Reſolutione tractare,

Dicimus, coactionem cauſari poſſe ex formali, & rigoroſo Superioris præcepto, quod non erit difficile demonſtrare. Cùm ſit ipſius præcepti neceſſitatem imponere. Doctores communiter cum S. Thoma 2. 2. *quæſt.*58. *art.*3. *ad* 2. & vim inferre, quæ coactionem cauſat & impetum in voluntatem. *L.* 2. *ff. quod met. cauſ.* Nam licèt Conſilium ſit voluntatis; Præceptum tamen eſt neceſſitatis. *Cap. quisquis* 14. *quæſt.*1. Quæ ob talem *rationem* multiplicanda non ſunt ad Tex. allegatos *Reſ.*12.*num.*121. & cauſant obligationem, & onus, ex dictis *Praamb.*3.*nu.*89. & *Reſ.*11. *nu.*20. *Reſ.*14. *num.*20. *Reſ.*15. *num.* 58. 129. 188. *e.* hanc neceſſitatem, licèt in inferiori gradu, & magis remiſsè, etiam virtuali præcepto poſſumus adaptare, cùm virtuale præceptum, ut dicemus *Reſolutione ſeq. num.*50. ſit omnis Superioris mens, aut voluntas aliquo modo manifeſtata, ex D. Thom. infra *num.* 29. & inter virtualia præcepta illud ſingulare erit, nimirum, electionis intimatio, facta formiter Electo de expreſſo & ſpeciali Pontificis mandato, de quo *Reſolutione ſequenti*. 20

Et quòd oriatur ex præcepti timore non eſt dubitandum, de quo in ſequenti Reſolutione ſingulatiter differemus.

De ſecunda autem coactionis ſpecie, quam provenire dicimus ex reſtrictione objecti, quatenus Votum obligat indiſpenſabiliter, quòd 21

Con-

Conſenſus in Electionem ſemper in primo loco & principaliter eliciendus ſit reſtrictivè tam ex motivo virtutis obedientiæ, quàm individualiter ad ſolam Perſonam Summi Pontificis, non erit arduum oſtendere. Quoniam ſi alia Virtutum motiva Electus ex ſuo affectu, & devotione intervenire velit, vel illum pulſent, ut conſentiat: Præfatum tamen motivum ex obedientia nunquam deeſſe debet, adhoc ut Electus ad formam ſui Voti licitè conſentiat.

22 Dixi, ſi alia Virtutum motiva intervenire velit, cùm poſſit dari caſus, in quo Electus ex ſua ſpeciali virtute & affectu libenter aſſumeret Epiſcopatum ex motivo, vel faciendi opera Eccleſiæ, ad quam eſt Electus proficua, vel opera miſericordiæ erga ſuos Subditos exercendi, vel Clerum reformandi, vel Clericis educandis Seminarium erigendi, vel de magiſtris idoneis providendi ad ſacras literas promovendas; pauperibus neceſſaria miniſtrandi, & plura ſimilia, precipuè circa neceſſitates Eccleſiæ *Reſol.ſeq.* adducendas. Sed ſemper ex voto & objecto conſtrictus eſſe debet principaliter, ut ſuum conſenſum præſtet ex ſpeciali motivo obediendi Summo Pontifici.

23 Dixi, ex objecto Electum debere ſemper remanere conſtrictum elicere conſenſum ex ſpeciali motivo obedientiæ ad Summum Pontificem; Quia ſic diſponit, requirit, & importat obligatio noſtri Voti, eo vel magis, quia ad præſtandam alicui Superiori veram obedientiam, ut ſæpe & modò diximus ſupra, non eſt neceſſe, quòd interveniat, aut pulſet formale & rigoroſum ejuſdem Superioris præceptum, ſed ſufficit quæcumque Superioris de ſua voluntate manifeſtatio, ſibi gratum fore, ſi Electus conſentiat. Tunc Electus conſcius de hoc Superioris placito, ſi licitè ad formam Voti conſentire velit, cogitur conſenſum præſtare principaliter ex motivo obedientiæ individualiter ad Perſonam Summi Pontificis, quòd ſi aliàs conſentiret peccaret.

Superior autem ad extra multifariam Subditis, ut diximus, ſuam poteſt indicare voluntatem, vel per nutus innuendo; vel per ſimplicia verba ſignificando; aut per modum placiti ſeu deſiderii loquendo; vel per opera, quæ vult ab aliis fieri, in ſe ipſo exemplificando; vel urbanis verbis per ſe ipſum, aut mediante alio petendo, rogando; vel artificiosè & dulciter ſuadendo; vel in ſermonibus domeſticis adhortando; vel opportunis rationibus admonendo; vel tandem laudando Perſonam electam, & Electi merita amplificando; Et electionem factam eſſe dignam, & alia ſimilia pronunciando. Et eſt punctualis Sancti Doctoris Text. 2. 2. *quæſt.* 104. *art.*2. ibi.. *Voluntas enim Superioris quocumque modo innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum.* De quo *Reſol. ſeq.* 24

Unde in hac materia ſingularis coactionis modus eſt, in quantum coactio provenit ex reſtrictiva objecti, & Electus ad conſenſum præſtandum reſtringitur, & limitatur ad non exeundum in actum; niſi principaliter motivum obedientiæ intendat Summo Pontifici individualiter exhibendæ, propter quod Electi arbitrium remanet ligatum, & reſtrictum, ut non poſſit pro ſuo libito licitè tale motivum negligere, & loco illius verſari circa quodcumque aliud, & prodire in cujuſcumque generis conſenſum provenientem ex quocumque alio motivo, licèt honeſto. Reſtrictio enim per dictionem *niſi* eſt exclu- 25

ſiva

ſiva aliorum caſuum præter nominatos. *L. qui aliena*. *§. Si libertas. ff. de negot. geſtis*; *& in Cap. ſi duo de procur. lib.6.* de cujus plena intelligentia vide *Reſol. 17. per totam*.

26 Ex quo fit, Electi arbitrium non ſolùm remanere reſtrictum, & coactum ad non dandum conſenſum ex quocumque indifferenti, & illicito motivo, ſed etiam ex alia cujuſcumque ſpeciei virtute, dummodo principaliter non concurrat illud ſpeciale motivum obedientiæ ſoli Pontifici præſtandæ, quod evidenter demonſtratur perTextum allatum, & per formulam noſtri Voti, per illa verba, *Voveo non conſenſurum in mei Electionem*, quibus verbis univerſaliter excluditur omnis conſenſus in Electionem, *niſi coactus obedientia Summi Pontificis*. Ecce reſtrictio ad motivum dumtaxat obedientiæ, itaut obedientia individualiter ad Summum Pontificem, in hac materia ſit tota regula ad conſenſum validum præſtandum, & ipſius Voti primarium, & formale objectum per ſe, & immediatè intentum.

27 Adeòque cùm humanæ libertatis poteſtas, ſecundùm ſuam naturam deſumpta, ſit faciendi, quod placet. Ad Text. *Extrau. Cap.3. ad Conditorem. De verb. ſignific.* ibi .. *Libertas eſt naturalis facultas ejus, quod cuicumque facere libet.* Et concordat Civilis Text. *de ſtatu hominum L. Libertas*. Unde ſi aliquid addatur ad illam reſtringendam, tunc voluntas vim patitur in ſua amplitudine. *Gloſſ. in dicta L. Libertas* ibi .. *Libertas eſt facultas, ideſt poſſibilitas à Jure naturali, quod poteſt facere quidquid vult, niſi vi, aut Jure probibeatur. Prout dicitur in Text.* per quæ verba. Sequitur reſtrictiva. Profectò Text. dicendo, *niſi vi*, ecce coactio, ideſt Jure Gentium, quod propter neceſſitates hominum eſt inductum: Vel jure, ſcilicèt Civili prohibeatur. Vis enim, quæ infertur, ſemper retundit contrariam voluntatem *L. 1. ff. quod met. Cauſ.* ibi .. *Vis enim ſiebat mentio, propter neceſſitatem contraria voluntatis*. Et quando intervenit Vis, ſemper inducitur Coactio; illa enim facit impetum in voluntatem. *L.2. ff. quod met. cauſ.* ibi .. *Vis autem eſt majoris rei impetus, qui repelli non poteſt*.

Quapropter, cùm Voluntas 28
ex ſua natura ſit ampla, & expedita ad ponenda in quacumque ſpecie omnia extrema ſuæ libertatis, adeòque ad dandum cujuſcumque ſpeciei conſenſum; ſine dubio ſi reſtringatur ad aliquod principale ſpecificum, & individuale motivum læditur. Quia in quantùm reſtricta, non poteſt erumpere in quemcumque conſenſum. Profectò, dum manet reſtricta ad conſenſnm, neceſſe eſt, quòd cogatur in illum: cùm ab illo non poſſit ſe licitè liberare, & excuſare; præcipuè ſi hoc fiat ex voti obligatione, ſub illa ratione, qua eſt de meliori bono; ad quod Votum determinat, & reſtringit. Theolog. omnes. S. Doctor. 2. 2. *quæſt.* 88. *art. 2. per tot. & art.10. in corp. & in 4. diſt.38. q.1. art.1. quæſt.2.* & facit Text. *in Cap. ſunt quadam. 17. quæſt.1.* ibi .. Sed *poſtquam ea Deo promittimus, reddere conſtringimur*.

Et quidem ex terminis per ſe 29
notum videtur, quòd de natura formæ reſtrictivę eſt ſemper tollere, & diminuere de illo, cui applicatur reſtrictio; ſic generalia verba ſuam amplitudinem in ſignificando deperdunt, ſi ad aliquod principale reſtrigantur. Eſt Text. manifeſtus *in L. prædiis de legat. & fideicom. in Summa*. ibi .. *Verba generalia acceſſoriè oppoſita ad ſuum principale*

reſtrin-

reſtringuntur; Et pingue legatum in Teſtamento relictum verba reſtrictiva minuunt. *L. Aurelius de Liberat. Legat.* §. *Teſtamento. In ſumm.* ibi.. *Verba reſtrictiva adjecta Legato reſtringunt Legatum factum in Teſtamento*. Quapropter ſi voluntas, quæ de ſua amplitudine poteſt ſe in omnem cujusvis ſpeciei conſenſum dilatare, reſtringitur ad unum dumtaxat unius ſpeciei conſenſum principaliter ex motivo obedientiæ, reſtrictivè individualiter ad Perſonam Summi Pontificis preſtandæ, ſinè dubio voluntas in tota ſui arbitrii amplitudine remanet diminuta, & reſtricta. Ex quibus evidenter conſurgit, & concluditur, quòd ſecundus coactionis modus provenire poteſt ex reſtrictione objecti.

Et cùm ſuperſit dicere de duabus aliis coactionis ſpeciebus provenientibus vel ex timore rigoroſi præcepti, vel ex prompta obedientia, prout in Titulo; Et rerum copia in hac materia multùm exuberet, & in nimiam prolixitatem hanc Reſolutionem abire compelleret; ideo in ſequenti Reſolutione, quæ erit XV., de omnibus in Titulo promiſſis Sermonem inſtituemus, & ſit

RESOLVTIO XV.

Ex quatuor Coactionis ſpeciebus enumeratis in Titulo antecedentis Reſolutionis in Ordine ad coactè conſentiendum in Dignitates : Præcipua eſt illa , quæ cauſari poteſt ex timore rigoroſi præcepti ; Quatenus ſi Electus ſtatim non conſentiat , timet quòd Pontifex ſit præcepturus ; Altera vero oriri poteſt ex prompta obedientia .

HIC

Quoque reſolvimus , quòd etiamſi in aliquibus formulis præſentis Voti in Ordine ad coactè conſentiendum expreſsè requiratur Summi Pontificis Præceptum , Hoc dicimus non eſſe intelligendum de formali , & rigoroſo . Sed Satis ſuperque eſſe Virtuale , contentum in intimatione Electionis facta de ordine Papæ .

Et quatenus ex adverſo Virtuale rejiciatur ; & tantummodò rigoroſum deſideretur : Tunc dicimus , verba illa Voti de non acceptando , & conſentiendo niſi coacti in Dignitates , non eſſe intelligenda de Promotione , qua fit immediate à Summo Pontifice , ſed de illa , quæ effici poteſt ab inferioribus Prælatis .

SUMMARIUM.

1 *Reſiduum quid ſit .*

4 *Electus cauſaret nauſeam Summo Pontifici , ſi requireret rigoroſum præceptum* 100. 1.

5 *Coactio ex prompta obedientia , & timore , incidunt in idem .*

6 *Conſtitutio Urbani VIII.* 146. 185. 200.
Formula Voti . ibid.

7 *Virtuale præceptum cogit .* 49. 154. 187.
Dari poteſt modica coactio. 50. *ibid.*

8 *Præceptum rigoroſum requiritur ; quando Papa non immediatè eligit .*

HÆc Reſolutio ſuccedit in reſiduum & complementum præcedentis Reſolutionis. Reſiduum enim verificatur in toto , quod remanet . *L. quod ſi medius . ff. de hæredibus inſtituend. & L. qui non militabat* §. *ult.* Et ſecundùm omnes Juriſperitos in reſiduo includitur reliquum , quod ſupereſt . *L. Cæterorum . Et ibi* Alciatus . *ff. de Verborum Significatione . L. quamquàm . Cod. de teſtam. milit.* Nam in Reſolutione præcedenti enumeravimus , quatuor dari poſſe coactionis ſpecies , in ordine ad coactè 1

conſentiendùm in Dignitates . Primam nimirum, ex rigoroſo ſolius Summi Pontificis præcepto. Secundam ex reſtrictiva objecti ſolius Virtutis obedientiæ. Tertiam ex timore præfati rigoroſi præcepti. Quartam ex præcepto tacito in ordine ad ipſam promptam obedientiam, ut inde dignoſceretur in ſequelam præſentis Voti, de quo agitur, quotmodis conſenſus coactus contingrre, verificari, & exerceri poſſit. Et cùm in Reſolutione antecedente luculentet duæ primæ coactionis ſpecies probatæ remaneant; de rigoroſo nimirum Papæ præcepto, & de reſtrictiva objecti; in præſenti, ut de Arte bene deſiderandi ſemper ulteriùs procedentes rectas Regulas depromamus; ſolidis in reſiduum antecedentis proſequimur fundamentis, aliàs duas poſteriores coactiones oſtenderr;quarum unam dicimus oriri ex timore præcepti Summi Pontificis, ſeu ex timore, inquam, quòd ſi Electus ſtatim ac deprehenderit Pontificis virtuale præceptum, ſeu voluntatem contentam in intimatione Electionis,de ordine Pontificis facta, non conſentiat, Pontifex rigoroſè ſit præcepturus. Poſtremam verò cauſati ex dicto præcepto tacito in ordine ad promptam obedientiam, quod forte in idem coincidit. Et ne hujus Reſolutionis prolixitas confuſionem pariat, & claritati officiat, promittimus per tredecim paragraphos illam à nobis expletum iri.

2 Sed ut ſtatim aliquid de hoc percipiamus, conſiderate ſufficiet, quòd actus factus, ſeu conſenſus datus in electionem ad dignitatem ex timore, quod Pontifex ſit præcepturus, dicitur actus coactè factus, & conſenſus coactè datus, quatenus non ſit ex plenitudine libertatis, moventis ſe tunc præcisè, quia vult ſe movere, ſed moventis ſe, ne ſibi ſuccedat aliquod incommodum, ſeu damnum, quod agens Vitare intendit, adeòque agens ſi tale damnum vult vitare, cogitur tunc inſtantaneè operari, & non differre, de quo infra. *nu.*54. *68.*

Sic in noſtro caſu conſenſus nunc datus in promotionem ad dignitatem ex timore, quòd Superior ſit proximè præcepturus; ſi promotus illicò non conſentiat, datus eſt ad evitandum inconveniens, quod ad inſtans eſt eventurum, quod Papa nimirum priùs præcipiat conſenſum, antequam promotus, ſeu Electus promptè illum efficiat;ſicuti mercator merces, quas projicit nunc in mare ex timore, quòd navis ſit peritura in tempeſtate, niſi allevietur, projectionem mercium facit nunc coactè ad vitandum proximum periculum ſubmerſionis, ſeu antequam navis à fluctibus obruatur. 3

Inconveniens autem, quod eveniret, ſi Papa præcipetet conſenſum antequam Electus conſenſum præſtaret, eſſet, quòd Electus deperderet meritum promptæ obedientiæ, & cauſaret moleſtiam, & nauſeam Summo Pontifici, volens illum obligare & cogere, quòd in rigoroſum irruat præceptum, quando ſe explicavit, non velle rigoroſè præcipere, de quo infra *num.*100.1. Et hoc intelligendum, quando aliàs non ſit obligatio Voti expectandi rigoroſum præceptum. Ut dictum eſt ſupra *Praamb.*1.*n.*107.*b.* *ſeq.*de Patribus ſocietatis & *Reſ.*18. *num.*20. *A.* 4

Coactio verò proveniens ex timore, quòd Pontifex ſit præcepturus, & ex prompta obedientia, videtur, ut diximus, incidere in idem; in quantùm reſpiciunt vitare idem inconveniens, ne deperdat Electus meritum promptæ obedien- 5

tiæ.

tiæ. De quibus latè infra.

6 Et quia, prout in decurſu hujus Reſolutionis apparebit, in magnos incidunt difficultatum ſcopulos, qui prætendunt, quòd etiam quandoPapa immediatè promovet, aut eligit ad Dignitates [attentis formulis præſentis Voti] neceſſariò & ſemper requiratur ejus rigoroſum præceptum. Cùm aliquæ formulæ diverſarum Religionum præceptum expreſsè importent, ut annotavimus ſupra *Praeamb.* 1., & narrat Conſtitutio Urbani VIII. infra indicanda *num.*146.185. *& ſeq.* in qua Voti formula eſt, ſe non curaturos, nec acceptaturos Dignitates niſi coacti præcepto ejus, qui ſibi de Jure præcipere poteſt, & aliquæ addunt, ſubpœna peccati, de quo dicemus infra; & Papa ſibi ſoli reſervet privativè ad quoſcumque alios præcipiendi facultatem. Hinc dicunt coactum conſenſum ex tali Voto promiſſum, ad hoc ut explicetur, & verificetur, ſemper ex neceſſitate requirere præceptum rigoroſum Pontificis, ſive ipſe Pontifex ſit, qui immediatè promoveat, & Eligat ad dignitates, ſive ſint Inferiores Prælati.

7 Nos autem, ut adeò commendabile Votum ſemper ſalvum in ſua ſubſtantia conſervemus, & ab omnium difficultatum, & abſurdorum impetu tueamur, in hac Reſolutione pronunciamus, ad ſalvandum præfatarum formularum ſenſum, non eſſe neceſſarium rigoroſum Papæ præceptum, ſed ſufficere virtuale in dicta Electionis intimatione contentum. Quod etiam cogit,ut oſtendemus *num.*49.*ſeq.*154. *&* 187. Et ſatis eſſe in præſenti materia coactionem quamcumque, etiam modicam, quam poſſe dari ex juribus demonſtrabimus infra *num.*50.

Et quatenus Adverſarii ſpretis quibuſcumque difficultatibus & abſurdis perſiſterent, quòd ad ſenſum formularum neceſſariò poſtuletur rigoroſum Papæ præceptum: tunc nos ne redeant contra præfatum Votum enunciata abſurda, atque difficultates, dicimus, illa verba Voti de non conſentiendo in Dignitates, aut de illis non acceptandis, non poſſe militare nec eſſe intelligenda, quando ipſe Papa immediatè eligit, & promovet ad illas; cùm tunc ſuperfluum ſit quodcunque ejuſdem Papæ rigoroſum præceptum, quod potiùs noceret, quam prodeſſet; ſed ſolùm intelligẽda,quando promovent,& Eligunt ad Dignitates Inferiores Prælati. 8

Sed ut ignota, quæ facere poſſunt ad noſtram cauſam, præventivè dilucidemus, atque notificemus, & omnem confuſionem, quæ ex prolixitate emergere poteſt, longè arceamus, per diſtinctos Paragraphos procedemus. 9

§. I.

Quædam ſcitu neceſſaria obſervanda præmittuntur.

SUMMARIUM.

1. *Epiſcopatus eſt Dignitas. Electio ſit non ſolùm de Epiſcopatu, ſed de cæteris Dignitatibus. ibid.*

Quid ſit Dignitas. Eſt adminiſtratio cum Praeminentia, & qua

& quæ ſecum defert Juriſdictionem. ibid.
Specialis eſt, & eſt major, quæ habet majorem Juriſdictionem. ibid.
Vicariatus eſt Dignitas. ibid.
12 Electio ad Dignitatem fieri poteſt non ſolùm per Summum Pontificem, ſed etiam per alios.
Quando fit per alios, non eſt ex Jure divino, ſed ex Indulgentia Romani Pontificis. ibid.
13 Quanta diligentia, & cautela pro eligendis Epiſcopis adhibenda ſit. 20.
Titulus Electionis exulavit ab Aula. ibid.
14 In Germania Capitula retinent Jus eligendi.
Confirmatio non poteſt habere vim virtualis præcepti. ibid.
Electus à Capitulo, & habens dictum vetum, non poteſt conſentire ex ſe, ſed coactus à Papa; ſeu niſi Papa præcipiat. ibid.
15 Idem de eo, qui eſt Electus Vicarius.
16 Vicariatus eſt Dignitas, eſt Ordinarius habens authoritatem à lege, non ab Epiſcopo.
17 Vicarius eſt una Perſona cum Epiſcopo.
18 Electio appellatur vocatio. 130.
Eligere eſt unum ex pluribus capere. 130.
Electio ſemper requirit publicationem. ibid.
Ante publicationem dicitur inchoata, & variari poteſt. ibid.
19 Electio poſt publicationem dicitur conſummata, nec poteſt ampliùs variari.
19 Uſquedum poſſit variari. ibid.
Semel ab Eligentibus approbatus, ampliùs reprobari non poteſt. 206. 233.
Niſi adſit nova cauſa. 206.
20 Gregorius Decimus Quartus. num. 13. 20.
Electio ſi fiat ab uno, vel pluribus, facienda ad formam Tridentini. ibid.
Diligentia adhibenda pro faciendis Epiſcopis. 13.
21 Ad Electionem requiritur conſenſus Electi tam de jure naturali, quàm ſi id procedat in majoribus Dignitatibus 39. 42. 44. 225.
Electus fit Sponſus Eccleſiæ. 230.
Qui non conſentit, contradicere videtur. ibid.
Conſenſus Electi ab Eccleſia ſuppleri non poteſt. ibid.
Electus nullum Jus in Electionem, & Beneficium acquirit, niſi priùs conſentiat. ibid.
Facta Electione habet Jus ad illam. ibid.
22 Electus non poteſt conſentire, niſi priùs ſibi innoteſcat Electio. 25.
Præparatio ſemper debet præcedere præparatum. ibid.
23 Reſpectu ejuſdem Electionis debet poſſe dari conſenſum coactum, & non coactum. 59.
25 Præceptum de conſentiendo debet innoteſcere Electo. 22.
26 Res ignorata idem eſt ac ſi non eſſet.
27 Notificatio Electionis duplici modo fieri poteſt Electo, vel de mandato Papæ, vel per perſonam privatam.
Adminiſtrans ante expeditionem litterarum incidit in pœnas, etiamſi à privata perſona ſciat fuiſſe in Conſiſtorio approbatum. ibid.
28 Virtuale præceptum, & timor,

non

non obligat ad peccatum, ſed cogit.

Præceptum rigoroſum non obligat ſub mortali. 129. 139. 244.

Electio notificata de mandato Papæ ſufficit adcoactè conſentiendum. ibid.

Timor fundamentalis. ſemper ineſt. 55. 56.

10 PRimò obſervandum erit, quòd Electio Perſonę ad Dignitates facienda per Superiores reſpcctivè, non ſolùm intelligitur de officio Epiſcopali, quod eſt Dignitas. Felin. *in Rubrica de major. & obed. col.5.& Cap. fælicis. §.Quòd ſi quis de pæn.lib.6.* Sed etiam de quocumque alio, quod ſub nomine Dignitatis contineri ſolet apud Canoniſtas, quæ quamplurimæ numerantur, & per extenſum refert Fagnan. *in 3. Decretal. Cap. ad hæc de præbend. per totum.* Er Dignitas eſt adminiſtrario eum præeminentia in gradu. *Cap. ad hæc de præbend.* Seu eſt gradus excellentior. Baldus *in Cap. Dum olim num.8.de conſuetud. L. Honor.* Et ſpecialiſſima eſt illa, quæ ſecum defert annexam Juriſdictionem, & adminiſtrationem temporalium rerum, ad Eccleſiam ſpectantium. Innoc. *in Cap. de multa. num.7. ver. Item Dignitatem vocamus;* Et eſt quædam præeminentia ex adminiſtratione. Oldradus *Conſ.* 150. *num.3.* Immo illa eſt vera Eccleſiæ Dignitas, quæ Juriſdictionem præfert. *Cap. volumus. Cap. Diaconum, & Cap. quia. 99. Diſt.* Quæ quò magis extenditur, eò ſpectabilior efficitur. Rota *apud Greg.XV. Deciſ.*411. *& ibi adnotationes, & Abbas.* Unde non ſolùm Epiſcopatus, ſed etiam multa alia officia Dignitatis prærogativa extolluntur, inter quæ Vicariatus quoque recenſerur, ut modò infra explicabimus. *numer. 16. ſequent.*

11 Votum noſtrum prohibet univerſaliter, & in communi conſenſum in quamcumque dignitatem extra Clauſtra, nulla excepta, niſi veniat quis à Summo Pontifice coactus.

12 Secundò obſervandum eſt, multa à nobis in hac Reſolutione de electione eſſe tangenda, licèr de eadem plenè, & profusè *in Reſol.*22. ſermonem aggrediemur. Sed nunc advertendum, ſicuti *& Reſol. modo citata* dicemus, quòd electio in dignitates, præcipuè in Epiſcopatum, non ſolùm fieri poteſt per Summum Pontificem, ſed etiam in aliquibus locis per alios Superiores, reſpectivè ad aliquas particulares Eccleſias, juxta diverſorum Indultorum, & legum diſpoſitionem approbatam à Sancta Sedè; licèt olim ad Summum Pontificem tantummòdò pertinerent *cap.1. 11.Diſt. & cap.2. de præbend.in 6* Gemin.*conſ.*88.Innoc. VII. *nu.3.* ex quo corruit quædam quorumdam fatua prætentio temere aſſerentium, viam electionis Capitulis Eccleſiarum jure Divino fuiſſe conceſſam. Ferret *Conſ.*305. Cùm è contra liquidò conſtet, Tale Jus in Capirula derivaſſe non ex neceſſitate, ſed ex libera & pia Romanorum Pontificum Indulgentia. Rebuf. *tit. de elect. derog. in principio.* Bellarm. *tom. 1. cap. 8. &* Moderni *in tractatu de Beneficiis.*

13 Poſtquam autem ſupervenerunt Cancellariæ Regulæ, ſublata fuit præfata diſpoſitio & indultum, præſertim in Italia & Hiſpania: adeout nonnulli affirmaverint, titulum electionis ab aula exulaſſe Lambert. *de Jurepatron.1. par.2. lib.97. art.20. n. 6.in fin.* Trident. *cap.1. ſeſſ.24.ubi* deſcribitur quanta cautela in Conſiſtorio ad promovendos Epiſcopos, & diligentia adhibenda; & quanto rigore, pro

eorum qualitatibus inveniendis, ſint efformandi Proceſſus, diſponit & præcipit Conſtitutio Gregorii XIV., Incipiens *Onus Apoſtolicæ ſervitutis*, ædita Romæ idibus Maii 1591., de qua diligentia modò infra *n.* 20., & hoc vim habere electionis & confirmationis. Gloſſ. *in cap.* 1. *in verbo* proviſionem, *in fin. eodem lib.*6. Ripa *in Cap. eam te n.*11. *de reſcript.*

14 Verum tamen eſt, quòd in Germania Eccleſiarum Capitula integrum, & ſalvum retinent Jus eligendi juxta concordata. Nicolaus V. *Conſtitutione*, *quæ incipit*: *Ad Sacram Petri Sedem*, *ædita anno* 1447. *Kalendis Aprilis* Bullar. *tom.*1. ex quo evidenter innoteſcit, quòd ſi quis habens præfatum votum, etiamſi fuerit privatè factum, non conſentiendi in ſui electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis, eligatur ad Epiſcopatum alicujus Eccleſiæ à Capitulo ejuſdem, ad quod ſpectat electio: Tunc hujuſmodi electus ex vi prædicti voti, ab ipſo emiſſi, non poterit licitè & validè ex ſe præſtare conſenſum in ſui electionem, ſed teneretur expectare, quòd Pontifex cogat, vel mediante rigoroſo, aut virtuali præcepto, hoc eſt aliqua ſui beneplaciti manifeſtatione, ad ſenſus formulæ voti, quod profitetur; non autem mediante confirmatione, de cujus ratione non eſt talem vim habere, ut dicemus infra §.12. *numer.* 162. *ſeq.* aut ex aliis ſignis, ex quibus exiſtimari poſſit, ſuam eſſe voluntatem, & deſiderium, quòd taliter Electus conſentiat: & rationabiliter timeri poſſit, quòd aliàs Pontifex in rigoroſum præceptum ſit deſcenſurus.

15 Ita quoque, ſi quis habens præfatum votum eligatur alicujus Diæceſis Vicarius ab ejuſdem Epiſcopo. Cùm Vicariatus ſit Dignitas, & Juriſdictionem habeat, in hanc Electionem conſentire non poterit, niſi fuerit per Summum Pontificem coactus.

16 Quòd autem Vicariatus ſit Dignitas, non dubitatur. *Gloſſ. in Clement. etſi principalis in ver. per Electionem de reſcrip.* reddens rationem, quòd, quamvis non ſit perpetua, ſatis tamen eſt, quòd poſſit perpetuitatem induere, in quantùm poteſt Vicarius, durante vita Epiſcopi, in officio permanere. *Argumentum L. juriſperitos. ff. de excuſat. tutoris*. Et facit in hujus favorem: quia Judex dicitur habere Dignitatem. *L. ult. ff. de Albo ſcriben. L. obſervandum. ff. de officio Præſidis, & notatur in Cap. quia nonnulli. de Cler. non reſiden. & per Archidiaconum cap.*1. *num.*1. *verſ. ſit etiam Judex. de conſuetud. lib.*6. Quidquid dicant in contrarium. Abbas *Cap. de multa num.*23. *de Præb.* Rebuf. *in praxi tit. Vicar. num.*7. Alphonſ. Hoied. *de benef. incompatibilitate. part.*2. *quæſt.*10. *num.*15.

17 Nihilominus, quamquam dici poſſit, Vicariatum non eſſe Dignitatem, quantùm ad rationem, quæ illum cum alio officio non reddit incompatibilem; habet tamen Dignitatem quoad præeminentiam, ex Juriſdictione provenientem, & ex Tribunali, ſeu Conſiſtorio Epiſcopi, ſecundùm quod ipſe eſt una & eadem perſona cum Epiſcopo. *Cap.*2. *& ibi* Archidiac. *de conſuetud. lib.*6. *Cap. Romana de Appellat. eodem lib.* & declarat *Gloſſ. in d. Clement. & ſi principalis in ver. delegatus*; quæ propterea dicit, officium Epiſcopi tamquam conſtitutum in Dignitate Eccleſiaſtica comprehendi *in Cap. ſtatutum. de reſcrip. in* 6. Hoſtien. *in Summa. de offic. Vicar.*22. Nicol. mill. *in repertor. in ver. Dignitas eſt eſſe Vicarium Epiſcopi*. Ideo ſive adſit, vel abſit Epiſcopus, Vicarius

debet

debet præferri, & omnium primus ſedere, ratione ſuæ Locumtenentiæ, & præcedere omnibus Canonicis, atque Capitulo, tam in actibus, in quibus intervenit ratione ſuæ Juriſdictionis, quàm in omnibus aliis indifferentibus, etiam ipſi Archidiacono, & Archipresbitero. Robuſtus Rotæ Auditor *in ſuo voto impreſſo apud gratianum. diſcept. for. cap.3. num.23. ad fin.* Præſertim ſi eſſet Vicarius Apoſtolicus. Et licèt ab Epiſcopo deputetur, dicitur tamen Ordinarius, quia à lege authoritatem habet, non ab Epiſcopo. Corneus *conſil.*48. *num.*2. 3. *vol.*1. Quamobrem, cùm Vicariatus ſit Dignitas, in illum non poterit licitè conſentire, qui noſtrum habet votum, niſi priùs per ſummum Pontificem fuerit coactus.

18 Tertiò Obſervandum eſt, electionem alicujus Perſonæ ad Dignitatem ab Authoribus Vocarionem appellari. Abbas *in Cap. publicato. de Elect. in Rubrica*: & eligere, eſt unum ex pluribus capere. Idem Abbas *in Cap. cum terra. Eodem titul. num.*1. Quæ Electio ſive fiat à Capitulo per Scrutinium, ſive à ſingulari Superiore, puta ab Epiſcopo, vel Summo Pontifice, ſemper requirit publicationem, ex Juribus allegatis *Præamb.*2. *nu.*69. & modò allegandis *n.*19. *& ſeq.* itaut electio ante publicationem dicenda ſit incoata, Joan. Andreas. *Dicto Cap. publicato num.*5. & Cardinal. *dicto cap.*2. *notabil.*, atque variari poſſit. Quod colligitur à contrario ſenſu *dicti Cap. publicato*. Goffred. *ibi*, & Innocent. *numer.*2. *col.*2. *in princ. vir. item*, & alii.

19 Poſt publicationem verò Electio dicitur conſummata. Doctores modò allegati. Et non poteſt ampliùs variari. *dicto Cap. publicato*. Profectò Electum, quem ſemel comprobaſti, non potes poſtea reprobare. *Gloſſ. ver. judicari.*3. *quæſt.*2. *Cap. Dilectiſſimi. Et Cap. horrendus.* 32. *quæſt.*5. Adeòque ſemel ab eligentibus approbatus, ampliùs reprobari non poteſt. *D. Cap. Dilectiſſimi. Gloſſ. dicto ver. judicari. Circa med.* Niſi ex nova cauſa, ex juribus modò datis, dequo infra *num.* 206. Licèt quantùm ad variationis punctum, multa ſint Canoniſtarum placita, ut referunt Joan. Andreas *in eodem cap.*2. 23. & Abbas *in princip.*

Aliqui enim dixerunt, Electores electionem poſſe variare uſque ad ſubſcrptionem ejuſdem. Alii uſque ad confirmationem. Nonnulli uſque ad conſenſum Electi. Alii uſque ad pronunciationem Electionis, ut habetur *in Cap. quanto. In Gloſſ. magna.* 65. *diſt.* & per Hoſt. *in Summa. Eodem tit.* §. *Utrum mutari*; Et procedit hæc regula non tantùm in Capitulo, ſed etiam in ſingulari Superiore, ad quem ſit devolutum jus eligendi. Abbas antiquus *in dicto Cap. publicato, num.*4. 19 a

Quapropter, ſi electionem contingat fieri V.G. à ſolo Summo Pontifice: Tunc ſaltèm quoad præliminaria, & præambula electionis; perlecto & relato per ejuſdem Auditorem omnium concurrentium ad hánc, vel illam Eccleſiam, vel Dignitatem vacantem Catalogo, & ſingulorum meritis ac requiſitis pro meliore anteponendo ad invicem libratis, & inſpectis ad formam Trident. *Cap. ſi in quibuslibet. ſeſſ.*24. *& pluribus Concordantibus*, relatis à Quaranta *in Summ. Bullar. Verbo. Electio*, & Conſtitutionis Greg. XIV. ſupra relati *num.*13. Pontifex unum ex illis pluribus vocat, & capit, id eſt eligit, juxta definitionem Abbatis modò allegati *num.*18. & ſimul ibi coram ſuis Officialibus electionem publicat, pro- 20

nuu-

nunciando, quòd talem ad talem Eccleſiam promovet, conformiter Canonem *in Cap. publicato*. Et ad hoc pacto Electio redditur conſumata, quantùm eſt ex parte Eligentis.

21 Sed pro hujuſmodi negotio totaliter perficiendo inſuper requiritur, quòd accedat tam de jure naturali, quàm Divino conſenſus Electi. *Ad Text.* infra *num.39.* cùm fiat Sponſus Eccleſiæ. *Cap. ſicut alterius*. 7.*qu.*1.; Qui Electi conſenſus ab Eccleſia ſuppleri non poteſt. *Cap. præſens.* 20. *quæſt.*3. *Cap. licèt. de Regularibus*. Abbas *in Cap. per venerabilem*, *num.*21. *Qui filii ſint legitimi*. Conſenſus enim eſt totalis Electionis finis ad dictos Text. infra *dicto num.* 39. Profectò qui non conſentit, contradicere videtur. *L. Invitum ff. de Servitut. Urba præd.* & infra *num.*42.47. Eò vel magis, quia Electus nullum jus in Beneficium acquirit, niſi priùs in Electionem conſentiat. *Cap. cùm Inter Canonicos. De Elect.* Licèt facta electione, ipſaque Electo intimata, habeat electus jus conſentiendi in illam, juxta modò allegata hìc *num.*21. & intra terminum, de quo *Reſol.*25. *num.*101.

22 Electus autem conſenſum præſtare non poterit, niſi priùs ſibi ejus Electio nota reddatur ex juribus allegandis *num.*25. 26. & cùm in electione, quæ fit à Papa, quidam actus, ut modò diximus, *num.*20., ſe habeant tanquam præambuli, aut præparatorii ad illos, qui in Conſiſtorio pro Epiſcoporum comprobanda electione executioni ſunt demandandi, ad formam Trident. *d.cap. ſi quibuſlibet. Seſſ.*24. & præfatæ Conſtitutionis Gregorii XIV. Præparatio verò ſemper debet præcedere præparatum *L.*1. *ff. de interrog. action. L. ad legatum ff. de procur. Cap. ad audientiam de Eccleſ. ædific. Cap. quoniam de Sentent excommu. lib.6.*

23 Conſenſus ſi præſtandus erit ab aliquo, qui noſtrum Votum profiteatur, non conſentiendi nimirum in ſui Electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis; Tunc ex vi hujuſmodi Voti verificandum erit, quòd reſpectu ejuſdem numerò Electionis dari poſſit conſenſus coactus, & non coactus, ſeu ſpontaneus; prout ſonant præfata verba Voti. Videlicet, aliquem non conſenſurum in ſui electionem. Per quæ evidenter prohibetur omnis conſenſus ſpontaneus, & non coactus. Ex quo deducitur, quòd ejuſdem electionis dari poſſit conſenſus non coactus, qui per Votum prohibetur. Et poſtea cùm dicatur. Niſi coactus obedienriaSummiPontificis. Cùm hujuſmodi verbis dumtaxat excipiatur conſenſus coactus, Concludltur, quòd reſpectu ejuſdem electionis dari debeat conſenſus coactus, & non coactus, & quòd ſolùm coactus licitè præſtari poſſit. De quo infra *n.*59.

24 Quartò Obſervandum eſſe proderit, quòd conſenſus coactus ex pluribus capitibus ut modò ſupra dictum eſt *num.*1. poſſe provenire dignoſcitur, vel ex formali dumtaxat & rigoroſo ſolius Summi Pontificis præcepto, vel etiam ex ſolo timore, quòd Pontifex ſit præcepturus: Quæ ſunt præcipua duo capita, ex quibus oritur coactio.

25 Sed præceptum à Summo Pontifice imponi non poterit V.G. Titio Electo, quòd in ſuam electionem conſentiat, niſi priùs eidem Titio innotuerit, quòd Pontifex illum elegerit, ut patet ex terminis, & ex dicto Cap. *Quanto*. 63. *diſt.* ſupra allegato, ubi poſt peractam electionem additur, pronunciationem eſſe faciendam. Supra *num.*18. & ut innuimus

ſupra

ſupra *Praambul. 2. numer. 69.*
26 Cùm aliàs certiſſimum ſit, rem ignotam taliter ſe habere, ac ſi non eſſet. Paria enim ſunt non eſſe, & non apparere. Ad Text. *in L. duo ſunt Titii. ff. de teſtam. tutel. L. & liberi & rutilia. ff. de contrahen. empt. & L. ſi ita fuerit. De rebus dub. & L. in lege. ff. de contrahen. empt.* Unde ut Titius in ſui electionem conſentire valeat, neceſſe eſt, ut priùs ſibi ejus innoteſcat Electio. Mens enim humana numquam ducitur in incognitum.

27 Pronunciatio autem, ſive electionis notificatio electo facienda, duplici modo poterit executioni mandari: Vel primò, quatenus, (ut ſemper fieri ſolet in Romana Curia) formiter Pontifex mandat notificari, ſeu intimari Titio V. G., quòd à Sanctiſſimo Papa fuit ad talem Eccleſiam Electus, aut deſtinatus. Vel ſecundò, quatenus ſine ullo mandato Papæ aliqua privata Perſona ducit ad aures, ſive notitiam Titii ejuſdem electionem. Quod pluries in Curia ſoler contingere, & eſt notorium. Et quid ſimile ſit, quando quis factus Epiſcopus, ante expeditionem litterarum ſuæ Promotionis, de Bonis Epiſcopatus adminiſtrare attentaverit, licèt per privatam perſonam illi notificetur, ejus electionem in Conciſtorio approbatam fuiſſe, incidit in pœnas extrav. Bonifacii VIII. injunctæ de elect. ut advertunt Joan. Andreas *num.* 2. & Candinalis *num.* 2. *in cap. qualiter de Elect.*

28 Si verò prædicta notificatio, ſeu intimatio fiat primo modo, hoc eſt, de ſpeciali Mandato Papæ, cùm habeat rationem cujuſdam ſpecialis virtualis præcepti, noſtra ſententia eſt, illam eſſe ſufficientiſſimam; utpote quæ reddit electionem invariabilem, & oſtendit firmam eligentis Papæ voluntatem, ad hoc ut conſenſus, quem præſtabit Electus, ſit legitimus, & ſimul promptus, & coactus. Promptus, quia præſtatur ſtatim intellecta Pontificis voluntate, & antecedenter ad omne rigoroſum & formale præceptum, illud non expectando. Coactus verò; Quia poſtquam Pontifex illa intimatione, ſeu notificatione, de ſuo ordine facta, quæ veram rationem habet virtualis præcepti, ſuam manifeſtavit voluntatem, juſtè timeri poteſt periculum, quòd ſi Electus ſtatim non conſentiat, Pontifex ſit in formale dilapſurus præceptum: Adeòque ſi hujuſmodi periculi timore Electus conſentiret, non expectando formale præceptum, certè conſentiret coactus. Coactus quidem, non ſolùm per viam dicti virtualis præcepti, quod verè cogit, ut infra *num.* 50. *ſeq.* ſed etiam per viam dicti timoris, qui ſaltèm ſemper fundamentaliter ineſt, ut dicemus *num.* 55. 56. & 70. licèt ex his capitibus præcisè Electus non conſentiendo, forſan non peccaret, ad differentiam formalis præcepti, quod ſi actu percuteret Electum, teneretur conſentire ſub pœna peccati, cùm inferat neceſſitatem. Infra *n.* 129. 139. 244. & in materia gravi ſemper eſt mortale. *Reſol.* 12. *nu.* 19.

Si autem Electionis Notificatio fiat Electo ſecundo modo, hoc eſt, ſine ullo Mandato Papæ, ſed à privata Perſona, itaut ad aures Electi perveniat ex induſtria alicujus amici. 29 Tunc ſi Electus in ſui electionem præſtabit conſenſum; utique hujuſmodi conſenſus non erit coactus, quia cùm non habeat originem à notificatione facta de mandato Papæ, ſed aliunde, non poteſt eſſe voluntas Pontificis, quòd Electus conſentiat, adeòque non poterit elici nec ex virtuali præcepto Papæ, nec ex timore, quòd ipſe Papa ſit præcepturus.

29 a Sed dices, quòd ſi Intimatio Electionis facta Titio Electo de ordine Papæ, haberet vim Cogendi in ratione virtualis præcepti, quatenus oſtendit Pontificis voluntatem, quòd Titius Electus conſentiat; & ingereret etiam timorem, quòd Papa erumpat in rigoroſum præceptum; nihilominus hoc totum militare poſſet non ſolùm reſpectu votum habentis, de non conſentiendo niſi coactus, ſed etiam reſpectu non habentis votum; propter quod votum nil magis operatetur in illo qui illud profitetur, ac ſi nullum votum haberet. Profectò dicta Intimatio fit etiam illi, qui nullum votum habet, & tamen non dicitur, quòd conſentiat coactus, ergo ad coactè conſentiendum ſemper neceſſe erit, quod Interveniat rigoroſum Pontificis præceptum.

Reſpondemus multum facere votum, quando adeſt: quia reſtringit voluntatem Electi, quòd non poſſit licitè conſentire, niſi ex motivo obedientiæ, aliàs peccaret. Sicuti tempore prohibito omnes tenentur non comedere carnes. Attamen ſi quis ſpeciale votum haberet illas non comedendi, ſpecialem etiam obligationem contraheret ſub pœna Sacrilegii ab illis ſe abſtinendi. Itaque cùm intimatio facta de ordine Papæ voluntatem ejuſdem oſtendat, quòd Titius ſit Epiſcopus, ſic non poteſt non habere rationem virtualis præcepti; adeoque dicta Intimatio reſpectu Titii votum habentis, participans rationem virtualis præcepti, quòd Titius conſentiat; Titius debet illam attendere, & conſentire in Electionem ex motivo obedientiæ, prout ſuum votum requirit & poſtulat. Intimatio autem reſpectu alicujus Electi, qui nullum Votum profitetur, licèt etiam habeat rationem virtualis præcepti, & virtutem cogendi. Nihilominus hoc ſolummodo de materiali ſe habet reſpectu illius, qui nullum votum habet: Etenim ille, qui dictum Votum non habet, nullam habet obligationẽ conſentiendi ex obedientia; ſed manet in libertate acceptandi Epiſcopatum ex quocunque motivo. Ex quibus conſtat, quòd Votum multũ operatur quando adeſt, ac in caſu ſi non adeſſet.

Repplicabis. Papa eligendo Titium eique intimando ejus Electionem, non habet ſpecialem voluntatem, quòd Titius acceptet, ſed tantùm habet voluntatem generalem; relinquendo Titio libertatem, quòd acceptet, ſi velit. Et ideo voluntas Papæ non poteſt eſſe de illis, quæ cogit. 29 b

Reſpondemus ex dictis, quòd cùm facere ſolùm deſiderata à Superiore ſit actus perfectæ obedientiæ, ſic multò magis perfecta obedientia erit facere id, quod vult Superior, etiam ſi velit ſola generali voluntate, dummodo hoc fiat ex ſolo motivo obedientiæ, pro ut votum requirit & obligat: quod ſufficit ad coactionem. Cæterum merum videtur effugium dicere, quòd dicta voluntas Papæ ſit tantùm generalis. Nam moltoties eſt ſpecialiſſima faciendi Titium Epiſcopum, quia ex dicta ſola intimatione verè, & ſpecialiter vult Titium eſſe talem, ut aliquando deſcendat ad rigoroſum præceptum, ut ex multis Caſibus innoteſcit.

Dices facere id reſpectu cujus Superior eſt indifferẽs, non eſt obedientia. Sed Superior eſt indifferens; quod Titius electus conſentiat. Etenim Superior ſe explicat, quòd ita eligit Titium Epiſcopum, ut nullo modo velit illum ad minimum obligare ad conſenſum, ſed vult relinquere illum in ſua libertate, ut ſolummodo conſentiat ſi velit. 29 c

Reſpon-

Reſpondemus dictam declarationem eſſe contrariam facto, & legi. Lex enim præcipit, ut Electus ad officium conſentiat, aliàs puniatur ex Juribus allegandis infra, *n.* 159. & Electio ordinatur ad conſenſum, ut non ſit de vento ut ſupra *n.* 20. & inf. 37. 39. & Pontifex non eſt indifferens, ſed poſitivè vult Titium electum eſſe Epiſcopum, Ut modo infra *num.* 30., & alibi.

Quapropter tota Diſputatio, quæ in præſenti ſuſcitatur, ſolùm conſiſtit in eo, an conſenſus coactus etiam oriri poſſit ex timore, quòd Pontifex ſit rigoroſè præcepturus, in quantùm Electus poſtquam intellexerit Pontificis voluntatem, poſſit ſtatim coactus erumpere in conſenſum. Coactus quidem ex timore, quòd ſi ſtatim non obediat, Pontifex ſit præcepturus; Vel tamdiu teneatur expectare, donec veniat percuſſus & coactus rigoroſo Pontificis præcepto. Et ſit.

§. *II.*

Prima Reſolutionis Concluſio.

SUMMARIUM.

31 *Concluſio. Non eſt expectandum rigoroſum praeceptum.*

32 *Papa eligendo Titium Epiſcopũ poſitivè vult illũ eſſe talem.*

Deus quos prædeſtinavit vocavit, & quos voluit elegit. ibi.

Voluntas eſt cauſa prædeſtinationis. ibid.

31 *Quomodo Electus judicare poſſit, eſſe Papa voluntatem, quòd conſentiat.*

33 *Datur virtuale præceptum relucens in facto, in Verbis &c. 148. 223.*

Intimatio eſt factum aliquod, quod electionem confirmat. ibid.

Voluntas datur intelligi ex facto. ibid.

Non minùs factis, quàm verbis voluntas demonſtratur. ibid.

Voluntas Principis, & Superioris manifeſtatur verbis, factis, & rebus. ibid.

Nemo pro parte velle, & pro parte nolle poteſt. ibid.

34 *Si Papa noluiſſet Titium Epiſcopum, ipſum non elegiſſet. Electio facit Imperatorem. ibid.*

35 *Quod eſt voluntarium ante factum; poſt factum redditur neceſſarium.*

Papa non cenſetur mutare voluntatem, ſed in eadem permanere.

36 *Pontifex eligendo vult, quòd Titius conſentiat, aliàs ejus intentio eſſet contraria facto.*

37 *Electio non debet eſſe de vento ſine conſenſu, aliàs eſſet inutilis. 236. ſeq.*

38 *Opus ut ſit perfectum neceſſe eſt, quod conſtet ex omnibus ſuis partibus.*

39 *Ubi plura ex neceſſitate requiruntur, ſi unum deſit nihil agitur.*

Conſenſus Electi eſt totalis electionis finis. 21. ibid.

Attendendus eſt finis quando habet neceſſariam connexionem cum principio. ibid.

Electio ex natura ſua ordinatur ad conſenſum Electi. ibid.

40 *Debet attendi id, quod eſt principale.*

Quid requiratur ad hoc ut Electio, & Eligens ſint veri,

& non ſimulati. Seq.
Acceſſoria ad principale trahuntur. ibid.
45 Epiſcopatus eſt Spirituale matrimonium.
48 Intimatio dupliciter ſe habet. Et eſt virtuale præceptum.
Voluntas Superioris quocunque modo innoteſcat, eſt tacitum præceptum. 151. ibid.
49 Simplex Principis voluntas habet vim præcepti. 50.
Præceptum virtuale cogit. Seq. 154. 187. 28. ibid.
50 Princeps rogando jubet.
Quod placet Principi habet vigorem legis. ibid.
Datur modica coactio, & ſufficit. ibid.
51 Si Electus non conſentiret virtuali præcepto, peccaret.
52 Electus habet optionem conſentiendi per unam, aut per aliam viam.
52 Leviorem ſibi eligere poteſt. 212. ibid.
54 Timor coactionem infert. 68.
55 Timor actualis, & fundamentalis, quando 56.
Timor fundamentalis ſemper ineſt 56. ibid.
57 Intimatio ſi non cogeret per viam timoris, cogeret ſaltèm per viam virtualis præcepti.
58 Ratio præcepti infert neceſſitatem.
59 Conſenſus coactus, & non coactus, debent eſſe objectum noſtri Voti.
65 Electio intimata duplex habet munus.
Eſt aliquod ſuperveniens electioni. ibid.
66 Secunda intentio advenit rei.
62 Voti formula eſt lex, ad quam debet extendi.
Intimatio de ordine Papæ æquipollet præcepto.
63 Dupliciter pervenire poteſt ad aures Electi, quòd fuerit Electus.
Conſenſus in electionem poteſt habere duplicem coactionem. ibid.
64 Id, quod efficit coactionem, eſt aliquid ſuperveniens Electioni.
65 Electio intimata duplex habet munus extollendi ad Dignitates, & ſignificandi non indifferentem, ſed poſitivam voluntatem Papæ volendi Titium eſſe Epiſcopum. 131. 158. & §.8.
Timor eſt aliquid ſuperveniens, & ſeparabile. ibidem.
66 Conceptus rei adveniunt rei.
67 Timor eſt inferioris partis affectio.
Eſt mentis trepidatio. 71. ibid.
Requiritur voluntatis adhæſio. ibid.
68 Timor eſt alia coactionis ſpecies. 73.
Timor coactionem infert. 54. ibid.
69 Timor actualis poteſt non accidere.
73 Pontifex rarò labitur in præceptum 69. 74. 110.
70 Timor fundamentalis numquam deeſſe poteſt.
72 Timor habet ſuam latitudinem de juſto &c.
73 Non omnis coactio provenit à metu. 68.
74 S. Laurentius Juſtinianus, Sanctus Antoninus noluerunt conſentire niſi eum præcepto.
75 Verbum liberè idem importat, quod ſinè cauſa.
76 Quantum creſcit de certitudine, tantum minuitur de timore; & è contra.
80 Nemo præſumitur malus.

Intentio alleganti probanda eſt. ibid.

81 *Mentis conceptus ſolùm per verba explicamus.*

Per exteriora de interioribus judicamus. ibid.

Timor internus per verba demonſtratur, & interiora per exteriora. ibid.

Tota ratio virtutis ab interno originem habet. ibid.

83 *Bulla Urbani VIII.* 46. 185. 200.

84 *Obedientia intelligi non poteſt, niſi per reſpectum ad aliquem Superiorem utilia præcipientem.* 86. 91. 177.

Debet eſſe feſtinanter. ibid.

Pontifici diligentiùs præſtanda. 86. 91. *ibid.*

85 *Etiam cum præcepto poteſt quis pravè conſentire. Gregorius.*

86 *Durum eſt, expectandum eſſe rigoroſum præceptum.*

31 Dicimus, nequaquam pro conſenſu coacto licitè eliciendo expectandum eſſe ex neceſſitate rigoroſum præceptum, ſed ſufficere conſenſum procedentem ex præcepto virtuali, ſive ex formali Papæ intimatione, & ex timore, quòd ſi Electus, & Intimatus non conſentiat, Papa ſit rigoroſè præcepturus.

Quomodo autem fieri poſſit, quòd Titius Electus ad aliquam Eccleſiam conſentiat in ſui electionem judicando, eſſe voluntatem Summi Pontificis, quòd ipſe conſentiat.

32 Reſpondemus, hoc fieri poſſe, in quantùm Titius videt, quòd Summus Pontifex de facto, præmiſſo diligenti Scrutinio, illum præ coeteris eligit tamquam digniorem ad Epiſcopatum, illique fecit intimare de ſuo ordine ejus electionem. igitur ſignum eſt, quòd Papa eligendo Titium in Epiſcopum, poſitivè vult illum eſſe Epiſcopum, ad Textum Apoſtoli *ad Rom.* 8. *nu.* 29. ibi .. *Quos prædeſtinavit, hos & vocavit*. Quod eſt idem, quos voluit elegit. Voluntas enim Dei eſt cauſa prædeſtinationis. S. Th. 1. *par. quæſt.* 23. *art.* 5. *in corp.* Et vocatio dicitur Electio, ſupra *numer.* 18. quod idem confirmat Apoſtolus 2. *ad Theſſalon. cap.* 2. *nu.* 12. 13. ibi .. *Gratias Deo, quòd elegerit vos, & vocavit*. Et faciunt pro hoc plura. Jura, & legalia motiva.

Nam intimatio poſt Electio- 33
nem eſt verè virtuale præceptum relucens in facto. Illa enim eſt factum aliquod, quod illam confirmat, eamdemque ratam habet ad præclarum Textum *in Cap. Perlatum de his, quæ vi met. & Gloſſ. ibi ver. poſtmodum*. Præterquam quòd optimè voluntas datur intelligi ex facto. *ff. de his qui notantur infamia Gloſſ. efficit. in marg. l.* 2. §. *Ignominiæ*. Immo non minùs facto, quàm verbis voluntas demonſtratur. *dicta L.* 2. *ver. Item Nota* ibi .. *Quod tantùm valet quid fieri facto, quantùm ſi verbis dicatur, L. ſi tamen* §. *Ei qui ff. de ædil. edict. L. de quibus in fin. ff. de Legibus Senat. Conſult.* Et principes, ac Superiores ſuam aliquando manifeſtanr voluntatem vel verbis ſolùm, vel verbis & factis, vel verbis, factis, & rebus. *ff. de conſtit. princip. L.* 37. *& ibi Gloſſ. verbo factis*. Nec videtur rationabile, quod Papa eligendo, & intimando velit Titium eſſe Epiſcopum, & ſimul non velit ipſum in ſui electionem conſentire. *L. neminem de leg. & in Marg.* ibi .. *Nemo pro parte velle, & pro parte nolle poteſt*. De quo infra *num.* 148.

Tantò magis, quod ſi Pontifex noluiſſet Titium eſſe Epiſcopum,

ipſum

ipſum non elegiſſet. Et in caſu, quo illum elegiſſet, non feciſſet poſtea illi intimare electionem. Nam ſtando in puris terminis ſimplicis electionis non adhuc notificatæ reſtat locus ad illam variandam, quia non eſt firmata Mens & voluntas Principis, quòd Electus ſit Epiſcopus. Secùs quando eſt intimata: tunc enim redditur immutabilis, & irretractabilis, ex Juribus ſupra allegatis *num.19.* Unde poſito ſemel quòd Pontifex Titium elegerit, ac ejus electionem publicaverit, idem eſt, ac illum Epiſcopum feciſſe. Electio enim publicata facit Epiſcopum, ſicuti facit Imperatorem, *ad Text.in Cap. legimus 93. diſt.* Quapropter ſi Papa addit publicationem, ſeu intimationem, ligat ſibi manus, ut ampliùs electionem variare non poſſit. *Cap. Publicato. ſupra allegato num.*18. *&* 19.

35 Etenim licèt Papæ voluntarium, & liberum fuerit ab initio eligere Titium in Epiſcopum, illique de ſuo ordine electionem intimare: Tamen poſt factum, hoc totum incipit eſſe neceſſarium, & irretractabile *ff.de Procur. L.Servum. Gloſſ. in fin. ver, ex neceſſitate.* Et conſequenter cùm Electio perfici non poſſit, ex Juribus allegatis ſupra hìc *num.*21., & allegandis infra 39., ſine conſenſu Electi; neceſſe eſt,quòd ſi Pontifex Titium elegerit in Epiſcopum, & eidem ejus electionem intimare fecerit, velit etiam irrevocabiliter, ipſum non ſolùm habere jus ad dandum conſenſum intra terminum; ſed etiam de facto conſentire, & eſſe perfectè Epiſcopum. Non enim cenſetur Papa mutare voluntatem, ſed præſumitur in eadem permanere *L.Cùm tacitum ff. de probat. Gloſſ. qui convenitur.* Et ſine conſenſu, ut dictum eſt, nulla & vacua remanet Electio, ut omnia Jura evidenter convincunt, & dicemus infra *n.*37. 44.108. 236.*ſeq.*

Inſuper Intimatio ſequitur ad electionem, & conſequenter declarat,illam fuiſſe firmam & ſincerè factam cum animo aſſequendi effectum. Actus enim qui ſequitur demonſtrat intentionem præcedentem. 35 a *L.ſi hi qui de Adult.* §.*Pavonum, Inſtitut. de rerum diviſione.* Stephanus Gratian.*diſcept.forenſ.c.*58. *n.*25.*ſeq.* Ubi ſubdit, quòd ſecundus Actus recipit declarationem à primo. Rot. *Deciſ.*365. *num.*1. *in fin. apud Farinac. part.*2. *Recent.* Sic à fortiori; cùm Intimatio ſit certa & deliberata voluntas Papæ, quòd Titius ſit Epiſcopus, neceſſariò ſequitur, quod præcedens Electio fuit vera & ſincera, non ſimulata, & non reſpiciens effectum, ſeu Electi conſenſum. Et electio, & intimatio habent rationem actus geminati; de quorum natura eſt inducere majorem firmitatem, & plùs operantur, quàm ſimplex. *L. Baliſta.* 32. *ff. ad trebell. L.*4. *juncta Gloſſ. ff. de pignorat. act.* Bartolus *in L. cùm ſcimus. C. de Agricol. & cenſ. lib.*11.

Ecce quomodo Titius Electus mediante electione de ordine Papæ ſibi formiter intimata intelligit & percipit, Pontificem velle & deſiderare, quòd ipſe conſentiat. Et 36
hoc magis apparet ex eo, quòd cùm Pontifex non coactè, ſed ex ſola libertate fecerit Scrutinium, & diſcuſſionem de meritis Titii, & digniorem præ cœteris illum repererit, eumdem in Epiſcopum eligit, & eidem electionem intimare facit, animo ſincero, & deliberato, ut conſentiat, & acceptet.

Aliàs Pontificis intentio eſſet contraria facto, hoc eſt electioni, 37 quod non præſumitur. *Cap. cùm acceſſiſſent. De conſtitutionibus. Et d.Cap. Perlatum de his quæ vi met.*

De cujus electionis perfectione, & complemento eſt, quòd Titius acceptet, & conſentiat. Ad Text. ſupra alleg. *dicto num.*21. Ne Electio ſit inutilis; quod nullatenus admittendum venit. *L. Quamvis. De auro & argento*. Et alia plurima juxta modò allegata, & alleganda *num.*47.

Explicavimus modò, quomodò Titius Electus, apprehendere & percipere poſſit, eſſe voluntatem Pontificis, quòd ipſe conſentiat. Modò eſt inquirendum,

38 Quomodo apprehendi poſſit à Titio Electo, quòd, ſi ipſe ſtatim non conſentiat in ſui electionem, Pontifex ſit præcepturus; Dicimus hanc apprehenſionem poſſe provenire ex reflexione, quam facit Titius, quòd cùm à Pontifice fuerit Electus, & ſibi de mandato ejuſdem eadem electio fuerit formiter intimata, judicat eſſe ejuſdem Pontificis voluntatem, ad Textus modò ſupra allegatos *n.*33. *& ſeq.*& infra 151. *ſeq. uſque ad* 164., quod ipſe reſolutoriè conſentiat, ad hoc ut electionis opus remaneat completum & perfectum; quod fieri non poteſt, ut dictum eſt, niſi per conſenſum Electi: qui ſi ſtatim non conſentiat, de jure Civili, & Canonico venit mulctandus,& puniendus. Ad Textus infra allegandos *n.*159. *ſeq.* Adeòque aliquando rigoroſo coercendus præcepto. Et quidem ut electionis opus reddatur integrum & perfectum, neceſſe eſt, quòd conſtet ex omnibus ſuis partibus *L.* 1. *ff. de origine juris*. Quarum altera ex neceſſitate eſt conſenſus.

39 Profectò ubi plura ex neceſſitate requiruntur, ſi unum deſit, nihil agitur. *Cap. in Synodo. De conſecrat. Diſt.*4. *&* 22. *quæſt.*2. *Cap. Animadvertendum*. Ad vulgatum proloquium. *Bonum ex integra cauſa; malum ex quocunque defectu*. Ecce quomodo, ſi Electus non ſtatim conſentiat, concipere poteſt, quòd ſe exponit periculo, ut rigoroſo ſit compellendus præcepto, quia conſenſus eſt totalis finis Electionis. Ad Textum *in L.*3. *ff. de minor*. Tantò magis quando finis, ut in præſenti, habet neceſſariam conſequentiam ad principium, ut ibi Textus *dicta L.*3. & facit alius Textus *in L. damni*. §. *Sabini*. *In Summa*. *ff. de damno infecto* ibi.. *Quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium*. Et hoc militat ſemper & in evitabiliter quotieſcumque neceſſariò connectuntur. Tunc enim quis non poteſt unum velle aut prohibere, altero non volito nec prohibito; ſicuti ad Textum; qui prohibet cimenta deferri, ædificare prohibet. Qui operi neceſſaria prohibet & ipſum prohibet opus. *L.*1. §.*Penult. ff. de mort. inferen.*

Tandem, cùm Electio & Intimatio de ſua natura, & ex terminis ordinetur ad faciendum verè, & non ſimulatè Titium Epiſcopum, adeòque ad faciendum,quòd Titius conſentiat, quo conſenſu deficiente Epiſcopus fieri non poteſt: neceſſe eſt, quòd Papa eligendo & intimando Titio ejus electionem, intendat id, quod eſt principale in hac rerum ſerie. Ad præclarum Textum *in L. quamvis de auro, argento. in Summa*. Ibi. *Principaliter ad quòd res puratur attendi debet*, omnia enim acceſſoria de eorum natura ad principale trahuntur. *L. hæreſ. meus*. §.1.*ff. de leg.*3.Principale autem in caſu noſtro ex Juribus cumulatis *num.*21. 39. *ſeq.* Eſt ipſius electi conſenſus, qui ſe habet, & eſt forma contractus. Doctores communiter. Et Eccleſiaſticæ Dignitates Spiritualium Matrimoniorum naturam præſeferunt, ex adduc. *num.*21. & dicend. 230. 40

Ex

Ex quibus omnibus videtur evidenter remanere concluſum, quòd cùm electio de ordine Papæ intimata principaliter pro ſui perfectione verè & non ſimulatè ordinetur ad captandum electi conſenſum, ſic ſi electus conſenſum detrectet, & retardet, neceſſe eſt, ut timeat, Pontificem eſſe proruptutum in rigoroſum præceptum, cujus præcepti timore Electus percuſſus, conſentire feſtinat antecedenter ad quodcumque præceptum. Ecce quomodo Electus ſi ipſe non conſentiat, juſtè apprehendere & timere poteſt, quòd Papa ſit dilapſurus in rigoroſum præceptum; pro quo recapitulando Jura ſupra dicta, videtur nimis manifeſtum, quòd ſi Electus non conſentiat, Pontifex ſit præcepturus.

42 Primò, quia rationabile eſt, quòd Papa ſemper velit verè, & non ſimulatè ſuum Electionis opus remanere conſummatum, completum, & perfectum, quod evenire non poteſt, niſi conſtet ex omnibus ſuis partibus, quarum altera ex neceſſitate eſt Conſenſus Electi. ad Text. ſupra *num.* 21. 39. Ergo ſi Titius non conſentiat, neceſſe eſt, quòd timeat, Papam eſſe præcepturum.

43 Secundò, quia Papa eligendo, neceſſe eſt, ut verè & non fictè intendat id, quod eſt totalis Electionis finis. Finis autem Electionis eſt ſolùm Electi conſenſus, ut ſupra *d. nu.* 39. Ergo neceſſe eſt, quòd Electi conſenſum intendat; Si ergo Titius non conſentiat, neceſſe eſt, quòd Papa præcipiat, ut conſentire compellat.

44 Tertiò, Quia Papa eligens debet verè intendere finem præcipuè illum, qui habet neceſſariam connexionem cum Electione intimata. Sed totus Electionis finis eſt conſenſus Electi, prout ex juribus dictum eſt ſupra *nu.* 39. Ergo neceſſe eſt, quòd intendat Electi conſenſum, qui ſi conſenſum retardabit, neceſſe eſt quòd Papa præcipiat.

Quartò, Quia agens in quocunque opere debet ſemper ſincerè intendere id, quod eſt principale. 45
Principale autem in opere Electionis eſt conſenſus Electi, qui eſt totalis finis, & tota forma contractus: cùm Epiſcopatus ſit ſpirituale matrimonium ut ſupra *num.* 21. Ergo debet intendere Electi conſenſum. Ergo ſi Electus non conſentiat, Papa debet præcipere.

Unde non incongruè, ſed ſatis utiliter, & opportunè nobis objicitur adnotandum, conformiter ad ea, 46
quæ ſupra innuimus *Reſol. antecedente*, nimirum, conſenſum coactum oriri. Primò, non ſolùm ex formali, & rigoroſo Pontificis præcepto, ſed etiam ex præcepto virtuali, quod etiam cogit, ut modò dicemus *num.* 48. *ſeq.* Et inter virtualia præcepta potiſſimè enumerari poſſe intimationem Electionis, formiter factam Electo de expreſſo, & ſpeciali Summi Pontificis mandato: quatenus per hoc Pontifex oſtendit, ſuam voluntatem eſſe, quòd Electus conſentiat ex Juribus modò allegandis.

Sed conſenſus coactus, ſeu coactio duplici modo cauſari poteſt 47
ex præfata Electionis intimatione de ordine Papæ facta Electo. Vel Primo quatenus dicta intimatio eſt ſimplex manifeſtatio voluntatis Pontificis, aut virtuale præceptum, quòd intimatus conſentiat. Vel ſecundò, quatenus ex dicto virtuali præcepto non adimpleto inducitur timor, quòd Papa ſit rigoroſè præcepturus.

Primò modo, dixi, quòd quatenus præfata intimatio de ſe, & ex 48
ſuis terminis importat voluntatem Pontificis eſſe, quòd Electus con-

ſentiat;

ſentiat; quæ voluntas ſine dubio eſt virtuale Papæ præceptum de ſua natura aptum inſinuare Electo, quòd in conſenſum deſcendat ex Juribus ſupra allegatis *num.*21. *ſeq.*39. *ſeq.* Voluntas enim Superioris quocunque modo innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum D. Thom. citatus, 2. 2. *quæſt.*104. *artic.*3. *in corp.*

49 Et quod per ſe ſolum hoc præceptū cogere valeat, Doctores non dubitant volentes, ſimplicem Principis voluntatem vim præcepti habere. Rota roturdè *deciſ.*262. *n.*6. *par.*8. *Recen.* ibi. *Cujus hortationibus contradicere nefas eſt, cùm preces vim præcepti habere dicantur. Eſt rogare Ducum ſpecies violenta jubendi* 1 *& rogare Domini, præceptum,* & adducitur ibi. Gloſſ. Bald. Alex. Cravet. cum aliis pluribus ibi cumulatis.

50 Quapropter talem intimationem de ordine Papæ factam vim taciti præcepti habere, & ſuam inducere coactionem in fortioribus terminis omnia Jura concordant, cùm Princeps, ut dictum eſt, ſolùm rogando jubeat. *L. merito gloſſ.*5.*ff. quod juſſu, & Gloſſ. penult. in fin. L. Barbarius. ff. de offic. Prætoris.* Et Principi quod placet, legis habet vigorem. *L.*1. *quod Principi. ff. de Conſtitut. Princ.* Et quantùm ad coactionem, quàm noſtrum votum requirit; ut hæc verificetur, ſufficit quæcumque levis, & modica coactio, quam dari non eſt dubitandum ad Text. *in Cap. inſinuante, qui Cler.; Vel voventes* ubi Innocentius Tertius dicit ibi. *Nos igitur attendentes, quòd in emiſſione voti, quòd præceſſit, nulla vel modica coactio affuiſſet.* Et Gloſſ. ibi. dicit, *quod levis metus, & modica coactio.* quod ſufficit ad perſuadendum dari modicam coactionem.

51 Sed ſi Electus in ſola vi hujuſmodi intimationis, & virtualis præcepti non vellet conſentire, peccaret ne?

Reſpondemus, quòd licet Electus ad licitè conſentiendum in ſui electionem neceſſitatus & obligatus ſemper exiſtat præſtandi conſenſum coactum reſtrictivè ex obedientiæ virtute ad individuam perſonam Summi Pontificis, ut ſupra dictum eſt. Attamen cùm habeat optionem conſentiendi vel per unam, vel per aliam coactionis viam, quas quatuor eſſe diximus ſupra in virtute obedientiæ contentas. Ita ſi Electus nollet conſentire, neque ex hac via præcepti virtualis; neque ex ſingulis aliis, certè peccaret, quia reſiſteret in re gravi Summo Pontifici, providere volenti Univerſalis Eccleſiæ indigentiis in materia de ſuis Miniſtris adeo relevante & neceſſaria. 1. *Petri cap.*5. *&c.* Sì antem coactus conſentiret ex una, aut altera coactionis ſpeciebus, non peccaret, etenim quando ſunt plures viæ, leviorem ſibi eligeræ poteſt *L. Si fratres* §. *Idem ff. pro Soc.* Cæterum ſi non eſſet alia via conſentiendi, quàm prædicta de virtuali præcepto, & Electus non conſentiret, ſine dubio peccaret, cùm tranſgreſſio contigeret in dicta materia gravi: Sed non peccaret contra votum obedientiæ, quia adhoc requiritur ſemper præceptum rigoroſum, & formale, ut diximus ſupra *Reſol.*12. *num.*25. & Doct. communiter cum Suarez; ſed peccaret contra obedientiæ virtutem. 52 53

Vel ſecundò conſenſus coactus cauſari poteſt ex dicta intimatione, non prout eſt virtuale præceptum Papæ, aptum inſinuare Electo, quòd ſtatim conſentiat; hæc enim coactio ſpectat ſolùm ad viam præcepti. Sed quatenus inſinuare poteſt Electo, quòd ſi ſtatim non conſentiat, juſtè 54

Oo time-

timere poterit, quod Papa rigorosè ſit præcepturus. Et hujuſmodi coactio erit illius alterius ſpeciei, quæ cauſatur ex timore rigoroſi præcepti, qui timor eſt altera ex quatuor coactionis ſpeciebus ſupra enumeratis, timor enim ſemper coactionem infert, ut dictum eſt *Reſol.* 13. *nu.* 11. *ſequent.* & ad Text. infra allegand. *num.* 68.

55 Et ad hoc, ut conſenſus, ex hac ſpeciali timoris via reddatur coactus; ſat erit, quòd Eliciatur, vel primo ex actuali timore formaliter inhærente, quòd Pontifex ſit præcepturus: vel ſecundò ex timore fundamentali, videlicet, ex ſola & mera cognitione, vel apprehenſione, quòd Papa poterit juſtè præcipere, aut ex cognitione, qua percipitur, extare ſufficens fundamentum ad præcipiendum, & timorem excitandum in mente Electi, ſi facta dicta intimatione, ſtatim non conſentiat, quod eſſet in hoc caſu coactionem coactioni addere. Nimirum coactioni ex virtuali præcepto, coactionem adjungere ex timore præcepti rigoroſi.

56 Cæterum tunc cognoſcimus intervenire, & inhærere timorem formalem, & actualem, quando Electus non conſentiendo ſuæ Electioni de ordine Papæ ſibi formiter intimatæ timet, quòd Papa ſibi ſit rigoroſum impoſiturus præceptum, per quod præceptum promptæ obedientiæ meritum perdat, adeoque ſine ulla mora coactè conſentit. Timorem verò dumtaxat fundamentalem adeſſe cognoſcimus, per hoc, quòd Electus conſpiciat dati valida fundamenta ad hoc, ut Pontifex juſtè præcipere poſſit, Et hoc ſecundò modo non concutit Electum actualis timor, ſed tantum fundamentalis prævidetur, & in potentia proxima conſenſus, & ſufficit ad cogendum. Actualis enim timor, ut dicemus, eſt ſolùm de malo apprehenſo imminente, & futuro, & non de poſſibili.

Quid ſi nullo ex his modis in Electi mente interveniret timor, conſenſus erit ne coactus? 57

Reſpondemus, impoſſibile eſſe quòd nullo ex his modis timor interveniat. Etenim eſt impoſſibile, quòd non inſurgat, vel actualis timor, vel quòd ab Electo non concipiatur, quòd Papa poterit, ſi ipſe ex dicta intimatione ſibi facta ſtatim non conſentiat, juſtè præcipere, Aut quòd ab ipſo Electo non percipiatur adeſſe ſufficiens fundamentum ad præcipiendum, & timorem excitandum. Deinde dato, nullo ex dictis modis in mente Electi intervenire timorem, patet cenſenſum ex hac timoris via non poſſe reddi coactum. Remanet tamen ſemper coactus ex ipſa intimatione de mandato ſpeciali Pontificis facta, quæ conſenſum coactum redderet ex via virtualis præcepti, cui dicta Intimatio Æquiparatur. Et rationem habet ſaltèm modicè cogendi ut dictum eſt. Item nec poſſet deficere coactio illa, quæ ſemper pullulat ex reſtrictiva objecti obedientiæ juxta formulam noſtri voti. Etenim nos non prætendimus, ad conſenſum coactum efformandum, omnes præfatos modos neceſſariò ſimul confluere debere, ſed alterutrum ex illis ſatis eſſe judicamus.

Ex quibus erit concludendum, ut omnis ratio dictat, formulam noſtri voti. *Voveo*, nimirum, *non conſenſurum in mei Electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis*. Idem ſonare, ac ſi per ſingula vovens ſe explicaret dicendo. *Voveo non conſenſurum in mei Electionem: Primò vel niſi coactus ex formali & rigoroſo præcepto Summi Pontificis. Secundò vel niſi coactus ex præcepto virtuali ejuſdem. Tertiò vel niſi* 58

coa-

coactus ex timore formali aut fundamentali, quòd Papa ſit præcepturus. Quartò vel niſi coactus ex reſtrictiva motivi primarii, & principalis objecti intra limites virtutis obedientiæ. Quintò vel niſi coactus ex prompta obedientia. Omnes enim iſti ſinguli, & individui ſenſus continentur in illis vocibus, *Niſi coactus obedientia Summi Pontificis*.

Ratio primi eſt, quia rigoroſum præceptum infert neceſſitatem. *Supra Reſol. ant. num.2.*

Ratio ſecundi, quia virtuale præceptum plùs ſtringit, quàm ſimplices preces; Quia Superioris deprecatio eſt violenta ſpêcies jubendi. *ſupra num.54.*

Ratio Tertii, quia timor ſemper coactionem importat. *ſupra num.54.*

Ratio quarti, quia reſtrictiva objecti libertatem reſtringit. *ſupra Reſol. antec.*

Ratio quinti, quia prompta obedientia dilationem non patitur, ùm ad momentum immineat Superioris præceptum, ut dicemus. Unde Ego neſcio videre, aut percipere, cur magis unus quàm alius ex hujuſmodi coactionis actibus, ut ſinguli noſtrum votum non adimpleant, illique ſatisfaciant, cùm pro adimpletione illius, cùm it res odioſa, ſufficiat & ſuperabundet quæcumque modica & minima coactio, quæ datur *ſupra. num.50.*

59 Dices, Conſenſum coactum, & non coactum, ſeu ſpontaneum; ſemper verificandos eſſe reſpectu ejuſdem individuæ Electionis etiam ut intimatæ de mandato Pontificis, ut dictum eſt ſupra *num.*23. Certum enim eſt, quòd ſi Electio ignota remaneret, non poſſet in illam Electus præſtare conſenſum, ut cõſtat ex terminis, & ex Juribus allegatis ſupra *num.25.ſeq.* Et ad decantatum proloquium ad incognita voluntatem non aſpirare. Et facit Textus *in L. non videtur. ff. de lib. cauſ.* Sed ſi dicta Electio de ordine Papæ notificata, ex natura ſua cogeret ad conſenſum, cùm ſit ſaltèm quoddam virtuale præceptum aptum inſinuare, quòd Electus conſentiat: & quatenus ſtatim non conſentiret, ingereret timorem, quòd Papa ſit præcepturus. In hoc caſu non poſſet dari locus ad conſenſum ſpontaneum, ſeu non coactum, & per conſequens noſtrum Votum eſſet nullum, quia ejus objectum de conſenſu coacto, & non coacto numquam poſſet verificari. Etenim ſemper adeſſet dicta Electio notificata Electo, tamquam Papæ Virtuale præceptum, aptum cogere in ratione præcepti, ut ſæpra *num.49.ſeq.*, & ſuſcitare timorem in Electo, quòd ſi ſtatim non conſentiat, Pontifex ſit præceptus. Et conſequenter numquam eſſet poſſibilis conſenſus non coactus. Unde ut hoc repellatur abſurdum, admittendum erit rigoroſum præceptum, ratione cujus ſolùm verificari poterit, quòd reſpectu Electionis intimatæ, ſi adſit rigoroſum præceptum, conſenſus erit coactus; ſi verò non adſit, conſenſus erit ſpontaneus.

Confirmatur hoc, & explicatur magis. Nam ad quid ponere 59 a
votum de non conſentiendo niſi coactè in electionem à Pontifice factam, ſeu ſine ejuſdem Pontificis præcepto, pro cauſando in ſe ipſam Electi conſenſum? Tunc enim, ut patet ex terminis, non poſſet dari locus ad conſenſum ſpontaneum, & non coactum, quia ipſa electio eſſet præceptum, adeòque impoſſibilis redderetur ſpontaneus conſenſus.

Inſuper ex terminis formulæ 59 B
noſtri voti patet, quòd electio, & præceptum, ſeu electio, & coactio con-

conſenſus, debent eſſe duæ res realiter diſtinctæ, & ſeparatæ, cum reali præexiſtentia & prioritate unius ad aliam. Nam priùs debet eſſe electio, & poſtea ſupervenire præceptum pro cauſanda coactione, ſeu conſenſu coacto Electi in electionem. Ergo impoſſibile, quòd ipſa Electio poſſit eſſe præceptum, cauſans in ſeipſam coactum conſenſum.

59 c Si autem Reſponderis, non eſſe impoſſibile, quòd electio priùs exiſtat in ratione extollendi Electum ad Dignitatem; & quòd poſtea ipſamet electio vim habeat obtinendi ab Electo conſenſum in ſeipſam. Sicuti objectum bonum priùs ſuo modo poteſt exiſtere, & poſtea oſtendens ſuam bonitatem, attrahit, & obligat ad conſenſum inſeipſum.

59 d Hoc, inquam, ſi reſponderis, non videtur ſufficere, quia irreparabile ſemper erit illud aliud abſurdum, quòd ſi ipſa electio cogeret Electum ad conſentiendum in ſeipſam, cùm ipſa ex neceſſitate ſemper adſit, numquam daretur locus ad conſenſum ſpontaneum, & non coactum: Et,

59 e Vlteriùs ſequeretur, quòd noſtrum Votum ſuis, quibus concipitur terminis luderet, & implicaret. Nam in eodem inſtanti poneret & tolleret impedimentum ad conſenſum in electionem. Poneret, in quantùm obligaret Electum ad non conſentiendum donec ſuperveniret Pontificis præceptum, ne conſenſus eſſet illicitus, & ſpontaneus. Tolleret in quantùm ipſamet electio eſſet præceptum, cauſans licitum & coactum conſenſum. Adeòque ipſum Votum ex ſuis terminis luderet, prohibendo conſenſum illicitum, & non coactum; & ſimul impediendo poſſibilitatem ejuſdem; inquantùm poneret, quòd electio eſſet præceptum. Et per conſequens votum prohiberet aliquod impoſſibile, & redderetur nullum. Non ſecùs ac quando ponitur impoſſibilis conditio; quæ habetur pro non ſcripta, Julianus *L. 104. §.1. ff. de leg. & fideic. lib.30.& L. Labeo 20. ff.de condit.inſtitut.* Sic erit impoſſibile Votum ſicuti redditur impoſſibile præceptum, quando non eſt reducibile ad actum *L. fin. ff. quæ. Sent. ſine appell.*

Unde ut hujuſmodi terminorum vitioſus jocus, aut intricatæ Kabbalæ longè arceantur, dicendum erit, præceptum requiſitum ad expletionem dicti Voti non debere eſſe virtuale, ſeu ipſam electionem; ſed formale & rigoroſum ab electione realiter diſtinctum. 59 f

Quòd autem objectum noſtri Voti ſit conſenſus coactus & non coactus; pluries oſtendimus ex formula ejuſdem Voti. Ubi per illa prima Verba. *Voveo non conſenſurum*, prohibetur omnis conſenſus non coactus, ſeu ſpontaneus. Per Verba verò ſequentia. *Niſi obedientia Summi Pontificis*, excipitur & admittitur conſenſus coactus ex obedientia: adeòque ut noſtrum Votum ſit Validum, ſemper erit verificandum reſpectu ejuſdem electionis intimatæ, dari poſſe conſenſum coactum & non coactum. Aliàs Votum eſſet nullum tamquam de objecto impoſſibili. 60

Præterquam quod neceſſarium videtur, ut dictum eſt, id, quod efficit coactionem debere eſſe aliquid realiter Superveniens dictæ electioni intimatæ, & ab eadem ſaparabile; quod verificari non poteſt, niſi recurramus ad rigoroſum præceptum. Sed, 60 a

Reſpondemus primò ad hujuſmodi argumentum doctrinam datam ſupra *num.59. C.* eſſe optimam & legitimam, nullumque ex illa 60 b

emer-

emergere abſurdum, nec vitioſum jocum. Etenim præter ibi dicta, luce clarius intuemur, non eſſe diſſonum veritati, quòd Electio Petri V.G. ad Epiſcopatum, habeat duplicem reſpectum & formalitatem. Unam extollendi Petrum ad Dignitatem, alteram oſtendendi Superioris eligentis voluntatem, quòd Petrus ſit Epiſcopus, & conſequenter, quòd acceptet & conſentiat; ex uberrimè ſupra diſſertis. Eo prorſus modo, quo vocatio Petri præ Juda ad gloriam, duplicem effectum fecit. Unum ſublimandi illum ad talem ſtatum; Alterum oſtendendi voluntatem Dei, quòd ille glorificaretur, & conſentiret. Sivè, ut dictum eſt *Reſol.XI. num.32.* Vocatio, quam fecit Chriſtus Dominus ambulans prope mare de Petro & Andrea ad Apoſtolatum, per illa verbà *venite poſt me*, duplicem cauſavit reſpectum:& exaltandi illos ad apoſtolatum, & ſignificandi Chriſti eſſe voluntatem, quòd ipſi eſſent Apoſtoli, & conſentirent, prout ſtatim relictis retibus poſtipſum abjerunt.

Si Petrus & Andreas habuiſ- 60 c ſent noſtrum Votum de non conſentiendo in Dignitates, aut in electionem, ſeu Vocationem ad illas, aut ad Apoſtolatum, niſi coacti obedientia Chriſti, optimè Votum verificatum fuiſſet, ſi illi ſtatim inceſſiſſent poſt Chriſtum, non expectando ejus rigoroſum præceptum, ſed ſolùm ex virtuali, non ex motivo & cupidine conſequendi Apoſtolatum, ſed dumtaxat coacti ex obedientiæ impulſu ad eundum poſt ipſumChriſtum.Et conſenſus coactus, & non coactus bene verificati fuiſſent reſpectu ejuſdem Electionis,ſeu Vocationis, etiamſi ipſamet ſemper eſſet virtuale præceptum. Quia conſenſus,qui fuiſſet elicitus ex proprio affectu & cupidine ad Apoſtolatum, cùm haberet multum de ſuo, ad ſenſum Gregorii; fuiſſet ſpontaneus, & non coactus.Conſenſus verò præſtitus ex impulſu & affectu obedientiæ ad Chriſtum,verè non fuiſſet ex proprio motu, ſed coactus ex obedientiæ virtute.

Inſuper, diſcrete Lector, bene conſidera, quòd, licèt ex par- 60 d te vocationis, ſeu electionis ſemper adſit præceptum & coactio in cauſa, nihilominus ſemper in eadem cauſa ſimul concurrit formalitas illa, quòd electio ſit exaltatio; adeòque ex parte Vocati & Electi ſemper remanet arbitrium conſentiendi in Electionem per conſenſum aut coactum, aut non coactum. Coactum quidem, ſi conſenſus vocationi præſtetur ex ſolo motivo obedientiæ, & prout ipſa electio & Vocatio eſt virtuàle præceptum, ſive Chriſti aut Superioris voluntas, quod Electus conſentiat. Non coactum verò, ſi eliceretur ex ſola ambitione & affectu aſcendendi ad dignitatem. Unde perpendas oportet, quòd, ad obtinendùm conſenſum coactum & non coactum, parum refert, quòd ipſa Electio ſit præceptum, quando ſimul ex parte ejuſdem electionis ſemper includitur, quòd illa ſit exaltatio Electi ad dignitatem, & ita remanet arbitrium in Electo, ut in electionem conſentiat: vel prout ipſa eſt exaltatio, ſecundùm quam allicit & non cogit, vel prout eſt virtuale præceptum, & Superioris voluntas, ſecundùm quod ad conſenſum cogit, & non allicit.

Nec ſecundùm hunc differen- 60 e di modum requiritur, quòd electio & præceptum debeant eſſe ex neceſſitate realiter diſtincta; unum alteri ſuperveniens; Nam ſicuti electio, prout eſt exaltatio Electi ad Dignitatem, allicit Electum, ut ex proprio motu,& non coactè ex obedien-

dientiæ virtute conſentiat in illam; Ita prout eſt Superioris voluntas, & virtuale præceptum, non allicit, ſed cogit Electum, ut ſolùm coactè ex motivo obedientiæ Dignitatem acceptet.

Itaque concludamus, quòd, licèt ſemper electio reperiatur, cùm tamen habeat illum duplicem reſpectum extollendi, & vocandi; inde fit, quòd cùm ſit in hominis libertate conſentiendi in illam, vel ut extollit, vel ut vocat, ſic conſenſus erit coactus, ſi fiat intuitu vocationis, quæ eſt virtuale præceptum; & erit ſpontaneus, ſi fiat amore dignitatis conſequendæ.

60 f Sed quia nonnulli Authores pro adimpletione noſtri Voti videntur optare aliquem diſtinctum actum præcepti realiter ſupervenientem dictæ Electioni: Et nos amplam habemus arenam, ut illis ſatisfaciamus. Poſt dictam veriſſimam reſponſionem, progredientes ad aliam, quæ repetitur in facto, & facilè occurrit, libenter ad illam calamum applicamus, & ad præfatum argumentum ſupra *num. 59.* ejuſque confirmationem.

61 Reſpondemus ſecundò non ſecùs ac reſpondent contrarii concedendo, Conſenſum coactum & non coactum verificandos eſſe reſpectu ejuſdem individuæ electionis, ſumptæ abſolutè, & ſecundùm ſe indifferenter ſe habentis ad recipiendum conſenſum coactum & non coactum, non verò reſpectu electionis cum addito, hoc eſt, ut intimatæ de mandato Pontificis; ſicuti non debet eſſe electionis cum addito rigoroſi præcepti, ut concedunt Adverſarii. Quod conſonat cum formula noſtri Voti, quæ eſt lex, ad quam omnis eſt habendus reſpectus. Ad Textum *in L. obligationem. ff. de action. & obligat.* In formula enim noſtri Voti non dicitur. *Voveo non conſenſurum in mei electionem de ordine Papæ mihi intimatam*; ſicuti adverſarii non dicunt. *Voveo non conſenſurum in mei electionem ſub rigoroſo Papæ præcepto mihi propoſitam.* Etenim eſſet erroneum, votum facere de non obediendo Papæ præcepto, ut conſtat, ſed electio abſolutè pronunciatur dicendo. *Voveo non conſenſurum in mei electionem*, ſine ullo proſſus addito.

Reſpectu autem electionis abſolutè ſumptæ, & ſine ullo addito, omnis conſenſus, qui in ipſam præſtabitur, erit prohibitus per Votum, quia erit ſpontaneus, & non coactus; ſicuti contingit in caſu, quo non interveniret præceptum rigoroſum. Tunc enim etiam omnis conſenſus in illam eſſet prohibitus, quia eſſet non coactus. Reſpectu autem electionis ſumptæ cum addito, hoc eſt, quatenus intimatæ de ſpeciali Pontificis mandato, eſſet eadem ratio, quæ militaret reſpectu electionis notificatæ cum rigoroſo Pontificis præcepto, quòd Electus conſentiat. Tunc omnis conſenſus erit coactus, non ſecùs ac ſi poſt ſimplicem electionem ſuperadderetur, & interveniret dictum rigoroſum præceptum, cui ſuo modo æquivalet, & æquipollet dicta intimatio, facta de mandato Papæ, utpote illa, quæ habet vim ſaltem virtualis præcepti; & hoc modo cogit, & habet ſimul rationem, ut diximus, inſinuandi metum, vel formalem, vel fundamentalem, quòd ſi Electus ſtatim non conſentiat electioni intimatæ, Pontifex ſit præcepturus; quod erit aliam ſpeciem coactionis inferre.

Profectò attentè inſpiciendum, quòd ſicuti ſe habet in ſen- 62 a
tentia Adverſariorum conſenſus coactus & non coactus, reſpectu electionis, quando intervenit & non intervenit reſpectivè rigoroſum præ-

ceptum; ita in noſtra Sententia ſe habet conſenſus coactus & non coactus, reſpectu ejuſdem electionis, quando intervenit & non intervenit formalis & legitima Papæ intimatio. Etenim hujuſmodi intimationem, tamquam virtuale præceptum ſuſtituimus, & ſubrogamus in omnibus, loco præfati rigoroſi præcepti, volentes virtuale præceptum præſtare quidquid rigoroſum poteſt efficere; Cùm ejuſdem rationis ſint. Ad Text. *L. qui ad certum. ff. locati & L. de quibus. 31. ad fin. ff. de legibus*. Sanchez *lib.8. de matrim. diſp.4. numer.17.* de quo & infra *num.134.* & experientia docemur, utrumque paribus paſſibus ambulare.

b
62 Quoniam ſicuti Electio reſpectu rigoroſi præcepti præcedit, & indifferenter ſe habet ad illud; Ita reſpectu dictæ Intimationis Electio præcedit, & indifferenter ſe habet ad illam. Et ſicuti rigoroſum præceptum advenit electioni, ita quoque & dicta intimatio. Et ſicuti ſine dicto præcepto, electio remanet ſine legitimo conſenſu, & vacua affectu; ita & ſine dicta intimatione. Et ſi Papa nollet, electionem habere effectum, præceptum rigoroſum omitteret, ita etiam & dictam intimationem negligeret, & non publicaret.

Itaque quanti valere judicamus in cogendo & percutiendo Electum rigoroſum Papæ præceptum, tanti eſtimamus valere dictam intimationem formiter de mandato Pontificis notificatam, ex modò ſupra allegatis: licèt illud in cogendo profundiùs vulneret; iſta verò leniter feriat. Nihilominus utrumque percutiendo cogit, & cogendo percutit, illud auſteriori modo, iſta ſuaviter, ex dictis ſupra *n.50.* quod in odioſis,& ad proprium motum in dignitates reprimendum ſuperfluit.

Ad id autem, quod dicitur, electionem debere eſſe notam Electo, ut Electus in illam conſenſum præſtare poſſit, de hoc non dubitamus, ut optimè probanr allegata jura ſupra *n. 22. ſeq.* Sed dupliciter dixmus quòd illius notitia pervenire poteſt ad aures Electi, vel per dictam intimationem formiter de mandato Pontificis faciendam; vel per aliam privatam viam; ut notavimus ſupra *num.27.* Tunc ſi Electus conſentiat electioni ex privata notitia ſibi manifeſtata, conſenſus erit ſpontaneus, ſeu non coactus, & per Votum prohibitus. Si verò illi conſentiat prout de mandato Papæ ſibi intimatæ & manifeſtatæ, habebit ſpeciem præcepti, cum fundamento ſuggerendi dictum timorem, quòd ſi Electus ſtatim non conſentiat, Papa ſit præcepturus. Et conſequenter ex duplici capite tunc conſenſus erit coactus, ſeu habebit duplicem coactionis ſpeciem, hoc eſt, tam ex præcepto, quàm ex timore præcepti, ut ſupra dictum eſt, *num.51.* & conformiter ad Votum. 63

Tandem non inficiamur, debere eſſe aliquid ſuperveniens dictæ electioni id, quod efficit coactionem; & hoc optimè verificatur in caſu noſtro; quandoquidem intimatio, ſeu denunciatio idem ſunt, *L.2.C. de jud.* & facta de ordine Papæ, verè eſt aliquod ſuperveniens dictæ electioni abſolutè ſumptæ, non ſecùs ac ſupervenit illi rigoroſum præceptum ut conſtat ex terminis. 64

Ex dictis evidenter apparet, intimationem electionis, de ſpeciali mandato Papæ factam Electo, duplex habere munus. Primum deducendi formiter & legitimè ad notitiam Electi, quod Pontifex illum exaltaverit ad talem dignitatem; non ſecùs ac Interpellatio, quæ ra- 65

tio-

tionem admonitionis habet. *L.23. ff. de jud.* & rationem veræ intimationis exercet. Ad Textus infra afferendos *Reſ.22. num.59. & 114.* ubi affigendus eſt terminus ad conſentiendum Electioni intimatæ. *Cap. quam ſit de Elect.* Secundò habere vim virtualis præcepti, ſignificantis non indifferentem, ſed veram & poſitivam voluntatem Papæ, quòd Electus conſentiat, ut infra *nu.131. 258. &* §.8. & modo ſufficienter cogere ad conſenſum præſtandum: & inſuper habere vim inſinuandi Electo timorem formalem, vel fundamentalem, quòd ſi ſtatim non conſentiat, Pontifex ſit in rigoroſum deſcenſurus præceptum: Et timor ſaltèm actualis, qui certè coactionem facit, eſt etiam aliquod superveniens & accidentale, quod poteſt ſupervenire, & non ſupervenire Electo poſt dictam præfatam Electionem, etiam ut intimatam. Non ſecùs ac rigoroſum præceptum, adeòque erit quid ſeparabile.

66 Conceptus enim rei, & quælibet ſecunda intentio, cùm ſint opus ſolius intellectus concipientis, adveniunt eidem, & quid ſeparabile ſunt ab ipſa re, prout eſt in ſe. Quemadmodum apprehnſio rei eſt aliquid diſtinctum ab ipſa re, & adveniens, & recedens, ipſa re invariata. Ita communiter ſummuliſtæ. Et pro cunctis meus averſa *in logica qu.3. ſect.2. §. ex primo.*

67 Timor autem (quod magis facit ad rem noſtram,) eſt dumtaxat interioris partis affectio, ad apprehenſionem pertinens per mentis conceptum. ad clarum Textum in *L.1.§.1. ff. met.cauſ.* Ubi timor non aliud eſſe deſcribitur, quàm mentis trepidatio, aut opinio impendentis mali. Cic. *in Tuſc.* de quo modo infra *numeris ſeqq.* Nec ſufficit ſola timoris apprehenſio ad animum concutiendum; Quoniam ſi deſpiceretur timor, nullum motum cauſaret, adeòque requiritur etiam voluntaris adhæſio, ſeu quod voluntas metui inhæreat. ad litteralem Textum. *L.1. Gloſſ. ff. quod met. cauſ.*

68 Unde ſi ad dictam Electionem, etiam ut notificatam, superveniat mentis trepidatio, ſeu conceptio & apprehenſio actualis timoris, quòd Pontifex ſit præcepturus in caſu, quo Electus ſtatim non conſentiat. Tunc hujuſmodi timor erit alia coactionis ſpecies, addita ad coactionem ex præcepto; cùm de natura timoris ſit, coactionem inferre ad vulgatos Text. *in L. nihil conſenſui. ff. de regul. juris.* ut dictum eſt. *Reſ.13.* & infra *numeris ſeqq.* & redder præfatum conſenſum etiam hoc ſecundò modo coactum. Si autem talis timor non ſuperveniat, quia non apprehendatur, aut voluntas non adhæreat, & Electus conſentiat, tunc non interveniret hæc ſecunda ſpecies coactionis, & conſenſus remanebit ſolummodo coactus ex vi dicti virtualis præcepti, atque ex dicto fundamentali timore, atque ex reſtrictiva objecti.

69 Stare igitur poterit, quòd Electio intimata fuerit Electo de mandato Pontificis, & nihilominus ipſe Electus præfatum actualem timorem cum adhæſione voluntatis non apprehendat, conſiſtentem in eo; quòd ſi ipſe non ſtatim conſentiat, Pontifex ſit illum rigoroſo percuſſurus præcepto: cùm hujuſmodi timoris apprehenſio, & mentis trepidatio, ut modò diximus, ſit aliquod accidens superveniens, adeòque de ſua natura potens accidere, ſalva remanente præfata Electionis ſubſtantia. Tantò magis quia in multis caſibus experimur, ſub iiſdem circumſtantiis aliquos actuali timore percuti, alios nequaquam. Quod & in caſu noſtro facilè evenire po-

teſt,

teſt, in quo, ut pluries diximus ex Palacio ſupra allegato *Reſol.6.n.16. in 4. diſt.38. diſp.1. ante med. verſ. ſed quid*, rarò Pontifices, peracta & intimata Electione in præceptum rigoroſum dilabi.

70 Nihilominus, quantùm ad timorem fundamentalem, nunquam evenire poterit, ut diximus ſupra *num.*55. 56. quòd Electus intimata ſibi de mandato Papæ Electione, non cognoſcat, quòd Papa habeat plura juſta motiva præcipiendi, ſi Electus ſtatim non conſentiat.

71 Tandem ad hoc, ut aliquis timor urcumque concipi poſſit, non eſt neceſſe, quòd damnum apprehenſum debeat in re eſſe infallibiliter eventurum: Sed ſatis erit, quòd concipiatur tale. Doctores communiter. Cùm timor, ex dictis ſupra *num.*27., aliud non ſit, quàm trepidatio mentis inſtantis, vel futuri periculi. *dicta L.1. §.1. ff. quod met. cauſ.*, aut opinio impendentis mali, & S.Thom. *in 4. ſent. diſt.29. quæſt.1. art.1. in corp.* Tempeſtas enim in mari, ex qua mors timebatur, & fuerunt merces projectæ, ut plurimum experientia teſte, evaneſcit, & nihilominus timor invaſit.

72 Timoris autem apprehenſio habet ſuam latitudinem de juſto, & injuſto. *L.1. §.Quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio datur.* Et de timore cadente in conſtantem virum, de quo *in Cap. Veniens ſecundum & Cap. Conſultationi de ſponſ.* ſeu gravi aut levi *Cap. cùm dilectus. de his quæ met. cauſ. & Gloſſ. in ver. modica. Cap. inſinuante, qui cler. vel viventes, & L. interpoſitas. Cap. de tranſactio, & Cap. cùm dilecti, & Cap. perlatum. de his quæ vi me cauſ.* & de vano timore *L. metum autem la ſeconda ff. quod met. cauſ. L. vani timoris. ff. de reg. juriſ.*

73 In noſtro verò caſu vera timoris apprehenſio cum adhæſione voluntatis, quòd Papa ſit præcepturus, videtur vehementiſſima cauſa, ad reddendum conſenſum coactum. Licèt enim non omnis coactio, ſeu conſtrictio, proveniat à metu, ad Textum *in Cap. ſunt quadam. 17. quæſt.1.* & patet de coactione provenientte ſolùm à præcepto; Metus tamen ſemper conſtrigit, & coactionem inducit. *Gloſſ. in l. nihil conſeuſui ff. de regulis juris*; Et coactio aliquando metus nomine ſimpliciter appellatur. *Cap. Sacris. de iis, quæ vi met. cauſ.* Et in noſtro caſu conſtat. Quia vel cogimur à præcepto, vel à timore præcepti, vel à reſtrictione objecti, vel à prompta obedientia, ut fusè diximus *Reſol. antecedente*.

Quamobrem quamquam difficillimè & rarò, ut diximus, Pontifex in præceptum rigoroſum erumpat: Nihilominus ad hoc, ut in caſu noſtro poſſit concipi timor, ſat erit verificari, aliquando Pontificem præceptum impoſuiſſe, quod factum reperitur cum Beato Laurentio Juſtiniano, S. Antonino, & Nicolao Albergati, ut refert Card. de Lugo *Reſponſ. moral. lib.3. Dub.5. mum.7.* & latiùs dicemus *Reſ. ultima*. 74

Actus enim præcepti, cùm ſit abſolutè arbitrarius voluntatis effectus, & liberè faciendus, non requirit cauſam neceſſariam, ut fiat, ſed pro libito voluntatis executioni mandatur. Nam verbum *liberè* idem importat quod *pro libito voluntatis. Cap. Quamvìs de procurat. in 6.* Baldus *in Cap.1. num.6. de reſcript.* Soccin *Sen conſ. 170. num.8. vol.2.* Adeòque ſicuti non poteſt dari ſecuritas, ſeu certitudo, quòd non ſit ſuperventurum Papæ præceptum: ita ad eamdem menſuram dari debet timor, quòd dictum præceptum poterit evenire. Nam quanrum creſcit de certitu- 75 76

dine, tantum minuitur de timore; & è contra. Baldus *in L. cum antiquioribus. quæſt.3. num.6. C. de jure deliberando*. Et infra *num.139*.

77 Concludamus igitur, quòd ſi electioni de ordine Papæ intimatæ ſuperveniat in Electo mentis trepidatio;aut actualis timor, quòd Pontifex,ſit præcepturus: tunc coactioni ad conſentiendum, provenienti ex virtuali præcepto, hoc eſt, ex intimatione Papæ, adjungetur & alia coactio, proveniens ex formali & actuali timore, quòd Pontifex in præceptum erumpat. Et quòd hic timor atrociter cogat, experientia in facto confirmat. Quando Romualdus Abbatiam fortiter recuſans, coactus acceptavit, ſolo timore percuſſionis imminentium Cenſurarum, & præceptorum, Othone Imperatore inſtante, ut expreſsè refert Baronius *ad Annum. 996. n.4*. & plura non deſunt conſimilia monumenta, ut latiùs dicemus *Reſol.25. §.Ult.* Cæterum in noſtro caſu fundamentalis timor regulariter numquam deeſſe poteſt, ut dictum eſt ſupra *num.70*.

78 Nec facit difficultatem, quòd cùm mentis trepidatio, & timoris conceptio ſit actus internus, non poſſit in externo apparere, aut juſtificari, quando Electus licitè, vel illicitè conſentiret; ſicuti appareret quando interveniret formale Papæ præceptum; quòd per neceſſe conſiſtit in actu externo; qui externus actus videtur requiri, cùm ſimus in materia ambitionis, de facili ſcandalum inducentis: adeòque neceſſarium videtur,dari debere aliquod ſignum externum, quod in noſtro caſu' aliud eſſe non poterit, quàm rigoroſum præceptum, ad juſtificandum, quod Electus externa coactione compulſus, in conſenſum deſcendit.

79 Non, inquam, hæc ullam ſuſcitant difficultatem, etiamſi in materia ambitionis verſemur. Profectò cùm Electus etiam in caſu noſtro, licitè conſentire non poſſit, niſi conſentiat pulſatus, & coactus virtuali præcepto, ſive intimatione formali, facta ſibi de ordine Papæ, quæ verè eſt actus externus, & ſtat loco præcepti. Ita non ſequitur præfatum inconveniens.

Secundò. Quia in Eccleſia Dei, in qua major Eccleſiaſticorum pars noſtrum Votum non profitetur, ſine ullo Papæ formali præcepto, ſed tantummodo pro eorum libito in ſuam electionem ad dignitates conſentiunt. Et tamen nullus ex hoc facto ſcandalum concipit, Supponendo quod, cùm nemo præſumendus ſit malus. *Ad Text. in Cap. final. de præſumpt. L. merito. ff. pro ſocio. L. cùm pater. §. Rogo. ff. de legat. ſecundò.* Eorum conſenſus ſit licitus, ex affectu obedientiæ Pontifici præſtandæ. Ita potiori jure in caſu noſtro, in quo cùm vigeat Votum de non conſentiendo in dignitates, niſi ex coactione & obedientia Summi Pontificis, & hujuſmodi coactio oriri poſſit ex dictis quatuor capitibus ſupra relatis, nempe a formali, & virtuali præcepto, ex timore ejuſdem, ex reſtrictiva objecti, & ex prompta obedientia, de qua latè probavimus ſupra hìc *numer.87.* à --; Evidens erit, quòd ſi non interveniat formale præceptum, ſemper tamen adſit, & interveniat præceptum virtuale, quod eſt dicta intimatio electionis formiter facta Electo. Atque intervenit ſemper timor præcepti, ſi non formalis, ſaltèm fundamentalis. Qui timor, etiamſi ſit internus, nullatenus tamen incumbit Electo illum probare, non ſecùs ac Doctores diſcurrunt de intentione, quæ eſt actus mentis internus, eſſentialiter requiſitâ tam pro honeſtate, 80

quàm

quàm validitate plurium, ac plurium actuum, cujus defectum solùm incumbit alleganti probare. Doct. communiter cum Seraphin. *Deciſ.* 1484. *num.*11.

81 Præterquamquod, cùm noſtros internos animi conceptus per externa Verba dumtaxat, ita natura diſponente, ſufficienter explicemus, *Cap. humanæ aures.*22.*quæſt.*5. & per exteriora de interioribus judicemus, *Cap. quod Dei timorem. De ſtatu Monach. Cap. ex ſtudiis. De præſumptionibus. Et L. lex quæ. C. de adminiſtrat. tutor*; ita ſat erit, internum timorem per verba & ſigna exteriùs inſtituta oſtendere. *Gloſſ. ſecunda in dicto Cap. humanæ aures & 1. quæſt.*1. *Cap. Marcion.*, *& de conſecr. diſt.*4.*Cap. retulerunt.* Quod ſatis erit, ad juſtificandum pro honeſtate præfati conſenſus. Quòd ſi non ſufficeret, vix de ullo noſtro actu externo bonitas conſtare poſſet, cùm tota ratio virtutis, in materia morum, ab interno originem trahat, *Cap. intelligentia. De Verborum ſignificatione*. Parum juvante, etiam in caſu noſtro, quòd interveniat rigoroſum Pontificis præceptum, ſi aliunde Electus conſentire vellet ex interno fine & affectu non obedientiæ ad Pontificem, ſed perperàm, & ad propriam commoditatem, atque ex pravo intereſſe, ut dicemus ex Gregorio, & Auguſtino *Reſol.* 16. *num.*34. 40. *ſeq.*74. & infra *num.*85.

82 Cœterum dum Electus conſentit electioni ex vi intimationis formiter factæ de ſpeciali Pontificis mãdato, adamuſſim verificatur quidquid importatur per formale, & rigoroſum præceptum. Etenim per præceptum rigoroſum habetur coactio ſolùm per viam præcepti; per dictam autem intimationem duplex inſurgit coactionis ſpecies, una per viam virtualis præcepti, altera per viam timoris, qui ſemper ſaltèm fundamentaliter intervenire dignoſcitur. Et ſicuti de ratione rigoroſi præcepti eſt, oſtendere fixam & immutabilem Pontificis voluntatem, quòd Electus conſentiat, ita hoc idem efficitur & cauſatur per dictam intimationem, præter alia ſupra enarrata *num.*62. *B.*

Inſuper, ſicuti in ſententia, quæ requireret rigoroſum præceptum, conſenſus eſſet ultroneus, ſpontaneus, ſeu non coactus, ſi Pontifex non præciperet, ſed præciperet inferior Prælatus, qui non habet authoritatem ex Bulla Urbani VIII. infra *numer.*146. ita in caſu noſtro conſenſus non erit coactus, ſi Electus conſentiret ſine intimatione ſuę Electionis, ſibi de ordine Papæ peracta, ſed ſolùm ex notificatione ad aures ſuas deducta per officioſitatem, & artificium alicujus amici, & perſonæ privatæ. Quandoquidem in hoc caſu, cùm dicta intimatio, ſeu notificatio facta non fuerit de mandato Papæ, & cauſam non habuerit ab illius voluntate, non poterit oſtendere eſſe Pontificis mentem, quòd Electus ex illius obedientia conſentiat. 83

Obedientia enim ex terminis ſuis intelligi non poteſt, ut eſt per ſe notum, niſi per reſpectum ad aliquem legitimum Sneriorem utilia præcipientem, ad clarum Textum *in Cap. Summa.*23.*quæſt.*1. & plurimos concordantes. Immo ad illum debet eſſe feſtinanter. *Cap. Inimicus* 93. *diſt.* & Summo Pontifici diligentiùs præſtanda. *Cap. obedientia.* 12. *diſt.* & alii infra allegandi *num.*86. 91. 177. Si autem in hoc caſu Summus Pontifex non non fuerit, qui ſuam voluntatem, mediante intimatione, de ſuo ordine facta oſtenderit, ſed ſolùm privata perſona; hinc potiùs ad privatam perſonam, & non ad Summum 84

Pontificem eſſet obedientia, quæ in caſu noſtro nihil valeret.

85 Dixi modò ſupra *num.* 81., quòd etiam cum rigoroſo Papæ præcepto Electus conſentire poſſet in ſui electionem, non quatenus veniret coactus ex motivo virtutis obedientiæ ad Summum Pontificem, ſed perperàm, & quatenus ex ſuis pravis animi affectionibus rueret in conſenſum, vel ex aviditate pecuniarum & redditùum, aut ex ambitioſa prælationis libidine, & ſimilibus, ad ſenſum Gregorii *homil.* 14. *in Evangel.* ibi--*In quantùm Electus conſentiret, vel quia lucrum animarum non quærit, vel quia terrenis commodis inhiat, vel quia honore Prælationis gaudeat; vel quia temporalibus lucris paſcitur; vel quia impenſa ſibi ab hominibus reverentia lætatur.* Qui omnes eſſent conſenſus non coacti, immo nimis liberi, & licentioſi.

86 Cùm ex altera parte videatur durum, quòd quis intellecta Pontificis voluntate, ſeu placito, & deſiderio, ut in ſui Electionem conſentiat, & quòd conſentiendo feſtinanter & diligentiùs ex ſpeciali motivo obedientiæ ad Summum Pontificem, ad Textus modò allegatos ſupra *num.* 84. & quòd de ſacrilegii peccato ſit condemnandus. Sicuti ſi conſenſum præſtaret ex ſingulari perfectione, quæ reperitur ſecundùm Patres in prompta obedientia, antecedenter ad quodcumque rigoroſum Superioris præceptum, illud expectare renuendo; & cum excluſione cujuſcumque prophani, & temporalis intereſſe. Et videtur etiam quædam nimis ardua conditio, quòd Summus Pontifex in ordine ad providendum univerſali Eccleſiæ de principalibus Miniſtris, neceſſitandus eſſet dare manum ad gladium rigoroſi præcepti, ut infra dicemus *num.* 174. & 179. & *ſeq.*

87 Tandem difficultates à nobis excitatas *num.* 59. *uſque ad* 62. ſtatim evanuiſſe comperimus. Primò admittendo conſenſum coactum, & non coactum verificandos eſſe reſpectu ejuſdem numerò electionis abſolutè ſumptæ, & ſine addito. Secundò aſſerendo intimationem de mandato Papæ factam ſubire vices cujuſcumque rigoroſi præcepti, & tanti valere, quanti illud. Tertiò electionem optimè notificatam remanere vel per privatam perſonam, vel per legitimam de mandato Pontificis. Quartò dictam intimationem ſemper eſſe aliquid realiter ſuperveniens dictæ electioni, & poſſe à Papa non fieri eò prorſus modo, ac ſi eſſet rigoroſum præceptum. Adeòque ſemper remanere locum ad conſenſum ſpontaneum, & non coactum.

87 Ad confirmationem verò allatam *num.* 59. *A.* Reſpondemus, optimè ſtare Votum de non conſentiendo in Electionem ſine Pontificis præcepto, quia Electio ſumenda eſt abſolutè ſecundùm ſe, & non cum addito intimationis, de cujus ratione eſt ſemper ſupervenire electioni, eo prorſus modo, quo ſupervenit rigoroſum præceptum. Et ita non inficiamur, electionem, præceptum, coactionem, conſenſum eſſe res inter ſe realiter diſtinctas, & diverſas, & inter ipſas dari prioritatem unius ad aliam. Quapropter non ſequi, noſtrum Votum ludere, & implicare, quia bene verificatur in noſtra Sententia, Votum prohibere conſenſum ſpontaneum in electionem, & conſenſum admittere, ſi veniat coactus à ſolemni intimatione, non ſecus ac quando dicitur coactus proveniens ex rigoroſo præcepto. Ex quibus patet, conſenſum ſpontaneum non reddi impoſſibilem,

bilem, ſed faciliter dari poſſe, quoties Electus vellet in ſuam electionem præſtare conſenſum ſtatim, ac quocunque modo noverit ſe fuiſſe Electum, non expectando legitimam notificationem ſibi de ordine Papæ faciendam.

Dices. Exaltare ad Dignitates,
88 & ad eaſdem vocare, idem ſonat,
ſed conſenſus in exaltationem eſt,
ut diximus, ſpontaneus, & voluntarius. Ergo & conſenſus in vocationem ſpontaneus & voluntarius reputandus eſt. Ubi enim eſt eadem ratio, juris diſpoſitio non mutatur.

Reſpondetur: quòd vocatio ad
89 dignitates aliquid plus dicit, quàm
exaltatio ad illas, ſecundùm jura ſupra accumulata *Reſol.*4. *n.*3. *ſeq.* Et præcipua vocatio eſt illa, quæ datur per ſermonem loquentis, audientis aures ferientem. S. Doctor citatus ſupra *dicta Reſol.*4. *num.*5. Unde de ratione vocationis eſt auditum audientis ad obedientiam invitare: cùm obedire ſit vocantem audire, per Textus ſupra allatos *d. Reſol.*11. *num.*21. Exaltatio autem non auditum percutit, ſed perſonam promovet, Surdus enim à Principe ſublimari poteſt & non audit. Sic conſenſus in vocationem poterit intervenire coactus quatenus fieret ex ſolo motivo obedientiæ, cùm aliàs non fieret, non verò conſenſus in exaltationem.

Dices. Conſenſus in vocatio-
nem eſt Voluntarius, non ſecus ac 90
in exaltationem. Ergo non eſt coactus.

Reſpondetur diſtinguendo an-
tecedens: Eſt voluntarius ſimpli- 91
citer, & involuntarius ſecundùm quid conceditur, aliàs negatur. Conſenſus verò in exaltationem, eſt voluntarius omnino. Undè differunt. Profectò conſenſus in vocationem dicitur involuntarius ſecundùm quid; quia vocatus ſi non interveniret obedientia, à qua pulſatur, vocationi non conſentiret, & ita conſenſus in vocationem redditur ſecundùm quid involuntarius, ac proinde coactus juxta notas doctrinas pluries à nobis exaratas.

Ex hucuſque expoſitis videtur poſſe remanere legentibus perſuaſum, dari veram coactionem ex timore præcepti, quòd Pontifex ſit præcepturus, quoties Electus conſentit intellecta Superioris voluntate, mediante dicta intimatione, quæ virtualis præcepti rationem habet, ſufficienter cogentis, ad Textus ſupra *num.*50.

§. III.

Secunda Reſolutionis Concluſio. Coactionem in noſtro caſu etiam oriri poſſe ex prompta obedientia.

SUMMARIUM.

- a 87 *Ex deſcriptione rei quidditas demonſtratur.*
- a 87 *Prompta obedientia eſt, quam celeriter ſine mora facit Subditus ante præceptum.*
- b 87 *Prompta obedientia eſt de illis actionibus, quæ certos fines habent.*
- b 87 *Eſt temporaria actio affixa tempori.*

b 87 *Si non fiat in illo tunc dicitur conſumpta.*
c 87 *Inſtans illud eſt terminus peremptorius.*
d 87 *Inſtans illud dicitur fatale.*
f 87 *Omnis mora contra promptitudinem pugnat.*
g 87 *Inſtans illud interpellat.*
88 *Deſcribitur prompta obedientia.*
89 *In duplici materia datur actus promptæ Obedientia.*
91 *Superiori eſt obedientia præſtanda.* 84.
91 *Opera Supererogationis non poſſunt fieri coactè.*
92 *Prompta obedientia in materia obligatoria.*
93 *Licèt Religioſus non teneatur ex ſuis Regulis acceptare Epiſcopatum, tenetur tamen ex lege communis Boni.*
94 *Quomodo proveniat coactio ex prompta obedientia.*
96 *Noſtrum Votum reſtringit ad obedientiam, ſed non reſtringit latitudinem obedientia.*
97 *An ſit idem conſentire coactè ex prompta obedientia, & ex timore præcepti.*
98 *Conſumare eſt inchoatum perficere.*
99 *Conſentire promptè & coactè, formaliter ſunt diverſa:*
100 *Moralia recipiunt ſpeciem ab eo, quod per ſe intendunt.*

EX deſcriptione rei quidditas demonſtratur, ut dictum eſt ſupra. *Reſol.12. num.1. Aretin in L. moribus. Col. 2. verſ. ſecundo not.*

Prompta obedientia eſt, quam celeriter & ſine mora facit Subditus de aliqua re, cum diligenti ſtudio, & ardenti conatu, ne tranſeat tempus, & periculum ſit in mora, quòd Superior priùs irruat in rigoroſum præceptum, antequam Subditus illam exequatur, manifeſtata tamen ſibi priùs, & intellecta de tali re facienda Superioris Voluntate. Doct. communit.

Coactio faciendi promptè & b
celeriter illam rem, conſiſtit in illis 87
verbis, nimirum, *cum ardenti conatu, ne tranſeat tempus, & periculum ſit in mora.*

Nam neceſſitas, quæ obligat, & compellit, ut quis debeat operari taliter *hic & nunc*, ut extra hoc inſtans, impoſſibilis ſit exiſtentia talis operationis, eſt neceſſitas, quæ verè cogit ad operandum hic & nunc. Quia extra tale nunc, non habetur ampliùs facultas faciendi illam rem. Et in illo inſtanti, in quo fieri poteſt, non habetur arbitrium ad differendum illam in aliud tempus. Unde tota difficultas rem talem faciendi urget, & conſtringit, adeòque fortiter cogit, ut fiat in illo tunc. Cùm dicta operatio ſit de illis actionibus, quæ certos fines habent, ultra quos illæ ſubſiſtere non poſſunt. Ad Textum *in L.3. C. de praſcriptionibus XXX. annorum.* Unde illicò fieri poſſunt ſine intervallo ut *in L. idemque §. Sicut mandavero. ff. Mandati. Et in L. Si quis in tantam. Cod. unde vi.* Etenim prompta obedientia eſt temporaria actio de illis, quæ affiguntur tempori, & ſubitò fiunt *L.11. ff. de tutor. Et cur. dat.* Nam illa ratio, quæ eſt promptæ obedientiæ, & verificatur in illo inſtanti, ſi ultra differatur itaut ſuperveniat præceptum, apud Juriſconſultos dicitur conſumpta, aut perire aut extincta ad Textum *in L.28. §. Exceptio. ff. de jur. jur.*

Secundò per illa verba, *Celeriter* c
& ſine mora, ne tranſeat tempus, hoc 87
eſt, inſtans illud, in quo adhuc Superior rigoroſo non irrugiit præcep-

ro, denotatur illud inſtans, in quo & non ultra haberi, & verificari poteſt ratio promptæ obedientiæ. Profectò inſtans illud præfigitur tamquam terminus peremptorius, inquo ſi ſubditus non obediat, tota ratio promptæ obedientiæ perimitur, nec ultra tempus patitur illam dari, ad formam peremptorii ædicti *lib.68. L.69. L.70.ff. de jud.*

d 87 Immo illud inſtans immediatè ante dictum præceptum diceretur fatale. In quo ſi non exerceretur promptæ obedientiæ ratio, protinus interiret. Non ſecùs ac dicebatur fatalis dies ille, in quo appellationis cauſa introduci omittebatur *L.32. C. de appell. & L.2. & ult. C. de tempor. appell.* poſtquam nulla dabatur reparationis ſpes. *L.1. C. Tbe. de temp. cur.*

e 87 Fatale verò inſtans, quod immediatè ante fluit ad rigoroſum præceptum, quia illo pereunte perit, ac deſinit omnis ratio promptæ obedientiæ. Sicuti fatale tempus illud in quo per mortem aliquid ceſſat apud Papinian. *L.3. de fund.Inſtru.* aut fatalis dies, qui eſt terminus cauſæ: Azo *in Summa. C. de temp. appellation.*

f 87 Tertiò per illa verba, *& periculum ſit in mora, quòd prædictum ſuperveniat rigoroſum præceptum*, denotatur coactio, quæ impellit ad exercitium promptæ obedientiæ in tempore habili, & requiſito ad illam, antequam Superior percutiat rigoroſo præcepto. Nam hujuſmodi præcepto ſuperveniente, omnis ratio promptæ obedientiæ redditur impoſſibilis. Quia omnis mora contra promptitudinem pugnat. Profectò promptitudo, celeritas omnem temporis dilationem excludunt *L. ne quis. ff. de cuſtod. reo*, & celerrimus finis abſque ulla dilatione conſiſtere neceſſe eſt. *L.1. §.Fin. cap. de veter. Jur. enucleando.* Mora autem è contra ſemper cum retardatione & dilatione copulatur, ut idem ſit morari, ac differre, & retardare *L. ſi ea C. de accuſ.* & ſit ex ſolo temporis decurſu. *L. Sed & ſi. 23. ff. eodem.*

Inſtans verò illud, quod immediatè antecedit rigoroſum præceptum, g 87
dilationem non patitur, ob periculum præcepti ſuperventuri, unde cogit operari, ne dilabatur & tranſeat habile tempus pro exercitio promptæ obedientiæ; cujus natura eſt ſemper cum rigoroſo præcepto pugnare. Adeòque inſtans illud pro dicta obedientia interpellat, aliàs conſtituit in mora, quæ ſemper promptitudini inſidiatur; Sicuti dies interpellat pro homine, ut id, ad quod eſt obligatus impleat in certo termino, quo elapſo dicitur in mora. *L. magnam. C.de contrab. ſtipulat.* Et ne dum lapſus diei moram inducit; ſed etiam unius horæ. *L.1. §. Exactio C. de rei uxoriæ actione &c.* Adeòque non mirum, ſi etiam unius inſtantis fluxus moram pernicioſam inducat, aut ad operandum cogat, quando in illo, tamquam in termino peremptorio, & fatali interpellāte ad operandum, continetur habile tempus ad habendam naturam alicujus operationis; & quantùm fortiter ad operandum cogat, non eſt qui non videat, cùm in illo ſolo indiviſibili momento conſiſtat tota, & integra ratio ad comparandum ingens meritum promptæ obedientiæ, antequam Superior rigoroſum jaculetur præceptum.

Cætera verò, quæ importantur & vulgariter circumferuntur de 88
ratione, & eſſentia promptæ obedientiæ, haud obſcurè protulimus ſupra, *Reſol. 12.* quæ ſtrictè recapitulando, dicimus eſſe actum obedientiæ perfectiſſimum, ejuſque eſſentiam ſecundùm Patres conſiſtere

in eo, quòd Subditus, intellectâ quocunque modo Superioris voluntate de aliqua re facienda, illam executioni ſtatim demandat, non expectando rigoroſum Superioris præceptum. Profectò, eo ipſo, quòd inferior percipiat deſiderium, & placitum Superioris in aliquid inclinare, ſive ſit de operibus aliquo titulo debitis, ſive prorſus ſupererogationis, nullo præmiſſo examine, an de illis Superior poſſit imponere præceptum, illicò ſuam illi voluntatem ſubmittit, & in obſequium ſolius virtutis obedientiæ, Superioris placita ad executionem demandat, etiamſi Superior ſe expreſsè declaret, nolle ullum formale præceptum imponere, & ad minimum obligare, & quantò magis res illa erit ab omni obligatione immunis, tantò magis obedientiæ actus erit perfectus. Doctores communiter cum S. Th. Suarez allegati ſupra *Reſ.*12. *num.*27. 106. 148.

89 In præſenti autem in duplici præfata materia actum promptæ obedientiæ Subditi ad Superiorem conſiderare oportebit. Vel in materia nullatenus obligatoria, ſed prorſus ſupererogationis, ut ſunt omnes virtutis actus, qui merè de conſilio, & evangelica perfectione dicuntur. Aut in materia, ad quam Subditus aliqua tenetur obligatione, ſive morali & culpabili, ſive non.

90 In prima materia, hoc eſt Supererogationis actus promptæ obedientiæ, erit ſimpliciter talis, & ex omni parte perfectiſſimus, ex ea potiſſima ratione, quia ex nulla lege poterit coactè fieri, cùm nulla ſit lex, quæ ad illum obliget, & cùm nullus ſit Superior, qui de illo poſſit præceptum imponere, adeòque hujuſmodi actui ex nullo capite poterit admiſceri coactio.

91 Dixi, quòd neque Superior poteſt de illo præceptum imponere. quia cuilibet Superiori limitata eſt præcipiendi facultas, quæ non ulteriùs extendenda erit, quàm Ordinis conſtitutiones præſcribant; & conformiter ad ſtatum cujuſque perſonæ, ut fusè tractavimus. *Reſol.*12. Poteſt enim Superior oſtendere ſuum placitum, & deſiderium, quòd aliquis Subditus opera heroica, & ſuperrogationis efficiat: hæc autem cùm non ſint in Regulis contenta, nullam de illis obligationem, aut præceptum injungere valet; & per conſequens Subditus de præcepto metuere non poteſt; & in caſu, quo illa opera ſupererogationis efficiat, non efficiet coactus, ſed tantummodo ſpontè, & promptè: Et tunc talis obedientia, in ratione promptitudinis, erit perfectiſſima, non ſolùm quia fit nullo interveniente præcepto; ſed neque ex timore præcepti. Et quia non exercentur ulla interpoſita mora, non cum triſtitia, ſed hilaritate ſubjiciendi ſuam in omnibus voluntatem ad illam Superioris, cui ſolùm eſt obedientia præſtanda *Cap. Summa* 22. *quæſt.*1. cum reliquis allegatis ſupra *num.*84.

92 Inſuper actus promptæ obedientiæ poterit quoque contingere in materia, ad quam Subditus juxta leges tenetur aliqua civili aut politica obligatione: & per conſequens Superior poteſt de eadem præceptum imponere. Tunc ſi Superior ſuum oſtendat placitum, & deſiderium, quòd Titius aliquid ex his exequatur, etiam cùm declaratione, quòd nullam imponit obligationem: Si tunc Titius ſtatim obediat, quodcunque præveniendo præceptum, exercebit actum promptæ obedientiæ.

93 Hìc etiam obſervare juvabit, quòd, licèt aliquando Subditus non teneatur ex particulari lege ali-

quem

quem actum efficere, tenetur tamen illum exequi ex obligatione communis boni, & univerſalis utilitatis; ſicuti in caſu noſtro, licèt Religioſus juxta ſuas Religionis Regulas non obligetur, neque cogi poſſit ad conſentiendum in ſui electionem ad dignitates, & notanter ad Epiſcopatum: Nihilominus hoc illi poteſt injungi ex regula communis Boni, & univerſalis utilitatis Eccleſiæ, & Charitatis neceſſitate, juxta jura infra alleganda *num.* 108. 110. *ſeq.* Etenim in Eccleſia ex divina diſpoſitione & lege, neceſſe eſt, dari Prælatos & Paſtores, qui regant Dominicum Gregem, ut ſacræ Paginæ conclamant, Concilia, & Patres cum Auguſtino infra allegando: Et per conſequens, cùm Summus Pontifex, ut diximus ex Bulla Urbani, in hac materia ſibi ſoli præcipiendi reſervaverit facultatem; inde fit, quòd ſi ille oſtenderet ſuam voluntatem, quòd Titius ſit Epiſcopus, aut deſiderium: pronunciando aliqua verba ſimplicia, nimirum, ſibi gratum fore, quòd Titius conſentiret, aut etiam illum eligendo, illique ſuam electionem intimando; tunc Titius poterit promptè obedire, & in ſui electionem conſenſum præſtare, non expectando præceptum rigoroſum.

94 Quomodo autem ſuccedere poſſit coactio ex prompta obedientia, dicimus, juxta ſuperiùs in principio hujus §. Allegata *nu*, 7 *A. ſeq.* hanc evenire; in quantùm aliquis Electus, puta ad Epiſcopatum, intellecto priùs Superioris placito & deſiderio, quòd ipſe conſentiat, & conſiderando, quod Superior poteſt de momento in momentum erumpere in rigoroſum præceptum, cogitur Electus ſine ulla mora & dilatione conſenſum præbere. Nam cùm tota eſſentia promptæ obedientiæ conſiſtat in affectu & perfectione, ſe ſubjiciendi Superiori, & illius menti & voluntati ſe in totum conformandi abſque ulla obligatione præcepti per eundem Superiorem ſubdito imponenda: Inde ex neceſſitate Subditus conari debet, Superiori obedire, antequam idem Superior in præceptum rigoroſum deſcendat. Profectò ſi tale superveniret præceptum, tota ratio ſtatim promptæ obedientiæ ceſſaret, & meritum evaneſcerer, ad ſupra enarrata *num.* 87 *A. ſeq.*

Igitur quando in noſtro Voto dicitur. *Voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis*; idem valet & ſonat, ac ſi diceretur, niſi coactus per aliquam obedientiæ viam, ſive ſit per rigoroſum præceptum, quod cogit & fortiter obligat, & neceſſitat; ſive per timorem quòd Pontifex ſit præcepturus. Metus enim ſemper coactionem infert. Aut per reſtrictivam objecti, quæ cùm divagari extra obedientiæ motivum prohibeat, cogit: quia libertatem reſtringit. Aut per promptam obedientiam, quæ in tali Suppoſitione nullam patitur dilationem, & cogit: quia hìc & nunc ſine ulla mora vel minima cunctatione ad conſentiendum neceſſitat & impellit propter inſtans periculum, & antequam adveniat rigoroſum præceptum, quo poſito evertitur promptitudo, & promptæ obedientiæ ratio perit, & evaneſcit, ut conſtat ex terminis. De quo ſupra *num.* 58. 87. & 87 *A*. 95

Undè licèt noſtrum Votum in ordine ad conſentiendum in Dignitates non requirat pro principali & formali motivo quamcumque etiam heroicam Virtutem, & ſolùm expreſsè conſtringat ad conſenſum ex virtute obedientiæ: Attamen obedientiæ latitudinem non reſtringit, adeòque illam relinquit amplam 96

ſecundùm ſe, & adimplendam in ordine ad conſentiendum per quemlibet ex dictis quatuor obedientiæ actibus in ſua ſphera, & latitudine contentis.

97 An verò conſentire coactè ex timore præcepti, & conſentire coactè ex prompta obedientia ſint idem, aut aliquam diverſitatem importet. Dicimus: Quòd ſi materialiter attendantur, idem prorſus videntur: ſi autem ſumantur formaliter, ſine dubio apparent diverſa. Nam materialiter ſumpta, idem eſt conſentire ex timore præcepti, ac conſentire antecedentet ad quodcunque præceptum: ſed conſentire ex prompta obedientia ſemper, & neceſſariò eſt conſenſum præſtare, antequam Superior irruat in præceptum: Adeòque ſunt idem:

98 Hinc proindè ſequitur, quòd conſentire ex prompta obedientia venit ſimul, ac componit illos duos terminos contradictorios, nimirum, conſentire promptè & coactè: Promptè, quatenus neceſſariò conſentitur antecedenter ad quodcumque Superioris formale præceptum: Coactè, quia prompta obedientia non patitur moram nec dilationē; ſed debet, & neceſſitatur, (ne deſtructa & interfecta à præcepto remaneat), hìc & nunc conſentire, quia de momento in momentum præceprum imminet: ſeu rationabiliter apprehendi poteſt, quòd Pontifex, ut ſuum conſumet electionis opus, ſit præcepturus. Conſumare enim eſt inchoatum perficere. *L. ſi in aliqua. ff. de off. Proconſul*. Sic etiam conſentire ex timore præcepti utrumque ſenſum ſimul maritat, nam conſentitur coactè, quia timor cogit; conſentitur promptè, quia conſentitur antecedenter ad præceptum. Undè mirabile eſt, quàm optimè ſe habeant hujuſmodi affectus conſentiendi promptè & coactè. Nam ſatisfaciunt Superioris menti, Cùm fieri non debeant, niſi intellecta prriùs Superioris voluntate, & placito, quod certè eſt tacitum præceptum; ut dictum eſt. Secundò ſatisfaciunt Voto, quia fiunt coactè. Tertiò ſatisfaciunt majori merito, quia fiunt promptè, cujus meritum inter obedientiæ actus eſt perfectiſſimum.

Si autem conſentire promptè, & coactè, attendantur formaliter: 99
Videntur omnino ſpecie diverſa, quia conſentire formaliter ex timore præcepti, aut ex motivo timoris, quòd Pontifex ſit præcepturus, habet in recto pro formali motivo & primario timorem, qui formaliter fugam & receſſum importat à rigoroſo præcepto, quod timetur. Cœtera autem veniunt in obliquo de materiali & conſequenti; quod eſt promptè & ſtatim conſentire. Ea autem, quæ veniunt de conſequenti, & in obliquo, non dant ſpeciem actui, ſed de materiali ſe habent, ad Textus modò infra allegandos.

Conſentire autem formaliter 100
ex motivo promptè obediendi, & quatenus eſt perfectiſſimus actus, ſe habet per modum proſecutionis circa ſuum poſitivum objectum, & habet in recto pro motivo & objecto formali ipſam perfectiſſimam obedientiam ad Superiorem, & ad ejus voluntatem ſe conformare, eique ſubjici ſine ulla mora, quod totum per ſe primariò, & immediatè intenditur. Cœtera autem veniunt in obliquo, & de conſequenti, quod eſt non expectare præceptum, vel timere præceptum; ac proinde non dant ſpeciē actui, & per conſequens illa duo formaliter ſumpta erunt diſtincta, atque diverſa ſpecie, quæ ex diverſo modo tendendi reſultant proſecutionis nimirum & fugæ. Non ſecus ac amor & odium, ut communiter Philoſophi, & Doctores om-

nes

nes cum S.Thoma ſupra allegati: & dicit Archidiacan. *in cap.6. 29. 35. diſt.* & S.Thom. 2.2. *qu.*150. *art.*2. Moralia recipere ſpeciem ab eo, quod per ſe intendunt. Et licèt ex hucuſque cumulatis rectum judicium efformare poſſimus de Coactionum pluralitate in ordine ad exeundum in coactum conſenſum: Nihilominus, ut ſub aliqua forma, & ſtrictiori methodo procedamus, ſit.

§. IV.

Ubi, præter dicta, ſub brevi forma, atque diſtincta methodo, ſingulariter probatur, Coactionem optimè oriri poſſe à timore præcepti, à prompta obedientia, & reſtrictiva objecti.

SUMMARIUM.

100 c *Libertas non violatur niſi vi, vel præcepto.*

100 i *Requirere rigoroſum præceptum eſt moleſtare Pontificem* 4.

100 k *Oraculum Clementis XI. non præcipiendum.*

100 m *Qui non habent votum etiam peccant contra obedientiam non acceptando Dignitates.*

PLurima hucuſque diximus circa hujuſmodi Conclnſiones, per quæ ſatis ſuperque de illis poſſunt Lectores de veritate eſſe perſuaſi. Nihilominus, ut cum majori diſtinctione de iiſdem ſermonem inſtituamus, ſequentes in præſenti Paragrapho probationes producere claritatis gratia utile judicavimns.

Et videat, atque perpendat Theologus Lector, an argumenta à nobis facienda, omnibus numeris bene ad convincendnm procedant: dari nimirum ultra rigoroſum præceptum, illas alias tres coactionum ſpecies, provenientes vel ex timore præcepti, vel ex prompta obedientia, vel ex reſtrictiva objecti.

Et quoad primam Probatur: quia conſenſus procedens à rigoroſo Papæ præcepto, ſine dubio eſt conſenſus coactus, eo majori coactionis impulſu, qui excogitari poſſit. Ergo etiam conſenſus procedens à timore præcepti, eſſe debet ſine dubio coactus.

Antecedens numquam fuit à Theologis ſub lite agitatum; quia libertas violatur, vi, vel præcepto, 100 a
ad Textum *Florentinus L. Libertas ff. de ſtatu hominum*, & S.1. *Inſtitut. de jure perſonar.* Conſequentia ſequitur. Quia timor non eſt niſi de malo effectu, quem efficit res, quæ timetur: V.G. Nauta timet tempeſtatem, quia naufragium timet, quod tempeſtas efficit; & ſic de ſingulis. Et in caſu noſtro in tantùm rigoroſum præceptum coactionem cauſat, in quantùm ex ejus tranſgreſſione timetnr peccatum, & in quantùm præceptum ligat, ac reſtringit amplitudinem libertatis, ad Textum modò allegatum. Ergo qui timet preceptum ideo timet, quia timet peccatum, & reſtrictionem ſuæ libertatis. Ergo eandem coactionem cauſat rigoroſum præceptum, ac timor præcepti.

Patet hæc conſequentia per infinita exempla. Nam eamdem 100 d

coactionem & impulſum cauſat ad projiciendas merces in mare actualis tempeſtas, ac tempeſtatis timor. Eamdem coactionem cauſat ignis ardens ad dimovendas res, ne comburantur, ac timor ignis. Eamdem coactionem efficit terræmotus, ut homines in latum campum ſe recipiant, ac timor ejuſdem, & ſic de aliis. Et hoc magis magiſque innoteſcit: Etenim, Lex aut Superior rigoroſè præcipiens Titio, ut jejunet; eſt idem ac ſi Lex, aut Superior cogat Titium ut jejunet. Cogit enim, quia Titii libertas, reſtringitur: Nam poſito præcepto Titius aut eligit jejunare, aut peccare. Sic ut peccatum vitet, cogitur jejunare. Cogitur,quia præceptum vim facit, ut Titius faciat, quod aliàs non faceret; & conſequeter ex timore præcepti Titius cogitur promptè obedire ad dandum conſenſum ne deindè percutiatur per rigoroſum præceptum.

Ita etiam experimur diſcurren-
100 e do per alia exempla. Quoniam tempeſtas cauſat naufragium: ergo qui timet tempeſtatem, naufragium timet, & cogitur, aut merces mergere, aut mergi. Ignis rerum combuſtionem cauſat: Unde qui timet ignem, combuſtionem timet, & cogitur, aut ſuarum rerum combuſtionem pati, aut illas longè dimovere. Et ſic de aliis: adeoque non obſcurè concluditur, ultra coactionem provenientem à rigoroſo præcepto, dari etiam aliam, quæ infertur à timore precepti.

Sed dices Timor non poteſt eſſe, niſi de malo. Sed præceptum non eſt malum. Ergo non poteſt dari timor præcepti.

Reſpondemus, præceptum quoad directionem eſſe bonum. Sed reſtrictiva libertatis, & periculum traſgreſſionis & peccati eſſe malum, ideò optimè timeri poteſt.

Inſuper denuo probamus,ultra 100 g
dicta ſupra *num.*87. *A.* dari etiam coactionem à prompta obedientia, quæ ex iiſdem fundamentis emergit, ex quibus demonſtrata remanet coactio erumpens ex timore præcepti. Profectò coactio, quæ incutitur ex timore præcepti,verificatur quando quis potiùs vult promptè obedire, quàm rigoroſo præcepto moleſtari. Sic quoque coactio erumpens ex prompta obedientia, eſt, quando quis vult potiùs hìc & nunc ſine mora præventivè ad præceptum obedire, ſeu conſentire, quàm meritum promptæ obedientiæ deperdere, expectando præceptum. Unde ut quis meritum non ammitat, præventivè ad præceptum obedire cogitur, & erit obedientia prompta, & coacta; Prompta, quia præceptum prævenit: Coacta, quia ſit ex timore deperdendi meritum.

Tandem oſtendimus,dari quo- 100 h
que coactionem procedentem ex reſtrictiva objecti, aut ex motivo obedientiæ. Nam cùm votum voventes conſtringat, non conſentire in Dignitates, niſi coactos obedientia Summi Pontificis, præſcribit ſemper conſenſum Elici debere principaliter, & primariò ex virtutis obedientiæ motivo, non quod animi affectus erga alias virtutes omittatur, ſed motivum obedientiæ non prætermittatur. Hoc autem eſt conſtringere aliquo modo latitudinem libertatis. Nam quotieſcumque voluntas conſtringitur aut vi, aut lege, ut dictum eſt ſupra *num.*100. *C.*, aut ligatur, quod non conſentiat in dignitates utcumque: ſed ſi conſentire velit ex obedientia conſentiat. Tunc dicitur coactè conſentire; Quia omnis ratio limitans libertatem vim facit, & cogit eamdem, non ſecùs ac formale præceptum, ut dictum eſt. Ergo datur quoque

coactio

coactio ex reſtrictiva obiecti proveniens.

Itaque neſcio videre, in occa-
100 i ſione, qua aliquis Votum habens, non aſcendendi ad Dignitates, ſi ad aliquam à Summo Pontifice Eccleſiam eligatur, qua ratione aliqui prætendant, quòd Papa formiter præcipiat. Hoc enim videtur inutile, & potiùs inane. Nam cùm optimè præfatum votum adimpleri poſſit ex tot aliis coactionis ſpeciebus, ſine ullo formali præcepto, non erit opus, Sanctum moleſtare Pontificem, quòd ſuum interponat præceptum, illumque angariare, ut ſupra ſuam conſcientiam duram perferat crucem in caſu, quòd ſi Electus ex illius rigoroſo præcepto conſentiens in officio perfunctoriè, & mercenariorum more, ac voluptuosè ſegerat, ut diximus *Reſol.* 12. *num.* 5. *& 6.* & in illo delinquat, tunc culpa non Electo, ſed Pontifici cogenti imputaretur; cùm ad ſui excuſationem Electus adducere poſſet, quòd ipſe nolebat Epiſcopatum acceptare, & tamen invitus à Pontifice coactus, Epiſcopatum ſuſcepit. Unde maximam eſſet afferre Pontifici moleſtiam, illum obligare ad irruendum in rigoroſum præceptum. Etenim & ipſi Deo moleſtia fuit ſine rigoroſo præcepto non præſtare obedientiam, ad ſenſum Iſaiæ *cap.* 7. per illa verba. *Quia moleſti eſtis. & Deo meo.* Ubi S. Thomas explicat de negatione obedientiæ ſine dicto præcepto, ibi. *Numquid parum vobis eſt, quia moleſti eſtis Deo meo, cui non obeditis.*

Et pro hac veritate facit, quòd dum eſſem quadam die alloquens
100 k Eminentiſſimum Dominum meum Cardinalem de Carpineo, Urbis Vicarium, ſuper reſiſtentia Domini Philippucci ad Cardinalatum promoti, ſupervenit tunc Dominus Præſul Cervinus Monialium Vicarius, & retulit Oraculum Sanctiſſimi Patris Clementis XI. Albani, referens, ipſum dixiſſe, quòd deſiderantibus, & petentibus nolebat Dignitates conferre; ſed neque nolentibus. Nec huic effato obſtat dictum Gregorii infra *num.* 112. Dignitates dandas eſſe fugientibus; cùm fugere, & nolle idem importare videantur. Nam fugere, hìc ſumitur pro non deſiderare, & non quærere; non autem pro detrectare, repellere, & efficaciter nolle: ad ſenſum Auguſtini infra *num.* 113. & dicemus *Reſol. ult.* Dictum verò hominis ſapientiſſimi, & in ſacris diſciplinis optimè verſati. Ex quo evidenter infertur, Sanctum Pontificem abhorrere ab impetendo rigoroſo præcepto ſublimatos ad Dignitates, quo illas acceptent.

Sed hac in re ſemper obſervandum, quòd Tria perſonarum genera concurrere poſſunt, in ordine ad poſtulandum rigoroſum præceptum ad hoc, ut indignitates conſentiant. Primum eſt illarum, quæ nullum votum habent de non conſentiendo in Dignitates. Secundum eſt de his, quæ votum habent non conſentiendi in illas, niſi coacti obedientia, vel præcepto Summi Pontificis ad ſummum obligante ſub veniali culpa, ut *praamb.* 1. *num.* 107. *6. ſeq.*

Tertium autem eſt illarum, quæ per votum à Summo Pontifice approbatum requirunt irremiſſibiliter rigoroſum præceptum, quòd de Patribus Societatis diximus verificari *dicto Preamb.* 1. *nu.* 157. *6. ſeq. & Reſ.* 18. *num.* 20. *A.*

De tertiò genere non dubitamus debere poſcere, & expectare à Papa rigoroſum preceptum: & Papa illud non debere denegare tanquam illis voluntarium, ut locis modò allegatis.

De primo, & ſecundo perſonarum genere regulariter negativè

ſenti-

ſentimus; Videlicet, prædictas perſonas non debere poſtulare, nec expectare, niſi aliqua ſpecialis ratio convincat. Et vide infra *Reſol.*18. *n.*20. C.licèt hujuſmodi Regulæ reſpectu Summi Pontificis parvam,aut nullam poſſint habere vim, cùm ex ſua ampliſſima poteſtate, quam habet in terris canones illum non audeant coſtringere.

Cæterum certa regula apud omnes Theologos ad dignoſcen-
100 dum aliquid coactè fieri,eſt quando
L quis ſub aliqua conditione ita facit aliquid, quod aliàs non faceret. Non faceret, inquam, tali conditione remota. Ita mercator ſub conditione tempeſtatis coactè merces projicit in mare, quia tali tempeſtate non exiſtente, merces non projiceret; licèt etiam coactè poſſet illas projicere ex alia conditione, ſi Inimici, aut Latrones aggrederentur. Attamen, ut coactè ex tempeſtate projiciat, ſufficit, quòd ſi tempeſtas non exiſteret, non projicerentur merces.

In caſu noſtro Electus ad Dignitatem, exiſtente rigoroſo præcepto, coactè conſentiat. Quia illo non interveniente non conſentiret. Sic exiſtente timore dicti præcepti, coactè conſentit: quia illo non urgente non conſentiret. Alliciente ſingulari merito & perfectione promptæ obedientiæ coactè conſentit: quia iſto non attrahente non conſentiret. Impoſita per votum reſtrictiva ſolius motivi virtutis obedientiæ ad Pontificem coactè conſentit, qnia tali reſtrictiva non impoſita, ex hac non conſentiret. In quibus omnibus verificatur, quòd quis coactè ex aliqua conditione conſentiens, ſimpliciter voluntariè conſentit, & involuntariè ſecundum quid, ut de coactione & violento amplè diſſetvimus ſupra, *Reſol.*13. *per totam*.

Nec mireris lector ſi plura pluries repetamus, ut clariùs explicata profundiùs & faciliùs imprimantur. Sumus enim in materia non adhuc per tot quæſita exagitata, & cùm dies diei eructet verbum, difficiliùs detinetur Calamus, quando mentis conceptus melius dantur intelligi: & jura rationibus annectuntur, & rationes juribus demonſtrantur.

Nec valeret effugium, ſi dice-
tent, quod reſpectu votum non 100
habentium etiam verificatur Pon- m
tificis Electio, & dicta Intimatio, quæ habet rationem virtualis præcepti, & tamen iſti recuſando acceptare, non peccant contra obedientiam. Ergo, ut aliquid magis exerceatur reſpectu votum habentium, videtur neceſſaria impoſitio alicujus rigoroſi præcepti.

Reſpondemus, quòd illi, qui votum non habent, non acceptando Dignitatem ſine legitima cauſa per Superiorem judicanda; & recuſando illam, cum voluntate non obediendi, & conſentiendi abſolutè, verè peccant contra obedientiam. Sed non peccato ſacrilegii, ſicuti illi, qui votum profitentur conſentiendi ex obedientia, ut pluries dictum eſt.

Sed cùm plures aliæ difficultates ingruere poſſint contra præcepta, illaſque diluere omnis ratio expoſcat, ſit.

§.V. Obje-

§. V.

Objecta, & Reſponſa traduntur.

SUMMARIUM.

100 *Regula ad dignoſcendum, quando aliquid ſit coactè.*
L
102 *In ſuſcipiendo adverſa promptè non obedire, nullum erit meritum.*
104 *Obedientia nulla eſt quando multum habet de ſuo.*
104 *In proſpora nullus nimis avidè aſpiret.*
105 *Res ex duplici virtutis motivo facta magis Deo placet.*
105 *Quod magis Deo placet ſollicitè eligendum.*
108 *Auguſtini Sententia eſt, quòd Electus conſentiat, ne Eccleſia detrimentum patiatur.* 110. 113.
Electio de vento ibid. 226. 35.
110 *Summi Pontifices tuentes humanam libertatem non præcipiunt.*
111 *Libertas grande hominis beneficium.*
Pontifices mites renuunt Imperio Gregem gubernare. ibid.
Aliud eſt ſpontè, aliud coactè exequi. ibid.
Raro legitur ſanctis renuentibus fuiſſe impoſitum præceptum ibid. 69. 74.
112 *Votum habententes, & Digniores ſe retrahunt à Dignitatibus.*
Eccleſia non eſt privanda dignis operariis. ibid.
Eccleſia indiget litteratis hominibus. ibid.
113 *Facilitas in conſentiendo Dignitatibus, & reſiſtentia reprehendenda.* Reſ. 14. num. 21.
Electus non debet dicere abſolutè, volo, aut nolo. ibid.

Dices primò. Per noſtrum votum ad conſentiendum in 101
Dignitates excluditur omnis conſenſus ſpontaneus, ſeu non coactus. Ergo multò magis omnis conſenſus ex prompta obedientia, qui nullatenus reputari poteſt eactus, licèt aliàs ſit perfectiſſimus; In ordine tamen ad Dignitates, & proſpera, prompta obedienria a Patribus repellitur ut dicemus infra *Reſol.* 16. *ex Cap. ſciendum* 8. *quæſt.* 1. tantò magis, quia quod ſit libentiùs, non poteſt fieri coactè. Sed actus promptæ obedientiæ ſit libentiùs. Ergo non poteſt fieri coactè.

Reſpondemus. Quidquid ſit, 102
an conſenſus ex puriſſimo affectu, & motivo promptæ obedientiæ rejiciendus ſit in ordine ad proſpera, & Eccleſiaſticas dignitates, prout inſpectas ſub conſideratione, quòd multum dicant de proſperitate, & jucunditate: Attamen non eſt eadem ratio, ſi reſpiciantur ſub amaritudinis, & adverſitatum conceptu, in quo magis ex propria natura abundant, & prout Chriſtus illas inſtituit, quàm in proſperitate; ut fusè differemus infra *Reſ.* 16. Tunc enim,

ſi ſub

ſi ſub amaritudinis conſideratione quis promptè, & libenter non obediret, nullum haberet meritum. Textus eſt clarus *dicto Cap. ſciendum*. 8. *quæſt*.1. *& Gloſſ. ibi*. Si verò quis incitatur ad opprobria, & contumelias, & non obedit libenter, nullum habet meritum ex obedientia.

103 Deinde eſtò conſenſus in dignitates præſtitus ſimpliciter ex motivo promptæ obedientiæ non videatur admittendus, & eſſet contra Votum, hoc tamen militare non poſſet in conſenſu, qui ſimul copulativè eſſet promptus & coactus, ſecundùm ſuas diverſas rationes, & origines, à quibus prodit; ut ſæpe commemoravimus. Promptus quatenus intellecta Pontificis voluntate non expectatur præceptum: cùm illa ſimplex Pontificis voluntas, aut placitum optimè poſſit æquipollere formali præcepto, ad excludendum proprium motum in Electo ad dignitates: Coactus verò quatenus elicitur ex apprehenſo timore, quod Pontifex de momento in momentum ſit præcepturus. Ex quo præcepti timore cùm multò magis auferatur omnis ſuſpicio temporalis affectus, & ratio proprii motus in Eccleſiaſticas Dignitates, juſtiſſimus erit, & virtuoſus Conſenſus, & optimè conformis ad noſtrum Votum. Quod licèt videatur excludere conſenſum ſimpliciter promptum; Attamen excludere non poteſt conſenſum ex una parte promptum, & ex altera parte verè coactū. Et uti talis elicitus ex intentione ſatisfaciendi, voto optimè ſatisfacit: Moralia enim, ut modò ſupra *num*. 100. dictum eſt, recipiunt ſpeciem ab eo, quod per ſe intendunt. Archidiaconus *in Cap. ſexto dic. num*.9.35. *diſt*. & communiter Doctores cum S.Thoma 2.2.*q*.150. *art*.2. *& ibi* Cajet.

Ultra quod à Patribus ad conſenſum præſtandum in Dignitates non excluditur prompta obedientia, ſed ſolùm prohibetur, quòd vocatus ad illas & ad proſpera nimis avidè in eaſdem inhiet, & aſpiret, ea potiſſima ratione, quia tunc obedientia nulla eſt, quando multum habet de ſuo. *dicto Cap. ſciendum. Et Gloſſ. ibid. Cùm quis invitatur ad Dignitates, & ad proſpera, & obediat*. Nota, *ſi anhelanter aſpiret, nulla eſt talis obedientia, quæ non habet meritum, quia de ſuo proprio motu habet, & de ambitione*. Quapropter, ſi illè, cui de mandato Papæ fuerit intimata Electio, conſentiat nimis avidè, aut nimis anhelanter ad Dignitates aſpiret; ſed ſolùm reſtrictivè ex puro affectu, & motivo obedientiæ ad Pontificis voluntatem, vel ex timore, quòd ſi non promptè conſentiat, Pontifex ſit præcepturus, certè talis conſenſus non erit avidus, & vitioſus, ſed potiùs ſecundùm Canones optimè commendandus, & remeritorius, & æquipollenter ſe habet ad præceptum. 104

105 Demùm, ſi ſine ulla deformitate, immo ad majorem Perfectionem augendam, evenire aut verificari poſſet, quòd in eodem conſenſu ad Dignitatem adunatæ & copulativè ſimul convenirent illæ duæ qualitates tam de prompta obedientia, quàm de coactione, itaut idem conſenſus oriri poſſit ex utroque fonte, hoc ſine dubio laudabiliter eſſet amplectendum, ad clarum & mirificum Textum *in Cap. novit*. 12. *diſt*. illa evidentiſſima ratione, quia hoc plùs placeret omnipotenti Deo. Quoniam præfatus conſenſus, quatenus promptus, quia antecedit omne formale præceptum, comparat ſibi illud ſingulare, & ſpecialiſſimum meritum, quod debetur ſecundùm Patres virtuti promptæ

obedien-

obedientiæ, & quatenus elicitus ex timore, quòd Pontifex ſit præcepturus; proprium voluntatis motum in Dignitates excludit, ad Textum modò allegatum *in Cap. ſciendum*; & promiſſionẽ de coactè conſentiendo in Voto factam adamuſſim adimplet. Quod erit ſine ulla comparatione dignius, Deoque acceptabilius, ad formam præfati Textus *in dicto Cap. Novit.* ibi. Gregorius, Auguſtin. *Si aliquid inveniſti, quod plus omnipotenti Deo placere poſſit, ſollicitè eligas.*

106 Dices ſecundò. Votum prohibet omnem conſenſum non coactum & ſpontaneum, quod eſt idem, ac conſenſum promptæ obedientiæ excludere: Sed conſenſus datus per promptam obedientiam eſt licitus. Ergo Votum prohibet objectum licitum. Ergo Votum eſſet nullum.

Reſpondemus, quòd Votum ſolummodo prohibet conſenſum non coactum & ſpontaneum in Dignitates, procedentem ſine ullo motivo obedientiæ ad Superiorem. Sed quatenus dici poſſet, quòd Votum prohiberet conſenſum etiam promptæ obedientiæ: hoc ſolùm intelligendum eſſet; quatenus hujuſmodi conſenſus ante quodcumque præceptum ſub prætextu virtutis promptæ obedientię ambitiosè renderet directè in Dignitates nimis avidè & anhelanter, ut potiùs de proprio motu, & ambitione notandus eſſet, quàm de affectu obedientiæ, ad præfatum Textum *in Cap. ſciendum* modò allegatum, & ad Textum *in L.6. illicitas exactiones. §. Neque liciti. ff. de officio Præſidis*. ibi. *liciti prætextu, non debet illicitum committi*. Unde Votum non prohibet conſenſum reſtrictivè elicitum ex puro affectu & motivo promptæ obedientiæ, & quatenus timetur præceptum: quia hoc pacto ex ſupra dictis eſt ſufficienter coactus: ſed in quantùm nimis avidè & anhelanter quis aſpirat & tendit in Dignitates.

Dices tertiò. Promptam obedientiam conſiſtere in eo, quòd Superior non vult cogere, ſed ad ſummum deſiderat, quòd Subditus faciat aliquid, nullam imponendo obligationem. Immo Superior ſe declarat, quòd non vult præcipere. Suarez *citat. Reſol.* 12. *num.* 27. & 106. Ergo his ſtantibus, non poteſt Subditus timere Superiorem fore in præceptum erupturum, & per conſequens ſi obediat & conſentiat, conſenſus non erit coactus; adeòque eſſet contra Votum. 107

Reſpondemus, antecedens eſſe veriſſimum, ſed non proinde, quòd Superior ſe explicet & declaret nolle præcipere, nec impoſterum ſe præcepturum, evacuatur timor de præcepto futuro. Nam ſemel poſito, quòd Superior declaret ſuam voluntatem per ſimplicia verba, vel mediante electione de ſuo ordine intimata, tunc ne electio evadat inanis & fruſtretur, per Textus infra allegandos *num.* 226., poteſt Electus rationabiliter timere, quòd Superior ſit præceptum impoſiturus. Et illa declaratio facta per Superiorem de nolendo præcipere & obligare, oſtendit potiùs ſuum deſiderium, quòd Subditus promptè conſentiat, & non expectet præceptum: Sed non tollit à Superiore expeditam præcipiendi poteſtatem, qua omni tempore uti valet, ne vacua effectu ſua Electio remaneat, & ne commune Eccleſię bonum ex Electi reſiſtentia detrimentum patiatur, ad ſenſum Auguſtini infra modò allegandum *nu.* 110. Unde optimè verificabitur, poſita electione, ſi accedat Papæ intimatio, Subditum promptè obedire, quatenus obedit antecedenter ad quodcumque rigoroſum præcep- 108

tum: & obedire coactum, quatenus juſtè timere poteſt, quòd ſi reſiſtat, & finaliter recuſet, in formale præceptum Superior ſit deſcenſurus.

Cæterum, licèt Superior dicat nolle obligare & præcipere: Nihilominus non poteſt tollere, quòd de facto elegerit Titium, illique ſuam intimaverit electionem; adeòque facere non poteſt, quòd hoc non ſit tacitum, & virtuale præceptum, ſufficiens, quòd ſi Electus ex vi talis præcepti conſenſum prębeat, non conſentiat ſuo modo coactus, ut ſupra dictum eſt *numer.*48. *ſeq.* Unde quando dicit nolle obligare, & præcipere, ad ſummum intelligi poteſt, quòd quantùm eſt ex ſe non vult obligare: attamen in tali rerum diſpoſitione non poteſt impedire, quin res ipſæ obligent, & non habeant rationem, ſaltèm virtualis præcepti, quod ſufficit ad coactionem, & ad impediendum conſenſum ex proprio motu.

109 Dices quartò ulteriùs, promptam obedientiam non ſtare cum aliqua obligatione: ſed facta electione & intimatione oritur in Electo obligatio conſentiendi in illam, non ſolùm quia eſt virtuale præceptum, & coactionem infert, ſed etiam ex communi bono & publica Eccleſiæ utilitate, ad mentem Auguſtini, & alia jura modo alleganda *num.*110. Ergo talis conſenſus non poterit eſſe ex prompta obedientia.

110 Reſpondetur ex dictis hìc ſupra *num.*89. *ſeq.* promptam obedientiam in caſu noſtro non debere eſſe illam, quæ verſatur in materia ſupererogationis ſimpliciter, ex qua nullum inſurgit debitum, ſeu obligatio; ſed in materia, in qua ſubditus aliqua univerſali lege obſtringitur, puta ex communi bono, & Eccleſiæ utilitate, ad Auguſtini Textum Eudoxio ſcribentis *Epiſt.*81. & inter Canones redacta *Cap. vos autem 16. quaſt.*1. ibi. *Nec otium veſtrum neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis, Cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini non inveniretis*. Et *Cap. dilectiſſimi*. 8. *quaſt.*2. cum cæteris infra allegandis *nu.*113. Unde Electus, intellecta Superioris voluntate mediante electione, quæ eſt vera Vocatio ex Abbate ſupra allegato *nu.*18. conſentiendo præventivè ad omne rigoroſum præceptum, promptè conſentit: & conſentiendo ex timore, quòd Papa ſit præcepturus, conſentit coactus; licèt hujuſmodi Papæ præceptum raro admodum contingat, ut ſupra dictum eſt *n.*69. ea potiſſima ratione: Quia Sancti & Summi Pontifices humanam libertatem tuentes, (quod ſingulare 111 reputatur hominum patrimonium, & grande beneficium, *Gloſſ.*1. *L.*1. *hoc Edictum. De Bon. libertorum*; Necnon tanquam donum inæſtimabile cuſtoditur, *Senec. Epiſt.*76. & *Gloſſ.*1. §.2. *per hæredem. L.*7. *Cùm quidam. Cod. ad Senat. conſ. Trebell.* Quia propria voluntate nihil eſt homini carius, *Claud. lib.*3.) Renuunt imperio Dominicum Gregem gubernare *Cap. ſi juſtus fuerit* 1. *qu.*1. & *Cap. Nulli*. 16. *qu.*1. Sed mites, uti fecit ſupradictus clementiſſimus Pontifex Clemens XI. in promotione D. Philipucci, Chriſti veſtigia ſectâtes, *Cap. vos autem.*16. *q.*1. vocant ad Cruces, non conſtringunt, Chriſti oraculum, referente Matthæo *Cap.* 20. *Qui vult venire poſt me Crucem tollat*, itaut volentes invitet, nolentes non cogat. Aliud enim eſt aliquid ſponte, & aliquid coactè exequi. *Cap. Scias* 7. *quaſt.*1. & cùm multa ſint Sanctorum exempla, qui Epiſcopatum recuſaverint, rarò tamen legitur, Pontifices illis rigoroſè præcepiſſe.

Non proinde permittendum, 112

quòd

quòd ſub prætextu præfati Voti, quo potiùs, cæteris paribus, magis digni, & benemeriti de Eccleſiaſticis Officiis illud profitentes efficiuntur; quatenus per illud à dignitatibus ſe retrahunt, ad Textum Gregorii, *Cap. in Scripturis veſtris*.8. *quæſt*. 1. ibi, *Sicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt: fugientibus eſt offerendus*; *& Gloſſ. ver. in Scripturis*. ibi .. *Quidam cùm eligebantur ad Prælaturas, recuſabant eas, dicentes, ſe velle eſſe in contemplatione; Sed Gregorius dicit, quòd ex hoc, magis ſe eſſe dignos oſtendunt*. De quo *Reſol. ultima*. Non proindè, inquam, permittendum digniores repelli, & Eccleſiam dignioribus Operariis, in omnium Litterarum eruditione, & Sacrorum Myſteriorum peritia præditis, eſſe privandam; Cùm hæc potiùs ſemper exclamet, quantam de prædictis perſonis ſentiat neceſſitatem. *Cap. cùm ex eo*. *De Electïon. & Elect*. ibi .. *Eccleſia univerſalis ad ſui regimen viris litteratis permaximè dignoſcitur indigere*. Et hujus eximiæ qualitatis Perſonæ adeò commendantur, ut nihil magis videatur ſollicitè procurandum. *Cap. Super ſpecula*. *De magiſtris*. ibi .. *Qui cùm docti fuerint, in Dei Eccleſia velut ſplendor fulgeant firmamenti*. *Ex quibus poſtmodùm copia poſſit haberi Doctorum, qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri, ad juſtitiam valeant plurimos erudire*.

113 Præfatum enim votum ſolùm inſtitutum fuit ad proprios motus ambitionis arcendos: & non, quòd Pontifex pro ſufficiendis Paſtoribus in rigoroſum neceſſitetur erumpere præceptum. Quandoquidem tam in invitatis ad Eccleſiaſticas dignitates facilitas in conſentiendo eſt condemnanda, quàm in Electis ad illas reſiſtentia eſt repræhendenda, ad laudatos Canones *in dicto Cap. in ſcripturis veſtris*. 8. *qu*. 1. Non enim Electus procaciter, aut nimis liberè debet reſpõdere, dignitates nolo, ad Textus ſupra allegatos *Præamb*. 1. *num*. 108. *ſeq*. aut nimis avidè, & inhianter acceptare, & dicere, volo. *Gloſſ. dicto Cap. in Scripturis*. *Ver. plenè*. ibi .. *Qui ad Epiſcopatum petitur, non dicat expreſsè, nolo; nec debet ſe ſtatim ingerere*. *Sed dicat, ut dixit Mutinenſis Epiſcopus: Nolens volo, & volens nolo*. Necnon alius facit Textus, quòd nec ſegnis nimis animum detinere, nec nimis proni animum relaxare videamur. *dicto Cap. vos autem*. 16. *quæſt*. 1. ibi .. *Si quam operam veſtram Mater Eccleſia deſideravit, nec elatione avida ſuſcipiatis, nec blandiente deſidia reſpuatis*. *Et Gloſſ. ver. vos autem*. ibi .. *Quidam erant Monachi, vel Canonici Regulares, qui quando eligebantur ad dignitates, reſpuebant omnino*. *Quod dicit Auguſtinus, non eſſe faciendum*. *Sed avidè dignitates appetere non debent, nec eas reſpuere, cùm neceſſe eſt*. De quo fuſiùs differemus *Reſolut. ultima*. 114

Sed cùm Auguſtinus aliquas referat neceſſitates impellentes ad conſenſum in Eccleſiaſticas Dignitates, ne iſtæ ſuis Operariis viduatæ remaneant: ideo in ſequenti §. de eiſdem mentionem facere proficuum erit; tunc enim ad ſenſum demonſtratum evadet, quid veniat dicendum ex juribus tam harmonicè, & concorditer reſonantibus. An quòd Electus, ad hoc ut in ſui electionem à Papa intimatam conſentiat ſtatim promptè obedire debeat: vel abhorrere ab omni promptæ obedientiæ actu, & expectare rigoroſum præceptum, etiam quando concurrunt illæ tres neceſſitates, quæ forſan in unum virtutis Charitatis officium 115

conſpirant,& ſolùm illas ſecundùm diverſos actus diſtingui fas erit; ex quibus una dicitur neceſſitas Charitatis ſuccurrendi fidelibus: Altera neceſſitas ſubveniendi Eccleſiæ parturienti, ad Miniſtrorum multitudinem propagandam: Tertia verò neceſſitas eſt commune bonum Eccleſiæ reſpiciens, & ſpecialem fidelium utilitatem conſervandi, & tuendi illos. Pro quorum claritate ſit

§. VI.

De tribus neceſſitatibus ab Auguſtino allatis pro licito conſenſu in Eccleſiaſticas Dignitates.

SUMMARIUM.

116 *QuandoNeceſſitates occurrunt, non eſt expectandum rigoroſum præceptum.*
117 *De prima Neceſſitate Charitatis.*
Officium recipiendum propter Charitatem. ibid.
118 *Semper debet eſſe aliquis, qui tale officium exerceat.*
SecundaNeceſſitas eſt ſuccurrere Eccleſia parturienti.ibid.
119 *Tertia Neceſſitas cōmune bonū.*
120 *Pontifex concurrēte neceſſitate, reſiſtentibus debet præcipere.*
121 *Electi non debent expectare rigoroſum præceptum.*
Timor præcepti fundari poteſt in eo, quòd Pontifex ſit præcepturus ob dictas neceſſitates. ibid.
122 *Eccleſia non coactè inſerviendum.*
128 *Reſiſtentia non debet eſſe finalis. S.Th.*
129 *Magis pugnat cum libertate rigoroſum præceptum, quàm coactio cum prompta obedientia.*
Præceptum importat neceſſitatem. ibid.
131 *Electio intimata non eſt indifferens. 65. 151. 158. 162.*
132 *Electio reperiri poteſt in tripliei ſtatu, incheato, conſummato, & rigoroſo præce pto.*
133 *Conſenſus in ſimplicem electionem eſt contra votum.*
134 *Præceptum tacitum & expreſſum ejuſdē rationis ſunt. 183*

Objectionibus enervatis, ut conſenſus ex prompta obedientia deſcriptus non remaneat infirmatus, ſed potiùs ſemper magis magiſque validus comprobetur, ad removendam legem rigoroſi præcepti pro licito conſenſu, & ad Artis bene deſiderandi regulas ſtabiliendas, optimum judicavi, aliqualiter differere de tribus neceſſitatibus, quas Auguſtinus refert, quæ ita videntur expoſcere Conſenſum Electi ad Eccleſiaſticas Dignitates, ut non ſit expectandum à Votum habentibus ullum rigoroſum Pontificis præceptum: ſed verè præfatæ Neceſſitates loco præcepti ſalubriter ſubrogentur, ea potiſſimùm ratione, quia humanis juribus declaratum reſpicimus, haud neceſſitatem legibus, ſed leges neceſſitatibus ſubjacere. *L. tutor, qui repertorium. ff. De adminiſtr. tutoris. L. ut gradatim* §.1. *De muneribus, & honoribus*. Attamen intelligendum eſt, reſpectivè ad illos, qui noſtrum Votum habent, in propria cauſa non debere eſſe Judices ad 116

textum.

textum. *Cap. de occidendis* 8. 23. *quæſt.*5. *& cap. inter* 23. *qu.* 4. an præfatæ neceſſitates ſufficienter concurrant ad ſupplendam voventium obligationem de expectando rigoroſo præcepto; Sed debere ab his, qui foris ſunt, & à Superioribus admoneri, quòd talis concurrens neceſſitas,locum præcepti ſubintret. Cùm repugnet Votum, ut licitum ſit, quod Superiorum obedientiam, & Eccleſiæ neceſſitates excludat, ut pluries ex S. Thoma, Suarez, Auguſtino; & Patribus depromere curaverimus *Reſ.*11.*nu.*18. & dicemus *Reſ.*16.*num.*54. *& alibi*.

Et in hujus veritatis favorem omnes declamant Patres, & conſpirant ſupra allegati Textus, abſolutè diſponentes, quòd in ſingulis præfatis neceſſitatibus non eſt differendus conſenſus, nec expectandum rigoroſum præceptum.

117 Etenim quantùm ad primam neceſſitatem, quæ dicitur Charitatis, ſuccurrendi fidelibus, Regula Auguſtini eſt,quòd quando alicujus Dignitatis, ſive officii ſarcina injungitur, non eſt veritatis contemplationi vacandum, ſed onus immediatè amplectendum propter Charitatis ſtipendia. Citatus Textus dicto *Cap.vos autem*,ibi.. *Negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas Charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit, vacandum eſt veritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter Charitatis neceſſitatem*. Nota, Auguſtinum non docere, antequam
118 ſarcina ſuſcipiatur, expectandum eſſe rigoroſum Superioris præceptum, ſed abſolutè vult, immediatè eſſe ſubeundam propter Charitatis neceſſitatem. Dicitur neceſſitas Charitatis; quia in tota Eccleſiaſtica Republica neceſſitas eſt providendi de idoneis Miniſtris,qui opera Charitatis impendant pro qualitate officii, ad Gregem Dominicum gubernandum. Nam ſemper ex neceſſitate aliquis eſſe debet, qui in ſe tale officium aſſumat, & exerceat, ſecundùm ApoſtolicasRegulas, Act. Apoſtolorum 20. 28. *&* 1. Petri *cap.*5. & alibi centies. Et officiorum in Eccleſia diverſitas oſtenditur ex partitione ab Apoſtolo deſcripta 1. *ad Corinth.* 13. 28.

Igitur in caſu Miniſtrorum ca- 118 A
rentiæ ob exiguitatem numeri perſonarum, noſtrum Votum negativum, etſi de jure divino obligaret, non conſentire in Prælationes, niſi rigoroſi præcepti coactione: attamen tali concurrente neceſſitate, ejus obligatio ceſſat, atque ipſum Jus cedit divinum. Ancharan.*Conſ.* 191. in auxilium veritatis, *num.*4. *&* 5. expreſsè vocitat,quòd neceſſitas non habet legem nec humanam nec divinam, & ponit ibi exempla, quæ rectè intellecta veritati non diſſonant.

Quantùm ad ſecundam neceſ- 118 B
ſitatem ſubveniendi Eccleſiæ parturienti, *in præfato Cap. vos autem*, Auguſtinus dat regulam,dicens,contemplationis otium Eccleſiæ neceſſitatibus minimè præferendum; ſed ante quodcumque Superioris præceptum intendaturMiniſtrorum propagationi, ibi. *Nec veſtrum otium neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis:cui parturienti, ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini, non inveniretis*. Nota. Auguſtinus non dicit, expectandum priùs eſſe Superioris præceptum, ſed poſtponit abſolutè contemplationem, & immediatè intendit per officii ſuſceptionem Miniſtrorum Eccleſię propagationem: Quia pręfati voti lex de non conſentiendo niſi coactè, prævalere non permittitur contra neceſſitatem divinam, & naturalem Eccleſiaſticā Hierarchiam propagandi, ex juribus modò allegatis; ita ut Sacramenti Ordinis in poſteros fæcunditas ſteri-

leſcat. Pro qua neceſſitate teparanda & tuenda omnia jura cedunt ex modò allegatis. Et in ſimili probant Cephalus *conſ.451.n.283.* Coſterus *conſ.400. prius quam col.2. in princip.lib.1.* & magis generaliter Thomas de Thomaſſet *in floribus legum. reg.189.* & Doctores ſine numero.

119 Tandem quoad tertiam neceſſitatem conſervandi commune Eccleſię bonum, non diſſimiliter reſolvendum judicamus; quia communis Eccleſiæ & fidelium utilitas taliter eſt exequenda, quòd etiamſi rigoroſum Superioris præceptum non feriat, illa tamen ſemper veniat executioni mandanda. Nec contrarium perſuadent Eccleſiaſticæ Regulæ *in Cap. dilectiſſimi. 8. quæſt.2. & Cap. ſciaſ. 7. quæſt.1.* ubi nullo percutiente præcepto plurimorum utilitas præferenda ſancitur. In cujus favorem infinita Jura decertant.

120 Ex his omnibus duo evidenter, & demonſtrativè remanent comprobata. Primum, præfata jura eſſe validiſſimas rationes, quibus ſi Electi ad officia, & Dignitates Eccleſiaſticas non conſentiant, datur efficax & urgens ratio, qua à Summo Pontifice percutiendi ſint rigoroſo præcepto: Quia illa tria motiva, & neceſſitates, ſunt adeò magni momenti, ut ſine gravi peccato omitti, & contemni non poſſint; adeòque obligant Paſtorem Summum ad vincendam Electorum in conſentiendo reſiſtentiam, quando aliter non expediat, ſine damno tamen Eccleſiæ, & pernicie mali exempli. Quod erit ſemper multum conſiderandum.

121 Secundum remanet evidenter firmatum, Electos (intellige de primo & ſecundo genere perſonarum ſupra *relat. hic num.100.K.*) ad conſentiendum in Dignitates, non debere expectare Superioris rigoroſum præceptum, ſed ad prænumeratas reſpiciendo neceſſitates conſentire ex prompta obedientia, quia præfatæ neceſſitates cogunt, licèt nunquam deeſſe poſſint aliæ coactionis ſpecies de virtuali præcepto, & timore rigoroſi, quòd Pontifex ſit præcepturus.

Et hoc pacto contra omnes Adverſarios videtur inconcuſsè ſalvari honeſtas, & validitas noſtri Voti, non conſentiendi in Electionem, niſi coacti obedientia Summi Pontificis. Coacti, inquam, ex timore, quòd Pontifex ob dictas neceſſitates tuendas, iiſdemque proſpiciendum, ſit præcepturus. Nec videtur, poſſe ab Adverſariis, conſideratis præfatis Eccleſiæ neceſſitatibus, prætendi, coactionem ſemper derivare debere ex formali præcepto: Quia tunc Abbas, Felinus, cœterique Doctores ſupra *cit. Reſ.6.* allegare poſſent contra dicti noſtri Voti validitatem, illud eſſe evidenter impeditivum majoris Boni, quia adverſaretur prædictis Eccleſiæ neceſſitatibus, quaſi iſtæ attendendæ non eſſent, niſi priùs adveniret, & percuteret rigoroſum & formale Papæ præceptum.

V. G. Titius tamquam magis 122
dignus, & idoneus à Papa per ſcrutinium ad formam Tridentini inter plures repertus, & inde Electus & intimatus, aliquam vacantem Eccleſiam renuit acceptare, & conſentire: præponendo, ut narrant Text. ſupra allegati *Cap. in Scripturis veſtris. 8. quæſt.1. & Cap. vos autem 16. quæſt.1. & Gloſſ. ibi.* Deo potiùs in ſua privata vita inſervire, quàm ſecundùm regulas Apoſtoli *2. ad Corinth.cap.4.*, Se Dei Miniſtrum exhibere, & attendere univerſo Gregi. *Acta Apoſt. cap.20. & 1.Petri. cap.5.* Quæ unico verbo Auguſt. explicuit, dicendo aſſumendum eſſe officium propter Chari-

tatis

catis neceſſitatem. Quæ neceſſitas Charitatis tot & tanta importat, ut illa enumerando humanus ſatis non ſit calamus. Et ad duo genera reducuntur. Quorũ Primùm eſt proximis in omnibus benefacere; Secundum trahere ſupra ſe, & patienter ſuſcipere, & ſuſtinere pro Chriſti nomine omnia mala uſque ad ſanguinis effuſionem, & mortem, de quibus plurima in Sacris Paginis teſtimonia leguntur, & Paulus de his frequenter copioſum cumulat Cathalogum 2. *ad Corinth. cap.* 4. 3. *&* 11. Ad Romanos *cap.* 15. 1. ad Titum *cap.* 1. *& ſecunda cap.* 2. ad Timotheum *cap.* 2. 3. 6. *&* 1. *Petri cap.* 1. *&* 2. *&* 2. *cap.* 1. Et ejuſdem tenoris alia ſunt loca infinita. Quæ omnia Auguſtinus reſtringit, & comprehendit in illis duobus verbis, neceſſitas Charitatis, quod idem eſt, ac pronunciare, quòd quot & quanta ſunt illa, ad quæ Charitas ſe extendere poteſt, totidem importantur per illa verba. Neceſſitas Charitatis, ut narrat Apoſtolus 1. *ad Corinth. cap.* 13. *per totum, & alibi frequenter.*

123 Vel ſecundò, Titius eligit potius contemplationi ſtudere, quàm pati ſe Eccleſię Miniſtrum conſtitui, & inter filios parturientis, & propagandæ Eccleſiæ, uti novam prolem connumerari & produci.

124 Vel tertiò. Vult inter clauſtri ſepta potiùs detineri, quàm communi bono, & proximorum utilitati ſe exponere & deputari. Unde reſolvit, quòd, niſi rigoroſo à Summo Pontifice percutiatur præcepto ad coactè conſentiendum, nullatenus vult conſentire.

125 Sed hujuſmodi optiones allata Jura non approbant. Nec Patres Auguſtinus, Gregorius, aliquod rigoroſum præceptum, aut coactionem admittendam eſſe declarant. Promptum autem & immediatum conſenſum commendant; Qui in 1. Petri *cap.* 5. dilucidè, & litteraliter ſignificatur. ibi.. *Paſcite, qui in vobis eſt, Gregem Dei, non coactè ſed, ſpõtaneè.* Aliud eſt ex proprio motu, & artificio procurare Eccleſiaſtica officia: aliud eſt ad illa vocatus, electus, & intimatus & ex aliqua ut ili Eccleſiæ neceſſitate ante rigoroſum præceptum promptè conſentire. Primum abſolutè abominabile, & horrendum, ſemperque damnatum & damnandum Eccleſia prohibuit. Secundum autem cum cautela faciendum, ut ſupra dictum eſt, & ſaltem ex timore præcepti pulſati.

Aliàs ſi in prædictis tribus caſibus rigoroſa Summi Pontificis expectanda eſſent præcepta, maxima ſternerentur impedimenta ad executionem majoris, immo maximi boni, quod Eccleſia reportat ab expedita officiorum acceptatione. 126

Nos autem, ut noſtro laudabili Voto ſatisfaciamus, non expectamus coactionem ex formali & rigoroſo Summi Pontificis præcepto, ſed coactionem recipimus ex cæteris ſupra narratis viis de timore pręcepti, reſtrictiva objecti, & promptæ obedientiæ, & utrumque evadimus ſcopulum. Nam volentibus Patribus ad ſenſum Sacrorum Canonum, & Scripturarum conſenſum in Electionem promptum & expeditum: & in hoc caſu concedimus, conſenſum eſſe præſtandum antequam Papa rigoroſè præcipiat. Quod eſt idem ac præſtare conſenſum ex prompta obedientia. Ex altera parte, exigente noſtro Voto, quòd conſenſus in Electionem verè erumpat coactus. Et tunc admittimus, non eſſe dandum conſenſum ex proprio motu, ſed ſolùm ex aliqua coactionis ſpecie ſupra deſcripta, intra quas timor, quòd Pontifex ſit præcepturus. 127

128 Nec hujuſmodi timor debet eſſe artificioſus & voluntarius, ſed rationabiliter & ſine dolo conceptus; utpote inſurgens ex illis validiſſimis rationibus & motivis, quibus in te concipi poteſt, quòd Pontifex pro relevante univerſalis Eccleſiæ intereſſe tuendo, ad rigoroſa præcepta Electis reſiſtentibus imponenda ſit deſcenſurus. Quamobrem opus hujuſmodi ſatis perfectè explebitur, ſi quis, intellecta ſui vocatione, per legitimam Pontificis Electionem ſibi intimatam, promptè conſentiat, non reſiſtendo finaliter, ut docet S. Doctor; Et detrectando, & neceſſitando Pontificem ad rigoroſum præceptum, ſed illud timendo, conſentiat coactus. Et votum non erit otioſum, quia ſemper ad aliquam coactionem ſub ſacrilegio conſtringit.

129 Et advertas hìc, quòd magis pugnat cum libertate rigoroſum præceptum, quàm coactio cum prompta obedientia. Præceptum enim dicit neceſſitatem, licèt obſervatio rei ſub præcepto ſit cum omnimoda libertate, & merito. Coactio verò, licèt inducat aliquam neceſſitatem, non tamen ſemper requirit rigoroſum præceptum, ſed ſufficit virtuale, & timor præcepti, & reſtrictiva objecti. Adeòque non tollit promptitudinem, & non pugnat cum prompta obedientia.

Sed quia nonnulli perſiſtunt 136
pro adimpletione noſtri Voti, & ad coactè conſentiendum non ſufficere quamcumque coactionis ſpeciem, ſed requiri omnimodam & rigoroſam; ac proinde non ſatis eſſe tacitum & virtuale Papæ præceptum, ſed rigoroſum intervenire debere. Ideo in ſequenti §. hoc punctum ſpecialiter examinare juvabit, & ſit

§. VII.

Examinatur præcipuè: An pro adimpletione noſtri Voti requiratur indiſpenſabiliter rigoroſum Summi Pontificis præceptum, vel virtuale ſufficiat.

SUMMARIUM.

139 *Electio intimata ſecundùm adverſarios non habet rationem virtualis præcepti, quia remanet indifferens.*

Magis urget præceptum formale, quàm virtuale. 153. 173.

Contrariæ qualitates non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubjecto. ibid.

Potentior vincit. ibid.

144 *Major obediētia debetur Sūmo Pōtifici præ cæteris Prælatis: quia eſt Eccleſiæ Caput.* 84.

146 *Inferiorum Judicium recognoſcitur per Papam.*

Conſtitutio Urbani Octavi. 185. 200. 83.

148 *Si Papa offert pecuniam, dat etiam licentiam recipiendi illam licitè.*

147 *Pontificis Sententia omnibus præferenda.* 149. 173. 177.

149 *Non eſt præſumendum, Principes velle fallere, eludere, decipere.* 173. 147.

Electio Papæ habet rationem virtualis præcepti. ſeq. ibid.

151 *Papa per Electionem intimatam non remanet idifferens,*

ſed

ſed determinatus 65. 131. 158. 151. 162.
Voluntas Superioris quocumque modo innoteſcat eſt tacitum præceptum. 48. *ibid.*
153 *Præceptum rigoroſum magis cogit quoad culpam*. 139. 173. 134.
154 *Virtuale præceptum cogit*. 49. 187. 28.
156 *Cauſa recuſandi Dignitatem dicenda eſt Superiori*.
157 *EtiamSanctorum præcepta ſunt diſcutienda*.
158 *Pontifex non poteſt eſſe indifferens: ſed tenetur cogere & punirere renuentes, urgente Eccleſiæ neceſſitate.* 65. 131. 251. 162. 159.

137 Diſſeruimus §. antecedente de tribus neceſſitatibus ab Auguſtino deſcriptis pro licito cōſenſu in Eccleſiaſticas Dignitates, quarum qualibet interveniente, non videtur expectandum rigoroſum Papæ præceptum: & Votum ipſis concurrentibus optimè remanere adimpletum: ſuffragātibus aliis coactionis ſpeciebus. Nihilominus quia nonnulli fortiter perſiſtunt in requirendo rigoroſum præceptum, Ideo de hac re aliquid dicere pro regulanda arte bene deſiderandi minimè diſplicebit.

137 a Et quidem in ſententia volentium ad conſenſum coactum præſtandum, requiri neceſſariò rigoroſum præceptum, de quo infra *n.* 255. Tunc præfata Voti formula non ſolùm intelligenda erit, de non conſentiendo in ſimplicem Electionem per quaſcumque coactionum ſpecies; ſed prout formiter & de ordine Papæ intimaram; Quæ intimata Electio, an habeat rationem virtualis præcepti ex Doctrina S. Thomæ ſupra tradita *num.* 33. & *Reſolut.* 12. *num.* 27., & *Reſolut.* 14. *num.* 20. non eſt dubitandum.

Nihilominus, licèt aliqui concedant Electionem intimaram habere rationem virtualis præcepti, adhuc requirunt formale & rigoroſum, ad hoc ut conſenſus in Electionem reddatur formaliter & rigoroſè coactus. Dicentes, quòd quando ſumus in materia ambitionis, & in proſperis, non eſt obediendum ſimplici Superioris voluntati, aut cuicumque virtuali præcepto: ſed rigoroſum expectandum, ut fusè dicemus *Reſolut.* 16. 138

Quod & oſtendere nitunrur primò. Quia talis intimata Electio adhuc remanet indifferens ad terminandum Electi conſenſum, adeòque non determinat Electum ad præſtandum conſenſum: & hoc quia ſi ad talem Electionem ut intimatam ſuperveniat rigoroſum Papæ præceptum, neceſſe eſt, quòd hujuſmodi præceptum magis cogat & determinet Electum ad erumpendum in actum conſenſus; cùm magis urgeat, ut conſtat, præceptum rigoroſum & formale, quàm virtuale. Et ita in eo, in quo præceptum virtuale minùs cogit & minùs urget Electum, eſt minus determinativum & magis indifferens ad terminandū Electi conſenſum. Etenim contrariarū qualitatum lex eſt, quòd ſicut in gradu intenſo non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubjecto. *Gloſſ. in Cap. cùm humilitatis in ver. falſitas.* 22. *qu.* 2. ac proinde mutuò ſe expellunt. *Cap. Majores.* §. *Item quæritur. De Baptiſmo. Clem. gratiæ. De reſcriptis. l. Pomponius.* §. *Sed & is. ff. de Procur. l. ſed pupill.* §. *Si inſtitoria, & ibi Gloſſ. in eodem verſ. ff. de inſtitor actione*. Ita quanrum una creſcit, tantum de oppoſita diminuitur. *Baldus ſupra num.* 76. *in lege cùm antiquioribus. C. de jure deliberandi*. Taliter quòd alteram ſemper potentior vincat. *l. generaliter. ff. de* 139

fidei juſſor l. ſi Duo ff. de ſolut. Cap. ſi vir.27. diſt. & Cap. jejunium 86. diſt.cum concordantibus.

140 Secundò Probant. Quia experientia demonſtrat, quòd cum ſolo virtuali præcepto multi non conſentiunt; & Papa eo mediante illos non cogit, nec ſpecialem habet conatum, quòd Titius conſentiat, ſed remanet omnino indifferens; & ſi velit cogere, neceſſe eſt det manus ad gladium rigoroſi præcepti. Ergo ſignum eſt dictam Electionem etiam intimatam, non habere rationem determinandi & cogendi ad dictum conſenſum.

141 Ex hujuſmodi modis dicendi, duo videntur non poſſe ſubſiſtere, Primum, quòd in materia ambitionis, & in proſperis ad excludendum conſenſum ex proprio motu & affectu non ſufficiat motivum obedientiæ ad ſimplicem Summi Pontificis voluntatem, & virtuale ejuſdem præceptum;ſed neceſſariò ex Auguſtino *Cap. ſciendum 8. quaſt.1.* requiri rigoroſum præceptum, quaſi ſimplex voluntas Papæ de re maturè conſiderata non eſſet recta regula ad illam executioni mandandam.

142 Secundum. Præfatam Electionem de ordine Papæ formiter intimatam, non habere rationem determinandi humanam voluntatem.

143 Et quidem, quantùm ad primum, illa doctrina non videtur admodum conſona veritati & reverentiæ Summo Pontifici profitendæ. Tantò magis, quòd de mente Auguſtini ſatis conſtat, aliter ipſum ſenſiſſe; ut ad longum differemus *Reſol.16.* per totam. Et quando Auguſtinus ſentiret, requirendum eſſe rigoroſum præceptum, & valere Votum de non obediendo in proſperis ſimplici Superioris voluntati. Ipſe non declaravit,nec expreſſit, etiamſi Superior eſſet Summus Pontifex;ſicuti neque expreſſerunt hujus ſententiæ authores, allegandi in dicta *Reſolut.16.* Suarez, Pellizarius, Leſſius, Sotus, & alii, & non ſine magno miſterio, & ratione.

Nam ad menſuram diverſitatis in materia authoritatis, & reverentiæ, quæ verſatur inter Summum Pontificem & reliquos omnes inferiores Prælatos, diverſum efformatur judicium circa ea, quæ conveniunt uni præ cæteris omnibus.Propter quod, ſemper obedientia major comparativè ad alios Superiores Summo Pontifici rependenda. *Cap. præceptis 12. diſt. & Cap. obedientiam 93.diſt.* Et ex ea ratione major debetur obedientia Papæ, quia eſt Eccleſię caput*Cap.non decet 12.diſt.* 144

Et quando Electio facta eſſet ab inferiori Prælato, optimè ſtare poſſet, Votum de non obediendo in Electionem ad Dignitates ſimplici voluntati cujuſvis inferioris Prælati, niſi accederet Summi Pontificis placitum ſeu voluntas, cùm inferiorum Prælatorum mens, placitum judicium ſemper per Summi Pontificis recognitionem & approbationem vel reformandum, vel confirmandum veniat.*dicto Cap.non decet. 12. diſt.* Proinde Conſtitutio Urbani VIII. ſibi ſoli in hac materia præcipiendi reſervavit facultatem;ut infra *num.185. 200.* 145 146

Unde ſupra in principio hujus Reſolutionis non ſine magna cautela & myſterio adnotavimus, noſtrum Votum non ſolùm loqui de Epiſcopali Dignitate, ſed etiam de omni alio officio, quod ſub Dignitatis nomine contineri poteſt; & inter Dignitates multas eſſe, quæ conferuntur immediatè per Summum Pontificem, mediante perſonarum Electione ad illas; & alias eſſe quæ ex Indulto Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis, ex juris diſpoſitione de qui- 147

bus

bus Electio ſit immediatè ab inferiotibus Prælatis, & Eccleſiæ Capitulis reſpectivè; quarum Electionum confirmationem à ſolo Pontifice concedendam ſtatutum cernimus *Cap. Quoniam* 47. *de renunciatione in 6. de quibus latius ſupra num.*10. *& ſeq.* & quòd Summi Pontificis mens omnibus ſit præferenda convincunt Textus allegari ſupra *num.*144. *ſeq. & infra* 177.

148 Quantùm ad ſecundum modò ſupra *n.*142., quòd præfata Electio de ordine Papæ formiter intimata non habeat rationem virtualis præcepti; hoc non ſubſiſtit. Equidem nullus umquam Theologus auſus fuit inficiari, dari in aliquibus verbis & factis virtualiter & interpretativè deſiderium, aut ſimplicem Superioris voluntatem, quæ vocantur tacitum ſeu virtuale præceptum ejuſdem ſupra *n.*33. & docet Suarez ſupra *nu.*107. ut dictum eſt, *Part.*2. *lib.*10. *de vot. obed. cap.*10. *nu.*16. Et de hac materia plura copioſè diſſervimus *Reſol.*12. Ubi Suarez modò citatus etiam dat exemplum, quòd ſi Pontifex offerret Titio Religioſo pecuniam, daret quoque Titio tacitè facultatem, illam licitè recipiendi: & actus offerendi illam, eſt tacita Superioris voluntas; qua illam Titius licitè acceptare poſſit.

149 Cùm numquam ſit præſumendum, Principes velle fallere. *Cap. Beatus* 22. *quæſt.*2. Non ſecus ac dicitur de quacumque lege, quòd illa, ſeu Superior vellet aliquem eludere, aut decipere, aut ad peccatum inducere. Extrav. *Si fratrum de voto & vot. redempt. in* 6. *& L. ult. de jud leg. ſi Prætor. ff. ne quid in hoc publ. fiat. & l. ult. §. ubi autem. C. de bonis qua lib.*

150 Eluderet autem Pontifex ſeu deciperet, quatenus haberet animum dandi Titio pecuniam: animum verò non haberet, quòd illam Titius acceptaret: & ad peccatum inducerer, quatenus haberet animum dandi pecuniam illi, non verò animum dandi eidem licentiam, qua illam licitè recipere poſſet, ut probare contendit Jo. Chryſoſtomus Scarfò *Acad. Sac. dub.*13. *num* 4.

Ex quibus videtur ſatis concludenter probatum, quòd ſi Pontifex eligat Titium Epiſcopum, & eidem de ſuo ordine ejus Electionem intimare faciat, hoc eſſe factum aliquod, per quod Pontifex non eſt indifferens, ut pluries dictum eſt, ſed poſitivè determinatus, & vult, Titium conſentire; quæ voluntas eſt virtuale præceptum: de quo ſupra *nu.*48. *& infra* 158. 151

Et ex prænarrato Suarez exemplo diſcamus neceſſe eſt, duplicem dari poſſe in Principe voluntatem, inducentem Subditum ad conſentiendum in aliquam rem. Quarum una dicitur imbibita in aliquo actu, quem facit Princeps reſpectu Subditi, ut eſt actus ille, quem affert Suarez de Superiore offerente Subdito pecuniam. Actus hujuſmodi dicitur actus oblationis, & in hoc clauditur quoque voluntas Superioris, quòd Subditus pecuniam acceptet, & etiam includitur voluntas dandi Subdito facultatem, ut licitè pecuniam recipiat. Quæ voluntas ſine dubio eſt virtuale præceptum ad ſenſum D.Th. pluries citat ſupra *nu.*48. ibi -- *Quocunque modo Superioris voluntas innoteſcat, taciti præcepti rationem habet.* 151 a

Altera voluntas dari poteſt, quæ ſit realiter diſtincta ab illo oblationis actu, ut ſi Superior Subdito dicat, placet mihi, ut pecuniam recipias, & ut recipias licitè, licentiam indulgeo. 151 b

Ad Primam probationem verò, quam adducunt ſupra *num.* 129., Electionem intimatam non non habere rationem virtualis præcepti; 152

153 Reſpondemus, falſum eſſe, quòd dicta intimata Electio remaneat indifferens ad terminandum Electi conſenſum, cùm verè & poſitivè illa ab Electo conſenſum poſcat, ut dicemus infra *dicto nu*·158. Et licèt rigoroſum præceptum magis cogat quoad obligationem culpæ, ſi Electus negligeret conſentire: Attamen non magis cogit, aut determinat quoad ſpecificationem actus & termini, quem intendit. Præceptum enim tam virtuale quàm rigoroſum ex æquo poſcunt eundem Electi conſenſum, & non aliud. Et quando inſtant ex lege contrariorum, quòd in eo in quo virtuale præceptum minùs urget, magis remanet indifferens. Inſtantia corruit; Cùm major urgentia rigoroſi præcepti intelligatur ſolùm quoad obligationem culpæ, non verò quoad termini ſpecificationem. Et virtuale præceptum remanet dumtaxat magis indifferens quoad culpæ obligationem, non verò quoad ſpecificationem termini, ſeu conſenſus.

154 Ad ſecundam probationem ibi *num*.140. Reſpondemus, quòd licèt coactio deſcendens à virtuali præcepto ſit minor quoad obligationem culpæ, præ illa, quam infert rigoroſum præceptum; non proindè arguendum, præceptum virtuale nullam importare coactionis ſpeciem, ſive realem, ſive politicam, ſive reverentialem, ut latè diſſeruimus ſupra *num*.49. *Eſt* enim *orare Ducum ſpecies violenta jubendi*; cum cæteris ibi allegat. Quorum verba pauca multum ſonant, quibus ſi reſiſtatur; tunc rigoroſi præcepti gladius in ſubſidium vibrandus erit. Quod non probat, Papam per ſolum virtuale præceptum remanere indifferententem ad conſenſum Electi, ſed potiùs poſitivè & enixè illum expoſtulare: de quo infra *n*.158.*ſeq*.

Nec ſunt ullatenus admittenda, quæ ſupra adduntur *num*.140., 155 Papam poſt Electionem Titii ad Epiſcopatum, & poſt intimationem de ſuo ordine factam, non habere ſpecialem conatum ad hoc, quòd Titius conſentiat, ſed remanere omnino indifferentem, quòd Titius conſentiat ſi velit, vel non, uſque dum reſolvat dare manus ad rigoroſum præceptum, illudque contra Titium reſiſtentem jaculari. Nam nihil Pontificis intereſt, quòd Titius conſentiat, ea potiſſima ratione, quia deficiente Titii conſenſu, plures in ejus locum ſuffici poſſunt, ut Eccleſiis vacantibus & viduatis Paſtore de Sponſo conſulatur. Sat enim erit ad munus Pontificis perfectè explendum, & ad ſuas partes ſollicitè obeundas, non differre novas Electiones de idoneis miniſtris efficere, illaſque formiter intimare, & uno Electo detrectante, alterum ſubrogare.

Hæc, inquam, non dicant. Quia licèt in ordine ad hanc vel 156 illam Electionem etiam de ordine Papæ intimatam Pontifex non oſtenderet conatum invincibilem ad hoc, ut Electus indiſpenſabiliter conſentiat, fulminando contra eum rigoroſum præceptum. Hoc tamen numquam contingit, ſine validis & juſtiſſimis Cauſis, Superiorum examini exponendis ad litteralem textum Baſilii *Reg*.110. *ex brevioribus*. ibi. *Si cauſam te habere putes, quamobrem opus recuſes, hanc Magiſtris indicato; eamque illis diſceptandam relinquito*. Immo etiamſi Pontifex rigoroſè præciperet, etiam pateret locus ad excuſationem aliquam porrigendam: eo vel magis, cùm habeamus, antequam Sanctorum hominum præcepta impleantur, dari locum ad illa diſcutienda. *Cap. ſi quis Præpropera*. *Et* 157 *Gloſſ. ibi* & faciunt jura, modò infra alleganda.

Cœ-

Cœterum ex Doctrina Patrum nullus umquam Theologus ſententiam protulit, Summum Pontificem ad
158 rectum regimen univerſalis Eccleſiæ moderandum, remanere poſſe indifferentem; ſeu non eſſe verè & poſitivè determinatum; aut non teneri, derrectantes officia cogere, ad conſenſum præſtandum, & ad illa obeunda, quando legitima & ſufficiens non interponitur excuſationis cauſa, & aliter Eccleſiæ neceſſitas poſtularet. Et adeò verum hujuſmodi aſſumptum ab omnibus recipitur, ut audacter affirment, cum actu Electionis intimatæ ad Dignitates non ſtare indifferentiam Pontificis Eligentis, quod Electus pro ſuo libito effrænato conſentiat, aut non conſentiat. Sed ſemper cum dicto actu intimatæ Electionis intervenire ſinceram, internam Principis mentem & voluntatem, quòd Electus ſpontè & promptè conſentiat: pro qua veritate tuenda omnia Jura confluunt, Canonica, & Civilia, quæ ut diſtinctè comprehendamus, ſit.

§. VIII.

Facta Electione alicujus Perſonæ ad Eccleſiaſticam Dignitatem, & formiter de mandato Papæ intimata, Pontifex non eſt indifferens, quòd Electus pro ſuo libito conſentiat; ſed eſt verè, & poſitivè determinatus, quòd acceptet, & conſentiat.

SUMMARIUM.

159 *Electi ad officia ſi reſiſtant compellendi* 208.
Officia publica non acceptantes puniuntur. ibid.
161 *Leges ſunt Principum animus.*
161 *Principes non præſumuntur ſimulare falſas voces, & nolunt decipere.* 149. 173.
Leges non ſunt de mendacio arguenda. ibid.
162 *Reſiſtentes acceptare puniuntur, donec de nolentibus fiant volentes.*
Id curandum in lege, quod de Principis intentione relucet. ibid.
163 *Pœna ſine Culpa non datur.*
Quis non poteſt licitè vovere facere Culpam.
164 *Perſeverare in Culpa punitur magis.*
Votum de Culpa non tenet. ibid.
165 *Odioſa materia reſtringenda.*
169 *Quid conſulendum Pontifici erga reſiſtentes.* 181. *& ſeq.*

Hoc promiſimus antecedenti §. & pro hac veritate ſuſtinenda 159
vidimus omnia Jura decertare Canonica & Civilia, inviolabiliter diſponentia, Electos Juxta diverſa Perſonarum genera ſupra relat. *hic n.* 100. *K.* omnibus modis, excepto illo de rigo-

rigoroſo præcepto, ut diximus *Praamb.1. num.126.* & hìc ſupra *num.100. & 113.& Reſol.25.n.18.* omni rigore cogendos, ad officia acceptanda, Si illa præſumpſerint recuſare, niſi validæ & legitimæ illos rationes excuſare valeant ad vulgatos & replicatos textus *l. bi qui ad Civilia. C. de appellat. l. munerum §. defenſores. ff. de muneribus*, & ibi *Bartol. C. de Decurionibus, punitur pœna pecuniaria in authen. de defenſ. Civil. §. ſi qua*. Et Bona ſua dantur poſſidenda pro tempore ſui officii illi, qui in locum ſuum eſt ſubrogatus. Et nihilominus cogitur duplicato tempore officium, ad quod fuit Electus, ſubire. *l. ſi ad magiſtratum. C. decurion. & Doctores in dicta L. bi qui ad Civilia.*

160 De Jure autem Canonico, e juſque rigore, minùs eſt dubitandum. Ut relictis cœteris ſanctionibus hanc rem concludentibus, & Doctorum Catervis, ſatis eſt videre textum *dicto Cap. in ſcripturis veſtris. 8. quæſt.1. Ibique gloſſ.* Ubi plenè hæc Concluſio probatur de jure tam veteris quàm novi Teſtamenti; & concordat textus ſimilis *in l. item eorum §. ſi Decuriones. ff. quod cujuſque univerſ.*

161 Leges autem ſunt Principum animus, mens, & voluntas. *l. more. ff. de juris. om. jud. 2. gloſſ. fin. vulgo de Bon. pos. Contra tabul. 3. gloſſ. 1.* Nec Principes in illis ædendis præſumendi ſunt falſas ſimulare voces, cum voluntate fallendi, nec de mendacio leges ſunt arguendæ. Eſt clarus textus in *Cap. Beatus 22. quæſt.2. exemplis ibi Petri & Pauli. & §. ille.*

162 Si ergo leges omnes divinæ & humanæ, Canonicæ & Civiles volunt & jubent Electos ad officia præbere conſenſus, & renuentes ſeveriſſimè puniunt, quia in ipſis Electis non debet remanere effrænatum arbitrium & indifferentia pro eorum libito ad conſentiendum, & acceptandum, vel non. Sed tamdiu leges mulctationibus angunt, & aggravant renuentes, quamdiu ſunt obſtinati reſiſtere, ut eorum reſiſtentia vincatur; ut de nolentibus fiant volentes; ad litteralem textum *in Cap. diſplicet. 23. quæſt.4.* ibi. *Qui Epiſcopatum deſiderant, bonum opus deſiderat; & tamen multi ut Epiſcopatum ſuſcipiant tenentur inviti, includuntur, cuſtodiuntur, patiuntur quæ nolunt, donec eis adſit voluntas operis boni. & gloſſ. veri Caſus.* ibi – *Cùm multi cogantur ad Epiſcopatum, donec de nolentibus fiant volentes.* Dicendum non erit, Electionis actum de mandato Papæ intimatæ relinquere in Eligente omnimodam indifferentiam, quòd Electus pro ſuo libito conſentiat, vel non; nullumque foveri à Pontifice in ſua mente conatum, quòd Electus acceptet. Unde ex juribus allegatis conſequens fit, quòd ſi leges poſtulant conſenſum Electi ad Dignitatem, etiam ſub rigore pœnæ: voluntas Superioris Eligentis non debet, nec poteſt eſſe indifferens, ſed prædefinita & determinata, quòd Electus in conſenſum erumpat & acceptet. Id enim in lege ſemper curandū, quod de Principis intentione relucet. *Cap. ex multiplici. de Decimis. & Cap. ad auredes. Reſcript.* cum ſuis concordantibus. Et quod Principes enixè & fortiter volunt pronunciant & firmant: ad textum ſupra *l. more. ff. de juriſd. om. jud.*

Unde ſi in Subdito diſſentire
punitur, diſſentire erit culpa. Pœna 163
enim ſine culpa non datur. *Cap. ſi quis. 94. diſt.* quia pœna dicitur à puniendo, vel à pœnitendo, quod poſt peccatum ſequitur. Varro *lib.4. lingua lat.* & pœna eſt generale nomen delictorum, & delicto impoſita,

& unuſ-

& unuſquiſque irrogare poteſt, cui criminis executio competit. *l.131. §.1. ff. de Verbor. ſignif. & l. 244. ff. eod.* Immo ipſæ leges pœnales ſubaudiunt dolum intervenire debere in illo, qui delinquit contra diſpoſita per dictas leges. *Cephal. conſ.* 100. *num.* 10. *vol.* 1, Alexander *Conſ.* 109. *n.* 1. *vol.* 1. & alii, atque concordantes innumeri; licèt ſemel fallat, ad textum *in Cap. qui in aliquo* 51. *diſt.* Ubi ſi quis contraheret cum corrupta, credens eſſe Virginem, bigamus & irregularis efficitur. Irregularitas autem eſt impedimentium Canonicum, non pœna, niſi ſit ex delicto: & tunc minus principaliter; quia primariò reſpicit dumtaxat Sacramenti reverentiam, ut doctiſſimè advertit Reverendiſſimus Campio-
164 ni *Inſtruct. Confeſſ. Cap.* 66. *num.* 27. Adeoque indubitatum remanet, quòd pœna ſolùm culpæ ſuccedit. Nullus autem poteſt licitè & validè vovere, facere culpam. *Cap. in malis* 22. *quæſt.* 4. *& Cap. una ſola* 33. *quæſt.* 5. Illamque non retractare, uſque dum hoc ſibi ſub pœna lætalis peccati injungatur.

Quia eſſet velle perſeverare in culpa, quod magis punitur. *Cap. legatur* 24. *quæſt.* 2. Cùm autem non acceptare officium ſit culpa; Sic nullus poteſt vovere non conſentire in Electionem ad Dignitatem, quia eſſet Votum emittere de culpa facienda. Et multò minùs poſtea poteſt quis addere, niſi coactus obedientia Summi Pontificis, vel ſub pœna peccati. Quia eſſet firmare voluntatem in eadem culpa, & nolle illam retractare, niſi adveniat pœna. Propterquod, ſi nolentes conſentire mulctationibus ſunt compellendi, uſque dum conſentiant, & per rigoroſas pœnas cogendi: evidens ſit, quòd non conſentire eſt culpa. Nam quod ſub aliqua pœna fieri præcipitur, ſupponit id, quod præcipitur, licitum eſſe, antequam præcipiatur. Nullum enim præce- 165
ptum poteſt fieri de illicitis: ad textus infra *Reſol.* 16. *num.* 89. Et Vovere non facere, quod eſt de ſe licitum, eſt Culpa. Et Votum non tenet in *dicto Cap. in malis* 22. *qu.* 4. & vovere illud non facere uſque dum non accedat pœna, a culpa minimè liberatur.

Igitur ut hujuſmodi difficultatibus obſeſſi, & labyrinthorum ambagibus irretiti non confundamur: & noſtrum Votum nihil de ſua validitate deperdat. Dicimus pro veritate, ſingulare eſſe in materia ambitionis in ordine ad Eccleſiaſticas Dignitates, quòd proprio motu conſentire in illas eſt culpa: & coactè conſentire eſt virtus. Et ita vovere non proprio motu, ſed ſolùm coactè conſentire, licitum redditur: adèoque vovere non conſentire niſi coactè, non eſt culpa, ſed virtus! quia excludit proprium motum, in quo ſtat ambitionis culpa. Sed coactè pro voti exigentia conſentire, non eſt violentis funibus trahi: adeòque neceſſarium non erit, Electos ut licitè conſentiant transfigendos eſſe per rigoroſum præceptum ſub pœna mortalis peccati, quando adſunt tot alii benigniores coactionis modi. Cùm in noſtro caſu ad noſtrum Votum explendum, quæcumque modica ſuperabundet coactio. Tantò magis, quia ſumus in materia odioſa, quam ſemper reſtringendam jura decernunt. Nam aliud eſt, Electum 165
aliqua coactionis ſpecie conſentire; a
aliud nullo modo conſentire velle. Ad primum ſufficit quæcunque minima & benigna coactio, dummodo contineatur intra coactionum genera. Ad ſecundum, coactionis rigorem maximè adaugendum, ut jura allegata depoſcunt.

Cæterum verum eſt, id, quod punitur, ſemper eſſe culpam: & id,

quod ſub pœna prohibetur eſſe, aut fieri illicitum; & id, quod ſub pœna præcipitur faciendum, honeſtum eſſe. Sed aliud eſt pœna puniri: aliud eſt fieri ſub pœna. Id, quod pœna punitur eſt culpa. Id autem, quod ex lege ſub pæna fit, ne omittatur, eſt licitum: quia tunc pœna non ſe habet ad opus puniendum, ſed ad opus non omittendum. Hæc & majora Theologis ſunt facilia captu.

166 Igitur noſtrum votum validum eſt, & licitum, quia excludit conſenſum in electionem ex proprio motu, & ſolùm admittit coactum ex motivo virtutis.

167 Sed quòd validum ſit votum non conſentiendi ſimplici voluntati Papæ, aut virtuali ejuſdem præcepto, niſi accedat coactio ex præcepto rigoroſo ejuſdem Papæ; hac res indifferenter, & univerſaliter accepta apparet difficilis & dura intellectu. Cùm ſufficienter veniat excluſus omnis proprius motus, ſi conſenſus in Dignitates prodeat ex ſolo motivo obedientiæ ad Pontificem, & ex timore ejuſdem, quòd ſit præcepturus, ut ſupra differvimus.

168 Præterea velle aliquem extra votum ex proprio arbitrio expectare, ad præſtandum conſenſum in Dignitates, rigoroſum Papæ præceptum, cùm tot aliæ coactionis viæ præparatæ ſuperſint, non videtur eſſe res, dequa ſit univerſale judicium ferendum, ſed ſervandæ ſunt exceptiones a nobis ſupra deſcriptæ *Praamb.* 1. *n.* 107. *b.* & *ſeq.*

169 Quid autem conſulendum eſſet Summo Pontifici, & faciendum in caſibus, quibus Electi, & de ſua electione intimati conſentire reſiſterent, longiorem de hoc ſermonem alibi aſſequemur infra *Reſol. ultima*.

Vidimus hucuſque, formulam noſtri Voti non conſentiendi in Electionem, niſi coacti obedientia Summi Pontificis, ſolùm eſſe intelligendam, de non conſentiendo in Electionem ſimplicem & inchoatam, utpotè illam, quæ, cùm variari & retractari poſſit, non poteſt ſecum deferre fixam Pontificis voluntatem, & virtuale præceptum, quod Electus conſentiat. Et per conſequens noſtrum Votum de non conſentiendo in ſimplicem Electionem, non eſt Votum de non conſentiendo, aut de non obediendo ſimplici voluntati Pontificis, aut ejus virtuali præcepto, quod eſt illud horridum inconveniens modò dictum, quod torquet adverſarios, volentes noſtrum Votum eſſe de non conſentiendo in electionem tam ſimplicem & inchoatam, quàm conſummatam, intimatam, & invariabilem, & quatenus verè eſt virtuale præceptum, & vera Pontificis voluntas, quòd Electus conſentiat. Cùm ſolùm in electionem conſentiendum eſſe dicant, quando Pontifex impetit formali, & rigoroſo præcepto. 170

Quam Adverſariorum Sententiam, cum nobis valde veritati diſſona videatur (intacta interim ſervata noſtri Voti ſubſtantia & validitate, juxta noſtram expoſitionem) ſolo veritatis amore impugnare decernimus ob Inconvenientia, & relevantia abſurda, quæ inde emergere ratio convincit. Et ſit 171

§. *IX*.

§. IX.

Adducuntur abſurda, quæ ſequuntur ex Sententia volente noſtrum Votum eſſe de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati, aut ejus virtuali præcepto, ſed eò uſque cunctandum, donec rigoroſo Pontifex pręcepto percutiat.

SUMMARIUM,

172 *Turpe eſt vovere nolle obedire ſimplici Pontificis voluntati. Et ſeq.*

173 *Præceptum rigoroſum & virtuale non differunt quoad honeſtatem rei preceptæ, ſed ſolùm quantùm ad obligationem.* 153. 139. 134.

In proſperis non eſt obediendum ſimplici Superioris voluntati in contraria Sententia 138. 143. 101. *ibid.*

Voluntas Papæ magis recta præ quacumque alia. 147. 249. 161. 186. 177. *ibid.*

174 *Votum de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati ex pluribus abſurdis ſuſtineri non poteſt.*

177 *Puri nutus Pontificis feſtinanter exequendi & adorãdi* 86.91

Sententia Papæ prævalet omnibus, & toti mundo. ibid.

Papa judicat omnes & à nemine judicatur. ibid.

178 *Electiones non fiunt à Papa caſu, ſed maxima diligentia ſecundùm Tridentinum.*

179 *Votum de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati præjudicat ejus authoritati, illamque reſtringit.*

180 *Dictum votum moleſtum eſſet Pontificem.*

181 *Dictum votum temerarium.*

Culpa cogentibus imputanda, ad text. 233. 113. *ibid.*

182 *Dictum Votum eſſet injurioſum Electis.*

183 *Dictum votum eſſet injurioſum Eccleſiæ.*

185 *Conſtitutio Urbani VIII. & formula voti.* 148.200.83.2.

Verba Bullæ Urban VIII. ibid.

186 *Nullum Sancta Sedes permittere poteſt errorem.* 198.177. 173.

Quinam ſit ſenſus noſtri Voti, non requirit rigoroſum præceptum. ibid.

187 *Vel intelligendum de Electione, quam non facit immediatè Papa, ſed inferior Prælatus.*

LIcèt cuilibet liberum ſit ſecundare mentem, & placitum ſui Superioris, non obligantis ad Culpam. Attamen omnino turpe videtur, & rationi difforme, aliquem votum emittere, de non volendo obedire ſimplici Superioris & Pontificis voluntati, ejuſque virtuali 172
præcepto, ſed tantummodo expectare rigoroſum. Quod lector intelligas precor juxta exceptiones ſupra factas *Præamb.* 1. *num.* 107.6. *& ſeq.* ubi de Voto Patrum ſocietatis. Et tene quæ diximus hìc ſupra *num.* 20. *A. & num.* 100. *K.* De mente Sanctiſſimi Patris Clementis XI.

fœliciter regnantis, & populorum fœlicitati neſtoreos annos Regnaturi, relata à Domino Cervino Viro natalibus, eruditione, & moribus ſpectatiſſimo.

Nihil prorſus ſuffragante prætextu illo, ſæpe memorato, & ab adverſariis frequēter objecto, & exaltato, 173 quòd in proſperis non eſt obediendum ſimplici Superioris voluntati, ſed dumtaxat præcepto rigoroſo. cùm è contra pro certo tenendum ſit, quòd ſimplex voluntas, & rigoroſum Papæ præceptum non differunt quoad honeſtatem & rectitudinem termini, ſeu rei præceptæ, quam intendunt; ſed ſolùm quantùm ad obligationem injungendam, Nam quòd Papa aut ſimpliciter velit, aut præcipiat; ſemper judicandum, quòd rem licitam & honeſtam velit, ut dictum eſt & dicemus *n.* 177 *& 198.* *Cap. Si Romanorum*, infra 186. Et voluntas Summi Pontificis quantumvis ſimplex ſemper magis recta putanda præ illa cujuſvis inferioris Prælati, ex allegatis ſupra *num.* 147. 149. 161. *&* 177.

Et quidem tale Votum de non 174 volendo obedire ſimplici Papæ voluntati ex pluribus abſurdis videtur ſuſtineri non poſſe. Probatur primò, quia, cùm certiſſimum ſit, quòd ElectioTitii V. G. ad Epiſcopatum, ſi fiat immediatè per SummumPontificem, & de ſuo juſſu eidem fuerit intimata, manifeſtè oſtendat, eſſe voluntatem ejuſdem, imbibitam in eodem Electionis actu, quòd Titius Electus conſentiat, ex validiſſimis Juribus ſupra cumulatis *nu.* 158. *&* §. 8. & ex infra allegandis. *nu.* 225. *& ſeq.* Tunc ſi Titius habeat votum non conſentiendi in ſui Electionem etiam ut intimatam, niſi coactus rigoroſo præcepto Summi Pontificis. HocVotum ſine dubio eſſet idem, ac de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati, & virtuali ejus præcepto, ut conſtat ex terminis; etenim idem eſſet dicere, Voveo non conſenſurum in mei Electionem mihi de ordine Papæ intimatam, niſi coactus rigoroſo præcepto Summi Pontificis, ac dicere: Voveo, me non paciturum ſimplici voluntati & præcepto virtuali Summi Pontificis, niſi coactus ejus rigoroſo præcepto. Sed hoc videtur abſurdum. Ergo hoc Votum non videtur ſuſtinendum.

Probatur hoc. Quia cùm quæcumque ſimplex Pontificis voluntas ſemper ſit recta ex juribus allegatis, & allegandis, adeòque ſequenda; non poteſt fieri votum de illi non obediendo. 175

Secundò, quia contra tale Votum decertant Doctores, & Patres, 176 & præcipuè Bernardus, Thomas, Bonaventura &c. qui ſine ulla reſtrictione, aut diſtinctione de proſperis & adverſis, ſed abſolutè, & indefinitè in omni materia, & ad quemcumque Superiorem tam Supremum, quàm inferiorem, laudant & commendant promptam obedientiam, prævenientem quodcumque rigoroſum præceptum. Et Sacri 177 Canones puros nutus & umbras voluntatis Pontificis eſſe feſtinanter & inoffenſo pede executioni mandandos, & adorandos ſuadent. Ad textus *ſupra num.* 84. allegatos, *& Cap. non nos* 40. *Diſt.* Et facit textus, quòd Papæ ſententia prævalet ſententiæ totiùs mundi. *In Cap. Nemo* 9. *quæſt.* 3. ubi Gloſſ. *ab omni Clero*, dicit, *quòd ſi totus mundus ſententiaret contra Papam*, pro *Sententia Papæ ſtandum eſſet. Per Cap. Hæc eſt fides* 24. *quæſt.* 1. Cùm ipſe iudicet omnes, & à nemine ſit judicandus. *Cap. Epiſcopo* §. *Sola eſt. Eadem cauſa* 24. *quæſt.* 1. *& Cap. Nemini.* 57. *quæſt.* 4. Nulluſque mortalium Papam poteſt judicare. *Gloſſ. verb. Papæ. Cap. non*

liceat

178 *liceat Papæ. 12. quæſt. 2.*

Tanto magis in Caſu noſtro, in quo videmus, Electiones omnes ad Epiſcopatus, & earumdem intimationes à Pontifice non fieri caſu aut phantaſticè, ſed maxima diligentia, & cautela: præcurrentibus formiter informationibus, & proceſſibus ad formam Tridentini, & ſub divinæ ultionis pœna, Deum de Eligentium manu ſanguinem requiſiturum. *Trid.ſeſſ.24.cap.1. fin.* undè Summus Pontifex enixè ſtudet atque conatur, quòd rigoroſo examine, atque ſcrutinio unus præ omnibus concurrentibus melior & dignior judicatus præponatur, ut dicemus infra *num.199.& 204.* Quomodo ergo poterit venire in hominum mentem, dari poſſe Votum, obligans ſub mortali Sacrilegio, ad non conſentiendum,& non obediendum ſimplici Pontificis voluntati tam nectæ tam ſanctæ,& ſolùm velle obedire ejus rigoroſo præcepto?

Tertiò, quia præfatum Votum
179 requirens rigoroſum præceptum, eſſet præjudiciale Summo Pontifici, quia ejus reſtringeret authoritatem, ita ut non poſſet à Subdito omnem expoſcere obedientiam, ſecundùm totam ſuæ authoritatis latitudinem: ſed dumtaxat per unam viam rigoroſi videlicèt præcepti, adeòque tale votum non eſt ſuſtinendum.

180 Quartò, quia tale Votum obſtringeret Summum Pontificem, quòd ſi vellet ipſe ſibi hac in re ab Electis obedientiam præſtari, neceſſitaretur dare manus ad gladium rigoroſi præcepti, illoſque ferire; quod non minus horridum, quàm non practicabile judicatur in quotidiana hominum converſatione, & in conſuetudine moderandæ familiæ, ita ut ad obedientiam à Subditis obtinendam, ſit rigoroſè præcipiendum. Immo videtur rationis lumini repugnans; quòd Pontifex permittere velit, Subditum per Votum obligari ſolùm ſub pœna mortalis Sacrilegii illi obedire, licèt hoc ſolùm intelligendum eſſet tantummodo quoad proſpera, & non feſtinanter & ſtatim, ac illius intellexerit voluntatem & placitum.

Quintò, quia tale Votum ſine 181
ulla ratione negaret obedientiam ſimplici Pontificis voluntati. *S.Doct. 2.2. quæſt.45. art.25.* Nec videtur in conſcientia tutum Electis reſiſtentibus & renuentibus dignitates acceptare, per rigoroſa præcepta violentiam inferre: quia ſi poſtea in officio prævaricarentur, mercenariorum more viventes, & ſuo abdomini inſervientes, Dominicæ oves periclitarentur; & harum damna non ſolùm coactis, ſed & cogentibus quoque eſſent imputanda ad ſenſum *Ulp. l.1. §. Item quæritur de ſeparat. & Gloſſ. ver. Diaboli ſuggeſtione. Cap. firmiter. De ſumm. Trinitate.* Reputamur enim nos feciſſe, quod alter de mandato noſtro fecit. *Poſtil. in marg. gloſſ. ver. quod autem. 22. quæſt.5.* Cùm Electi ſe poſſent excuſare, quòd per vim fuerint aſſumpti, eorum proteſtatione præmiſſa, vel quòd ſe ſentiebant ad hunc ſtatum non vocatos, vel minimè deditos & inclinatos ad illum: de quo infra hìc *n.223.* & efficaciùs *Reſ.25. nu.66. & ſeq. uſque ad 79.*

Sextò, eſſet injurioſum Electis. 182
Primò, quia fraudarentur de ſingulari merito, quod importat conſenſus ex prompta obedientia exhibendus; quæ obedientia in præſenti etiam ſibi uniret meritum in ratione coactionis, ut dictum eſt ſupra *num. 105.* Secundò, quia eſſet quoque nimis obſtringere præfatos Electos, ſi ſolummodo ex rigoroſo præcepto conſentire compellerentur.

Septimò eſſet injurioſum Ec-
cleſiæ, quia potiùs de ægrè feren- 183

tibns, & invitis, quàm de libenter obedientibus provideretur Paſtoribus & Miniſtris. Cùm reſpectu regiminis univerſalis Eccleſiæ, communis boni, & fidelium utilitatis, pro deputandis Officialibus ſemper eſſet evaginandus gladius rigoroſi præcepti. Et apparet potiùs deformitas, per tantam vim & violentiam Subditum coercendum, ut conſentiat. Violentia enim in eo evidenter conſiſteret, quòd ſuppoſito tali voto, Electi ex nullo capite, nulloque modo quantumvis honeſto in ſuam Electionem conſenſum præſtare poſſent, niſi venirent percuſſi rigoroſo Summi Pontificis præcepto; Et tunc, vel non conſentirent, & tamquam rei de magno eſſent ſacrilegio damnandi; vel conſentirent, & dicerent fuiſſe à præcepto Supremi Principis compulſos.

184 Non dubitamus, hujuſmodi rationes eſſe admodum convincentes, ad excludendum ex neceſſitate rigoroſum Papæ præceptum pro conſenſu Electi ad officia obtinenda, qui conſenſus adhuc poterit eſſe perfectè coactus, & non ex proprio affectu, ſi procederet, & eliceretur ex coactionis modis ſupra aſſignatis.

185 Sed quid dicendum erit de nonnullis Religionibus, quarum Votum videtur conſiſtere de non præſtando conſenſu in dignirates, niſi interveniente formali & rigoroſo præcepto. Vovent enim, ut refert Conſtitutio Urbani VIII. infra *num.* 200., ſe non curaturos, nec acceptaturos dignitates, niſi coactos præcepto illius, qui de jure præcipere poteſt ſub pæna peccati. Undè præfata inconvenientia videntur non poſſe habere tantam vim, ut excludere valeant votum de non conſentiendo in dignitates, niſi ex rigoroſo Papæ præcepto; Cùm hujuſmodi Votum profiteantur nonnullæ Religiones à Sancta Sede approbatæ, in quibus nullus permittitur error, aut inconveniens.

186 Reſpondemus, quòd quia Sancta Sedes nullum poteſt permittere errorem, cùm quidquid ipſa approbaverit, ſit tenendum *Cap. ſi Romanorum 19. diſt. cum ſeq.* Ideo examinare debemus, quinam ſit legitimus ſenſus præfati Voti, ne adducta abſurda illud in minimo vitiare valeant. Et quidem duplex occurrit via, illud ab omni errore illibatum ſervare. Primò, dicendo ſenſum præfati Voti ad litteram intellecti, ſecundùm omnes & ſingulas ſuas formulas, quas ſupra *Præambulo I.* adunavimus; nullatenus pro coactione inferenda, ſeu ad coactè conſentiendum rigoroſum requirere Papæ præceptum, ſed ſufficere virtuale, adeòque præfata abſurda, & inconvenientia nullam vim, nihilque contra præfatum votum concludunt. Votum autem Patrum Societatis, quod requirit ad conſentiendum in dignitates rigoroſum præceptum, nihil agitat contra nos, quia rigoroſum præceptum non requirit per ſe & ratione ſui, ſed per accidens, ratione nimirum Voti conjuncti de miſſionibus. Nam ratione ſui ſatis eſt illi præceptum obligans ſub veniali, ut diximus *Praamb. 1. nu.* 107. *B, & ſeq.* Undè rigoroſum præceptum ſolùm admittit ratione Voti de miſſionibus, ad quas ſub mortali ſemper debent eſſe parati; adeòque dignitates ſub mortali non poſſunt acceprare tanquam miſſionum impeditivas. Ut latè diſſeruimus ſuprà *Pramb. 1. num.* 107. *B.*

187 Secunda via eſt, quòd in caſu, quo aliqui vellent perſiſtere, ad coactum conſenſum præſtandum ex neceſſitate deſiderari rigoroſum Papæ præceptum, obligans ſub pæna peccati mortalis: tunc, ut prefata abſurda non officiant, dicendum eſt, præ-

ſatum Votum non loqui de promotione & Electione ad dignitates, quam facit immediatè Summus Pontifex, cùm in hoc caſu ſufficiat ejus virtuale præceptum, quod verè cogit, ex dictis ſupra *num.*49. *ſeq.* & quæcumque minima coactio prout ſupra: ſed de promotione & electione, quam faciunt inferiores Prælati, & in hoc ſenſu ſalvari Voti rigorem, & abſurda non moleſtare convincimur. Sed ut diſtinctè procedamus, in ſequenti §. Recapitulabimus omnes formulas diverſarum Religionum ſupra adductas *Praamb.*1. *num.*17., illaſque examinabimus, an ſingulæ pro coacto conſenſu præſtando importent rigoroſum præceptum.

Deinde in §.XI. iterum firmabimus, non poſſe dari Votum de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati, aut ejus virtuali præcepto. Et rigoroſum præceptum ad ſummum admitti & tolerari poſſe, quando Electio ad officia & dignitates non fit immediatè à Summo Pontifice, ſed ſolùm ab inferioribus Prælatis. Et ſit.

§. X.

Votum, de quo agimus, ſecundùm ſuas formulas, quas hìc examinandas repetimus, & litteralem earum ſenſum, ad coactè conſentiendum, non requirit rigoroſum præceptum Summi Pontificis ſub mortalis peccati pœna obligantis. Et ad examen revocantur omnes formulæ præfati Voti.

SUMMARIUM.

188 *Senſus litteralis accipiendus.*
188 *Interpretatio facienda in eo, quod prodeſt.*
188 *Ab omni abſurdo abborrendum.* 188. 1.
188 a *Examinantur forlmula.*
188 b *Praceptum genericè ſumptum referendum eſt ad ſuas ſpecies.*
188 c *Major vel minor ratio non excludit à ſpecie.*
188 d *Coactio etiam à virtuali præcepto cauſatur*, 52.
188 e *Generalis locutio comprebendit omnia.*
188 f *Et generaliter accipienda eſt.*
188 g *Generalis locutio etiam minima comprebendit.*
188 h *Qui dicit genus animal, non intelligitur an dicat hominem vel equum.*
188 i *Illatio, quæ abſurdum continet, ſemper eſt vitanda.* 188.
188 k *Summus Pontifex ſibi ſoli reſervavit præcipiendi facultatem.*
188 l *Potentia præcipiendi eſt facultativa.*
188 m *Procurare ſibi dignitatem eſt aviditas.*

UT germanum ſenſum, ac litteralem, ſeu grammaticaliter intellectum eruamus a quolibet dictarum formularum tenore ad textum 188

in Cap. exiit qui ſeminat. §. *Itaque ſub pœna. De verborum ſignification. lib. 6. & in lib. 1.* §. *fin. ff. de verb. oblig.* Cùm interpretatio ſemper ſit facienda in eo, quod prodeſt. *Cap. in bis. de verb. ſignif.* Ita ut ab omni abſurdo abhorreamus. *l. ſcire oportet.* §. *Aliquid etiam. ff. de excuſation.* Neceſſe eſt, ut hìc dd. formulas repetamus, quas per extenſum dedimus ſupra *d. Praamb. 1. n. 17. ex quibus*.

188 Prima & ſecunda formula ſub
a iiſdem terminis procedentes dicunt. Promitto Dignitatem non acceptaturum &c. niſi aſtringar præcepto ejus, qui mihi jure præcipere poſſit.

Tertia explicat, Promitto non conſenſurum, niſi coactus ſim obedientia ejus, qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati.

Quarta videtur ad coactionem requirere, & claré exprimere rigoroſum præceptum dicendo. Promitto non aſſenſurum, ut in aliquam dignitatem promoveat, niſi eſſem ſub pœna peccati mortalis à Summo Pontifice coactus.

Quinta profert, quòd quis
188 conſenſurus non erit in ſui ele-
b ctionem, niſi coactus obedientia ejus, qui ſibi præcipere poteſt ſub pœna peccati.

Sexta enunciat, aliquem in ſui electionem non exhibiturum conſenſum, niſi coactus fuerit obedientia Summi Pontificis.

Ex hujuſmodi formulis Prima
188 & ſecunda iiſdem verbis concipiun-
tur, & illa verba, *niſi adſtringar præ-*
c *cepto ejus*, pro coactione certè requirunt præceptum, ſive formale, ſive virtuale, quia non explicant, cujus rationis & ſpeciei eſſe debeat præceptum; An rigoroſum ſolùm, vel an etiam tacitum ſufficiat. Unde cùm generaliter, & indiſtinctè loquantur, utrumque ſufficere judicatur; & neutrum excludi neceſſe eſt. *ad tex. in l. cùm querebatur. ff. de verb. ſignif.* Et oſtendunt, quòd ſive unum, ſive aliud cõcurrat, ſemper habetur coactio. Profectò præceptum ſecundùm ſe univerſaliter acceptum, aut genericè ſumptum, oportet, ut referatur ad ſuas ſpecies, quas ſub ſe cõtinet. *L. omnes ubi Angel. C. de præſcript. 30. L. ſemper ff. de reg. Juris*; Species autem præceptorum non habentur, nec conſiderantur à Doctoribus, niſi duæ: Virtuale & formale; Et licèt in præcepto formali videatur major ratio præcepti, quàm in virtuali: Nihilominus major vel minor ratio non excludit à ſpecie *L. 1. Quod autem. ff. de Aleatoribus.* Unde quando indiſtinctè & genericè præceptum pronunciatur, pro aliquo effectu obtinendo, non eſt major ratio, quòd intelligendum ſit potiùs de rigoroſo, quàm de tacito: præcipuè quando effectus ab alterutro commodè emanare poteſt. Sicuti coactio, quæ etiam à virtuali cauſatur, ut dictum eſt ſupra. *n. 52.* tantò magis, quia generalis locutio comprehendit omnia. *d. L. cùm quærebatur.* Et DD. cõmuniter Joſeph Seſſe aragon *dec. 48. nu. 11. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 54. n. 4.* Et generalem locutionem generaliter accipi, regulariter definiunt Jura *L. Præſeſ. ff. de offic. Præſid.* Et faciunt Jura ſupra deſcripta *Pra. 1. nu. 36. ſeq.* Quapropter ſi formula requirit generaliter præceptum, cujus altera ſpecies eſt præceptum tacitum: ſenſus erit, quòd tacitum non excludit, etiamſi ſit præceptorum minimum: cùm generalis locutio etiam minima comprehendat. *Cap. majoribus. De præbendis.* Et ratio eſt evidens; quia ex præcepto genericè accepto, non poteſt percipi, an intelligatur formale vel virtuale; Sicuti ſi quis dicat genus animal, non intelligitur an hominem vel equum afferere velit. Juris conſultus. *L. 2. in princip. ff. ſi cert.*

petat. adeòque ſi neutrum excluditur, alterutrum ſaltem claudi ad effectum deſideratū neceſſe eſt: dummodo ab illo ex Juribus allegatis non ſequatur abſurdum. Et nihil abſurdius eſt, quàm legem juſtam, ſicuti eſt Votum, ad injuſtam interpretationem trahere. *L. penult. ff. de exhibend. L. 5. Poſſeſſor ex hereditate. ff. de petit. hered.* Et velle nos interpretari, quòd præceptum genericè ſumptum requiſitum à noſtro Voto, ad habendum coactum conſenſum, debeat eſſe rigoroſum, incidimus in abſurda modò deſcripta: & illatio quæ abſurdum continet, ſemper eſt vitanda *dicta L. ſcire oportet. §. Aliud etiam. ff. de excuſationibus* Crot. *Conſil.* 13. *num.* 14. Rot. *deciſ.* 267. *p.* 9. *Rec.*

188 d Quantùm ad illa ſecunda verba præfatæ primæ & ſecundæ formulæ: Nimirum. *Qui mihi jure præcipere poteſt*; per ly *præcipere*, etiam indiſtinctè, & genericè pronunciatum, intelligitur ex æquo tam mediante præcepto formali, quàm virtuali. Unde cùm nullum excludatur, utrumque pro coactione ſatis eſſe oſtenditur: ex juribus modò allegat.

188 e Per illam particulam *Jure*, hoc eſt, *qui mihi jure præcipere poteſt*; denotatur qualitas præcipientis, aut cujus erit legitimè præcipere, ſeu cujus erit legitimam habere in hoc negocio præcipiendi facultatem, quam hodie ſolus Pontifex ſibi reſervavit, de quo modò infra *n.* 200. Unde concludere poſſumus, quòd per primam & ſecundam formulam nullum rigoroſum præceptum ad coactionem inferendam ex neceſſitate deſideratur; ſed utrumque ſufficere denotatur. Et quòd rigoroſum præceptum non ſit expectandum, allata Jura, & abſurda demonſtrant.

188 f Tertia, & quinta formula coincidunt quoque in eadem verba. dicitur enim in utraque, *niſi coactus ſim obedientia ejus, qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati*. In his formulis coactio non expectatur ſolummodo à præcepto; quia præceptum in illis non nominatur, ſed expectatur ab obedientia, quæ ibi ſine ulla reſtrictione, ſed ſecundùm totam ſuam latitudinem exprimitur. Unde in his coactio ſive oriatur ex reſtrictiva objecti, aut motivo ſolius obedientiæ ad perſonam Summi Pontificis, ſive ex prompta obedientia, ſive ex timore præcepti, ſive ex rigoroſo præcepto, vel tacito, ſemper verificatur quidquid in prædictis formulis continetur, ut legenti patet.

Per illa verba *qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati*, ſive intelligant de præcepto formali, ſive virtuali, ut dictum eſt. Aut de pœna peccati venialis ſive mortalis juxta quantitatem materiæ, nihil refert; quia ſatis eſt, quòd per dicta verba non injungatur, ex neceſſitate expectandum eſſe rigoroſum præceptum. 188 g

Cæterum illa verba, *qui mihi præcipere poteſt ſub pœna peccati*, non denotant, ut dictum eſt, expectandum actuale præceptum, ſed exprimunt dumtaxat qualitatem perſonæ, ut modo diximus, ſeu Superioris, cujus erit habere legitimam facultatem præcipiendi in hac re, & reſpectu cujus obedientia habenda ſit. Quapropter ſpecificativè ſe habent, & non aliter. Unde verba illa non explicant neceſſariò actum præcepti, ſed ſolùm potentiam præcipientis, quæ eſt facultativa. ad text. *in l. ſæpe. ff. de offic. Præſid. & l. non quidquid. ff. de Judic.* Ut illa facultate Prælatus uti valeat, quoties judicaverit rationabile eſſe imponere rigoroſum præceptum, ſi Electus conſentire detrectaverit.

Sexta

188 h Sexta formula, quam mea Religio profitetur, magis plana, & captu facilis apparet, optans ſolùm, quòd conſenſus coactus oriatur ex latitudine obedientiæ ad individuam perſonam Summi Pontificis: ita ut ſi obedientia exerceri poſſet ſine ulla ratione præcepti tam formalis, quàm virtualis, optima, & ſufficiens reputaretur coactio.

188 i Tota difficultas ebullire videtur in quarta formula, in qua per illa verba, *niſi eſſem ſub pœna peccati mortalis à Summo Pontifice coactus*; ſine dubio importatur rigoroſum præceptum, cujus præcipuè eſt ad mortale obligare. Sed hæc difficultas, quæ nimis nos obruere videbatur præter dicta *præambul.1.n.33.* evaneſcit. Quia ex lectura formulæ invenitur expreſſum, quòd tale rigoroſum præceptum non poſtulatur, pro habendo coacto conſenſu in promotionem, ſeu Electionem jam factam, ſed in faciendam. Nam obſervare, & advertere ſtudioſum erit, in ſingulis prædictis formulis duo ſub Voto contineri. Unum non procurandi Dignitates; Secundum non cõſentiendi in illas, etiamſi fuerint collatæ ſive per electionem, ſive per alias vias. Præfata autem quarta formula, ut latè demonſtravimus ſupra *d. Praamb.* 1. *num.33. & ſeq.* ſolùm videtur eſſe de Voto non procurandi Dignitates futuras, ſeu illas, quas de facto vovens non habet. Non procurandi, inquam, futuras Dignitates, niſi à Papa rigoroſè, aut ſub pœna mortalis peccati præcipiatur Votum habenti, ut Eccleſiaſticas ſibi Dignitates procuret. Hoc autem præceptum à Voto poſtulari nihil operatur in noſtro caſu; quia vel Papa vult dare Titio aliquam Eccleſiam; & tunc nullus eſt, qui hoc impedire poſſit. Et ſuperfluum videretur, quòd diceret Titio ut illam ſibi procuret. Vel non vult dare, & tunc tale rigoroſum præceptum Papa non faceret. Hoc autem in præſenti caſu militare non poteſt. Quia facta per Pontificem Electione alicujus ad aliquam Dignitatem, ſi conſenſus coactus ſolùm habendus eſſet per rigoroſum præceptum, tunc cogeretur Pontifex, ne ſuum Electionis opus remaneret inane, dare manus ad illud, quod aliàs non eſſet faciendum, ut probant ſupra allata argumenta, & abſurda.

188 k Cæterum nulla habetur convenientia,& Eccleſiæ utilitas, quòd Titius V. G. poſtulet ſibi Prælaturam aliquam, vel Dignitatem, coactus à rigoroſo Pontificis præcepto ſub pœna mortalis peccati. Nam in caſu, quo Pontifex prævideret aliquam adeſſe neceſſitatem,quòd Titius propter ſua ſingularia merita,& dexteritatem ad aliquam regendam elevandus eſſetEccleſiam:tunc faciliùs eſſet, eamdem Eccleſiam illicò illi conferre, quàm eidem ſub pœna peccati mortalis præcipere, quòd illam ipſemet ſibi procuraret. Cùm hoc potiùs importunæ improbitatis ſapiat aviditatem. *Extrav. execrabilis. de praben. L.* 1. *C. de petitionibus Bonorum ſublatis*. Ubi his pungentiſſimis verbis utitur Imperator,ibi. *Sed quoniam plerumque ita in nonnullis cauſis inverecunda petentium inbiatione conſtringimur.* Cæterum intelligentiam dicti Voti relinquo juxta ſenſum præfatæ Religionis.

188 l Tandem animadvertendum, quòd ex ſex formulis, quæ adducuntur de præſenti Voto, quatuor ſunt, quæ non exprimunt Summi Pontificis præceptum, pro habendo coacto conſenſu, ſed ſolùm vocant Superiorem illum, qui jure & legitimè præcipere poteſt ſub pœna

pecca-

peccati ut ſunt 1.2.3.5. & hoc evenit, quia quando à Religionibus inſtituta fuerunt hujuſmodi Vota, tunc diſputabatur. An ad Provinciales vel Generales ſpectaret præcipere, quod innuitur *Cap. ſi Religioſus de Elect. in 6.* & in Bulla Urbani Octavi infra referenda: & proinde expreſſum fuit in formulis, niſi coactus obedientia ejus, qui Jure mihi præcipere poteſt; & in caſu, quòd præceptum deberet eſſe rigoroſum, limitabatur à Religione non eſſe pro coactione inferenda obediendum Superiori ex prompta obedientia, ſed dumtaxat ex rigoroſo præcepto. Poſtea ſucceſſit Conſtitutio Urbani Octavi, qui ſibi hanc reſervavit facultatem præcipiendi, quoties opus eſſet.

Vidimus in §. Antecedente, votum ad coactè conſentiendum in Dignitates non requirere rigoroſum Papę pręceptum, ſed ſufficere virtuale. Nihilominus ſi quis perſiſtere intenderet, ad erumpendum in conſenſum coactum, expectandum eſſe Pontificem in rigoroſum dilapſu rum præceptum ſub pœna mortalis peccati: dicimus ad ſummum hoc poſſe eſſe verum reſpectu illarum Electionum ad Dignitates, quas faciunt immediatè Inferiores Prælati, non verò de illis, quæ à Summo Pontifice efficiuntur. Et de hoc ſit. 188 m

§. XI.

Probatur iterum & confirmatur non poſſe dari Votum prohibens obedire ſimplici voluntati aut virtuali Pontificis præcepto; & ſi vellent, quòd Votum requirat rigoroſum præceptum ad coactè conſentiendum in Electionem ad Dignitates: hoc ſolùm verificari poterit, in caſu, quo Electio fiat non à Papa, ſed ab inferioribus Prælatis.

SUMMARIUM.

189 *Voluntas inferiorum recognoſcenda per Papam.*

192 *Papa non poteſt cedere ſuo juri.*

Non poteſt aliquem eximere a præſtando ſibi obedientiam. ibid.

Omnis Papa poteſtas non ab homine, ſed à Deo immediatè deſcendit. ibid.

Non poteſt quid minimum detrahere à ſua authoritate. ibid.

193 *Major aliquando judicari poteſt à minori.*

Pontifex non poteſt alteri committere, ut ab illo judicetur. ibid.

194 *Non poſſunt Clerici Laico ſe ſubmittere. Nec Regulares Epiſcopo.*

195 *Semper de Pontifice ſit exceptio.*

ptio. Leges Pontificem non ligant. ibid.
Canones ſubjiciuntur Papæ; non è contra. ibid.
Communicans cum excommunicato excommunicatur, præter Papam. ibid.
Clericum percutiens excommunicatur, præter Papam. ibid.
Papa non contrahit irregularitatem. ibid.
Papa non ligatur lege, ſed eam ſervare decet. ibid.
196 Semper in Conciliis excipitur authoritas Summi Pontificis.
197 Prompta obedientia præſtanda cunctis Principibus.
198 Voluntas Pontificis ſemper recta. 177.
200 Papa poteſt diſſolvere Votum.
203 Conſtitutio Urbani VIII. 146. 185.
204 Pontifex non poteſt ſibi ligare manus. 192.
206 Semel probatus reprobari non poteſt ſinè nova cauſa 19. 233.
208 Reſiſtens acceptare officium puniendus. 159.
212 Leges divinitùs factæ.
Leviorem viam quis ſibi eligere poteſt. 52. ibid.
213 Correctio legum odioſa. Sunt divinitùs factæ.
215 Ab antiquis juribus non recedendum.
Leges non ſervatæ vileſcunt. ibid.
Quæ contra leges fiunt pro infectis habendæ, & leges cederent in ludibrium. ibid.
219 Poteſtas Papæ non eſt ab homine, ſed à Deo, nec poteſt diminui. 192.
Votum in alicujus præjudicium, & reſtringens Pontificis poteſtatem, non eſt ſuſtinendum. ibid.
Per Votum negatur obedientia ſimplici Pontificis voluntati. ibid.
221 Obedientia debetur cuicumque precepto.
222 Modi repugnantes & inutiles vitiantes.
223 Eligere Petrum Epiſcopum eſt idem ac dicere, volo Petrum eſſe Epiſcopum.
224 Voluntas Papæ eſt objectum obedientiæ Electi.
225 Electio ſine conſenſu Electi perfici non poteſt. 21. 39. 42. 44.
226 Non eſſet vera Electio, nec verus elector, ſi electio non reſpiceret conſenſum Electi, & electio eſſet de vento.
227 Papa non cauſando conſenſum, eligeret hominem mortuum.
Mediis contemptis finem nullus conſequitur. ibid.
231 Extrema ſunt inidentificabilia. Idem non poteſt eſſe principium, & terminus ejuſdem rei.
233 Semel approbatus ampliùs reprobari non poteſt. 19. 304.
235 Contractus ſaltèm debet eſſe duorum.
236 Res vacua effectu, non ſecus ac quando mulier dicitur vacans, hoc eſt ſine viro. Et eſt dare panem edentulis.
Nulla diſpoſitio debet eſſe inutilis. 37. ibid.
Electio ſine rigoroſo præcepto ad nihil deſervit, ſeu eſſet de vento.
237 Loqui obſcurè eſt fallere.
Nemo ſciens alium fallere à jure permittitur. ibid.
238 Nullum eſt Statutum, ſi non diſponit plùs quam jus commune.
239 Conſenſus non debet redire in eligentem.

Ele-

Electio revertitur in eligentem. ibid.

240 *Mors motum & potentias deſtruit, & omnis deſtruitur actus.*

Homo carens motu & ſpiritu non eſt homo. ibid.

Qui non movetur, non agit. ibid.

Mortua voluntas eſt, qua quis uti non poteſt. ibid.

243 *Cauſa principalis eſt potior.*

244 *Reſiſtere rigoroſo præcepto eſt Sacrilegium.*

242 *Papa magis aſſiſtit Spiritus Divinus.*

VOtum de non ambiendo Patrum Societatis rationibus modo dicendis non eſt contrarium. Quoniam illi per ſe ſufficit ſolùm præceptum ſub veniali, per accidens autem, quia copulatur miſſionum Voto, præceptum ſub mortali requirit.

Supra §. 9. plura adduximus
188 abſurda, quæ ſequebantur ex Sen-
m tentia aſſerente, noſtrum votum eſſe de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati, aut virtuali ejus præcepto, ſed rigoroſo dumtaxat. Unde hujuſmodi Sententia videtur omnino expulſa. Nihilominus in hoc §., ad illa, quæ diximus magis confirmanda, adducemus valida jurium & rationum reſidua, & nodorum & difficultatum ſolutiones, ut ex omni parte indubitata remaneat.

Et ad hoc ut longè à tam lau-
189 dabili voto præfatæ omnes arceantur monſtruoſitates & abſurda, promittimus etiam in hoc §. Probare, quòd in caſu, quo vellent, dictum votum debere importare rigoroſum præceptum, hoc ſolùm verificari poſſe, quando Electio fit non à Summo Pontifice, ſed dumtaxat ab inferioribus Prælatis, ut dictum eſt ſupra *num.* 187. Tunc enim optimè ſtare poterit, electum non debere conſentire ſuæ Electioni per inferiores Prælatos factæ, niſi ſuperveniat Summi Pontificis præceptum, ad formam dictę Conſtitutionis Urbani VIII. Quia tunc cùm Electio non eſſet facta immediatè per Pontificem, locum habere non poſſent ſupra recenſita abſurda, & præcipuè illud, quod votum prohiberet obedientiam ſimplici voluntati, aut virtuali Pontificis præcepto, ſed ſolùm prohiberet obedientiam ſimplici voluntati inferioris Prælati exibendam, utpotè illam, quæ priùs recognoſcenda, approbanda, & confirmanda eſt per Summum Pontificem, ad textum ſupra allegatum *num.*145. *Cap. non decet* 12. *diſt. & Cap. quoniam ſupra num.*147. Et Pontifex, rigoroſè præcipiendo non præciperet obedientiam & conſenſum præſtandum Electioni intimatæ à ſe factæ, & conſequenter ſuo virtuali præcepto, quia hoc in tali caſu intervenire non poteſt, ut dicemus infra §. 12., ſed præciperet immediatè conſenſum in electionem factam ab inferiori Prælato.

Et quod hæc quoque ſit ger-
mana intelligentia noſtri voti, ſpe- 190
cialiter innoteſcit. Quia in præfata Urbani Conſtitutione, in qua ſibi Pontifex reſervat circa dictum votum præcipere, diſpenſare, relaxare &c. nullatenus exprimit, quòd etiam reſervat ſibi præcipere conſenſum in electionem, quam ipſe immeditè facit, hoc enim non dicit, ſed relinquit juxta naturalem & rationabilem rerum intelligentiam, quæ nullam repugnantiam inducat, ad textum ſupra modò allegatum *dicta L. Scire oportet*. Repugnantia autem ſtatim inſurgeret, quoties intelligere vellemus, præfatum votum prohi-

bere ex æquo conſenſum & obedientiam expeditam tam in electionem, factam à Summo Pontifice, quàm in illam, quæ fit ab inferioribus Prælatis, propter rationes ſupra allegatas *n.* 147.

191 Et quidem pro confirmatione omnium rationum, quas ſupra cumulavimus *à num.* 172. uſque ad 182. manifeſta videtur abſurditas; & omnia jura reſiſtunt, quòd præfatum votum æquali modo prohibear conſenſum & obedientiam expeditam, & ſine mora ante quod cumque rigoroſum præceptum tam in electionem ab inferioribus Prælatis factam, quàm in electionem, quàm immediatè effecit ipſe Summus Pontifex, & quòd tale votum ipſe Pontifex permittat, & approbet.

192 Primò, quia cùm de ratione Pontificiæ authoritatis ſit, omnes in Eccleſia per Baptiſmum receptos ſibi ſubmittere ad obedientiam, quocumque modo præſtandam, tam per viam promptę obedientiæ, quàm per viam rigoroſi præcepti; Non poteſt Pontifex aliquem ab exhibitione talis obedientiæ liberare & eximere; multòque minùs permittere, quòd fiat votum, de non promptè illi obediendo; quia hujuſmodi juri & poteſtati Papa cedere non poteſt, ea potiſſima ratione, quia omnis ejus ampla poteſtas non ab homine, ſed deſuper à Deo immediatè ſibi confertur & deſcendit; ad vulgatum textum *in cap.* 122. *Diſt. & Cap. Novit. de judiciis. & Cap. quaſitum*. 23. *qu*.4. Unde ſuam amplam poteſtatem Pontifex nec in minima parte diminuere & detrahere poteſt. Doctores communiter, quos refert *Card. Albanus in tract. de Roman. Pontif. par*.1. *n*.104. & *Jo. Andreas in Cap. Eccleſia S. Mariæ num*. 5. Antonius de Butrio. Imol. Abbas, & alii cumulati per Felin. *num*. 5. adeòque Papa non poteſt eximere ſubditum, quòd intellecta in quacumque re etiam minima ſua voluntate, ſtatim obediat; Subditus enim poteſt deficere non obediendo, Papa tamen non poteſt eum liberare, ut ſtante ſuo virtuali præcepto non pareat.

Hinc, licèt major judicari poſſit à minore, ſi ſponte ſe illi ſubjiciat, *L. & receptum ff. de Juriſd. Om. jud. gloſſ*. 1. *in Cap. Cùm inferior. de major. & obedien.* hoc tamen minimè in Summo Pontifice permittendum & tolerandum venit. Uno ore declamantes omnes juris Interpretes modò allegati, & deteſtantes, ipſum Pontificem alteri ſibi inferiori committere poſſe authoritatem, quòd ipſum excommunicet. *S. Thom. in* 4. *Sentent. Diſt.* 19. *art.* 3. *qu.* 3. unde ſicuti Pontifex neque per unum actum tranſitorium alteri inferiori ſe ſubjicere poteſt, ita neque ab uno ſubjectionis actu per promptam obedientiam ſibi præſtando ſuum poterit ſubditum liberare, neque de hoc à ſe abdicare dominium, ex juribus allegatis, & modò allegandis, minuſque permittere poterit, quòd hac ſuper re votum expreſsè fiat, de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati, aut ejuſdem virtuali præcepto. 193

Et Regula univerſalis erit, quòd quotieſcumque intrat præjudicium tertii, aut aliqua receptæ authoritatis violatio, nullus poteſt actum contrarium permittere, aut actum ſibi debitum impedire aut omitti; propter quod non poteſt Clericus ſponte Laico ſe ſubjicere; quia redundaret in præjudicium Epiſcopalis authoritatis. *Cap. non liceat* 4. *qu*.6. & *c*.1. 9.*qu*.92. Nec Regulares in quibus ſunt exempti, poſſunt ſe ſubmittere Epiſcopis, 194

quia

quia cederet in præjudicium Sedis Apoſtolicæ. *Cap. cùm tempore de arbit. & cap.2. de integrit. reſtitut. & Cap. cùm olim. de privil.*

195 Nec videntur eâdem ulnâ, menſurandæ eſſe electiones factæ à SummoPontifice,ac illæ quę fiunt ab inferioribus Prælatis, prohibendo ſub voto indiſtinctè, & ex æquo utriſque promptum conſenſum ſub pœna peccati & ſacrilegii. Cùm pro ſpeciali Summorum Pontificum reverentia, & ſuprema Superioritate de ipſis patenter ſemper fiat ſingularis exceptio. *Cap. ſignif. de Elect.* hinc Sacris Canonibus Pontifices ſubjici, horridum fuit cogitare, immo Summis Pontificibus Canones ſubmitti fas eſt tueri, cùm ſolùm à Pontificibus Canones robur accipiant *dicto Cap. ſignif. & Cap. propoſuit de conceſſ. prabend. & Cap. innotuit. ver. quamvis. de elect. & Cap.8. ſtatuimus de Sent tent. excom. in 6. Gloſſ. ibi. nu.*40. *& Cap. ſicut Apoſtoli* 11. *queſt.*3. Nihilominus, licèt Papa legibus ſit ſolutus, tamen ſecundùm leges vivere debet. *Cap. non licet* 12. *quaſt.*2. *S. Tho. in quaſt. additis ad tertiam part. quaſt.*23. *art.*123.*& Cap. Confidimus modo infra*. Et infinita hac de re conclamant exempla. Quicumque enim communicans cum excommunicato excommunicationem contrahit *Cap. Sanctis* 11.*qu.*3. Excipe Papam, qui ſi cum excommunicato communicet, excommunicatio illum non tangit *Gloſſ. in cap. per tuas litteras. de Sent. excom. & Cap. ſi Inimicus. in ver. expectare* 93. *diſt.*, *dicens*, Papam non incidere in Canonem, quia non ligatur à Canone. Item Clericum percutientes, excommunicatione percutiuntur. *Cap. ſi quis ſuadente* 17. *quaſt.*4. Sed excipe Papam; Nam Clericum ſi Papa flagellat, haud excommunicatione flagellatur *Gloſſ. unica in Cap. nulli de Sent. excom. & Card. in Cap. perpendimus eodem tit.* Inſuper multis in caſibus irregularitas contrahitur. *Cap. maritum. & Cap. pracipimus* 33. *diſt.* Sed excipe Papam, qui numquam illam incurrit *Cap. prapoſuit. de conceſſ. prabenda.* Tandem Pontifex, licèt de jure non ſit ligatus ad ea, quæ ſtatuit, honeſtum tamen eſt ut ea præ cæteris ſervet *Cap. confidimus. & Cap. Ideo.* 25. *quaſt.* 1.

Si ergo nullæ quemcumque Pontificis actum leges inficiunt, atque coercent, propter ſuperioritatem, quam Pontifex habet 196 ſupra leges. Quomodo electionem immediatè per Pontificem factam ſingulare hominis votum privabit conſenſu ex prompta obedientia? nulla de tali electione facta, ob Pontificis reverentiam, reſervatione; ſed indiſtinctè cum cæteris electionibus per Prælatos inferiores effectis illam tractando, quando leges univerſales ſine diſcrimine ligant, excepto Summo Pontifice, quem ligare non audent; ne Canones in ſuum ſint retorquendi authorem? Si ergo authoritas ſumma ſalvat Principem à communi lege: Quare illum à privata voti lege non excipiet, ad vulgatum proloquium, & textum, *propter quod unumquodque tale & illud magis: authen. multò magis. Et ibi Bald.C. de Sacr. Sanct.Eccleſ.* conclamantibus in contrarium Conciliorum Sanctionibus. *Dicto Cap. ſignif. de elect. ibi. Cùm in Conciliorum ſtatutis Romani Pontificis patenter excipiatur authoritas.*

Igitur per hujuſmodi votum, per quod Electus intendit non eſſe 197 obligatum obedire ſimplici voluntati inferioris Prælati: non poteſt prætendere etiam eſſe liberum ab obediendo ſimplici voluntati Sum-

mi

mi Pontificis; & pari ratione per hujuſmodi votum, per quod Pontifex indulget, quòd electus non teneatur obedire ſimplici voluntati inferioris Prælati, non poteſt permittere & indulgere, quòd electus remaneat exemptus ab obedientia præſtanda ſuæ ſimplici voluntati. Quia Pontifex non poteſt à ſe abdicare dominium & Jus quod habet, neque reſtringere amplitudinem, atque prærogativam, quam tenet, & qua ſupra omnes extollitur,ut ſibi obediant, & per omnem viam obediant, tam mediente rigoroſo precepto, quàm ad nutus, & ſola prompta obedientia;quia hoc à Deo eſt,& immediate à Deo in illum derivat, & non ab homine, de qua nihil Pontifex poteſt detrahere,ex ſupra allegatis *n.*192.& conſequenter Pontifex non poteſt permittere, nec tolerare debet, quòd Subditus liberetur, & eximatur à promptè ſibi obediendo,& quòd per Votum promptam obedientiam impediat, & ſe obliget ſub pœna peccati mortalis non obedire ſuæ ſimplici voluntati, ſed teneatur expectare rigoroſum preceptum.Prompta enim obedientia cunctis eſt præſtanda Principibus, ſine ullo præcepti rigore, exemplo ſervorum 4. *Reg. cap.*9. ibi. *Servi tui ſumus, quacumque juſſeris faciemus*; *quacumque tibi placent fac.* Votum autem, quod vergit in præjudicium muneris & poteſtatis Superioris non ſubſiſtit. Suarez *tom.*2. *de Relig. lib.*2. *de materia voti cap.*11.*num.*6. *pag. mihi* 601. licèt ibidem *num.*10.hoc intelligat de Voto nolendi Epiſcopatum Superiore rigoroſè jubente. Sed cùm ex altera parte verum ſit, quòd Pontifex æqualiter habeat prærogativam & poteſtatem præcipiendi, tam expreſsè, quam tacitè: tam formaliter & rigoroſè, quàm tacitè & virtualiter; ſi Votum tendens in præjudicium primæ poteſtatis eſt nullum: irritum quoque erit, ſi ſecundæ poteſtati virtualiter præcipiendi ſit contrarium,quia utrumque Votum tam de nolendo obedire Papæ rigoroſè præcipienti, quàm virtualiter, erit contra mores.De utroque enim parem eſſe rationem non videtur negandum: & hanc noſtram mentem ab ipſomet Suarez comprobatam fuiſſe conſpicimus *tom.*4. *de Relig. tract.*10. *lib.*6. *de profeſſ. cap.*8. in objectione, quam ſibi facit *num.*2., quam ſolvere nititur, Epiſcopatum inter proſpera connumerando, & proinde ſolo rigoroſo præcepto acceptandum. Sed apud nos inter adverſa & amara illum recenſentes, ut dicemus *Reſol. ſeq.* prædicta ratio locum non habet; immo etiamſi eſſet inter proſpera neque officeret.

Quare bene perpendas, quæſo,erudite lector,hujus principii veritatem. Et noſtra mens atque concluſio remanebit in tuto nec ampliùs erit ſub lite agitanda. Profectò ex omnibus juribus allegatis humanis & divinis,dicendum venit. 197 a
Primò, omnem Papæ auctoritatem & prærogativam imediatè à Deo derivare. Secundò,omnes in Eccleſia receptos Papæ eſſe ſubjectos, quantumvis magnos Principes, Reges, Imperatores; illique obedire teneri ſecundum totam latitudinem obedientiæ, vel coactè vel promptæ; ita ut Papa prærogativam habeat recipiendi a cunctis promptam & feſtinam obedientiam, ſine ulla reſtrictione, aut odioſitate. Ex quo ſequitur, quòd in ordine ad promptam obedientiam, ſibi à Subditis præſtandam, nullum impedimentum voluntariè permittere poterit: adeòque ab ipſo tollerandum non erit, quòd efficiatur Votum de ſibi promptè non obediendo ſub pœ-

na mortalis peccati.

197 b Inſuper, licèt non ſit de neceſſitate; quòd ſubditus promptè Papæ obediat; attamen eſt de neceſſitate Pontificiæ poteſtatis, quòd prompta obedientia non impediatur, & multò minùs ſub pœna mortalis peccati: & etiam de neceſſitate ſubditi eſt, quòd ejus non reſtrigatur libertas, ita ut ſi promptè obedire velit, non condemnetur. Et ſpectat ad amplam Pontificis prærogativam à ſubdito actum obedientiæ recipere ſecundùm omnem viam promptè & coactè, nullo interpoſito impedimento: adeòque æquum non erit, Voto aliquem ſe ligare, non obediendi promptè Summo Pontifici. Nam ſi Deus hanc reſtrictionem Pontificiæ dignitati minimè impoſuit, neque Pontifex illam ſibi inurere poteſt.

197 c Et quidem ego non capio, nec percipere, nec intelligere ſum ſatis; Quomodo poſſit Pontifex permittere dictum Votum de non obediendo ſibi promptè & feſtinanter, ſua manifeſtata voluntate; & privare ſe prærogativa illa recipiendi à ſubdito actum promptæ obedientiæ in quacumque materia, quando omnis ratio convincit, & ſtrepunt Canones, quamcumque ejus ſimplicem voluntatem, & nutus eſſe Sanctos, & rectos, & adorandos, & feſtinanter Pontifici obediendum ad textus ſupra laudatos *num.* 147. 177. 84.

198 Nec ex adverſo ſolitum repetatur effugium, quòd in materia ambitionis Pontifex poteſt permittere, ſeu indulgere, quòd Electus non promptè cõſentiat, ſeu obediat ſuæ ſimplici voluntati; ſed teneatur ex voto expectare rigoroſum præceptum; adeoque ſtare poſſe Votum de promptè non obediendo Pontifici. Quaſi Pontifex dicat Titio electo: Placet mihi, quòd electioni de te à me factæ conſentiendo obedias, non tamen priùs, ac tibi rigoroſè præcipiam. Et in hoc caſu optimè verificatur electio; & conſenſus non eſſet præſtandus, niſi ſub conditione rigoroſi præcepti: Et hoc ex triplici ratione. Primò, ad hoc ut remaneat in manu Papæ, quod ſi ipſum, poſtquam elegit Titium ad Epiſcopatum, pœniteat de tali electione, & nolit Titium eſſe Epiſcopum, habeat in ſua manu rigoroſum præceptum, illud non imponendo; ne Titius valeat conſentire licitè. Secundò, quia Conſtitutio Urbani VIII. videtur requirere rigoroſum præceptum. Tertiò, nè Electus ſine rigoroſo præcepto conſentiat ex motu proprio.

Sed contra eſt primò, quia omnia ſupra *num.* 59. *& ſeq.* allegata jura reſiſtunt, quòd Electus non debeat obedire ſimplici Pontificis voluntati. Secundò, quia quantùm valet quoad ſpecificationem termini in ratione liciti & honeſti rigoroſum præceptum; tantumdem valet ſimplex voluntas Papæ, quæ fallere non poteſt ex juribus ſupra *num.* 161. *&* 149. Cùm ſit ſemper ſancta, & recta. Supra *num.* 177. præcipuè in re adeò matura deliberatione diſcuſſa. Tantò magis, quia Electus tam per obedientiam ad ſimplicem Pontificis voluntatem, quàm ad rigoroſum ejus præceptum liberatur omnino à conſenſu ex proprio motu in dignitates ex humano affectu præſtando, in quantùm ad illas dumtaxat ex motivo ducitur obedientiæ. 198 a

Nec credibile reputatur, Pontificem etiam reſpectu ſuæ electionis ad Electi conſenſum obtinendum Velle rigoroſè præcipere, ob illam frivolam rationem, quod, ſi nollet Titium electum eſſe Epi- 199

ſcopum,

ſcopum, poſſet differre, illi rigo-
roſum præceptum imponere. Nam
hoc certè frivolè dicitur: Quo-
niam, ſi Pontifex nollet Titium
eſſe Epiſcopum, faciliùs & ſine ulla
injuria poſſet, ut diximus *num.*178.
& dicemus, illum non admittere
ad ſcrutinium; & admiſſo ad ſcru-
tinium, poſſet illum non eligere;
& electo, poſſet illi electionem non
irritare, & conſequenter illum
non facere Epiſcopum. Magis enim
diſſonum eſt Pontificiæ authoritati,
quòd Titius electus neceſſitandus
& obligandus ſit ex Voto non obe-
dire ſimplici Pontificis voluntati;
quàm quòd obediat, & conſentiat
ſine rigoroſo præcepto: etenim il-
lud primum ex centum capitibus
implicat ut dictum eſt: hoc autem
ſecundum nullo ex Capite repu-
gnat, ut ampliùs dicemus infra
*num.*206.

Nec probatur pro conſenſu
validè & licitè præſtando in ele-
200 ctionem à quocumque factam,
ſive à Pontifice, ſive ab inferiori-
bus Prælatis, de neceſſitate ſem-
per intervenire debere rigoroſum
Papæ præceptum ex allata Conſti-
tutione Urbani VIII., ob illam
rationem, quòd Pontifex ibi ſibi
ſoli reſervat facultatem præcipien-
di, ut retulimus *nu.* 83.185. 146.
Quia hujuſmodi reſervatio opti-
mè currit, & verificatur in caſu &
quotieſcumque ad coactè conſen-
tiendum extendendæ ſint manus
ad dictum rigoroſum præceptum,
ut ſæpe contingere poteſt in ele-
ctionibus factis ab inferioribus
Prælatis; & quando electis rigo-
roſè præcipere expediret.

Et adducta effugia ſunt ſuper-
flua & inutilia. Primo quia illi, qui
201 præfatum votum non emittunt, non
expectant rigoroſum præceptum
ad hoc, quòd non conſentiant ex
proprio motu & affectu: ſed ſuf-
ficit ipſis motivum virtutis obe-
dientiæ, Summo Pontifici præſtan-
dæ.

Secundò quia, obedientia,
quam vult Papa à Titio mediante
rigoroſo præcepto, ad ſummum po- 202
teſt deſiderari in ſubſidium, & ad
inſtar ſubſidiariæ actionis, quæ ali-
quando datur *l.* 1. *in princip.* §. *non
tantum ff. de magiſtr. conven.* §. *ult.
Inſtit. de ſatiſdatio Tutor.* quando
nimirum Titius nollet promptè
obedire ſimplici Pontificis volun-
tati, quo caſu compellendus eſſet
rigoroſo præcepto. Hoc tamen non
poteſt impedire, quòd Titius prom-
ptam obedientiam præſtet, ante-
quàm percutiatur præcepto. Ete-
nim hoc tenderet ad impedien-
dum majus meritum Titii, volentis
promptè obedire, quod non eſt di-
cendum.

Tertiò, quia Pontifex ex di-
ctis *n.* 192. *& ſeq.* ſub nulla ſuppo- 203
ſitione etiam ſibi voluntaria poteſt
ſibi ligare manus non exigendi in
qualibet occaſione à Titio prom-
ptam obedientiam, ſed permitten-
do dictum votum, ligat ſibi manus
ergo &c.

Et licèt Papa poſſit diſſolvere ta-
le votum de non promptè obediendo
ad textum *in Cap.quadam.35.qu.3.* 204
attamen illud non poteſt permitte-
re, quia non poteſt impedire actum
ſibi cõvenientem promptę obedien-
tiæ. Nam hoc eſſet reſtringere am-
plam ſuam authoritatem, quod fieri
non poteſt, ut ex dictis juribus ſupra
allegatis 192. *ſeq. innoteſcit*.

Nec dicatur, requiri præce-
ptum, ex illa ratione, quia ſi poſt-
quàm Titius fuit electus detegan- 205
tur ejus demerita, poſſit ex dene-
gatione præcepti remanere ſuſpen-
ſa, & impedita ejus electio.

Hoc, inquam, non dicant,
quia tale remedium verificari non
poteſt reſpectu non habentium 206

præfa-

præfatum votum. Secundò, quia ſi poſt electionem detegerentur demerita electi; tunc Canones remedia præberent, ex textibus allegatis ſupra *n. 19. Cap. dilectiſſimi. & Cap. horrendus.* & juxta illa eſſet procedendum; unde nullum remanet effugium, de requirendo præcepto, quando Papa eſt, qui immediatè elegit.

Nec replicent, quòd Papa
207 eligendo Titium, vult illum eſſe Epiſcopum verè & poſitivè, & ponit omnia, quæ ſunt præparatoria ad Epiſcopatum; ſed non vult, quòd Titius per ſuum conſenſum perficiat opus, uſque dum ipſe rigoroſè præcipiat.

Nam iterum contra eſt primò,
208 & omnia ſupra recitata redeunt abſurda, quia ex hujuſmodi reſponſione reſultat, totam illam voluntatem Papæ diſcutiendi merita Titii, eligendi, & intimandi, non eſſe voluntatatem efficacem, & abſolutam faciendi Titium Epiſcopum, ſed conditionatam, & ſub incerta condititione, ſi Papæ placuerit rigoroſè præcipere. Hoc autem, ut dictum eſt, ſecundùm Leges Civiles & Cononicas ſupra allegatas *num.* 158. 162. *ſeq.* ſuſtineri non poteſt: cùm uniformiter diſponant, quòd, poſita electione perſonæ ad officium, electus teneatur acceptare, aliàs erit rigoroſè puniendus, *Reſolut.* 15. *num.* 159., quibus & addimus D. Thomam, volentem compelli debere ad ſumenda Officia hominem invitum *opuſc.* 21. *cap.* 3. aliàs puniri. Igitur illa prima voluntas Principis electiva, non fuit conditionata, & inefficax, alias injuſtum eſſet non conſentientem punire.

Secundò, quia electio dat
209 Principi Jus puniendi reſiſtentem, juxta Jura modò allegata. Ita dat jus electo ad conſentiendum, ex textibus ſupra *n.* 18. 21. etiam cum aſſignatione termini, ad textus allegandos *Reſ.22.n.59. & Reſ.25. num.*1. 28. unde non debet expectare præceptum.

Reſpondent in hac materia non eſſe procedendum ſecundùm 210
jura communia; quibus cenſetur derogatum ſemel, ac Papa approbaverit votum de non conſentiendo in electionem à ſe factam, niſi ſub rigoroſo præcepto. Et ita ſicuti electus non conſentiens antè præceptum non eſt puniendus; ita antè præceptum non habet jus ad rem. Nec ulla ei fit injuria, ſi Papa illi non præcipiat, ut conſentiat.

Sed contra eſt. Quia ſi poſſibile ſit juxta leges ſalvare, Titium 211
electum ad Epiſcopatum poſſe in electionem etiam factam à Papa ad formam noſtri voti coactè conſentire, nullo interveniente rigoroſo Papæ præcepto, ſed per alias coactionis vias à nobis aſſignatas, cùm ex dictis ſupra *num.*52. leviorem viam ille, qui plures habet, eligere poſſit *l. ſi. fratres §. idem ff. pro ſoc.* Quare non erit hoc modo dicendum; ut videamur leges ſemper & in concuſsè inviolatas ſer- 212
vare, cùm ſint divinitùs factæ *L.* 12. *Cùm in longi §. Poſſeſſionem Cap. de præſcriptionibus longi tempor.* quàm illas neglectas habere?

Quarum quæcumque minima correctio ſemper fuit odioſa, 213
& omnino vitanda *L. præcipimus. C. de appellatione.*

Et ab antiquis juribus non recedendum, niſi quatenus reperitur 215
expreſſum *Gloſſ. in Cap. conſtitutionem. in ver. prorogamus de Reg. in 6. aliàs* cederent in ludibrium, & eſſet illa deridere *L.* 8. *Cùm non ſolùm §. Pater. gloſſ. non autem filio Cap. de Bonis, quæ liberis.* quod nullatenus eſt dicendum.

Præterquam quod, quæ contra le-
ges fiunt non ſolùm inutilia, ſed
etiam pro inſectis habenda. *l. ſi
libertas ff. de jure patronatus in
margine*.
Secundò, quia nullum eſt in-
218 conveniens aſſerere, noſtrum vo-
tum non eſſe intelligendum de ele-
ctione facta à Papa, ſed de illa,
quæ fit ab aliis inferioribus Præla-
tis, cùm ex hoc modo dicendi
nullum ſequatur abſurdum. Immò
omnis ratio convincit, quòd potiùs
ita dicatur, quàm omnia commu-
nia Jura pervertantur, eiſdemque
derogetur *d. gloſſ. in Cap. Conſtitu-
tionem*.
Cæterum, dato & non con-
219 ceſſo, quòd in hoc caſu omnes le-
ges Civiles & Canonicæ interfe-
ctæ & derogatæ cenſeantur, nulla-
que prævaleat; Illa tamen de am-
pla Pontificis poteſtate numquam
diminui, dirimi aut interimi pote-
rit, & vigorem deperdere; cùm
non ſit ab homine, ſed à Deo *dict.
Cap. novit. de judiciis ſupra n. 192.
ſequent.* Unde ſi Pontifex præro-
gativam, & poteſtatem habet, ut
ſibi in quacunque re, manifeſtata
priùs ſua voluntate, & placito,
obtemperetur à ſubdito, tam per
promptam obedientiam; quàm præ-
ceptum rigoroſum: in nullo caſu, &
à nullo, neque ab ipſomet Summo
Pontifice, poterit talis prærogativa
reſtringi, quòd ſolùm per rigoroſũ
præceptum obedientia pręſtetur, ex
juribus ſupra allegatis *n. 192. ſeq.*
& multò minùs, quòd à ſubdito
fiat votum de non promptè obe-
diendo ſimplici Pontificis volun-
tati; & niſi veniat percuſſus ejus
rigoroſo præcepto: hoc enim vo-
tum vergeret apertè in præjudi-
cium Pontificis, adeòque nullum, &
nullatenus ſuſtinendum tanquam
illicitum. S. Thõ. rotundis verbis *in
4. diſt. 38. qu. 1. art. 4. qu. 1. in corp.*
ibi *votum de illicito eſſe non poteſt.
Non autem licet ſubtrahere alicui,
quòd ei debetur, ideo per votum
alicujus non poteſt fieri præjudi-
cium ſuo Prælato, quin debeat ejus
mandatis parere, quando fuerit
opportunum*. Talia enim ſunt ver-
ba dicti voti; Nimirum. *Voveo
non conſenſurum, niſi coactus Sum-
mi Pontificis rigoroſo præcepto ſub
pœna mortalis peccati*. Ecce nega-
tur à ſubdito omnis prompta obe-
dientia Pontifici; & obedientia
ſolùm promittitur pulſante rigoro-
ſo præcepto.
Itaque eſt certiſſimum, lo- 220
quendo de re licita, quòd Sum-
mus Pontifex, manifeſtata ſub-
dito ſua ſimplici voluntate, &
placito, & in ſenſu compoſito hujus
virtualis præcepti, poſſit auferre
obligationem à ſubdito, quòd ſibi
promptè obediat.
Nam licèt Pontifex poſſit
tale virtuale præceptum, aut ſim-
plicem voluntatem retrahere, &
mutare: non poteſt tamen illa fir- 221
ma remanente, impedire execu-
tionem per ſubditum liberè facien-
dam. Quia ex intrinſecis terminis
cujusvis præcepti eſt indiſpenſabi-
liter poſtulare obedientiam: & obe-
dientia debetur cuicunque præce-
pto, ex Juribus allegatis *num. 48.
& ſeq. & Reſol. 12. num. 34.*, ubi
recoluntur actus, ad quos ſe
extendit obedientia; & multò mi-
nùs ſubditus ullo modo poteſt ſe
ligare per votum ad non promptè
Papæ obediendum: Quia hoc eſſet
derogare amplitudini poteſtatis,
quam Papa habet à Deo in ordine
ad exigendum ſibi ab omnibus 222
obedientiam, quod repugnat. Re-
pugnat enim; quòd Papa dicat,
& manifeſtet, *Mea voluntas eſt,
& mihi placet, quòd Titius faciat
hanc rem, ſed non volo, quòd mibi
obediat*. Sunt enim modi loquen-

di inuſitati, improprii, repugnantes, & prorſus inutiles, vitiantes propter aſſumptam formam Juri contrariam *Bald. in Cap. Meſſana. num. 2. de elect.* Nam hic actus voti, *non volo obedire Papæ, niſi rigorosè præcipiat*, eſt individuus, adeòque non poteſt pro parte valere: & pro parte non valere *Cap. prudentiam de offic. de leg.* In individuis enim & inſeparabilibus mixtio inutilis vitiat utile, & magis inſpicitur quod nocet, quàm quod prodeſt. Anton. de Butrio *in dicto Cap. Meſſana notab. primo* & Abbas *in eodem num. 3.* vel tandem ſupradicta Papæ voluntas eſſet pura velleitas, & fumus extra caſum: vel eſſet ſincera voluntas de re licita, & non poteſt impediri prompta obedientia.

222 a Ad difficultatem ſupra factam *num. 198.*, Nimirum quòd Pontifex dicat Titio. *Ego eligo te in Epiſcopum; & tibi intimo, & notam facio Electionem de te à me factam; ſed nolo, & prohibeo tibi, ut promptè conſentias, & acceptes; Immo volo, quòd non conſentias niſi priùs tibi rigoroſum impoſuero præceptum.* In hoc caſu Pontifex, ut diximus, interdicit promptam obedientiam, & jubet expectari rigoroſum præceptum: & hoc vult Papa, vel quia ſic ſibi placet, vel ad exercitium obedientiæ à Titio præſtandæ. Et in hoc nulla videtur repugnantia.

Sed contra eſt. Et præter uberrimè ſupra dicta, certè in prædicto caſu quot verba tot implicantiæ & abſurda complicantur. Et imprimis præfatus caſus merè fingitur, & in facto non datur, nec umquam in praxi conſideratus fuit. Ex altera parte votum, de quo agitur, ſine ulla Papæ diſpoſitione ſimpliciter promittit, non eſſe conſenſum præſtandum, niſi ſub rigoroſo præcepto, excludendo quamcumque obedientiam extra illud.

Secundò, Præfata Papæ diſpoſitio omni ex parte implicat, quia ponit, quòd Papa ſimul vult & non vult, quòd Titius conſentiat, & obedediat. Profectò vult quòd obediat in quantùm oſtendit & manifeſtat ſuam voluntatem per electionem de illo factam ad eccleſiaſticas dignitates ſeu ad Epiſcopatum, illique intimatam, in qua ejus ſimplex voluntas & virtuale præceptum ſummopere conſiſtit & reſidet & conſenſum expoſcit. 222 b

Non vult quòd obediat, quia impedit ejus conſenſum ſi non ſuperveniat rigoroſum præceptum; & conſequenter electio remanet de vento uſque dum impeditur conſenſus.

Reſpondent, non eſſe implicantiam, quia Papa non prohibet conſenſum & obedientiam abſolutè, ſed ſolùm uſque dum accedat rigoroſum præceptum. Etenim nihil prohibet, quòd Papa dicat aliquid Titio, & ſimul velit nullam inducere neque formalis, neque virtualis præcepti obligationem, quod ſemper requiritur, ut diximus, ad rationem veræ obedientiæ. Etenim non omnia, quæ narrat Papa, habent rationem præcepti, aut deſiderii, quòd Titius illa faciat, ut conſtat: Ergo poterit ſtare, quòd Papa dicat Titio ipſum eligiſſe Epiſcopum abſque eo quòd hoc habeat rationem virtualis præcepti; eidemque imponere, quòd non conſentiat, uſque dum fuerit percuſſus rigoroſo præcepto. 222 c

Sed contra eſt, & redeunt omnes ſupradictæ implicantiæ, & abſurda; Etenim implicat, quòd Papa non fictè & ſimulatè, ſed verè & ſincerè faciat Titium Epiſcopum, & ſimul nolit, quòd Titius 222 d

ſit Epiſcopus, ut infra oſtendendemus. Si ergo Papa faciat Titium Epiſcopum, ergo vult Titium eſſe Epiſcopum. Si vult eſſe Epiſcopum, ergo vult quòd conſentiat, & acceptet. Aliàs eſſet irriſoria electio. Si ergo vult quòd conſentiat, hoc ipſum habet rationem virtualis præcepti, & conſequenter vult, quòd Titius conſentiat & obediat. Ex altera parte impedit, quòd Titius obediat virtuali præcepto, dicendo illi, quòd non pareat niſi rigoroſo percuſſus præcepto, ergo vult & non vult quòd Titius obediat.

Secundò, Præfatus caſus, quem
222 e fingunt adverſarii, eſt extra quæſtionem, quam facimus; Quia ſupponit, quòd Papa ſolùm narrativè dixerit Titio, illum elegiſſe Epiſcopum, non verò per modum oſtentionis ſuæ voluntatis, qua volebat Titium eſſe Epiſcopum. Et per conſequens tunc dicta electio non habebat rationem veræ electionis, & virtualis præcepti, poſtulantis conſenſum, & obedientiam.

Igitur, ſtudioſè Lector, per-
222 f pende & conſidera, quòd prima contradictio conſiſtit in eo, quòd ſuperior velit virtualiter præcipere; & ſimul nolit, quòd ſubditus reſpectivè ad tale præceptum obediat. Quando ex intrinſeca ratione, & eſſentialibus terminis cujuſcunque præcepti eſt poſtulare obedientiam. Et ſic ſuperior vult& non vult obedientiam; vult, quia virtualiter præcipit; non vult, quia obedientiam impedit, jubendo, quòd ſubditus non obediat, niſi accedat rigoroſum præceptum.

Secunda contradictio conſi-
222 g ſtit, quòd velit Papa Titium eligere Epiſcopum, quod eſt idem ac Titium Epiſcopum facere: & nolit ſimul, quòd hoc eligere ſit oſtenſio ſuæ voluntatis, quòd Titius conſentiat. Quando ex intrinſecis electionis terminis eſt, electi conſenſum poſtulare. Hæc enim prætendere ſunt chimeræ, & temporum jacturas quærere, mentes defatigare, & non amare veritatem; de quibus omnibus latè infra.

Sed pro funditùs enervandis
hujuſmodi difficultatibus, & ſimi- 223
libus, quæ poſſent occurrere; adunando ſimul, & recapitulando diſperſa præ mentis omnium oculis conſideranda repræſentamus, quòd hæc tria verba, *Eligo Petrum Epiſcopum*, ſunt prorſus æquipollentia, & habent eundem & ipſiſſimum ſenſum, ac ſequentia. *Volo præ cæteris Petrum eſſe Epiſcopum, ipſumque conſentire*. Nam, *volo præ cæteris Petrum eſſe Epiſcopum*, eſt idem, *ac eligo*; Quia *eligere, eſt unum ex multis capere*, ex juribus ſupra allegatis *num.* 18. Ipſumque conſentire, quia de ratione intrinſeca electionis indiſpenſabile eſt ordinari ad conſenſum electi, ſine quo nihil operatur electio, ad text. ſupra allegatos *num.* 21. *ſeq.*

Volo Petrum conſentire, eſt 224
clara, expreſſa, & poſitiva Papæ voluntas, & ad minùs virtuale præceptum, quo Papa vult electum conſentire. Unde ſine dubio talis ſimplex Papæ voluntas eſt objectum obedientiæ electi. Cùm ſubditi obedientia ſolùm reſpiciat Prælati voluntatatem; ad text. ſupra allegatos *num.*84. Unde ſi ſubditus non conſentiat, certè quòd non obedit, ſed reſiſtit voluntati Pontificis. Si autem conſentit, obedit, & talis obedientia poterit etiam eſſe ſimul prompta & coacta. Prompta, quatenus non expectat rigoroſum Papæ præceptum: Coacta, quatenus ſi non ſtatim electus conſentiat, poteſt timere præceptum. Quæ omnia per ſe nota videntur, & ſuperiùs ex juribus plu-

ries

ries demonſtrata *num.* 21. 39. 42. 44.

Secundò, conſiderandum ve-
225 nit, quòd vera, non ficta, ſeu ſimulata electio, ſeu actus verè electivus ex ſua intrinſeca ratione debet ordinari ad conſenſum electi; cùm ſine electi conſenſu electio perfici non poſſit ex Jur. ſupra allegat. *num.* 21. 39.

Et quod dicimus de electio-
226 ne, de Electore pariter dicendum venit; quòd tunc dicatur verus, & non ſimularus Elector, quando verè reſpicit & intendit electi conſenſum: Nam ſi eligeret & conſenſum non reſpiceret, nec eſſet vera ejus electio, nec ipſe eſſet verus Elector ad text. ſupra *num.* 40. *& ſeq.* Quapropter ſi contingeret, quòd ad eamdem perſonam ſimul ſpectaret ponere electionem & cauſare electi conſenſum: Sicuti quando Papa eſt qui eligit, & per ſuum rigoroſum præceptum cauſare debet conſenſum: tunc ſi Elector non intenderet quantùm eſt ex ſua parte eligere & cauſare conſenſum, ejus electio eſſet de vento, inutilis, & vacua effectu, & non eſſet vera electio, nec ipſe eſſet verus Elector, cùm poneret electionem, non intendendo electi conſenſum: pro quo faciunt dicta Jura ſupra allata *num.* 40. *& ſeq.*

Ita Summus Pontifex, ad
227 quem ſpectat ponere electionem de Titio dictum votum habente, de non conſentiendo in Epiſcopatum ſine Papæ rigoroſo præcepto, tunc ſi Summus Pontifex non reſpiceret, nec intenderet rigoroſum infligere præceptum, ſine dubio poneret non veram, ſed ſimulatam & inutilem electionem. Non ſecus ac ſi eligeret ad Epiſcopatum ſimulacrum, aut hominem mortuum, cujus nullus eſt poſſibilis conſenſus, & actio. Ad textus infra *num.* 240. Et ex altera parte nolens Papa rigoroſè præcipere, non vult tollere impedimentum; adeòque relinquit conſenſum Titii moraliter impoſſibilem, & ita poneret inutilem electionem: mediis enim contemptis finem nullus conſequitur *Cap. Propterea de offic. delegati*.

Sed ſcrupulus non conſiſtit, quòd electus non obediat ſimplici 228
voluntati Papæ (in cujus omiſſione forſitan aliquando non eſſet culpa, licèt non adeſſet meritum promptè conſentiendi.) Sed conſiſtit in eo quòd electus mediante ſolemni votò, expreſsè & deliberatè neget obedientiam ſimplici voluntati Papæ, & expreſsè dicat, *nolo tali ſimplici Papæ volantati parere*, & ad hoc ſe obliget ſub pœna ſagrilegii dicendo, *voveo non conſenſurum in mei electionem*; & addat, *quòd ſolum ex formali præcepto coactus obedire intendit*, quòd eſt expreſsè omnem excludere conſenſum in ſimplicem Papæ voluntatem, quod ex dictis nullatenus ſuſtinendum videtur, ex rationibus, & Juribus ſupra abbundanter cumulatis *num.* 172. *& ſeq.*

Nec juvat replicare, quòd 229
conſenſus expectatur, ſi advenerit præceptum;

Nam contra eſt, quia iterum ultra dicta, hoc modo electio pro conſenſu dependeret non à ſola voluntate electi, ſed à conditione per alterum ponenda, hoc eſt à voluntate Papæ, ſi voluerit rigoroſè præcipere; & conſequenter electio magis reſpiceret voluntatem Papæ eligentis, qui præcipere debet, quàm voluntatem electi. Quod eſt contra naturam & eſſentiam ipſius electionis: qua ſemel poſita, per legitimum eligentem pro ſui complemento, nihil aliud ſupereſt, quàm recipere conſenſum electi,

ex

ex juribus ſupra cumulatis *num.* 40. *ſeq. & 226. ſeq.* & infra 236. *ſeq.* & non redire ad conſenſum eligentis, ut infra *num.* 239.

230 Quod magis, magiſque evidenter oſtenditur, quia electio, ut diximus, ex ſuis terminis intrinſecis ſolùm perfici expectat à conſenſu electi, & nullo modo à conſenſu eligentis, ut patet ex juribus allegatis *num.* 21. 39. 44. 42. 225. 239. dirigentibus electionem non ad eligentem, ſed ad electum, cum quo ſolùm matrimonium ſpirituale contrahitur: ex dictis *num.* 21. 45. Item quia jura puniunt electum reſiſtentem, & detrectantem conſentire, ſupra *num.* 159. *ſeq. uſque ad* 164. non verò eligentem recuſantem cauſare conſenſum per ſuum formale præceptum.

231 Secundò, videtur implicatorium, quòd exceptis actibus immanentibus, idem ſit principium & terminus ejuſdem actus. Extrema enim in omni Philoſophia ſunt inidentificabilia, quod magis conſtabit ex modò infra dicendis *num.* 234. 235. & ita videtur, quòd idem Pontifex non poſſit eſſe principium electionis in quantùm illam efficit, & terminus ejuſdem, qui eſt conſenſus, in quantùm illum cauſat.

232 Tertiò, nec actus electionis, ut diximus, poteſt ordinari ad conſenſum eligentis: Quia vel Papa eligens non vult rigoroſè præcipere, quòd electus conſentiat, & tunc non eligat; quia in vanum, & illuſoriè eligeret, ſciens, quòd electus non poteſt conſentire ſine dicto præcepto. Vel eligit, & vult præcipere; & tunc ſuperflua & intempeſtiva videtur dicta voluntas præcipiendi, cùm teneretur priùs explorare arbitrium electi, an velit promptè virtuali præcepto conſentire. Nam ſi electus vult promptè conſentire, ſuperfluit rigoroſum præceptum; Si verò electus nolit conſentire, tunc diſcretè utatur dicto præcepto, ſolùm in ſubſidium & remedium ad obtinendum conſenſum, & non præcipitanter & inconſolto in præceptum erumpat. Quæ infra iterum tangemus *num.* 244.

Dixi diſcretè, ne nimiùm reſiſtentes nimia coactione conſentire compellantur, & mali exitus inde provenientes compellentibus imputentur ad text. ſupra *num.* 181.; Et faciunt Jura ſupra *num.* 113. 233

Cæterum ſi Petrus electus à Papa non poteſt conſenrire in electionem, niſi Papa rigoroſè præcipiat, indubitarum eſt, quòd Papa eſſet cauſa electionis, & cauſa conſenſus, præcipiendo. Si verò non præcipiat, erit cauſa electionis vacuæ: & electio magis ordinaretur ad eligentem pro conſenſu comparando, quàm ad electum. Et tunc videretur, quòd eligere eſſet ludere, trudere, & retrudere pilam, electum nimirum elevare per electionem ad Dignitates, eumdemque dejicere & reprimere, per ſubtractionem formalis præcepti, ut conſenſum licitè date nequeat.

Quod magis oſtenditur. Nam Titium, ut meliorem eligere ad Dignitatem, & nolle eidem præcipere, ut conſentiat eſt, Titium velle ad Dignitatem exaltare, & ei Dignitatis conſecutionem impedire. Seu eſt illum eligere, & poſtquam eſt electus, ab electione repellere; quod non parum in dedecus electi redundat. Turpius enim rejicitur, quàm non admittitur hoſpes: quod omnia Jura prohibent; Quia electus poſt publicationem electionis habet Jus ad rem: ex juribus ſupra *num.* 21. & 233 a

ſemel

ſemel approbatus ampliùs reprobari non debet: ex allegatis *num.* 19. & *Cap. publicato*, & *dilectiſſimi* 18. *queſt.* 2. & *Cap. horrendus* 32. *queſt.* 5.

234 Item eligentis & electi non eſſet perſonarum diverſitas, ſed identitas; cùm conſenſus in electionem magis pendederet à voluntate aligentis ut rigoroſè præciperet, quàm à voluntate electi ut conſentiret; Cùm aliàs electus in ordine ad conſentiendum in ſui electionem eſſet veluti homo mortuus, ſi à formali præcepto eligentis non reciperet motum. Ad ſenſum Senecæ modò infra citandi.

Inſuper nec eſſet ſaltem duo-
235 rum contractus, ut Jura poſtulant *L. in omnibus ff. de act. & oblig. & L. ſicut Cod. eodem* Sed unius ad ſe ipſum, ut Jura repellunt *L. Labeo ff. de verborum ſignif. & L. ſuo §. penult. ff. de leg.*

Tandem videamus, ad quid inſervire poſſit rigororoſum Papæ præceptum, quando ipſe Papa immediatè eligit.

Quoniam vel Papa eligit & non habet animum rigoroſè præci-
236 piendi, quòd electus voto ligatus, conſentiat; & tunc eſſet illudere: & electio remaneret futilis & vacua effectu, atque ſine utilitate; non ſecus ac quando mulier dicitur vacans, hoc eſt, ſine viro, aut vidua *L. Secunda qui cætu. §. Qui vacantem. Et gloſſ. ibi ff. ad legem Juli. de vi pub. cujus nullus ſperatur fructus*. Nulla enim diſpoſitio poteſt eſſe inutilis; Sed aliquid operetur neceſſe eſt. *Cap. Abbate de verborum ſignificat. & L. quoties de verborum obligatione*. Profectò electio ſine rigoroſo præcepto eſt idem ac electio ſine conſenſu; cùm ſine præcepto non valeat conſenſum recipere, & ſine conſenſu remanet prorſus aærea, de vento, & illuſoria; ac proinde ad nihil inſervit. *Arg. L. quis bis. ff. de verb. obligat.* & derideretur electus; quia nullum effectum operari eſſet apta. *l. Creditori ff. de leg. & dicta l. Quis bis ff. de verborum obligat.* equidem ſi Papa eligeret & conſenſum non præciperet, ad vulgatum proloquium, idem eſſet, ac durum panem edentulis porrigere, nulla ipſis ex hujuſmodi panis oblatione proveniente utilitate; Aut eſſet ſperare prolem à ſterili vel impotente *Ludov. Big.* aut in mortuo vitalis caloris flammas excitare. *Seneca in Hippol.* ſic electus ſine rigoroſo præcepto ad conſenſum gignendum tamquam mortuus eſſet reputandus.

Inſuper ſi Papa palàm eligit, 237
& abſcondit animum nolendi præcipere, idem eſt ac velle electum fallere, eo prorſus modo, quo ſi animo fallendi loqueretur obſcurè, quod ſine dolo fieri non contingit *L. ea quæ ff. de contrah. empt.* Nemo enim ſciens alium fallere à jure permittitur *L. qui juraſſe ff. de jure jur.* falleret autem, quia ipſe electus rationabiliter expectans præceptum, & illud non ſuccedens, deciperetur.

Item, ſi Papa eligit, & non ri-
goroſè præcipit, electio erit nulla, 238
quia nihil prorſus diſponit, & ita ſe habet ac ſi non eſſet, quemadmodum nullum eſt ſtatutum, & tanquam ſi non eſſet reputatur, ſi non plus diſponat, quàm jus commune *Cap. 1. de Conſtitut. in 6.*

Vel Papa eligit, & ſuo rigoroſo
præcepto cauſat conſenſum electi; 239
& tunc electio revertitur in eligentem, non ſecus ac effectus cauſatus redit in cauſam cauſæ, & conſequenter electus ſolùm veniret de materiali, & tanquam mortuus. Eligens verò veniret de formali, tam in ordine ad electionem,

quàm

quàm in ordine ad conſenſum in illam: quia ad ipſum tantummodo & privativè ad quoſcumque alios, mediante ſuo rigoroſo præcepto, ſpectaret opus, ad quod electus mortuus reviviſceret, & conſenſum præſtaret. Quod videtur contra jura copioſè allata de neceſſitate electi conſenſus *num.* 21.

Dixi, quòd tanquam mor-
240 tuum ſe haberet; quia mors potentias omnes atque motum quemcumque ſolvit, deſtruit, & interficit. *Autb. de nuptijs* §. *Deinceps. coll.* 4. Surd. *Conſil.* 99. *num.* 17. omniſque actio *L. actione* §. *Morte ff. pro ſocio.* homo enim ſpiritu motuque carens, non eſt homo. *L. quod dicitur ff. de lib. & poſtu.* & qui non mevetur non agit *L.* 4. *de præpoſitis Sacri Cubiculi. & L.* 3. *C. de quadr. præſcri.* & mortua voluntas eſt, qua quis uti non poteſt. Non ſecus ac quando quis re ſua uti non valet, res mortua dicitur *L. ſi maritus ff. de Donat. inter vir. & uxorem L. proſperandum. Cod. de Judic.* ſic in noſtro caſu, ſi ſua voluntate electus ad conſenſum præſtandum impeditur, mortua remanebit voluntas, uſquedum à præcepto motum recipiat.

Sicuti ſi pro contrahendo car-
241 nali matrimonio: ad eundem virum pertineret, & mariti & uxoris conſenſum formaliter cauſare. Tunc matrimonium non eſſet, quod nemo auſus fuerit approbare.

242 In caſu autem noſtro eligens non ſolùm ex parte ſua cauſat electionem Titii ad Epiſcopatum; ſed etiam fortiter operatur ad conſenſum Titii, quatenus per ſuum rigoroſum præceptum Titium ratione ſui voti mortuum reviviſcere facit, & ſub mortalis ſacrilegii pœna conſentire compellit: & conſequenter conſenſus electi tribuendus magis erit eligenti, & ita electio in eligentem reverteretur; cùm ſolius eligentis erit electionem facere & ſuum conſenſum dare; & electi conſenſum cauſare.

Nec dicant electum, licèt 243
præcepto compulſum, verè eſſe cauſam, & verè ſuum conſenſum elicere: Nam contra eſt, quia cauſa principalis, quæ primo loco conſideratur, plures habet rationes tam in cauſam inferiorem, quàm in cauſatum, & præ cæteris ſemper eſt potior S. Thom. 1.2. *quæſt.* 66. *art.* 6. *ad* 3. quæ omnia in hac hypotheſi de eligente verificantur; adeòque illi magis electi conſenſus erit tribuendus.

Quamobrem aut Papa eligit
& non vult præcipere; & tunc 244
electio eſt futilis. Aut eligit, & vult præcipere; & tunc conſenſus electi (ut dictum eſt ſupra *num.* 39. redit & ordinatur ad eligentem: quod eſt contra formam electionis, ex juribus ſupra datis *num.*21.229. & conſenſus elicitus ex percuſſione rigoroſi præcepti, ignorare facit, quam diſpoſitionem & libertatem in conſentiendo electus adhibuerit. Vel tandem electus percuſſus præcepto conſentire reſiſtit; Et lætalis ſacrilegii reus conſtituitur: ad text. *in Cap. fratres de pænit. diſt.* 5.

Hæc omnia haud conſideranda propoſuimus, ut noſtrum elide-
remus votum; quod eſt juſtum; 245
& Sanctum, ſed ſolùm ut longè arceremus prætenſionem & conatum quorumdam, quòd etiam in caſu, quo ipſe Pontifex eligat, debeat ipſe electi conſenſum rigoroſè præcipere; ex illa ratione quia electus quaſi mortuus conſentire non poteſt, niſi Papa illum rigoroſo præcepto percuſſum reviviſcere faciat; & hoc prætendunt, etiamſi formula voti non exprimat

inat formaliter rigoroſum præce-
ptum, ſed coactionem deſcribat
ex ſolo motivo virtutis obedien-
tiæ, ut ſonat formula noſtri voti,
ubi dicitur. *Voveo non conſenſu-
rum in mei electionem, niſi coactus
obedientia Summi Pontificis.* Quam
coactionem, ad evitanda præfata
inconvenientia, optimè haberi
poſſe diſſervimus, vel ex timore
præcepti, vel ex reſtrictiva obje-
cti, vel ex prompta obedientia,
quæ ſunt ſolida fundamenta ad
præfatas diſſipandas difficultates,
& abſurda.

Quæ abſurda non ſequuntur,
246 quando eligunt inferiores Prælati,
qui ſuam electionem, pro conſen-
ſu in illam comparando, nullo mo-
do dirigunt ad ſe ipſos, ſed imme-
diatè ad ſolum electum, qui ſi ab
omni voti vinculo ſolutus ſit, pro
ſua libertate conſentit. Si autem vo-
to ligatus exiſtat, ad ſui Superio-
ris moderamen exercebit conſen-
ſum, ad formam Textus *in Cap. ſi
Religioſus. de elect. in 6.*

Et idem videtur reſolven-
247 dum in formulis illis, in quibus pro
conſenſu præſtando in Dignitates,
exprimitur Papæ præceptum. Hoc
enim non eſt intelligendum reſpectu
conſenſus in electionem ad digni-
tatem, quæ fit immediatè à Pa-
pa; ſed ſolùm reſpectu illius, quæ
fit ab inferioribus Prælatis. Vel
non eſt intelligendum de præce-
pto rigoroſo, ſed ſolummodo de
virtuali. Quod abunde ſufficere
demonſtravimus. Cùm quæcumque
in caſu noſtro modica coactio ſit
ſatis.

Cæterum cùm dicta condi-
248 tio de non conſentiendo, niſi ſub
rigoroſo præcepto, non imponatur
à dictis inferioribus Prælatis, quan-
do ipſi immediatè eligunt; Ita ad
ipſos non ſpectat tollere impe-
dimentum ad conſenſum præſtan-
dum, adeòque illi abſolutè eli-
gunt, & abſolutè reſpiciunt con-
ſenſum illius, qui fuit ab ipſis ele-
ctus; Et non ſequuntur contra
ipſos præfata recenſita abſurda,
quæ militant, quando eadem per-
ſona eſt eligens, & debet ſimul
mediante rigoroſo præcepto cauſa-
re conſenſum in electionem ab
ipſo factam.

Quòd ſi electus deinde, vel
nolens conſentire, vel aliundè im-
peditus non conſentiat, *ut in dicto* 249
Cap. ſi Religioſus., hujuſmodi de-
fectus non provenit ab electoribus,
ſed ſolùm ſe tenet ex parte electi;
& ita non retardat eorum abſolu-
tam electionem.

Inſuper ſi ex aduerſo perſi-
ſtetent, ad coactè conſentiendum 251
in Dignitates ſufficere non poſſe
virtuale Papæ præceptum, ſed
omnino, & ex neceſſitate formale
& rigoroſum deſiderari: Tunc ut
præfatæ difficultates & abſurda
contra tam ſaluberrimum votum
ad illud deſtruendum, enervata
remaneant, & nullo modo præva-
leant: firmavimus ſupra, præfata
verba voti non conſentiendi in ſui
electionem, aut promotionem,
non eſſe intelligenda de electione
ſeu promotione, quam immedia-
tè facit Summus Pontifex: cùm
ejus rigoroſum præceptum tunc
omnino officiat, & nihil juvet, &
plurium abſurdorum turbinem
commovere compertum ſit: Sed de
promotione, & electione, quam
facere poſſunt infeiores Prælati;
in quo caſu poteſt ſupereſſe locus
ad formale Papæ præceptum.

Quòd autem mediante con-
firmatione Summus Pontifex ap- 252
probare debeat electionem factam
ab infetioribus Prælatis, manifeſtè
convincitur: Quia cùm præfata
electio in re tanti momenti, utpo-
tè de animarum regimine, fuerit

facta ab inferiorioribus Prælatis, per neceſſe requirit approbationem illius, cui ob ſupremam ſuam authoritatem, deſuper magis Spiritus aſſiſtit divinus, non minùs ac Beato Petro *Cap. illud Dominus. de major. & obedientia*. Et votum remanebit perfectè adimpletum; quia conſenſus in electionem, factam ab inferioribus Prælatis, non ſuccederet coactus, niſi accederet Summi Pontificis præceptum, quod nullam involvit implicantiam; ſicuti implicantiam afferret, ſi requireretur rigoroſum Papæ præceptum, quando ipſe eligit, in præjudicium ſemper laudatæ obedientiæ, quæ debetur cuicumque ſimplici Pontificis voluntati, ut latè diſſervimus.

Et quòd ſine ullo inconvenienti Papa poſſit rigoroſè præcipere, ut electus conſentiat & acceptet, quando electio fit ab inferioribus Prælatis, ut aliquid aliud præter dicta ſpecialiter producamus, ſit 253

§. XII.

Probatur iterum, quòd quando votum requirit rigoroſum præceptum ad conſentiendum in Electionem; Hoc ſolùm eſt intelligendum, Quando Electio fit ab Inferioribus Prælatis: Et adducuntur objecta, atque ſcitu neceſſaria explicantur.

SUMMARIUM.

262 *Si Papa offerret pecuniam alicui Religioſo, daret etiam illi licentiam, ut acciperet.*

262 a *Confirmatio non habet rationem virtualis præcepti.*

262 b *Confirmatio non facit, ſed roborat.*

263 *Qui declarat, nihil dat, ſed ſignificat.*

Plus eſt conferre, quàm confirmare. ibid.

Qui confert donat. ibid.

264 *Confirmatio eſt neceſſitatis, & ſapit Juſtitiam.*

Per Electionem fit jus quæſitum Electo; & eſt debita confirmatio. ibid.

Collatio, conferre, eſt voluntaria, & ſapit gratiam.

265 *Confirmatio nil minimum novi juris addit.*

Electio dat jus Electo.

Confirmatio relinquit rem prout reperit, ſanam, vel infirmam.

268 *Diſpenſatio eſt relaxatio obligationis &c.*

Cauſa diſpenſandi.

Diſpenſare ſine cauſa; diſpenſans & diſpenſatus peccarent, & diſpenſatio eſſet diſſipatio.

270 *Proteſtatio eſt animi declaratio.*

272 *Proteſtatio contraria facto non relevat.*

QUòd Votum poſcens ad conſenſum rigoroſum præceptum ſolùm intelligendum ſit quando

do electio fit ab inferioribus Præ-
latis.
Probatur, quia in hac diſtin-
254 ctione nulla invenitur Juris repu-
gnantia; Et cùm dictum votum ex
ſuis terminis non ſe reſtringat ad
ſtandum pro electione facta ab hoc
vel illo Superiore, cujuſcunque or-
dinis ſit; neque explicet Summum
Pontificem, ſed indefinitè, & uni-
verſaliter loquatur, ut clarè oſten-
dit Jo.Chryſoſtomus Scarfò Acad.
Sac. *dub.*7. *num.*2. ſic ad removen-
da abſurda & inconvenientia, jure
optimo ſolùm intelligendum, & re-
ſtringendum venit, ad illum dum-
taxat ſenſum, ex quo nulla poſſit
erumpere turpitudo, ad text. ſupra
allegat. *num.*188. Et cùm commo-
dè, & ſine ullo inconveniente veri-
ficari poſsit de ſola Electione, quæ
fit ab inferioribus Prælatis, ita ſo-
lùm de iſta, & non de illa, quæ
à Summo Pontifice efficitur, uſur-
pandum eſſe, omnis ratio convin-
cit.
Et ad hanc noſtram mentem
255 aperiendam dicimus, quòd ſi nobis
rationùm pondus ſequendum fuiſ-
ſet, magis probabile, & veritati
conſonum exiſtimaviſſemus, præ-
fatum votum nunquàm debere im-
portare dictum præceptum rigoro-
ſum ſub pœna peccati mortalis; ſed
quia inter formulas, ſupra *Praamb.*
1. deſcriptas, altera eſt in ordine
quarta, quæ nimis rotundè ſe
explicans, requirit rigoroſum
præceptum, quod ex ſpeciali
ratione admittunt Patres Socie-
tatis teſte Suarez *tom.* 4. *de*
Religon. tract. 10. *lib.* 6. *cap.* 8.
de vot. numer. 16. adducens ibi
conſtitutionum locum *part.* 9.
Cap. 4. *lit. B.* Ita adſtricti fuimus
pro ſuſtinenda illius validate, &
ad omnia abſurda longè arcenda,
præfatam diſtinctionem in medium
efferre; Quod ſi electio fiat à Pa-
pa, tunc votum non requirit di-
ctum rigoroſum præceptum, ſed
virtuale ſufficit. Secus verò quan-
do eligunt inferiores Prælati.
Sed ex adverſo contrave-
nientes, hanc noſtram exturbare ni- 256
tuntur diſtinctionem, Objicientes
primo dicentes, ergo hoc votum
cogit SummumPontificem,ut rigo-
roſè præcipiat: Quia aliàs claude-
retur aliqua licita juris via, ideſt
rigoroſi præcepti ad providendum
Eccleſiæ de neceſſariis Paſtoribus;
ſed hoc eſt incoveniens. Ergo &c.
Secundò, quia hoc votum
de non conſentiendo in electio- 257
nem, niſi ex rigoroſo Pontificis
præcepto ſub pœna peccati morta-
lis, prohiberet etiam obedientiam
præcepto tacito, ſeù ſimplici Pon-
tificis voluntati. Ergo neque reſ-
pectu electionis, quæ fieret ab infe-
rioribus Prælatis tale votum debe-
ret admitti; cùm hoc ſit unum
ex pejoribus abſurdis ſupra recen-
ſitis *num.* 179. *ſequ.*
Major eſt manifeſta,quia nul-
lus impedire, & prohibere poteſt, 258
quòd Papa directè & expreſsè
oſtendat ſive per manifeſta ſigna,
ſive per verba, ſuam voluntatem
Titio, illi dicendo, gratum ſibi
fore ſi electioni de ſe factæ ab infe-
rioribus Prælatis conſentiat. Ergo
dictum votum, de non conſentien-
do, niſi ſub pœna mortalis pecca-
ti, prohiberet quoque; Titium
electum obedire ſimplici Pontificis
voluntati, aut ejus virtuali præ-
cepto.
Tertiò. Non minùs confirma-
tio,quam facitPapa de electioneTi-
tii ad Epiſcopatum, habet vim vir- 259
tualis pręcepti,& manifeſtat ſimpli-
cemPontificis voluntatem,quòdTi-
tius electus ab inferioribus Pręlatis
conſentiat;Quàm electio & intima-
tio, quam ipſemet Papa efficit. Er-
go ſi proinde non debet dari rigo-

roſum præceptum , quando electio fit à Papa ; ſic nec dari poterit , quando confirmatio fit ab eodem , & electio fit ab inferioribus Prælatis ; quia tunc quoque prohiberet dictam obedientiam Summo Pontifici , ejuſque virtuali præcepto. In quantùm etiam confirmatio virtuale præceptum importat , quòd electus conſentiat .

Explicatur magis hoc . Quia
260 vel in utroque caſu , tam quando Papa, quàm quando inferior Prælatus eligit , expectandum eſſet rigoroſum præceptum,vel nunquam, ſed virtuale ſufficeret.

Probatur . Quia ideo per nos
261 non eſt admittendum rigoroſum præceptum , ad conſentiendum in electionem , quam Papa efficit , quia votum requirens tale præceptum prohiberet obedientiam ſimplici Pontificis voluntati , quæ relucet in electione , quam ipſe Papa facit de Titio ad Epiſcopatum . Ergo à pari . Ideo non eſt interponendum dictum rigoroſum præceptum , ad conſentiendum in electionem factam ab inferioribus Prælatis , quia votum requirens tale præceptum prohiberet quoque obedientiam ſimplici Pontificis voluntati , quæ relucet in confirmatione , quam ipſe facit de electione Titii , facta ab inferioribus Prælatis ; Etenim ut conſtat ex terminis , tam electio, quàm confirmatio important ex æquo ſimplicem Pontificis voluntatem .

Sed ad hujuſmodi objectas
262 difficultates retundendas,plura pro veritate præmeditari admonemur . Primum voluntatem Papæ ſeu ejus virtuale præceptum , ut dictum eſt ſupra *num.*33. 148. dupliciter nobis innoteſcere poſſe . Vel primò immediatè , aut per ſigna , aut per expreſſa verba , ut ſi Papa diceret V.G. *Mibi placeret* , *vel* alia ſimilia verba, *Quòd Titius electus ab inferioribus Prælatis ad talem Eccleſiam* , *conſenſum præſtaret* . Vel ſecundò mediatè , hoc eſt per facta , ſive mediante aliquo actu , qui talem Papæ intentionem oſtenderet , ad quod explicandum facit exemplum Suarez ſupra adductum *num.* 148. nimirum, quòd ſi Papa pecuniam offerret alicui Religioſo votum paupertatis habenti , intelligeretur quoque , quòd idem Papa per eundem actum daret illi ſimul licentiam , ut eandem licitè pecuniam reciperet ; Et in hoc caſu oblationi pecuniæ dicitur imbibita contineri intrinſecè & neceſſariò præfata licentia recipiendi licitè pecuniam ; Et pari ratione in actu electionis & intimationis, dicitur quoque imbibita , & intrinſecè claudi voluntas eligentis , quòd electus conſentiat ; in quo verè conſiſtit virtuale præceptum , ut ſæpè dictum eſt, & hoc magis evidenter apparet ex juribus & rationibus infinities ſupra conglobatis , & præcipuè *num.*223.

Secundò , præmeditemur neceſſe eſt , confirmationem , quam 262 a
facit Papa de electione , quæ fit ab inferioribus Prælatis , nullo pacto, nullaque vi habere rationem virtualis præcepti oſtendendi & ſignificandi , eſſe Pontificis voluntatem , quòd electus in ſuam electionem conſentiat . Ea firmiſſima ratione ; quia ſecundùm jura confirmare electionem alicujus ad Epiſcopatum , non eſt facere Epiſcopum , ſicuti facit electio : Sed ad ſummum eſt corroborare id , quod per electionem factum eſt *Cap. inter dilectos* . *de fid. Inſtrumen.* & confirmatio , niſi aliud ſit in litteris expreſſum , ſolummodo vigorem affert , ſed non obligat *L. Aurelius* §. *teſtam.* 1. *ff. de liberat. legat.*

gat. & notat Baldus per illum textum in *L. 1. in fin. Cap. ſi adverſ. rem Judic.* Unde voluntas confirmandi non poteſt imbibere, & claudere in ſe voluntatem, quòd electus in ſuam electionem conſenſentiat: quia confirmatio non facit Epiſcopum, adeòque non poſtulat electi conſenſum, ſicuti facit, & poſtulat electio.

Et licèt *confirmare* aliquan-
263 do pro *laudare* uſurpetur *Cap. 1. de treg. & pace. Hoſtien. & Ioannes Andreas num. 3.* nihilominus *laudare* non eſt *facere*, & competit etiam inferiori Prælato. *Fagnan. lib. 1. decretal. de offic. legat. Cap. ſtuduiſti num. 27.* Cùm ex altera parte confirmatio ſemper ſit evidens ſignum Eminentioris Superioritatis. Bald. in *l. in fin. nu. 4. verſ. ulteriùs nota C. de legibus.* Nihilominus ſupremus ſuperior, qui aliquid confirmat; non dat illud, ſed datum ſupponit *L. & quia ff. de Iurid.* Paulus *l. ſi donatæ §. ſi ſpiritus ff. de donat. inter vir. & uxor.* Et ita confirmatio non poteſt eſſe voluntas dandi Epiſcopatum, & requirendi conſenſum ad illum, ſicuti dat & requirit electio; Sed potiùs declarat, Epiſcopatum & conſenſum data fuiſſe; Et qui declarat, nihil dat, ſed ſignificat. *L. hæredes palam §. ſi quid poſt. in fin. ff. de teſtam.* & plus eſt conferre, quàm confirmare; Nam qui confirmat, non dat, ut modò dictum eſt. Et faciunt textus *L. & quid ff. de Juriſd. omn. Judic. Cap. inter dilectos §. Cæterum de fid. Inſtrum.* Qui autem confert, Donat. *Cap. ult. de offic. vic. lib. 6.* Si ergo confirmatio non dat, non donat, non confert, ſicuti electio, quæ verè dignitatem dat, donat, & confert; non poteſt voluntas confirmandi imbibere voluntatem conferendi Epiſcopatum, & requirendi conſenſum, ſicuti imbibit electio.

Adde, quòd confirmatio eſt neceſſitatis. *Cap. 3. de Inſtitut. &* 264
ibi Butrius *in 5. notabili. de elect.* & ſapit Juſtitiam. Ut mordicùs defendit præfatus Scarfò *Academia Sac. dub. 15. num. 3.* Cùm per electionem ſit Jus quæſitum electo, eique ſit debita confirmatio. *Cap. cum inter 3. de elect.* Sed collatio eſt voluntatis, & ſapit gratiam dicto *Cap. fin. de offic. vicar. lib. 6.* Et ita electio, quæ voluntariè dignitatem confert, imbibit etiam ex neceſſitate voluntatem requirentem conſenſum, ſine quo Dignitatis collatio remaneret de vento: Et confirmatio neceſſariò ſequitur ad collationem Dignitatis. Unde non poteſt eſſe voluntas conferendi, ſed ad ſummum collatam dignitatem roborandi, non ex gratia, ſed ex juſtitia.

Tandem connfirmatio non ſo- 265
lùm non dat, non donat, non confert Beneficium, ſicut dat, donat, & confert electio, ſed neque quid minimum novi juris addit: & ad ſummum, quod eſt conſervat. *Cap. præceptis 12. diſt. Cap. Cùm dilecta. de confirm. util. Cap. ex parte de conſtit. Cap. quia intentionis. de privil. Gloſſ. in Cap. 1. de confir. util. verſ. confirmationem.* Electio autem dat jus electo: & debitam illi reddit confirmationem *dicto cap. cum inter il terzo. de elect.*

Et confirmatio non ſolùm 266
non addit minimum quid novi juris, ſed relinquit rem pro ut reperit ſanam, ſeu infirmam: quia confirmatio imitatur naturam confirmati, nihilque de illius validitate diſponit, ſed talem qualem reperit, præſupponit, ex juribus modò allegatis.

Concludamus igitur, ſupre-

266 mi Superioris voluntatem confirmandi
a electionem, factam ab inferioribus Prælatis, nullo modo imbibere, & includere poſſe voluntatem, ſeu virtuale præceptum, quòd electus in ſuam electionem conſentiat.

Hinc inferendum videtur, in
267 Papa confirmante electionem Titii, factam ab inferioribus Prælatis, verificari non poſſe præceptum racitum ad hoc, ut Titius electus licitè conſentiat. Quoniam hujuſmodi verificatio non poteſt provenire, Primò, ratione electionis; quia in noſtro caſu illam non facit Pontifex, ſed inferior Prælatus. Secundò, non ratione intimationis, quia cum Papa non eligat; neque intimare poteſt. Tertiò, non ratione confirmationis; quia, ut dictum eſt, ad hanc non ſpectat Dignitatem conferre, ſed collatam ſupponere. Unde ſi ipſa non dat, non poteſt inferri, quòd claudat voluntatem dandi, & quòd illam electus recipiat. Quartò, Non ratione alicujus voluntatis directè, aut per ſigna, aut per verba, ut modò ſupra dictum eſt: quam oſtendat Papa, quòd electus ab inferioribus Prælatis conſentiat. Quia cùm hæc non ſit neceſſariò imbibita in aliliquo alio actu, ſicuti eſt illa, quæ continetur in electione, aut intimatione, quas ipſe Papa immediatè efficit, aut ſicut illa licentia de pecunia licitè recipienda, quæ neceſſariò cenſetur contenta in ſupradicto oblationis actu, remanet excluſa, & illam Papa non ſolet habere. Immo nec debet, nec poteſt illam ſimpliciter oſtendere; ne exponat electum ad ſacrilegè conſentiendum. Et in caſu, quo illam ſimplicem oſtenſionem ſuæ voluntatis, quòd Titius conſentiat, efficere vellet, tunc præſumendum eſſet, quòd ſimul diſpenſaret, non ſecus ac dictum eſt de licentia contenta in dicto actu oblationis pecuniæ ad hoc, ut Titius licitè in ſui electionem factam ab inferioribus Prælatis poſſet conſenſum præſtare.

Sed talem ſuæ ſimplicis voluntatis notificationem cum bene- 268
ficio diſpenſationis, vel nunquam, vel rarò Pontifex concedit; & ratio eſt. Quia diſpenſatio eſt relaxatio obligationis, provenientis ex lege, nomine Dei facta, ex rationabili cauſa. Doctores communiter mox citandi. Vel apud Juriſperitos definitur: *eſt juris provida relaxatio ſeu neceſſitate penſata. ita ſpecul. in Tit. de diſpenſationibus*. Vel eſt *Rigoris Juris per eum, ad quem ſpectat, canonicè facta relaxatio. Cap. niſi rigor.* 197. licèt plerumquè accipiatur pro Juris declaratione *Cap. Quinta vallis. Extra. de juramento.* Joannes Andreas ſignificare etiam dicit quamdam communem menſurationem ad ſingula, de quo Hoſtien. *In ſumma*; Sed verè nemo dubitat, eſſe juris communis relaxationem ex cauſa utilitatis, neceſſitatis, & ingentis prærogativæ meritorum, quibus deficientibus non eſſet diſpenſatio, ſed diſſipatio. Specul. *in tit. de diſpenſationibus* §. *Nunc breviter dicendum*. Panormit. *Cap. de multa*; & alii. Et facit textus *Cap.* 4. *de Jure jurando*. & D. Thom. *dicta diſt.* 38. *quæſt.* 1. *art.* 4. Sotus, & alii apud Fauſtum *lib.* 3. *hoc Tit. quæſt.* 2. Adeòque ſine cauſa ſufficienti diſpenſare, diſpenſans, & diſpenſatus peccatum committerenr. S. Th. 2. 2. *quæſt.* 88. *artic.* 12. *& in* 4. *diſt.* 38. ubi Ricard. Palud. *quæſt.* 4. *art.* 2. *concluſ.* 2. Cajet. *dicto art.* 12. *& in Samma V. diſpenſatio, cap. ult.* Sylveſter *eodem verbo num.* 5. Navar. Manual.

cap. 12.

cap. 12. num. 76. ver. 6. dicimus. Suarez *de Religione. tomo 2. lib. 6. hoc Tit. cap. 6. num. 1.* ubi materiam funditùs examinat, exagitat, & explanat.

269 Cùm ergo diſpenſatio non ita facilè, ſed admodùm rarò à Summis Pontificibus concedatur, utpote illa, quæ ad hoc, ut licita & valida ſit, ſemper relevantem cauſam debet afferre: Non eſt cogitandum, ſeu præſumendum, velle Pontificem effluere in oſtenſionem ſuæ ſimplicis voluntatis, aut virtuale præceptum, quod Titius electus ab inferioribus Prælatis in ſuam electionem conſentiat. Qua propter ad talem conſenſum præſtandum, ſecundùm voti formulam, ejuſque tenorem, alia via non ſupereſt, niſi, quòd Pontifex præcipiat ſub pœna mortalis peccati; Et tale votum non adducit poſt ſe tot ſupra recenſita abſurda: præcipuè illud de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati, ejuſque virtuali præcepto. Cùm iſta voluntas non detur. Et in caſu, quo dari poſſet, imbibitam ad licitè conſentiendum ſecum diſpenſationem deferret.

269 a Nec dicas, hoc diſpenſationis remedium poſſe quoque adhiberi, & verificari reſpectu electionis, quam facit Pontifex, ita ut etiam dari poſſit præfatum votum de non conſentiendo quis in ſui electionem ab ipſo factam, niſi coactus ejus præcepto ſub pœna mortalis peccati. Et nihilhominus intellecta Pontificis diſpenſatione contenta in actu ſuæ electionis, & ſuæ intimationis, poſſit licitè electus conſentire, non expectando rigoroſum præceptum ejuſdem Papæ.

270 Nam contra eſt, & Reſpondemus, non eſſe impoſſibile, quòd electio & intimatio, ſicuti deferunt virtuale præceptum Papæ; aut ejus ſimplicem voluntatem, quòd electus ſtatim conſentiat, abſque eo quòd expectet rigoroſum præceptum; Ita etiam intrinſecè & tacitè ad eundem effectum importare poſſunt diſpenſationem. Sed cum hac differentia; quòd ad importandum virtuale præceptum, nulla requiritur cauſa: ſecùs autem pro legitima diſpenſatione interponenda.

Inſuper in caſu noſtro requireretur diſpenſatio ſuper voti impedimento de non conſentiendo ſine rigoroſo præcepto, quando per æquipollens loco illius virtuale non ſubrogaretur præceptum; Sed cùm ſubrogetur; ita ad diſpenſationis Beneficium locus non datur.

Nihilominus licèt ab electionis actu intimatæ non poſſit ſeparari virtuale præceptum, poteſt tamen ab eo ſejungi tacita diſpenſatio per Superioris declarationem, ſive proteſtationem; dicendo, quòd ipſe intendit eligere, ſed non diſpenſare. Proteſtatio enim eſt animi noſtri declaratio Juris acquirendi, vel conſervandi. Sive animi agentis expreſſio, ad Textum. *Cap. Conſult. de Reg. L. ſi duo §. Cùm Inquilinus ff. uti poſſ.* ita Pontifex ponendo electionem, licèt ex neceſſitate ponat manifeſtationem ſuæ ſimplicis voluntatis illam intimando, quòd electus conſentiat, ex juribus ſupra luculenter allatis, non tamen poteſt præſumi, quòd ponat diſpenſationem. In quo caſu, ſi dictum votum interveniret, de non conſentiendo in ſui electionem, niſi quis coactus eſſet rigoroſo Summi Pontificis præcepto, ſub pœna peccati mortalis. Statim impeterent omnia ſupra dicta abſurda *num.* 174.

Nec replicare poſſunt, quòd 271

Pon-

Pontifex etiam ſe declarare & proteſtari poſſet, quòd intendit ſolùm eligere; non verò ullo modo velle aut deſiderare, quòd electus conſentiat, aut ſuum ponere virtuale præceptum;

272 Etenim Reſpondemus, hoc à Pontifice rationabiliter fieri non poſſe, quia eſſet, ut dicunt Juriſperiti, proteſtatio contraria facto: quæ non relevat. *L. cùm in plures. §. locator ff. locati Cap. gratum de offic. deleg.* tantò magis quando factum non ampliùs dependet ab arbitrio proteſtantis. Card. Tuſchus *D. lit. P. Concluſ.* 944. *num.* 41. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſ.* 97. *num.* 26. & idem quando actus & proteſtatio ſunt ita contrarii, ut non poſſint ſtare ſimul Bartol. *in L. non ſolùm* §. *morte uum.* 29. *verſ. & tunc.* ubi Alexand. *num.* 15. & 16. Jaſon: *num.* 14. *ff. de novi oper. nunciat.*

273 In noſtro caſu contraria omnino ſunt, & non poſſunt convenire ſimul, Pontificem eligere Titium Epiſcopum, & nolle Titium Epiſcopum eſſe, & conſentire. Cùm eligere Epiſcopum idem ſit, ac Epiſcopum facere, & Epiſcopum facere ſit idem ac Titii conſenſum exquirere. Et ita non poteſt ſtare ſimul, quòd Papa eligat Titium Epiſcopum, & proteſtetur, ipſum non velle ſeu ipſi non placere, quòd Titius ſit Epiſcopus; aut quòd non conſentiat. Et quòd ſemel Papa electionem faciat de Titio non poteſt illi non placere; quòd Titius ſit Epiſcopus, & non dependet ampliùs à ſuo arbitrio, quòd ipſa electio non ſit oſtenſio ſuæ voluntatis, quòd Titius ſit Epiſcopus, hæc enim pluries ac pluries ſupra dilucidè explanata inveniuntur.

Quòd autem Superior, mediante dicta proteſtatione ſeparare poſſit tacitam diſpenſationem ab actu electionis. Inde probatur, 274 quia electionis actus ex ſuis terminis non imbibit, neque identificat ſibi diſpenſationem; Cùm optimè ſubſiſtere poſſit, ſuumque effectum præſtare abſque ullo diſpenſationis conceptu. Non ſic in electionis actu V. G. Titii ad Epiſcopatum, de cujus intrinſeca ratione eſt Epiſcopatum conferre & Epiſcopum facere, & neceſſariò pro ſuo complemento poſtulare conſenſum Titii: Et Papa eligens Titium Epiſcopum neceſſe eſt, velit illum Epiſcopum facere, illumque conſentire hæc omnia Pontifex nunquam, & in nullo caſu poteſt à ſuo electionis actu ſeparare: ex quibus evidenter poteſt noſtris mentibus irradiare, quæ dicenda ſint ad ſupradicta argumenta ſupra facta *nu.*256.*ſeq.* Pro quorum Solutione ſit.

§.XIII.

§. XIII.

Supra facta Argumenta diluuntur.

SUMMARIUM.

275 *Votum non minuit electi meritum, ſed auget.*

276 *Non entis nulla ſunt qualitates.*

277 *Diſparitas inter electionem & confirmationem.*

278 *Exempla non arctant regulam.*

Alibi ommiſſa hic ſupple.

202 *Reſol. 15. §. XI. Præceptum rigoroſum datur in ſubſidium, ſi Electus ex virtuali non conſentiat.*

204 *ibid. Pontifex non poteſt reſtringere amplitudinem ſuæ poteſtatis.*

206 *ibid. Si detegantur demerita Electi, Canones dant remedia.*

209 *ibid. Electio facta dat Jus Principi ad puniendum detrectantes.*

229 *ibid. Electio pro conſenſu obtinendo, ab alio dependere non debet, quàm ab Electo.*

230 *ibid. Matrimonium fit inter electum & dignitatem, ad quam fit electio.*

39 *Reſ. 15. §. 2. Qui probibet neceſſaria operi, & opus probibet.*

59 e *Reſol. 15. §. 2. Conditio impoſſibilis habetur pro non ſcripta.*

59 e *Impoſſibile eſt præceptum, quando non eſt reducibile ad actum.*

64 *ibid. Intimatio, & denunciatio idem ſunt.*

65 *ibidem Interpellatio rationem admonitionis babet.*

106 *Reſol. 15. §. 5. Liciti prætextu non debet illicitum committi.*

AD Primum argumentum *ſupra nu.* 256. Reſpondemus, non eſſe votum, quòd cogit Pontificem ad præcipiendum, ut Eccleſia provideatur de Paſtoribus; quia, ſi nolit Papa præcipere, eſt in ſua libertate. Sed verè merita electi ſunt, quæ maximè cogunt, quia prout omnia jura clamant, ſemper dignior eſt eligendus, ut demonſtrabimus infra *Reſol. 18. nu. 5. ſeq. Reſ. 19. num. 39. Reſ. 21. num. 15. & Reſolut. 22. num. 61.* Et votum, quod eſt virtutis actus, non impedit, nec minuit electi meritum, dignitatem, & idoneitatem ejuſdem, ſed hæc magis ampliat, & adauget: ita ut, quando cæteræ ſint paria, votum habens ſemper ſit præferendus; quia ad textum Sanctorum Patrum, ſolùm, & ſemper nolentibus & fugientibus dignitates & honores ſunt diſpēſandi. 275

Ad ſecundum *ſupra* 257. Reſpondemus, negando majorem. 276 Ad cujus probationem dicimus; Pontificem impediri ad oſtendendendam ſuam ſimplicem voluntatem aut virtuale præceptum, quòd electus ab inferioribus Prælatis in ſuam electionem conſentiat. Quia in tali caſu non poteſt dari in Pontifice ullus actus, qui intrinſecè imbibat, & includat dictam ſuæ voluntatis manifeſtationem; uti ſunt electio & intimatio, quando illas Papa ipſe efficit. Et licèt Papa fa-

ciat confirmationem; nihilominus confirmatio, ptout ſupra demonſtravimus *num. 262. & ſeq. & 265.* Non poteſt hujus manifeſtationis ullam habere rationem. Quòd autem Pontifex poſſit per alia ſigna & verba voluntatem oſtendere, quòd electus ab inferioribus Prælatis conſentiat; hoc abſolutè non inficiamur. dicimus tamen, quòd vel numquam, vel rarò illam reducit ad actum; vel ſi reducat, tunc ſemper tacitè, & multò magis ſi concurrant legitimæ cauſæ, intelligat diſpenſare, ad vitandum ſacri legum conſenſum, ut dictum eſt ſupra *num. 262.* de Pontifice offerente pecuniam habenti votum paupertatis. Et ita non ſequitur, quòd votum de non conſentiendo in electionem, quando hæc fit ab inferioribus Prælatis, niſi percutiat rigoroſum Pontificis præceptum, prohibere poſſit conſenſum in ſimplicem Papæ voluntatem. Quia cùm hæc in tali caſu numquam ponatur, ſic nec dari poteſt illius tranſgreſſio, quia non entis nullæ ſunt qualitates.

277 Ad tertium *ſupra num. 259.* ex dictis de confirmatione *ſupra dicto num. 262. & num. 265.* patet diſparitas inter electionem & confirmationem, quare prima includat virtuale præceptum & non ſecunda. Unde negatur major, & totum corruit argumentum, ejuſque major explicatiò ex perſpicuis juribns allegatis & modò citatis.

Nec turbat, aliquos valde
278 ſapientes & ſpirituales homines in electionibus etiam à Papa immediatè factis, ejus rigoroſum præceptum pro conſentiendo expectaſſe, & requiſiviſſe, ut latè dicemus *Reſolut. ultima.* Quia exempla non arctant regulam *L. 9. lex eſt in ſumma ff. de Jur. & fac. Ignorantia. L. jura non ſingulis. ff. de legibus.* Bartolus *L. omnes populi in 6. principali quæſtione. vers. item quæro.* Sumus enim in materia Spirituali, in qua ad majorem cautelam ſecundùm ſpiritualem perfectionem conſcientiæ laudabiliter regulantur, quando aliter nemo ſit, qui perſuadere prævaleat.

Cæterum ſatis diverſa ſunt ad
majorem cautelam, & ſpiritua- 279
lem animi quietem, velle rigoroſum expectare præceptum; & ſimul univerſaliter judicare, tale præceptum ex neceſſitate requiri; Primum permittitur: Secùdum Doctoribus relinquitur decidendum.

Cùm autem inter coactiones
fortior & efficacior ſit illa, quæ 280
irruit in hominis voluntatem per rigoroſum & formale Superioris præceptum, cujus rationis coactionem ad conſentiendum in Epiſcopatum requirunt plures, ut diximus *Reſolut. XI. ex Suares*: illa potiſſima ratione ex D. Gregorio deſumpta, quòd Epiſcopatus ſit inter proſpera recenſendus: Ideo in ſequenti Reſolutione, quæ erit XVI. ejus naturam detegentes, curabimus oſtendere, illum potiùs eſſe inter amara, & adverſa, quàm jucunda & proſpera connumerandū.

RESOLVTIO XVI.

Epiſcopatus eſt potiùs inter adverſa, quàm proſpera collocandus. Et quatenus quoad aliquam ſui partem inter proſpera reſideret: licitè & meritoriè conſentiretur in illum, non ſolùm mediante rigoroſo præcepto, ſed etiam tacito, & in ordine ad promptam obedientiam.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit conſenſus, & vocatio ex prompta obedientia.*

2 *Epiſcopatus videtur continere aliqua proſpera.*

3 *Epiſcopatus quot recondat in illis verbis*, Ames me? Paſce oves meas.

Epiſcopatus quid ſit ex Chriſti inſtitutione. ibid.

Epiſcopatus eſt Martyrium. 12. ſeq. ibid.

Epiſcopatus ad ſerviendum, & ad incommoda inſtitutus. ibid.

4 *Epiſcopatu nil difficilius.*

5 *Non debent promoveri homines mali, & ſuo abdomini ſervientes, & qui perfunctoriè officium tractant.*

6 *Opus Chriſti non fraudulenter agendum, neque mercenariorum more.*

7 *Epiſcopo conceduntur quæ ſufficiunt pro ſua congrua ſuſtentatione. Et ſui non diteſcant.*

8 *Altitudo gradus non ſublimat, ſed humiliat.*

9 *Epiſcopi incommoda. & adverſa. 4. 3.*

10 *Votum de non quærendo Epiſcopatu eſt validum.*

11 *Epiſcopatum quærere eſt effectus ignorantiæ.*

14 *Neceſſe eſt inter aſpera dari aliquid jucundnm.*

15 *Epiſcopatus etiamſi eſſet inter proſpera, ejus vocationi promptè conſentiendum. 19.*

17 *Temporalia Epiſcopatus dupliciter intelligi poſſunt. Et quatenus illis homines abutuntur.*

19 *Licitum eſt conſentire in proſpera ex prompta obedientia. 15.*

20 *Non requiritur rigoroſum præceptum.*

21 *Superior volens promptam obedientiam non vult præcipere.*

22 *Opus periculoſum non debet aſſumi ſine prudentum conſilio.*

Epiſcopatus eſt opus difficile, & periculoſum. 33. ſeq. 53. 56. ibid.

28 *Conſilium eſt petendum & exequendum, etiamſi ſit unius; & meliùs invenitur à pluribus.*

29 *Non eſt expectandum præceptum, niſi ex Inſtituto Religionis.*

30 *Præceptum expreſſum & tacitum ſunt ejuſdem Juris.*

Si præceptum expreſſum non ſtat cum proprio motu & commoditate, neque tacitum. ibid.

31 *Per votum de prompta obedientia cogitur homo. 31.*

33 *Epiſcopatus eſt officium arduum. 53. 22. 56.*

34 *Quod facit præceptum expreſſum, facit tacitum, & prompta obedientia.*

Quem finem habeat conſentiens, ſolus Deus ſcit. ibid.

35 *Præceptum expreſſum non tollit ab Epiſcopatu proſpera.*

In homine ſemper germinat affectus ad honores &c.

36 *Præceptum expreſſum non facit, quòd quis ſciat ſe eſſe in Charitate.*

40 *Percuſſus formali præcepto poteſt etiam conſentire ex proprio motu.*

42 *Poteſt quis velle rem proſperam ſolùm quia ſuperior vult.*

43 *Deus ſcrutator Cordis. Ad voluntatem pertinet præfigere ſibi finem.*

45 *Præſumptio eſt in favorem voventis, quòd conſentiat ex obedientia.*

46 *Tendere proprio motu in proſpera evacuat meritum obedientiæ.* Gregorius.

47 *Votum non obligat, ſi adſit neceſſitas, & Charitas.*

48 *Ex præcepto interpretativo poſſemus errare.*

49 *Quando verificetur manifeſta voluntas Superioris.* Seq.

52 *Superior deſiderat & petit à Subdito ut aliquid faciat.* Suarez.

53 *Electio eſt manifeſtatio voluntatis eligentis, ut Electus conſentiat. 57.*

54 *Epiſcopatus defert pericula. 22. 33. 56.*

Nullus finaliter debet recuſare Epiſcopatum. ibid.

56 *Pericula ſuperari poſſunt.*

57 *An voluntas Papæ electiva ſit voluntas requirens Electi Conſenſum.*

56 *Eſt inconveniens, quòd nullus velit eſſe Epiſcopus.*

Clemens objurgatus ab Apoſtolo, quia nolebat acceptare Epiſcopatum. Reſol. 9. 2. 16. *ibid.*

58 *Obedientia in proſperis non debet eſſe prompta, ſed potiùs deprecandum, & expectandum rigoroſum præceptum. 61.*

59 *Eſt arrogantia tenere ſe idoneum pro Epiſcopatu.*

Non eſt laudabile ſe promptum exhibere ad Prælaturam. ibid.

Sanctiſſimi viri Gregorius Nazianzenus, Ambroſius, Gregorius Magnus, Bernardus, Anſelmus, Thomas, Laurentius Juſtinianus, & alii renunciarunt. 64. 84. ibid.

Epiſcopatus eſt expoſitus periculis propter opes, honores &c. ibid.

Non in omnibus eſt adhibenda prompta obedieutia. ibid.

Sed ſolùm in Regulis, & Diſciplina Regulari, & mortificatione. 61. ibid.

61 *Non autem ad honores. 61.*

60 *Moyſes reſiſtit. Paulus promptè obedit.*

61 *Debemus deprecari, & expectare præceptum in ordine ad honores.*

Reſiſtens laudatur, promptè obediens vituperatur. ibid.

63 *Sancti Viri reſtiterunt honoribus.*

71 *Præceptum ſi miſceatur ſimul cum proprio motu, vitiatur, ſicuti utile per inutile.*

Debet

Debet excludi proprius motus, ſed non prompta obedientia. ibid.
75 *Conſenſus ex prompta obedientia præſtitus non cauſat ſcandalum.*
80 *Perfectius eſt præſtare conſenſum ex prompta obedientia, quàm expectare rigoroſum præceptum.*
Signum Amoris eſt onus paſcendi Chriſti oves, qui renuit paſcere, renuit Chriſtum amare. ibid.
81 *Reputatus idoneus, ſi non conſentit, peccat.*
Peccatum puſillanimitatis eſt recuſare id, ad quod reputatur idoneus. ibid.
82 *Peccat qui recuſaret non volendo relinquere contemplationem.*
83 *Epiſcopatus eſt matrimonium.*
84 *Sancti Viri recuſarunt Epiſcopatum.* 59. 64.
Non Exemplis, ſed legibus eſt judicandum. ibid.
Aſſueti in Clauſtris faciliùs recuſant dignitates. ibid.
87 *Non debet acceptari onus cum periculo ſalutis.*
88 *Prompta obedientia ſtare poteſt cum precibus.*
Loco præcepti ſtat Confirmatio, ibid.
89 *Præceptum non poteſt eſſe de illicitis.*
Acceſſoria non poſſunt intendi primariò. ibid.
91 *Illa verba Moyſis*, quis ſum ego! *non ſunt verba.*
Prompta obedientia de Moyſe, ibid.
94 *Appetitus inordinatus eſt ambitionis peccatum.*
95 *Acceſſoria habent naturam ſui principalis.*
Præeſſe non debet eſſe cum dominatione, ſed uti ſervus. ibid.
96 *Redditus ſolùm in congruam ſuſtentationẽ impenduntur.*
Strictam rationem redditurus Epiſcopus. ibid.
100 *Cum præcepto expreſſo ſtare poteſt de proprio motu.* 71. 74.
6 *Perfunctoriè eſt levi cura aliquid gerere.*
50 *Interpretatio ſolùm de re obſcura, & ambigua.*
51 *Interpretatio facienda ſecundùm ſenſum magis utilem, & benignum.*
58 *In moralibus non poteſt ex conſideratione unius circumſtantiæ ferri generale judicium.* 64.
70 *Cum præcepto rigoroſo ex hominis malitia ſtare poteſt ambitio.* Seq. 71. 74. 100.
7 *Eccleſiaſticis prohibitum eſt diteſcere.* 17.
30 *Hoc, vel illud præceptum per accidens ſe habet ad objectum virtutis obedientiæ,* Reſol. 16. 230.

AD regulas artis bene deſiderandi firmandas, ſemper 1
magis notas tamquàm prima principia, & originalia, ac ſolida fundamenta repetendas eſſe ſuademur. Unde de illis nunc memoriam facimus, quòd conſenſus præſtandus ex prompta obedientia, eſt conſenſus ille, qui non expectat, ſed prævenit quodcumque Superioris præceptum; ut ſæpe retulimus. Vocatio verò ex prompta obedientia eſt illamet oſtenſio Superioris voluntatis ex S. Thoma, ſubdito manifeſtata. Sed duo vides, ſtudioſiſſime Lector, in hac Reſolutione eſſe probanda. Unum, quòd Epiſcopatus inter adverſa potiùs, quàm proſpera veniat recenſendus. Alterum, quod videtur contrarium Auguſtini Sententiæ

tentiæ infra *n.4.ſeq.*, quòd etiamſi quoad aliquam ſui partem eſſet inter proſpera connumerandus, licèret tamen in illum prębere conſenſum, non ſolùm ex vi rigoroſi præcepti; Sed etiam ex virtuali, & ex puro motivo ſolius promptæ obedientiæ.

Quoad Primum, licèt Epi-
2 ſcopatus aliqua videatur ferre ſe-
cum proſpera, & jucunda; videlicet, altirudinem gradus, & ſufficientiam temporalium, S. Doct. 22. *queſt.* 185. *art.* 1., nihilominus ſi hæc duo profundè penſentur, atque comparentur reſpectivè ad opus illud bonum, quod per Epiſcopatum primariò intenditur, & ad quod ex Chriſti inſtitutione Epiſcopatus dirigitur, urique dicendum erit, illum non inter proſpera & jucunda, ſed inter anguſtias & aſperirates eſſe recenſendum & Martyria.

Etenim ſi cogitemus, quot &
quanta recondat verbum illud,
3 quod Chriſtus protulit. *Simon*
Joannis amas me? Paſce oves meas. Joan. 10. ſuper quo facir textus *in Cap. in Scripturis veſtris* 8. *quaſt.*1. optimè compræhendemus, obligationes oves Chriſti paſcendi, acerba nimis & longa Sacris Paſtoribus præparare tormenta, adverſitates, incommoda, calamirates, & pluries mortem promittere. *Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis Joan. cit.* & Chriſoſt. *homil.* 10. *cap.* 40. *in Epiſt. ad Roman.* ibi *Bonus Paſtor & talis, qualem Chriſtus vult, innumeris componitur Martyriis, Martyr ſiquidem ſemel pro Chriſto moritur*; hic *autem millies propter Gregem ſuum*: de quo Epiſcoparus Martyrio integrum edidit tractatum Joſeph de Sebaſtianis Epiſcopus Tifernas, *de Conſolatione ad Epiſcopos*. Unde multùm abeſt, quòd homines ad Epiſcopatum vocati ſint ad ſolatia, ad principatum ſublimati, cùm potiùs ad inferioribus inſerviendum fuerint, atque calamitatibus deſtinati. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. poſt. cap.* 22. *ſupra adductum*, *Præ.* 2. *num.* 64. *Cap. qui Epiſcopatum* 8. *quaeſt.* 1. *Cap. multi* 40. *diſt. Cap. niſi cùm pridem. de renunciat*; *& diximus ſupra R.* 9. *num.* 20.

Unde divitiæ Prælatura, &
honor, quæ bono Epiſcopali ope- 4
ri famulantur, nullius levaminis reputantur, reſpectu ingentis operis & laboris, quibus Paſtores aſſiduè premuntur. Auguſt. *Epiſt.* 148. ibi *Nihil eſt in hac vita difficilius, laborioſius, periculoſius Epiſcopi officio, ſi ſedulò & fideliter exerceatur*.

Quamobrem non loquimur
de his, qui ad mactandum Chriſti 5
Gregem, aut ſicariorum atque Latronum ſceleribus Sacrum onus obtinere nituntur. De his enim nulla datur ſalutis ſpes, & quòd ad virtutum media ſe aliquando convertant. Cujus veritatis lumen neque Gentilium animum Latuit. Tacitus *lib.* 17. *annal. in oratione Piſonis ad milites.* ibi *Nemo unquam Imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit*. Neque de Epiſcopis, qui ſuo viventes abdomini, ut de quibuſdam Officialibus ſua protulir ætate Plurarcus. *in Lacon.* Aut ad illorum inſtar, de quibus Apoſt. *ad Philippenſes* 3. ibi *quorum Deus venter eſt*; Commoditates, & delicias ſectantes, *querunt ſolummodò, quæ ſua ſunt. ad Corint.* 13. *& ad Philippenſes* 2. 21. & S. Chriſoſtom. *homil.* 19. *in Joan.* ibi *ſe paſcunt, non Gregem*; quod Paulus aliis verbis ſignificat, *omnia quę ſua ſunt, quærunt, non quæ Jeſu* Chriſti. *Et ad Rom.* 16. 18. ibi *hujuſmodi enim Chriſto Domino non ſerviunt, ſed*

ſuo

ſuo ventri. Cætera verò de Chriſti Inſtitutione vilipendunt, & aſpernantur. Aut qui dumtaxat paſtorale munus perfunctoriè proſequuntur. Hoſtien. *Summ. lib. 3. de voto*, loquens de Epiſcopis, ibi *Nam & hodie perfunctoriè res agitur: & ideo nihil periculoſius hodie ad ſalutem*: & Aug. *Cap. ante omnia* 40. *diſt. ex Epiſt.* 108. *ad Valer.* ibi *Ante omnia peto, ut cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac vita, & maximè hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius Epiſcopi, aut Præsbyteri, aut Diaconi officio, ſi perfunctoriè atque adulatoriè res agatur. Sed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius*. Et Gloſ. ibi. *Si quis utatur officio Epiſcopi tranſitoriè, & ſemiplenè, nihil eſt levius & facilius. Sed nihil eſt ei damnabilius apud Deum*. Nota. *Sed ſi quis militet eo modo, quo Chriſtus jubet, nihil eſt difficilius; Sed nihil eſt Beatius apud Deum*.

6 Unde hac in re, ut pro veritate & ingenuitate loquamur. Si Epiſcopatus ſuſcipiatur ad pompam & perfunctoriè, ad ſenſum Ulpiani *in l. aut qui aliter*. aut, ut ſenſit Alciatus, levi cura aliquid gerere, forſitan inter proſpera recenſendus, ſed nihil magis cum conſcentiæ tormento apud Deum deteſtabile, cùm Deo corda pateant. Trid. *ſeſſ.* 23. *Cap.* 1. *de Reform.* ibi *cujus opus non fraudolenter agere ſuo periculo tenentur; ne mercenariorum more ſe habeant*. Idem *ſeſſ.* 6. *Cap.* 1. *Reſ.* ſi autem conſideretur ſicut Chriſtus inſtituit; nihil in hac vita doloroſius, & acerbius. Adeòque non inter proſpera, ſed inter adverſa prorſus connumerandus, licèt apud Deum nihil magis acceptabile.

Ex quibus conſiderandum venit, qua conſcentia poſſit ſe exponere Pontifex ad rigoroſè præcipiendum invitis, ut adeò coactè in Epiſcopatum aut Eccleſiaſticam Dignitatem conſentiant, illamquæ acceptent; ita ut ſi poſtea in corruptam vitam ex humana malitia tranſmutentur, non magis delinqentibus, quam cogentibus culpa imputetur, ut demonſtrabimus *Reſ.* 25.

7 Reliqua autem, quæ habentur temporalia, nullius momenti reputanda cenſentur. Nam quantùm ad proventus, & redditus Eccleſiaſticos, id de illis Epiſcopo indulgetur, ut congrua ſuſtentatione paſcatur. *Cap. ex his* 12. *quæſt.* 1. *& infra num.* 17. Reliqua verò, quæ ſuperſunt, pauperibus & Eccleſiæ addicuntur. *Cap. quatuor Cap. de redditibus* 12. *quæſt.* 2. Ita ut Epiſcopo & ſuis diteſcere vetitum ſit *Cap. eſt probanda.* 86. *diſt.* ibi *Neque enim propterea te Domino dicaſti, ut tuos divites facias, ſed ut vitam tibi perpetuam fructu boni operis requiras*.

8 Nec altitudo gradus, aut paſtoralis præeminentia, ſi ſecundùm Chriſti inſtitutionem inſpiciatur, ſublimat hominis animum ad dominandum; Sed verè deprimit & humiliat ad omnibus inſerviendum. *Matth.* 20. Chriſti oraculum referente, ibi *ſcitis quia Principes Gentium dominantur eorum*, & *qui majores ſunt, poteſtatem exercent inter eos: Non ita inter vos; Sed quicumque voluerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter; & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus*. Et de hac ſumma veritate, ſe ipſum in oculare proponit exemplum, dicens ibi: *Sicut filius hominis* non *venit miniſtrari, ſed miniſtrare*, & *dare animam ſuam in redemptionem pro multis*. De hujuſmodi humilitate & ſubmiſſione in exercendis Eccleſiæ miniſteriis *Reſol.* 3. *per totam*

latiùs noſtrum animum erudivimus, & *Præam.* 2. *num.* 34.

9 Cæterum quàm ardua & periculoſa, atque ſub vitæ diſcrimine perſecutiones, exilia, & doloroſæ occurrant calimitates, vel corrupti Populi, & Cleri moribus, atque flagitiis arcendis; vel contra potentes, laicoſque Miniſtros, Eccleſiæ Immunitate tuenda, non multùm antiqua, immo recentia ſatis infœlicia declamant exempla; vel de uno Carolo Botomæo in profundam orationem diffuſo, tormenti bellici laxata tota, *ut in ſua hiſtoria* 4. *Novembris* à ſeditioſis lætaliter Imperito. Vel de Alexandro VII. Fabio Chiſio Epiſcopo Nardonen., ſui Canonici à perditis hominibus vel ſuſpenduntur in furca vel truncãtur capite, & ipſe verò arrepta fuga, ut mortem aufugeret, ad Summũ Pontificatum ſervatur. Et de his innumera legimus in annalium monumentis; ut homines experientia cõptæhendãt, cujus ſaporis ſint Epiſcoparus, quos Chriſtus inſtituit, an amaritudinis ſeu dulcedinis, & an proſpera & jucunda promittant, vel an mortes & Martyria portendant.

10 Propter hæc Abbas Felinus, & tot alii inſignis nominis Authores, Sacrorumque Canonum amantes expoſitores, & Duces ſupra relati *Reſol.* 4. *num.* 3. *& ſeq.* hoc vorum dixerunt temerarium & impium, & impeditivum maximi boni; quos ego fortiter repuli, & depulſavi unica tantùm inſtructus, & perſuaſus D. Thomæ ratione. Neminem eſſe ad Epiſcopatum idoneum, niſi certò noſceret, ſe Charitatem habere; ut latè diſſervimus ſupra *Reſol.* 10. cæteris fundamentis ut inutilibus, minùſque probantibus rejectis. Unde non eſt quem lateat, quòd qui Apoſtolicum pectus non fovent, ſuccumbere neceſſe ſit.

Et quidem regulariter dicendum, quòd appetere Epiſcopatum, effectus ignorantiæ ſit, ex *Matt. cap.* 20. ibi *neſcitis quid petatis.* & ex eo, quòd homines non reſpiciunt ad debiles, quas habent vires *Cap. ante omnia* 4. *diſt. & Cap. non eſt putanda* 1. *quæſt.* 1. ut inde Epiſcopatum ſuſcipientes oneroſum inveniant, quem levem reputabant. S. Doc. *in Matth. Cap.* 20. *litt.* C. Ubi de filiis ſedere in Patria cupientibus, dicit fuiſſe, ibi *ex Ignorantia, quia vires ſuas non conſiderabant; quia quibus aliquando antefactum videtur leve, in ipſo actu deficiunt.* Adeòque ex hoc capite non inter proſpera, & jucunda, ſed adverſa, & amara valde Epiſcopatus eſt computandus; Ita ut humanus non valeat ad ipſum tendere affectus, ſed ſolùm ex motivo magnanimitatis, aut obedientię atque divinæ inſpirationis ſit ſuſcipiendus. 11

Tandem Epiſcopatum Martyrium eſſe haud obſcurè ſignificatur. Paulus *ad Timoth. ſiquis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Quod bonus opus, Martyrium explicat S. Thom. 2.2. *q.*185. *ar.* 1. ibi. *ſi quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus, hoc eſt Martyrium deſiderat.* Et quidem idipſum intellexiſſe Apoſtolum non eſt dubitandum, bonum nimirum illud opus non allegoricè, ſed litteraliter Martyrium eſſe, cùm ſuam Epiſtolam Thimoteo direxerit eo calamitatis tempore, quo idem erat Epiſcopum fieri, & hoſtiam conſecrari. Cùm tunc crudeles Tyranni Chriſti fidem perſequentes, ut oves perderent in Paſtores ſæviendo, illos crudeliter trucidabant. Rupertus Abbas *in Joan. Cap.* 10. *commentar. lib.* 9. ibi *Tunc enim reſperſa ſunt ovilia ſan-* 12

guine

guine Paſtorum. Maduerunt Campi Paſtorum cædibus. Cruentata ſunt paſcua Paſtorum vulneribus. Sacrata eſt terra corporibus Paſtorum. ditatum eſt Cœlum animabus, quas Paſtores prò ovibus ſuis ponebant. Quod licèt noſtris temporibus non adeò frequenter contingat; Quis dubitet in præparatione animi eſſe ſemper præmeditandum, unam obligationem ſemper inſtare, pro ovibus Chriſti animam ponendi,quę modernos & veteres Paſtores æqualiter liget. Et deſinente externa tortorum immanitate, ſed eorum perdurante perfidia, non deſinit Epiſcoporum Martyrium, quod tantò crudelius, quantò diutiùs animi internas potentias torquet, & Dei legem, & Chriſti mandata impii perſequuntur Tyranni.

13 Qui Epiſcopatum ſuſcipit,profundè conſideret, quid ipſe ſuſcipiat. Videt Infulas, cernit famulos, reſpicit currus, intuetur thronum, palatia proſpicit, plauſus, titulos, encomia audit, hæc omnia ab extra circumſtant; Intus verò cruces, curæ, ſolicitudines dilaniant viſcera, & Martyrium latet.

14 Nec proinde, quòd in Epiſcopatu temporalia aliqua copulentur, impeditur, quin ille inter adverſa contineatur, cùm neceſſe non ſit, hominem Sanctum adeò tribulationibus agitari, ut nullo temporali adjuvetur levamine. Chriſoſt. *homil.* 8. *in Matth. ante medium.* ibi. *Enim verò Deus rebus mæſtis, quædam jucunda permiſcuit, quòd certè in Sanctis omnibus facit.* Immo proſpera & adverſa ſimul copulari diſponit, ne hominum vita calamitatibus de preſſa prorsùs depereat; aut fœlicitatibus elata nimis ſuperbiat. Idem Chriſoſt. *ibi. ſed tum de adverſis Deus, tùm de proſperis Juſtorum vitam quaſi admirabili varietate contexit.* Unde Epiſcopatum inter adverſa abſolutè & ſimpliciter contineri non eſt dubitandum.

Quoad ſecundum, nimirum, quòd ſi Epiſcopatus, quoad aliquam ſui partem,inter proſpera recenſendus eſſet, tunc etiã ſufficiens eſſet vocatio ad illum, non ſolùm mediante præcepto, ſed etiam per promptam obedientiam, quatenus ſuperior ſuã ſimpliciter manifeſtat voluntatem, qua intellecta, promptus obediens conſentit. S. Doc. pluries cit. adeòque talis conſenſus eſſet licitùs & meritorius. 15

Et quidem dato, quòd Epiſcopatus quoad aliquam ſui partem eſſet inter proſpera recenſendus. Hoc ad Summum veniret intelligendum, quoad illa temporalia, quæ ſecundariò importat, nimirum, ſufficientiam temporalium, & gradus altitudinem S. Th. pluries allegat. 2.2. *q.* 185. *art.* 1. 16

Sed temporalia etiam dupliciter intelligi poſſunt. Primò quatenus illa Chriſtus concedit, cùm dixerit: *dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Et ſimilia &c. Et quatenus etiam in ſubſidium Epiſcopatui ſecundum Canones inſerviunt, ut modo dictum eſt ſupra hic *num.* 7. Etenim licèt conveniat Epiſcopis de Altari Eccleſiæ redditibus ſibi congruam ſuſtentationem applicare, ad textum *in dicto cap. ex his* 12. *q.* 1. attamen prohibitum eſt ſibi, ſuiſque familiaribus, & conjunctis ex illis diteſcere. Dicto *Cap. eſt probanda.* 86. *diſt.* Unde tantam portionem accipiat Epiſcopus, quanta ſufficit ad ſui congruam ſuſtentationem. *dicto cap. ex his.* & reliquum Eccleſiæ, & pauperibus fideliter diſpenſandum conſervet. *Cap. de redditibus & aliis allegat ſupra num.* 7. 17

18 Vel ſecundo, dicta temporalia diſperdi poſſent in pravos, indebitos, & exceſſivos uſus, ita ut etiam pauperes, atque Eccleſia fraudentur, aut à Dominico grege perperam, & per illicita media, & lucra extorqueantur. Hoc ſecundo modo ad hujuſmodi temporalia nulla poteſt dari licita vocatio, & multò minùs vocati conſenſus. Hoc enim eſſet ad Chriſti gregem vocare non dignos Paſtores, ſed latrones, & fures: de quibus boni regiminis non datur ſpes, ut probant jura ſupra hic *num.*5.

19 Sed quòd licitum eſſet ex prompta obedientia conſentire in Epiſcopatum, etiam quoad illam partem, qua aliqua temporalia, proſpera, & jucunda licitè contineret, in quantùm eidem operi Epiſcopali diſerviunt, & à Chriſto, & ſecundùm Canones admittuntur, non eſt dubitandum; Nam hoc modo non eſſet conſentire in illa ex proprio motu, & vitioſo affectu, & cauſa ipſorum; ſed dumtaxat ex motivo virtutis, & ex perfectiori obedientia, & cauſa alterius: ſcilicet, principalis operis, quod ſufficit ad cohoneſtandum præfatum conſenſum, ut patet: & optimè demonſtrabitur ex ſequentibus; & *reſolut.* 8. *late* diſſervimus.

20 Nec prætendendum, quòd ab omnibus ſit expectandum rigoroſum Superioris præceptum, ad vitandum, quòd humanus affectus proprio motu conſentiat in proſpera, & jucunda.

21 Etenim potiùs contrarium videtur dicendum. Quandoquidem conſenſus præſtitus in Epiſcopatum in virtute taciti præcepti, ſeu promptæ obedientiæ, videlicet in virtute illius cognitionis, qua quis compræhendit, ſuperioris mentem, & voluntatem eſſe, ut ille Epiſcopatum acceptet, etiam cum expreſſione Superioris, quòd nullo modo vult & intendit obligare, aut præcipere. Tunc objectum talis conſenſus non erit res proſpera, & jucunda, quæ in Epiſcopatu repræſantari, aut fingi poteſt; ſed ſolùm erit Superioris voluntas, cui ſi Subditus reſiſteret, & non ſe exiberet conformem ad illam, certè ab obedientia recederet S. Doct. 2. 2. *q.* 2. *art.* 5. *ad* 3. Primò non exequendo ſimplicem Superioris voluntatem, negando & differendo ad obediendum animi promptitudinem. Secundò quia videretur, quòd vellet conſtringere Superiorem ad prorumpendum in rigoroſum & externum præceptum, quòd non velle imponere ſe declaravit Superior. Suarez cit. *R.* 12. *num.* 159. & potiùs promptam obedientiam, prævenientem quodcumque præceptum ſe deſiderare oſtendit. Tertiò quia in illa omnia incideremus abſurda recenſita ſupra *Reſ.* 15. *num.* 174. Quartò quia cùm ad totum negotium explendum, tàm quoad meritum obedientiæ, quàm quoad Eccleſiæ, & proximorum utilitatem, ſatis eſſet tacitum præceptum, aut prompta obedientia. Si tunc vellet ſubditus expectare rigoroſum & expreſſum præceptum; hujuſmodi mora eſſet impeditiva majoris boni, non ſolùm, nimirum, promptæ obedientiæ, quæ eſt cæteris obedientiæ actibus perfectior, ut dictum eſt *Reſol. XII. num.* 164. ſed etiam utilitatis proximorum: adeòque ſubditus ex hoc capite minus virtuosè ſegereret. Palacius ſupra cit. *Reſol.* 6. *num.*16. *in* 4. *diſt.*38. *Diſp.* 1. loquens de his, qui volunt expectare dictum rigoroſum, & expreſſum præceptum. ibi. *Quia Caſus præcepti rarus eſt in hac materia, & ideo non licet ſalubritati gregis Chriſti impedimentum afferre.*

re . Idemque obſervat D. Bonavent. *opuſcul.* 8. *collation. Collat.* 3. & perderet promptæ obedientiæ meritum S. Doct. *cit.* 2.2. *q.* 104. *art.*2.

Nihilominus adhuc videntur
22 adverſarii inſtare poſſe,quòd quando aliquod negotium , aut opus, vel officium eſt arduum & periculoſum; nullus prudenter illud aſſumere debet ſine exquiſito piorum hominum & ſapientum conſilio. Ad textum *in Cap. Cùm in veteri Lege de Electiou. & electi poteſtate*; Immo ex negotii gravitate conſilium non ſolùm eſſe petendum, ſed expectandum. *Gloſſ. ibi.* & in ſimili docet *Bartol. L.* 1. §. *ſi plures ff. de exercitatoria actione*. Albericus, Joan. Andreas, & Lapus relati à D. Joan. Larrea, *allegat.* 67. *num.* 10. licèt contrarium videatur ex *Cap.Cùm olim de Arbitris*.Nec tale opus debet aſſumi abſque eo,quòd aliquis ab aliqua Superioris authoritate veniat expreſsè coactus, & adſtrictus. Sed ut fusè oſtendimus, Epiſcopatus eſt opus undique arduum, & periculoſum, atque Angelicis humeris formidandum Trid, *Seſſ.*6. *de Reform. cap.* 1. & hoc provenit ex pluribus capitibus.

Primò quia nullus ad Epiſco-
23 patum eſt idoneus, niſi certò ſciat, ſe habere Charitatem, & irreprehenſibilem eſſe, ex Juribus ſupra allegatis *Reſol.* 10. *num.* 2. *& ſequent.*

Secundò, quia Epiſcopus ex ſuo officio debet adminiſtrare,
24 & diſpenſare alta, atque Spiritualia Myſteria ad animarum ſalutem Apoſt. *ad Corinth. c.* 4. de quo Deus ſtrictam erit rationem requiſiturus Trid. modò cit. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *in fin.*

25 Tertiò, quia Epiſcopatus defert ſecum, ut pluries retulimus, multà temporalia bona, quæ proſpera forſitan dicuntur, nimirum altitudinem gradus, honores, & divitias, in quæ humanus affectus maximè propendit. *Cap. ſi religioſus. de Elect.*: Et ita oportet præcludere omnes vias, ne electus, (& multò magis ſi votum habeat) audeat conſentire, niſi fuerit perſuaſus de expreſſo, & maturo piorum, & ſapientiorum conſilio, & niſi fuerit fortiter & expreſsè coactus, & adſtrictus aliquo formali, & expreſſo Superioris præcepto. Tunc enim qui fuerit hoc modo electus, perſuaſum habuerit, & clarè intelliget, a Deo eſſe vocatum; Et quòd ex nullo alio motivo poterit licitè conſentire, niſi ex virtute obedientiæ, & non aliàs. Per quod ſine dubio verificabitur, quòd conſentiet coactus: quatenus reſtringitur ex uno dumtaxat motivo obedientiæ, & mediante præcepto conſentire;alias peccaret. Et ita non perfunctoriè, & ſuis commoditatibus inhians, ſed ſecundùm Chriſti inſtitutionem Epiſcopatum accipiet, & non in proſpera inclinabit.

Tandem, quia cum expreſſo,
rigoroſo, & formali præcepto videtur, quòd non poſſit ſtare obedientia de proprio circa proſpera, ſed ſolùm virtutis meritum. 26

Hæc omnia conſonant cum 27
doctrina illa, quòd, licèt, regulariter loquendo, non expediat rigoroſum præceptum, nihilominus in rebus gravioribus, & in quibus vel periculum animæ, vel affectus honoris, aliarumque commoditatum atque jucundarum rerum timeri poteſt, conſultius eſt non moveri, niſi ex rigoroſo præcepto. Suarez, ut infra, *num.* 58. *ſequent.* Ideoque non ſufficere præceptum tacitum, vel interpretativum, aut promptam obedientiam. Pa-

tet. Quia ex noſtro humano affe-
ctu & intereſſe multoties recipi-
mus vel nimis benignam & no-
ſtris ſenſibus accommodatam,
& ſuavem interpretationem:
quod inconveniens vitare non poſ-
ſumus, niſi expectando formale,
& expreſſum Superioris præce-
ptum. Obſtrinximus quantùm po-
tuimus hujuſmodi difficultates, ut
quidquid roboris habere poſſent,
minimè effugeremus, ſed potiùs
eorum viribus adauctis, eaſdem
ſolvere nitamur. De quibus etiam
infra *num.* 58. *& ſequent.* redibunt
Authorum ſenſus. Unde.

Ad Argumentum reſponde-
mus, admittendo, quòd pro licitè
28 & prudenter arduis negotiis, & pe-
riculoſis officiis ſuſcipiendis opti-
mum eſt piorum hominum & ſa-
pientum adhibere conſilium. Ad
textus modò ſupra *nu.*22. allega-
tos. Et tale conſilium eſſe ſequen-
dum non dubitamus; aliter inani-
ter conſilium expectaretur.*arg.C.de
probat.ad probationem.*Nam præſu-
mendum,quòd etiamſi ſit unius tale
conſilium, contigat utile *Cap. Ni-
cana* 31.*diſt.& ff. eo item ſi unus* S.
*ultimo. Aliàs eſt lex.Et incipit ſi in-
tres.*Et ſi quæratur à pluribus, faci-
liùs invenitur.*Cap.de quibus* 20*diſt.*
ibi.*faciliùs enim invenitur, quod à
pluribus ſenioribus quæritur*; quæ
omnia notat *Gloſſa dicto Cap. cùm
olim de Arbitris*.

Quòd autem ſemper ſit expe-
29 ctandũ rigoroſum præceptum, dici-
mus, non eſſe neceſſarium, niſi hoc
onus expreſsè imponatur à Religio-
nis Conſtitutionibus,quod inveniri
in Societate aſſerit P. Suarez cita-
tus *Reſol.*15.*n.*255. & hoc diximus
provenire ob ſpecialem rationem.
*Praam.*1.*n.*107. *B.ſeq.*Primò;quia
non minus præceptũ tacitum;quàm
expreſſum eſt objectum formale
virtutis obedientiæ. S. Doct. ſupra
cit. 2.2. *qu.*104. *art.*2. *in corp.* Im-
mo obedire ex tacito præcepto non
expectando expreſſum majoris per-
fectionis eſt, ut idem Sanctus affir-
mat.*ibi*,& D.Bernardus,& S.Bona-
ventura,ut dictũ eſt ſupra hìc *n.*21.

Secundò; quia juxta Cano-
nes præceptum expreſſum & taci- 30
tum ejuſdem rationis & effectus re-
putantur, ut retulimus ſupra *Reſol.
XII. num.* 136. *& Reſol.* 15. *num.*
134. 173. Adeòque eoſdem pa-
riunt, & cauſant honeſtatis & vir-
tutis obedientiæ effectus.

Etenim ſi per expreſſum præ-
ceptum obligatur homo non con-
ſentire in ſui electionem ex proprio
motu, & ex aliquo temporali mo-
tivo, ſed ſolùm ex virtute obedien-
tiæ, hoc idem prorſus efficit præce-
ptum tacitum ex ſingulari ratione:
Nam ille V.G. qui habet votum nõ
conſentiendi in ſui electionem, niſi
coactus præcepto; tam aſtringitur
ad conſentiendum in ſui electionem
ex ſolo motivo obedientiæ per præ-
ceptum tacitũ quàm per expreſſum.
Quandoquidem materia talis voti
eſt conſenſus ex ſola obedientia,
cum excluſione cujuſcumque alte-
rius profani motivi. Unde quòd
Vovens cogatur conſentire ex ſolo
motivo obedientiæ, & quòd de
inde hujuſmodi conſenſus præſte-
tur ſive per præceptum expreſſum,
ſive tacitum, ſemper verificabitur,
quòd conſentiet ex motivo obe-
dientiæ.. Eo vel magis, cùm hoc,
vel illud præceptum per accidens
ſe habeat ad proprium objectum
obedientiæ S. Doctor clarè 2.2.
*q.*2.*art.*5.*ad* 3.ibi *Ad tertiũ dicen-
dum, quòd virtus obedientia in vo-* 30
luntate conſiſtit, & ideo ad actum 2
*obedientiæ ſufficit promptitudo vo-
luntatis ſubiectæ præcipienti,quæ eſt
propriè, & per ſe objectum obedien-
tiæ.Sed hoc præceptum vel illud per
accidens & conſequenter ſe haben-*

ad

ad proprium, & per ſe objectum
obedientiæ. Et ita remanebit ex
cluſum quodcumque aliud tempo-
rale motiuum; cùm talis conſen-
ſus ex voto promiſſus, non poſſit
ſine peccato proſilire à finibus ſuæ
præſcriptæ materiæ, & ita in noſtro
caſu eumdem effectum operabitur
tam præceptum expreſſum, quàm
tacitum.

Et idem currit de voto illo,
de quo *Reſol.* 13. quod nullatenus
31 exprimit præceptum, ſed obligat
quoque ad conſenſum præſtandum
ex prompta obedientia; nullum
expectando præceptum; Nam etiam
per hoc votum cogitur homo, ut
dicimus, non præbere conſenſum
ex quocumque temporali moti-
vo, ſed ſolùm ex motivo obe-
dientiæ, in qua continetur non ſo-
lùm præceptum Expreſſum & taci-
tum, ſed etiam prompta obedien-
tia. Unde optimè per hujuſmo-
di vota tam cum præcepto, quàm
ſine præcepto exequenda præclu-
duntur omnes viæ, ut electus ad
Epiſcopatum etiamſi proſpera con-
tineret, ſciat, & inteligat, non poſ-
ſe licitè & meritoriè conſentire,
niſi ex virtute obedientiæ coactus.
Coactus quidem ſaltem objectivè,
hoc eſt ex reſtrictiva motivi vel ob.
jecti, ut verificatur de metu, & di-
ximus ſupra *Reſol.* 13. Quia præſcri.
bitur illi tale virtutis motivū; quod
ſi non adimpleat, utique erit ſa-
grilegus voti tranſgreſſor; ut ſi
conſentiret in Epiſcopatum, vel ob
ſuas commoditates, aut perfun-
ctoriè illum ſuſciperet; & non ad
effectum, ad quem Chriſtus inſti-
tuit. Quæ obligatio non conſen-
tiendi in Dignitates Eccleſiaſticas
ex proprio motu & affectu ineſt
quoque omnibus non habentibus
votum, quòd ſi aliàs facerent, pec-
carent, ſed non contra votum.

33 Cœterum non negamus, Epi-
ſcopatum eſſe officium arduum &
periculoſum, tam in ordine ad bo-
na opera Spiritualia præſtanda,
quàm ad temporalia bona, quæ
ſecum defert, & proſpera vocari
poſſent; in quibus omnibus Epi-
ſcopus ob ſuam fragilitatem defi-
cere poteſt.

Attamen conſideremus opor-
tet, præceptum, quantumvis ri-
gorosum, & expreſſum non effi- 34
cere, quòd Epiſcopatus ab hujuſ-
modi periculis, ſive amatitudi-
nis ſint, ſive proſperitatis, libere-
tur, ut conſtat, ſed ſolùm facere
poſſet, ne quis proprio motu illum
ſuſcipiat, bene autem amore, &
motivo virtutis conſentiat, quod
etiam eadem prorſus ratio currit de
præcepto tacito & prompta obe-
dientia. Cœterum quem finem in-
ternum habeat conſentiens in Epi-
ſcopatum quocumque percuſſus
præcepto, ſolius Dei eſt ſcrutari.
S.Thom. 2.2. *quæſt.2. art.* 5. *ad* 3.
& dicemus infra hic *num.*42.

Inſuper nec formale præce-
ptum obedientiæ evacuat & aufert 35
ab Epiſcopatu omnia proſpera &
jucunda, (ſi verum ſit, aliquid de
his in illo contineri) Epiſcopatum
expoliando gradus altitudine, &
divitiarum copiis. Quia hæc om-
nia etiam poſt formale præce-
ptum perſiſtunt, & conſervantur
in illo, non ſæcus ac ante. Unde
ſi hujuſmodi proſpera eſſent perni-
cioſa, & vergerent in periculum
animæ, numquàm alicui liceret,
quocumque rigoroſo percuſſo præ-
cepto Epiſcopatum acceptare; quia
ſemper præfatum periculum rema-
neret. Eo magis, quia ſemper in
humano pectore germinat affectus
ad honores, Dignitates, & lucra.
Extrau. execrabilis. de prebend.
& dignitatibus. tit. 3. *in ſexto &*
Cap. ſi Religioſus. de Elect. in 6.
ſupra relat.

Multò

36 Multò minùs dici poteſt,
quòd cùm nullus ſit idoneus ad
Epiſcopatum ſuſcipiendum, ſed
ſolùm ille, qui certò ſcit, ſe habe-
re Charitatem, & irreprehenſibi-
lem eſſe, ut latè diſſervimus ſupra
*Reſol.*10., præceptum expreſſum
faciat, quòd aliquis reddatur ido-
neus, & in Charitate exiſtens. Hoc
enim non eſt dicendum. Quia de
ratione precepti non eſt facere ho-
minem Sanctum, ut patet, ſed tan-
tùm coercere illum, ut non ex ali-
quo vitioſo & profano affectu Epi-
ſcopatum aſſumat. Quod etiam
præſtat Votum de non conſentien-
do, niſi ex ſola obedientiæ vir-
tute.

Si autem dicatur, quòd homo
37 conſentiens in ſui Electionem coa-
ctus per formale præceptũ; præſum-
ptio eſſet, quòd homo non inclinet
in illa proſpera, ſed tantùm in id,
quod in Epiſcopatu eſt amaritudi-
nis & Martirii. Quia tunc non pro-
prio motu & affectu in Epiſcopa-
tum admittitur, ſed ſolùm coactus
ex rigoroſo præcepto.

Reſpondemus, quòd idem
38 etiam militat in noſtro caſu. Nam
homo habens Votum non conſen-
tiendi in ſui Electionem, niſi ex
obedientia. Si hoc verificetur ſive
per præceptum expreſſum, ſive ta-
citum, ſive per promptam obedien-
tiam, ſuper dicetur neceſſitatus &
coactus objectivè pro vitando quo-
cumque imminenti periculo pec-
candi, ad conſentiendum in Epi-
ſcopatum, non ex humano affectu,
ſed tantùm ex virtute obedientiæ.
Et ita etiam in noſtro caſu præſum-
ptio militat, quòd non conſentiat
in proſpera & temporalia, ſed in
ſpiritualia, & adverſa.

Si autem replicetur, quòd
39 propter ſuam fragilitatem homo,
non obſtante voto, quo remanet
obſtrictus, ad præſtandum conſen-
ſum ex ſolo motivo obedientiæ,
poterit conſentire etiam ex huma-
no affectu in proſpera, & jucun-
da.

Reſpondemus, quòd idem
etiam evenire poterit in illo, qui 40
conſentiret interveniente rigoroſo
& formali præcepto. Nam, hoc non
obſtante poterit in conſenſum ad-
duci non ex motivo obedientiæ,
ſed ex temporalium affectu, & ſuæ
ambitionis cupidine. Quia tam
obligatio parendi ex rigoroſo præ-
cepto, quàm ex tacito, & ex prom-
pta obedientia, non reddunt Ele-
ctum impeccabilem, ut ex ſua ma-
litia deficere nequeat. Tantò ma-
gis, quia cum præcepto expreſſo
ſtare poteſt pravus & occultus finis,
ut dictum eſt ſupra *num.*35. *& Re-
ſol.*15. *num.*85. & infra dicemus ex
Gregorio *num.*59. *litt.A.*

Inſuper quando in aliqua
te, quæ præcipitur, reperitur ali- 41
quod proſperum, & jucundum;
tunc ſpectat ad arbitrium obedien-
tis præfigere ſibi finem, talem rem
aſſequendi, vel quia eſt grata &
amabilis, vel quia illam præcipit
Superior. Et hoc cùm ad ſolam
hominis intentionem pertineat, non
eſt hominum judicare, ſed ſolius
Dei, qui Scrutator cordium S.Doct.
modò citandus *num.*43.

Quapropter quando Superior
præcipit aliquid alteri, quod non 42
eſt illi aſperum & amarum, ſed
proſperum & jucundum; licèt ſe-
cundum apparentiam videatur
tunc, quòd obedientia habeat ali-
quid de ſuo, hoc eſt de proprio
motu, & affectu, Nihilominus ſta-
re poteſt, quòd ſolùm habeat de
merito & virtute obedientiæ: qua-
tenus homo tunc talem rem aſſequi
intendit præcisè, quia eſt confor-
mis ad nudam Superioris volunta-
tem: vel quia a Superiore præcipi-
tur: non tamen quia eſt proſpera,

& ju-

& jucunda. S. Thom. nimis rotundè 2. 2. *quæſt.*104. *art.*2. *ad* 3. ſibi Gregorii locum objiciens. ibi. *Gregorius dicit, quòd obedientia; quæ habet aliquid de ſuo in proſperis, eſt vel nulla vel minor. Quia ſcilicet voluntas non videtur principaliter tendere ad implendum praeceptum, ſed ad aſſequendum proprium volitum. Inadverſis autem, vel difficilibus, eſt major; Quia voluntas propria in nihil aliud tendit, quàm in proſperum.*

43 Et idem prorſus dicere poſſumus ſi adſit præceptum tacitum, vel ſimplex & nuda Superioris voluntatis manifeſtatio, quæ eſt objectum promptæ obedientiæ, quia tunc voluntas propria in nihil aliud tendit, quàm ad exequendam obedientiam, vel ad ſe præciſè conformandum cum Superioris voluntate. Cœterum inconcuſſa veritas eſt, quòd ſolius hominis arbitrio relinquitur facultas, ſive cum præcepto expreſſo, ſive tacito, præfigendi ſibi finem aut rectum aut pravum, cujus ſecreti Deus dumtaxat Scrutator eſt. S. Doct. citatus reſpondens ad objectionem Gregorii. ibi. *Sed hoc intelligendum ſecundùm id, quòd exterius apparet. Secundùm tamen Dei judicium, qui corda rimatur, poteſt contingere, quòd etiam in proſperis obedientia aliquid de ſuo habens, non propter hoc ſit minùs laudabilis; Si ſcilicet propria voluntas obedientis, non minùs devotè tendat ad impletionem præcepti.* Vel in noſtro ſenſu dic. Si voluntas obedientis tendat ad impletionem obedientiæ quocumque modo exequendæ, ſive per præceptum expreſſum, ſive tacitum, ſive per promptam obedientiam.

Unde ex verbis S. Thomæ manifeſtè inſtruimur, quòd etiamſi
44 res præcepta ſit jucunda: tamen nihil obſtat, quòd quis aſſequatur illam, quatenus eſt præcepta, & non aliàs. Vel quatenus in noſtro ſenſu provenit ex motivo obedientiæ, & non aliàs. Quod motivum ſi non adeſſet ex eo, quòd Superior non manifeſtaverit ſuam voluntatem, tunc votum habens illam aſſequi non curaret, aut in illam conſentire non attentaret.

Immo in caſu noſtro, qui votum emiſit de non conſentiendo in 45
Epiſcopatum, niſi vel de Superioris præcepto, vel ex motivo obedientiæ coactus: præſumptio eſt in favorem voventis, quòd conſentiat in Epiſcopatum licitè, & ad formam ſuæ obligationis, ſcilicèt ex ſolo merito, & motivo obedientiæ, & nullatenus ex ſuæ commoditatis affectu. ad text. *in Cap. finali de præſumptionibus. L. merito. ff. pro ſocio. L. cum Pater. §. rogo. ff. de legat. ſecundò.* Etenim ſi aliquis per Votum ſponte & liberè emiſſum, pro omni futuro tempore & in perpetuum libenter ſe retraxit ab Epiſcopatu proprio motu quærendo, & acceptando, & ſolùm ſibi præfigendo obedientiæ motivum; evidens ſit, quòd ſi poſtea acceptet, talis conſenſus non feratur in proſpera ut talia, ſed dumtaxat in id, ad quod trahit obligatio voti.

Et idem Gregorius *in dicto* 46
Cap. citatus advertit, & abſolutè definit, quòd tunc obedientia in proſperis virtutis meritum evacuat, quando homo ad hæc proprio motu, & ambitionis libidine inhiat. ibi. *His, qui ad percipienda hac obedit, obedientia ſibi virtutem evacuat,* (Nota.) *Si ad hac etiam ex proprio deſiderio, anhelat. Neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad accipienda hujus Vitæ proſpera libidini propriæ ambitionis ſervit.* Et ſenſus hujus textus etiam eſt, quòd cum præcepto formali etiam ſtare poteſt ex hominum ma-

litia illa tendentia in res quatenus nobis jucundæ ſunt, & non quia præcepræ, aut per obedientiam veniunt attingendæ.

47 Inſuper ſi ſolum formale & rigoroſum præceptum prærogativam haberet ducendi hominem ad virtuoſum in proſpera conſenſum, ſequeretur, quòd extra tale præceptum nunquam in Epiſcopatum conſentire liceret: cùm Epiſcopatus regulariter ſemper illa proſpera contineret, quòd eſſe falſiſſimum, oſtendunt Patres, volentes nos teneri Epiſcopatum acceptare etiam ex imminente Eccleſiæ neceſſitate, & proximorum utilitate & charitate. Immo tunc ceſſare voti obligationem de non conſentiendo, niſi ex motivo obedieatiæ per expreſſum præceptum. Gregorius. Auguſtinus. S. Thom. ſupra allegati *Reſol.XV. num.*116. ubi concurrentibus neceſſitatibus ad Epiſcopatum acceptandum, non eſt expectandum rigoroſum præceptum, etiamſi votum ad illud obligaret. & R*eſol.6. num.*26. ex Suarez ſufficere neceſſitatem Eccleſiæ; eò magis cùm hæc omnia tunc poſſint etiam habere rationem virtualis & interpretavi præcepti.

48 Neque ex interptetativo præcepto ſequitur illud inconveniens, aut error, de quo ſupra *hic nu.*27. nos poſſe mediante noſtro humano affectu, & intereſſe eligere nobis ad noſtram commoditatem magis benignam & ſuavem interpretationem, exiſtimando Superiorem præcipere, ſeu ejus voluntatem talem eſſe, quòd nos in noſtram Electionem conſentiamus: quando forſitan de hoc conſenſu Superior nullam haberet voluntatem. Cùm caſus dari poſſet, quòd etiamſi Superior aliqua verba protulerit, illa tamen eſſent æquiuxa & indifferentia, ut nullus de ipſis efformari poſſit certus conceptus, quod Superior velit, aut poſcat noſtrum conſenſum.

Etenim Reſpondemus, quòd ſecundùm doctrinam Sancti Thomæ atque Patris Suarez ſupra allegari. *Praamb.*1. *n.*7. *& Reſol.*11. *num.*8. *& Reſol.*12. *num.*32. R.14. *num.*24. circa tacitum præceptum, & promptam obedientiam dignoſcendam, impoſſibile eſt, quòd ſequatur præfatum inconveniens, & error. Pro cujus evidentia ſatis eſt meminiſſe, quid ſit expreſſa Superioris Voluntas, ſine qua nec præceptum tacitum reſurgit, nec prompta obedientia exercetur, ut fusè diſſervimus. *Reſol.XII. num.*109. *ſeq.* & quidem expreſſa Superioris voluntas eſt, quando Superior individuis, ſimplicibus, & ſpecialibus verbis, non confusè, non equivocè, non obſcurè, ſed clarè, & manifeſtè oſtendit circa hanc vel aliam rem mentem ſuam, non præcipiendo, ſed manifeſtando S.Doc. pluries allegatus 2. 2. *queſt.* 104. *art.*2. *ad* 2. ibi .. *non enim objectum obedientia eſt Deus, ſed Superioris vel expreſſum vel interpretativum præceptum ſcilicet* (Nota). *Simplex verbum Prælati, ejus indicans voluntatem, cui obedit promptus obediens.* 49

50 Unde cùm Superioris voluntas ſit clara, & non per verborum circuitum implicata, ſed potiùs ſit unum ſimpliciſſimum verbum; non datur locus ad illam interpretandam; cùm interpretatio ſit ſolùm rem obſcuram & ambiguam explanare. Doctores communiter; & notat *in ſuo Lexicō* juris Pardulphus Pratenus. Sed interpretatio ſolùm fieri poſſet, an talis voluntas ſit dicenda præceptum, de quo non eſt dubitandum: quia omnis Superioris voluntas eſt objectum obedientiæ. Cajet. cit. ibi. *Obedientia*

actus

actus proprius eſt facere, vel omittere, ut Superioris voluntatem ſibi notam impleat, quod ſufficit ad obtinendum meritùm obedientiæ. Immo perfectiori modo S. Doc. cit. ibi .. *Et tantò videtur obedientia promptior, quantò expreſſum præceptum obedientia prævenit* (Nota) *voluntate Superioris intellecta*. Unde interpretatio non cadit ad venandum ſenſum verborum, ſed ad exiſtimandum, quòd talis voluntas ſit tamquàm præceptum.

51 Quapropter non ſequitur illud inconveniens, & error, quòd nos,nimirum,interpretemur, quem ſenſum habeat illa clara Superioris voluntas, nobis notificata, accipiendo in noſtrum favorem magis benignam & utilem interpretationem: ad ſenſum in *L.2.ff. de libertis, & poſthum*. Cui opponitur nimia ſubtilitas *L. ſi ita ſcriptum. ff. eodem*. Quia cùm dicta voluntas ſit clara, & ſimplex, non importat diverſos ſenſus; aliàs eſſemus extra ſuppoſitum. Sed ſolùm interpretamur vel habere rationem præcepti taciti, vel exigere promptam obedientiam, per conformitatem noſtræ voluntatis ad illam ſuperioris; quod eſt nobis maximè utile, & interpretatio, ut ſit recta, utilitatem poſcit. Vulpianus *L.2. §.His legibus latis. ff. de orig. Jur.*

52 Hoc idem perſpicuè concluditur ex doctrina S.Thom. ſupra alleg. *Reſ.12. num.136. & ſeq. &* 149. P. Suarez ſupra cit. *Reſol.12. num.* 157. Ipſe enim docet ibi .. *Quòd voluntas Superioris, indicata inferiori, eſt ſufficiens objectum formalis actus obedientiæ*. Et hanc indicationem explicat, vel quia Superior hoc petit à Subdito fieri, declarando, quòd non præcipit, & quòd nullam imponit obligationem .. ibi .. *Nam interdum Superior deſiderat & petit à Subdito, ut aliquid faciat* (Nota) *Explicando, quòd non præcipit, & nullam imponit obligationem. Et tamen hoc ſpectat ad obedientiam*. Unde in præſenti ad præſtandum conſenſum, non eſt regula deſumenda per viam interpretationis cùm diſputatione; Nam interpretatio non debet eſſe diſputatio: ad Text. *in dicta L.2. §. His legibus latis. ff. de orig. Juris*. Non debet eſſe, inquam, diſputatio, an hæc vel illa ſit Superioris voluntas, cùm hæc ſit clara & expreſſa, expreſsè petens à Subdito, quòd hoc faciat. Adeòque manifeſtè excluditur præfatum inconveniens, & error.

Præterquamquòd ſumus in 53
caſu de electione facta à Pontifice alicujus perſonæ, V.G. Titii, votum habentis, de non conſentiendo in illam, niſi fuerit ex obedientia coactus. Tunc cùm hujuſmodi electio de ordine Papæ formiter intimata, oſtendat voluntatem Papæ eligentis, quòd Titius fiat Epiſcopus, adeòque poſtulat ejus conſenſum; hæc voluntas cenſetur præceptum tacitum, aut fundamentum promptæ obedientiæ, pro obligando Titio ad præſtandum conſenſum in ſui electionem. De quo infra.

Inſuper admittimus, quòd 54
pro idoneitate, ad poſtulandum proprio motu Epiſcopatum, requiratur, quòd Electus certò ſciat, ſe habere Charitatem, & irreprehenſibilem eſſe, ut probavimus *dicta Reſol.*10. Et Epiſcopatum deferre ſecum difficultates plurimas, & pericula ad animarum ſalutem obtinendam tàm aliorum, quàm propriam. Sed non exinde ſequitur, quòd Epiſcopatus à nullo ſit acceptandus, & ab omnibus rejiciendus: cùm hoc expreſsè damnet S. Doct. *Supra cit.2.2. quæſt.*185. *art.*4... dicens ibi .. *Non licere*

Epiſcopatum finaliter recuſare. Et
Auguſtinus *Cap. vos autem*.
55 Quòd autem pro idoneitate
quis debeat eſſe in gratia, hoc ſo-
lùm probat, quòd cùm nullus ſcire
poſſit certò ſe habere charitatem;
ſic nullus poteſt proprio motu &
affectu ſe exponere adEpiſcopatum
obtinendum, ſed dumtaxat voca-
tionem expectare debet, & quòd
coactus ſolùm ex motivo virtutis
Epiſcopatum acceptet.
56 Difficultates, & pericula,
quæ in Epiſcopatu adminiſtrando
occurrunt, eſſe innumera, non du-
bitamus: ſed illa ex divina gratia
& habitibus virtutum, præcipuè
magnanimitatis ſuperabilia eſſe
demonſtravimus *Reſol*.8. *num*.10.
ſeq. Aliàs ſi hujuſmodi pericula
non aliquo modo ceſſarent, nullus
licitè eſſe poſſet Epiſcopus; Cùm
ſemper arcendum ſit, quod in ani-
mæ jacturam redundare poteſt, ad
vulgatum textum *in Cap. Ita ne*.32.
queſt.5. & ex allegatis ſupra *Reſ*.8.
num.10. Et quòd nullus velit eſſe
Epiſcopus, pejus inconveniens eſ-
ſet reputandam. Auguſt. *Epiſt*.18.
Tom. 2. *ſupra relatus*. *Reſol*.10.
num.3. *&* *Reſol*.8. *num*.12. & facit
exemplum ibidem adductum de
Clemente, quem Apoſtolus Petrus
objurgavit, renuentem Epiſcopa-
tum acceptare.
57 Sed an ipſa actualis voluntas
Papæ, qua de facto eligit votum
habentem ad Epſcopatum, & ei-
dem de ſuo ordine illam formiter
intimare fecit, ſit ſimul ſufficienter
indicativa quòd Papa vult, deſi-
derat, aut ſibi complacet, quòd
Electus conſentiat, pro parte af-
firmativa latè diſſeruimus ſupra
Reſol.15. Sed ut faciliùs ad locum
Gregorii in hac re omnis dirima-
tur difficultas, operæpretium du-
cimus, Authorum loca colligere,
& ſimul coadunare; & ad illa lit-
teris obſignata reſponſiones appli-
care.
Unde non replicent, quòd 58
obedientia in proſperis non debet
eſſe prompta, ſed expectare rigoro- A
ſum præceptum. Quia non debet
habere aliquid de ſuo, ut cùm lo-
cus ſuperior imperatur; quod eſt
proprio deſiderio illum ſuſcipere,
de quo ſupra *Reſol.XI. num*.22.
ſeq. Pelliz. *Manu. Regul. Tom*.1.
Tract.4. *nu*.16. ex Suarez & Soto
ibi.. *Doctrina Soti non debet ita ge-* B
*neraliter intelligi, ſed cum limita-
tione, nimirum, ea, quæ habent
aliquid proprii commodi, & in qui-
bus ſubeſt grave periculum proprii
nocumenti ſpiritualis ex genere ſuo
non eſſe expectanda, nec admitten-
da ſine præcepto Superioris; niſi in
particulari ob ſpeciales rationes
hic & nunc concurrentes judicetur
aliter expedire. Siquidem in mora-
libus non poteſt ex conſideratione
unius circumſtantiæ, aut proprie-
tatis ferri generale judicium: ſed
opus eſt expendere omnia. Secus in
iis in quibus non ſubeſt difficultas
& periculum ſine admixtione hono-
ris, aut commodi temporalis, ut eſt
miſſio ad Indos, in his enim obe-
dientia faciliùs acceptari poteſt
ſine rigoroſo præcepto, cùm ea ni-
hil habeat de ſuo. Et ſignum à poſte-
riori eſt, quòd promptitudo in pro-* C
*ſperis non ædificat, ſed potiùs ex
ſe infert ſcandalum; in adverſis
verò ædificat*. Hæc Pellizar. cita-
tus.
Nec rigoroſius inſtent eadem
inculcando, non in omnibus prom- B
ptitudinem eſſe exequendam, ſed
in iis tantùm, quæ ad Religionis
exercitia, vel Regularem diſcipli-
nam, aut mortificationem perti-
nent. Leſſius *de Juſtit. & Jur. lib*.2. B
cap.26. *de obed. dub*.5. *num*.32. ibi.
*Si enim Prælatura imponitur, non
eſt ordinariè laudabile ſe promptum*

& ala-

& alacrem exhibere, ſed expedit mo-
deſtè deprecari, & expectare etiam
præceptum...... Sic enim doctiſſi-
mi, & Sanctiſſimi viri fecerunt, qui
quantum potuerunt hujuſmodi di-
gnitates detrectarunt, nec niſi com-
pulſi acceptarunt. Ita fecerunt San-
cti Gregorius Nazianzenus, Ambro-
D ſius, Auguſtinus, Gregorius Magnus,
Bernardus, Anſelmus, Thomas,
Laurentius Juſtinianus, & alii. Ra-
tio eſt, quia tam multæ dotes requi-
runtur, ut quis ſit idoneus ad Præla-
turam, præſertim ad Epiſcopatum,
ut patet ex Apoſt. 1. ad Timot. 3. &
ad Tit. 1. ut arrogantia ſit, putare
B ſe omnibus illis præditum. Accedit,
quòd ſtatus ille multis expoſitus ſit
periculis, propter opes & honores,
propter occaſionem & poteſtatem
male agendi, propter onus conſcien-
tiæ alienæ, propter defectum merito-
rum, propter delicias & blandimenta
carnis, propter aſſiduas curas, di-
ſtractiones, & rerum externarum
tractationem, & alia id genus ſalu-
tis turbamenta. Confirmantur hæc
omnia ex D. Gregorio l. 35. ſive ul-
timo moral. cap. 13. ubi docet obe-
A dientiam in quibuſdam rebus nihil
debere propriæ affectionis habere,
ſed ſolùm alterius imperio moveri;
in aliis contra debere habere mul-
tum de ſuo. Quia, inquit, non num-
quam nobis hujus mundi proſpera,
non nunquam verò jubentur ad-
verſa. Sciendum ſumoperè eſt; Quod
obedientia aliquando ſi de ſuo ali-
quid habet, nulla eſt: aliquando
autem ſi de ſuo aliquid non habet
...... Nam cùm hujus mundi
ſucceſſus præcipitur, cùm locus Supe-
A rior imperatur, is, qui ad percipien-
da hæc obedit, obedientiæ ſibi virtu-
tem evacuat, ſi ad hæc etiam pro-
prio deſiderio anhelat; Rurſùs cùm
A mundi deſpectus præcipitur, cùm
probra adipiſci & contumeliæ.....
Jubentur, niſi ex ſe ipſo animus hæc
appetat, obedientiæ ſibi meritum mi-
nuit.

Idem confirmat exemplo
Moyſis & Pauli. Moyſes enim à Deo
ipſo vocatus ad præfecturam Popu-
li ex humilitate detrectat, & ex-
cuſat: & alium præfici rogat. Pau-
lus verò ex divina revelatione Je-
roſolymam proficiſcens, ubi gravia
paſſurus erat, non detractat; ſed
alacriter ad omnia ſe comparat. E
Moyſes itaque, inquit Gregorius, ad
proſpera de ſuo nihil habet, quia
precibus renititur, ne Iſraelitica Ple-
bi præferatur. Paulus ad adverſa F
etiam ex ſuo voto ducitur, quia ma-
lorum imminentium cognitionem
percipit, ſed devotione Spiritus
etiam ad arctiora ferveſcit. Ille
præſentis poteſtatis gloriam, Deo vo-
luit jubente declinare; Iſte Deo dura
& aſpera diſponente, ſe ſtuduit ad
graviora præparare. Præeunte ergo, A
utrorumque ducum infracta virtu-
te, inſtruimur, ut ſi obedientiæ pal-
mam apprehendere veraciter niti-
mur, proſperis hujus ſæculi ex ſola
juſſione: adverſis autem etiam ex de-
votione militemus. Et facta ſibi Leſ-
ſius hac objectione nimirum, ibi,
num. 34. Religioſus voluntatem Su-
perioris ducere debet pro divina, at-
qui fas non eſt divinæ voluntati re-
fragari. Ergo &c.

Reſpondet ibi, Quod Major 61
eſt vera. Primò in præceptis ..... F
Et in his quæ pertinent ad vitæ di-
rectionem ...... In honoribus verò
& Prælaturis acceptandis non eſt
voluntas divina, ut ſtatim accepte-
mus, ſed ut quantum in nobis eſt, de-
clinemus, deprecemur, & expecte-
mus præceptum. Idem placet pru-
denti Superiori; qui etiam hujuſmo-
di declinationem laudare, & cele-
rem acceptationem vituperare con-
ſuevit. Facit enim Inferior decli-
nando conſentanee ſuo ſtatui, ſicut ei
Superior imponendo. Quare uterque

facit laudabiliter. Itaque Inferior
G *declinando non facit contra volun-*
tatem Superioris, niſi materialiter,
donec accedat præceptum. Quod
confirmatur exemplo Moyſis, qui
detractabat præfecturam Populi,
quam Deus illi volebat imponere.
Qua in re non faciebat contra vo-
luntatem divinam, niſi materiali-
ter; Nam Deo id ipſum placebat, ut
ex Gregorio dictum eſt; niſi cùm ni-
H *mirum tergiverſabatur, tunc enim*
dicitur, iratus Dominus. Exod.4.
verſ.14., *ut ſciamus in hac quoque*
re modum ſervandum.

Ex quorum Doctorum ſenſi-
62 bus colligitur, quòd pericula, quæ
Epiſcopatum circumſtant; & quæ
contra animæ ſalutem conſpirare
poſſunt, ex duplici capite prove-
niunt. Primò ex altitudine gradus,
& copia reddituum, quæ ad proſpe-
ra reducuntur, quibus ſi Epiſcopus
abutatur, non regulando illa ſecun-
dum Chriſti & ſacrorum Canonum
diſpoſitionem, proculdubio in ex-
tremam animæ redundabunt cala-
mitatem.

Secundò proveniunt ex innu-
meris & ingentintibus obligationi-
bus, quas Epiſcopus contrahit Do-
minicum Gregem verbo, opere, &
exemplo paſcendi: arcendi lupos de
quibus cum horrore clamitat Eze-
chiel. *cap*.14. & ſe per virtutum
exercitamenta ad perfectionis ſta-
tum irreprehenſibiliter reducere.

63 Sed ut ad ſingula ſupra dicta
ſingillatim aptas Reſponſiones ap-
plicemus: ex prænarrata Authorum
doctrina, alphabeticis litteris obſi-
gnata, ſequentes extrahimus pro-
poſitiones.

Quarum Prima ſit. Obedien-
A tia in proſperis non debet habere
aliquid de ſuo, ut cùm locus Supe-
rior imperatur, quod eſt proprio
deſiderio illum ſuſcipere; adeòque
excludenda venit prompta obe-
dientia, & expectandum rigoroſum
præceptum. Ita præfati Authores
Litt.A.

Secunda. Hæc doctrina non 64
eſt generaliter, & ordinariè intelli- B
genda, ſed cum limitatione, nimi-
rum: ea quæ habent proprii nocu-
menti ſpiritualis ex genere ſuo non
eſſe expectanda, nec admittenda
ſine præcepto Superioris: ſed potiùs
debemus deprecari, ut nos Superior
à tali munere eximat: & tandem
expectare præceptum; ut ſancti fe-
cerunt, & doctiſſimi viri, niſi in
particulari, ob ſpeciales rationes
hic & nunc occurrentes, judicetur
aliter expedire: ſæcus in his, in qui-
bus ſubeſt difficultas, & periculum
ſine admixtione honoris, aut com-
modi temporalis. Ita ſupra Litt.B.

Tertia. Promptitudo in pro- 65
ſperis non ædificat, ſed potiùs ex ſe C
ſcandalum infert; & per conſequens
expectandum rigoroſum præce-
ptum Litt.C.

Quarta. Multæ dotes requi-
runtur, ut quis ſit idoneus. Et ſtatus 66
ille eſt multis expoſitus periculis, D
propter temporalia & ſpiritualia
Litt.D.

Quinta. Moyſes vocatus à
Deo ad præfecturam Populi ſuppli- 67
cat, ſe excuſat, & renuit. Pau- E
lus *Act. Apoſt*. 20. 23. ad adver-
ſa vocatus promptè feſtinat. Litt.E.

Sexta. In honoribus, & pro-
ſperis acceprandis non eſt voluntas 68
Dei, ut ſtatim conſentiamus, ſed F
quòd recuſemus. Sæcus in adverſis.
Et recuſatio laudatur à Superiore,
& prompta acceptatio vituperatur;
Cùm hoc ſit conſentaneum ſpiri-
tuali ſtatui, propter quòd non con-
ſentiendum, niſi percutiat rigoro-
ſum præceptum.

Septima. Proſpera recuſare
non eſt contra voluntatem Supe- 68
rioris, niſi materialiter, donec ac- G
cedat formale præceptum.

Octa-

69 Octava. Nimium autem reſiſtere diſplicet Deo, & iraſcitur.

70 Pro raſponſione ad præfatas propoſitiones,præcipuè ad Primam Tertiam Sextam & Septimam, patet reſponſio.

Ad primam, enim Fatemur, qoòd obedientia in proſperis non debet habere aliquid de ſuo:hoc eſt de proprio motu, & affectu. Non proinde ſequitur excludendum eſſe conſenſum ex prompta, & tacito præcepto; & rigoroſum tantummodò eſſe expectandum. Quoniam verba illa ex Gregorio *Cap. ſtiendum* 8. *queſt.* 1., Nimirum, ibi quòd *Obedientia aliquando ſi de ſuo aliquid babet, nulla eſt*. Et dat exemplum. ibi. *Cùm bujus mundi ſucceſſus præcipitur, cùm locus Superior imperatur*. Hæc verba, inquam, ſolùm important, quòd, ſi quis tendit in proſpera, Dignitates, & honores ex proprio motu, & humano affectu, aut Ambitionis incitamentis, proculdubio quodcumque quæ obedientiæ meritum diſſipatur. Gregorius *d. Cap.* ibi. *Is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ virtutem evacuat*, (Nota) *Si ad hæc etiam ex proprio deſiderio anbelat*. Ex quibus verbis oſtenditur, quòd etiam cum præcepto rigoroſo ex humana malitia ſtare poteſt ambitionis affectus. Et idem replicat. ibi. *Neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad acccipienda bujus vitæ proſpera, libidini propriæ ambitionis ſervit*. Unde ſi invitatus ad proſpera, & jucunda, officia oblata & Dignitates ſuſcipiat, erumpente ex humano corde ambitionis cupidine, certè quòd obedientia tunc nullam haberet partem. *Gloſſ. verb. ſciendum*. ibi. *Cùm quis invitatur ad Dignitatem, & ad proſpera & obediat*; (Nota) *Si anbelanter aſpiret, nulla eſt talis obedientia, quæ non babet meritum, quia de ſuo proprio motu babet & de ambitione*. Et ambitio hic ſumitur in malam ſignificationem, ut ibi notat Gloſſ. ad text. *in Cap. Fura*. 3. *quæſt*. 9.

Nec juvat, quòd proſpera expreſsè præcipiantur, ad hoc, ut obedientia ex præcepto prævaleat, meritumque obtineat: etenim ſi ſimul propriæ libidinis admiſceatur æſtus, tunc utile per inutile vitiaretur. ad text. *in Cap. ſi quis de ſerviſ.* 12. *q.* 2. *& Cap ſi quid ver.* 37. *diſt.* 71

Unde non proinde, quòd pro jucundis & proſperis licitè ſuſcipiendis, ſemper propriæ ambitionis motus excludendi ſint, Excludendus quoque veniat motus promptæ obedientiæ, & præcepti taciti & expectare neceſſitemur rigoroſum præceptum. Nam ſuppoſito ſemel, quòd conſenſus erumpat in proſpera, non quia talia, ſed quia, intellecta Superioris voluntate, cenſetur, quòd Superior illa offert, & noſtrum requirit conſenſum; talis conſenſus, ex puro motivo promptæ obedientiæ elicitus, nihil habet de proprio, ſed ſolùm de perfectione virtutis, & non inferioris meriti; immo majoris, & perfectioris obedientiæ reputatur, quàm ſi eſſet elicitus ex rigoroſiſſimo Superioris præcepto. 72

Et quidem totus conatus Gregorii, & Patrum, alius non eſt, niſi quòd homo in proſpera, ſi quæ ſunt in Epiſcopatu, non rapiatur ex motivo temporalium commoditatum, ſed virtutum dumtaxat amore; & præcisè ad finem, ad quem Chriſtus illa inſtituit; & ad hoc, ut electus ſe conformet cum Superioris voluntate, in qua conformitate eſſentialis obedientia conſiſtit. Ex D. Thom. ſupra citat. *Reſolut.* 12. *num.* 31. 73

74 Ex quibus patet ad tertiam propoſitionem. Quoniam, ſi intellecta Superioris voluntate, conſenſus in proſpera ex tacito præcepto & prompta obedientia præſtitus, per votum promiſſa non ædificat, ſed ſcandalum cauſat; hoc provenit, quia ſub ſpecie promptæ obedientiæ, quacumque voluntate Superioris intellecta, admiſceri poſſet ex humana malitia proprii affectus, & ambitionis motus. Sed, ut clarè explicat præfatus Gregorii Textus, etiam cum rigoroſo præcepto ſtare poteſt proprius motus, & temporalium commoditatum affectus. Dicit enim ibi, quod evacuaretur obedientiæ meritum, ut ſupra retulimus *Reſol.*15.*n.*85., ſi ad illa quis proprio motu anhelaret. Ergo etiam cum formali præcepto dari poſſet conſenſus carnali infectus affectu, & ita nunquam eſſet in Epiſcopatum conſentiendum; quod pejus eſſet inconveniens, & Auguſtinus ponderat ***Cap.vos autem fratres***. 16.

75 Inſuper falſiſſimum eſt, quòd conſenſus præſtitus ex prompta obedientia, & ſine ullo præcepto, non ædificet, ſed ſcandalum pariat. Etenim in Urbe evidenter experimur quotidie per Summum Pontificem Electiones fieri ad Eccleſias de Perſonis tam de foro ſæculari, quàm Regulari votum non habentibus, & tamen nemo ex iſtis, pro licito conſenſu præſtando, rigoroſum expectat Pontificis præceptum; ſed omnes, intellecta Pontificis voluntate per Electionem oſtenſa, poſt maturum à Pontifice factum examen de vita, motibus, cœteriſque dignis eligendorum qualitatibus, omnes, inquam, promptè conſentiunt, & obediunt, ſuam cum illa Pontificis confirmare voluntatem non omittentes, ad textus infra citandos, propriam deducere incapacitatem, & exagerare demerita ad tantum onus dignè ſuſcipiendum, eorumque longè humeris impar declarare. Quæ excuſatio, ſive reſiſtentia, cum juſta ſit, optimè conponitur cum prompta obedientia, ex Patribus ſupra cumulatis *Reſol.*15.***num.***156. Et numquam hucuſque ex ſpectatoribus extitit, qui ex hujuſmodi ſine ullo expreſſo præcepto conſenſu, & ex ſola prompta obedientia exhibito, ſcandalum reportaverit.

Ex quibus etiam patet ad ſextam propoſitionem, admittendo, 76
in proſperis ex honoribus acceptandis non eſſe Dei voluntatem. Quòd ſtatim præſtemus conſenſum: ſed hoc intelligendum in principio, antequàm quis eligatur ut dicemus ***Reſol. ultima***, quando non conſtat de Superioris voluntate. Secus autem quando Superior ſuam voluntatem indicat per Electionem, de ſuo ordine intimatam, de cujus complemento eſt, ut ſuccedat conſenſus. Tunc enim voluntas Dei & Superioris eſt, ne Electio irrita eludatur; quod Electus promptè ex obedientia conſentiat. Et ita, Electus conſentiendo, non erit vituperandus, ſed laudandus, cùm non ex proprio motu, ſed ex ſolo motivo virtutis conſentiat, & acceptet.

Neque dicant, quòd cùm omnis conſenſus ſine externo Superioris præcepto præſtitus, ſit in- 77
ternus, ſic iſte non poteſt ædificare. Nam cõtra eſt. Quia ſicuti interveniente expreſſo præcepto conſenſus præſtitus ſcandalum non parit. Ita voluntas Superioris notificata omnibus per publicam Electionem alicujus ad Eccleſiaſticas Dignitates, omne removet ſcandalum, ſi Electus conſentiat; quia hæc ſtat loco præcepti expreſſi, & poſtulat conformitatem ad Superioris voluntatem.

tem. Cœterum quatenus eſſet internus actus, ſolius Dei eſt Judicare. S. Thom. 2. 2. *q.*104. *art.*2. *ad* 3.

78 Et ita ad Septimam etiam propoſitionem patet; & dicimus, quòd proſpera recuſare, poſt quam intellecta fuerit Superioris voluntas, eſt contra Superioris voluntatem non ſolùm materialiter, ſed etiam formaliter, ut perbellè notat Jo. Chryſtoſano Scarfò, cujus auctoritas pondus dat noſtræ reſponſioni. Acad. Sac. *dub.*6. *num.*4. Etenim licèt non interveniat expreſſum Superioris præceptum, intervenit tamen expreſſa manifeſtatio Superioris voluntatis, quòd Electus conſentiat. Quòd ſi electus non conſentiret, ſufficeret ad faciendum contra Superioris voluntatem.

79 Inſuper dicendum videtur, quòd Patres per præfatum textum adſtruunt ſolummodo regulam, ad vitandos errores, qui intervenire poſſent pro exhibendis conſenſibus in proſpera, Prælaturas & dignitates. Dicunt enim ibi, quòd non ſe ſub obedientia dirigit, qui ad accipienda hujus vitæ proſpera, libidini propriæ ambitionis ſervit. Quapropter, ut ſe homo ſub obedientia contineat, neceſſe eſt quòd arceat, pro dignitatibus licitè conſequendis, omnem humanum affectum: & ſolùm, quod, intellecta Superioris voluntate, per Electionem notificata, ex ſolo motivo obedientiæ in illas conſenſum præſtet.

80 Et intimè hujus rei naturam conſiderando, videtur magis expedire, electum ad Epiſcopatum per Summos Pontifices promptè conſentire in ſui Electionem, ex ſolo motivo promptæ obedientiæ, quàm cunctari & expctare & ab illo percuri per rigoroſum præceptum ex rationibus ſupra allatis *Reſol.*15. *num.* 31. 86. 202. 219. *Reſol.* 11. *num.*28.*ſeq.* Juxta tamen exceptiones ſuprafactas *praamb.*1.*num.*197. *l.ſeq.* Et Inſuper, quia facta per Pontificem Electione alicujus, prævia ejuſdem idoneitatis & meritorum diſcuſſione, ita ut per eundem Pontificem Ille melior & magis valens atque idoneus inter omnes concurrentes ad oves Chriſti paſcendas reputetur. Si iſte, inquam retardaret conſenſum, & nollet ſe conformare Pontificis voluntati, qui ipſum elegit, ſed vellet potius compellerePontificem ad denudandum rigoroſi pręcepti gladium, ſequeretur, quòd iſte aut vellet irritā ſuam Electionem facere, aut ſignum eſſet, quòd parum aut nihil ſecundum canones amaret paſtorem Sūmum Chriſtum; quod eleganter cecinit Scarfò in Carm. Her ad laudem Sanctiſſimi. Clementis XI. *pag.*8. Chriſtus enim dixit Apoſtolorum Principi, *Petre amas me? Paſce oves meas*. Ex quo fit evidens, qnòd ſignum amoris eſt onus paſcendi. Unde qui Chriſti oves paſcere differret, volendo expectare rigoroſum præceptum, conſequens eſſet, quòd etiam vellet procraſtinare amare: qui vult enim antecedens, vult conſequens. *l. illud ff. de acquir hæred.C.preterea de offic. deleg.* quod non ſine culpa poſſet contingere, ſemel ac quis fuerit idoneus reputatus & Electus. ad Clarum textum Gregorii *d. Cap. in Scripturis veſtris*. 8. *quæſt.*1. ibi. *Simon Joannis, amas me, paſce oves meas; ex quibus verbis colligitur. Quia ſi is, qui valet omnipotentis Dei oves renuit paſcere, oſtendit ſe paſtorem Summum minimè amare.*

Et quidem peccat, quia videndo ſe approbatum, & non conſentiens ſuæ vocationi reſiſtit. *Gloſſ.* 81

in

in d.Cap.in ſcripturis veſtris. verb.
minimè in principio caſus . Et ſicuti
peccatum præſumptionis eſt, quod
aliquis attentet facere ea, quæ ſunt
ſupra vires. Ita de puſillanimitatis
Culpa arguendus, ſi recuſet operari
id, quod ei ſecundum ſuam habili-
tatem demandatur. S. Doct. 2. 2.
quæſt.133. *art*.1. *in corp*. ibi. *Sicut*
autem per præſumptionem aliquis
excedit proportionem ſuæ potentiæ
... Ita puſillanimus deficit à pro-
portione ſuæ potentiæ, dum recuſat
in id tendere, quod eſt ſuæ potentiæ
commenſuratum, ita ſicut præſum-
ptio eſt peccatum, ita & puſillanimi-
tas, & in caſu noſtro, quo quis
eſſet dignus reputatus, ad Domi-
nicum gregem dirigendum, & recu-
ſaret, peccaret S. Doct. *citat. ad* 2.
ibi, *poteſt contingere, quod aliquis*
ex virtute, quam habet, ſit dignus,
ad aliqua magna facienda, & ta-
men non attentat uti ſua virtute;
peccat quandoquequidem veniali-
ter, quandoque mortaliter.

Nec Juvaret reſpondere, quòd
82 iſte talis aſſuetus ab adoleſcentia in
divinis contemplationibus egrè to-
lerat prodire in forum & ſolitudi-
nem amat, uti de Sancto Hieroni-
mo, & Petro Damiano eorum vita
teſtatur. Nam contra eſſet ad homi-
nem; quia etiam Unigenitus Dei
de ſecreto patris in mundum pro-
diit, ut fidelium animas ſua redem-
ptione ſalvaret. *d. Cap. in ſcriptu-*
ris veſtris. ibi. *Si enim Unigenitus*
Patris pro explenda utilitate om-
nium, de ſecreto Patris egreſſus eſt
ad publicum noſtrum. Nos quid di-
cturi ſumus. Si ſecretum noſtrum
poſtponimus utilitati proximorum.

Unde non videtur congruum,
quòd ſemel ac quis eſt ritè per
Pontificem approbatus & Electus
differat conſentire, expectando ri-
goroſum præceptum: quando ex
altera parte perfectiori virtute
promptæ obedientiæ ſuo conſenſu
perficere poteſt Electionem de ſe
à Pontifice factam.

Eò vel magis, quòd, cùm hu-
juſmodi conſenſus requiratur ad 83
perficiendum ſpirituale matrimo-
nium inter Eccleſiam & Electum,
Salmaticenſes *Tomo* 7. *tract*.16. *de*
fide Diſp.4.*de Roman.Pontif.dub*.2.
num.24. & ad textum *in Cap. cùm*
ſocietas.27.*quæſt*.2. *& in Cap.ſicut*
viri. 40. *diſt*. ibi. *ſicut viri & mu-*
lieris digna conjunctio unum facit
matrimonium, ita Electio & conſe-
cratio unum faciunt Epiſcopum. Ita
non debet eſſe coercitus, & conſtri-
ctus cum rigore præcepti obedien-
tiæ, ſed ad ſummum poterit eſſe
benignè coactus, ex ſpontanea &
prompta obedientia ex Juribus al-
legatis *Reſ*.15. *num*.49.

Ad ſecundam autem propoſi-
tionem dicimus, illam Doctrinam 84
eſſe veriſſimam & univerſaliter te-
nendam, ſi nomine præcepti Supe-
rioris intelligatur præceptum ſive
expreſſum ſive tacitũ aut quicunq;
actus ſincerè proveniens ex motivo
& virtute obedientiæ; Cùm per hæc
ſingula optimè verificari poſſit divi-
na vocatio.

Ad exempla, quæ adducuntur
de Sanctis & doctiſſimis viris, illos 85
Epiſcopatum aut renuiſſe, vel non
acceptaſſe, niſi ex obedientia com-
pulſos: quid quid ſit an hujuſmodi
compulſatio fuerit ex rigoroſo for-
mali & expreſſo ſuorum Superio-
rum præcepto, aut populorum in-
ſtantia. Certiſſimum eſt ſecundum
Jura, quòd non exemplis ſed legi-
bus eſt Judicandum; ex vulgatis, &
ſignanter ex textu *in l.nemo Judex.*
C. de ſententiis & interloc. omn. Ju-
dic.& in l.ſed licet.ff.de offic.præſid.
& ſecundum has leges experientia
demonſtrat, infinitas hominum pro-
motiones ad Epiſcopatum, præci-
puè ex Clero Sæculari deſumpto-

rum,

rum, aliunde morum integritate & ſcientiarum prærogativa illuſtrium, hujuſmodi rigoroſum formale & expreſſum præceptum nec expe-ctaſſe nec requiſiviſſe; ſed ſolummodò vocationem illam generalem admiſiſſe; de qua ſupra *Reſol.*11. *num.*17.28.32.*ſeq.* Et indubitatum etiam communiter recipitur, Summos Pontifices vel numquam vel rarò expreſſa imponendi præcepta uſum habuiſſe, ſive ipſi Electi noſtrum votum emiſiſſent, ſive non. Nec proinde eorum promotio, & dignitatum acceptatio deſtitit eſſe laudabilis, & digniſſima. Cùm de cœtero reſiſtentia & detrectatio ad exaltari,& ad recipiendas dignitates in iis frequentius & facilius inveniatur, qui ab adoleſcentia vel ſacrarum ſcientiarum ſtudiis, vel divinarum contemplationum exercitiis aſſueti & occupati, privatam & ſolitariam vitam deferere recuſant, & ad forenſes & externas inviti compelluntur occupationes. Sed de hac materia ad ſatietatem *in Reſol. ult. differemus.*

86 Sed expedite, quòd promotus Superiorem deprecetur, ut illum a tali munere eximat, hoc contingere poteſt ſaltem in principicipio, ut dicemus *d. Reſol. ultima* & juxta diverſitatem gratiarum, quæ in humano ſpiritu prævalent, & quas idem Deus, qui operatur omnia in omnibus efficit. Apoſt. I. *ad Corinth.*12. in uno enim prævalet ſpiritus humilitatis, & ſe a munere excuſat, illudque recuſat. In alio verò pollet Spiritus obedientiæ, & quæcunque obedientiæ ratio, hujuſque virtutis motivum etiam ut promptè pareat compellit & cogit, ut acceptet. In alio viget Spiritus magnanimitatis & cuncta difficilia alacriter aſſequitur. In aliis fortè nullus reſidet Spiritus fortitudinis,ſed in Domino abjecti & neglecti horrent nomen externi gubernii. Unde non video, præter modo dicta, ex qua parte obedientiæ promptitudo in proſperis, ut dicit tertia propoſitio ſcandalum inferre valeat, quando tot viri Sancti, quorum non eſt numerus, & univerſaliter loquendo, ſine ulla reſiſtentia ſuæ promotioni promptè acquieverunt: niſi dicere velimus, quòd etiam ex doctrina ſana ſcandalum oriri poſſit ad textum *in Cap. inter verba.* 11. *q.*3. Sed tunc ut dicit textus, etiam cum omnibus hominibus pax erit habenda. Et veritati ſemper locus ſervandus. Cùm ex altera parte obedientiæ promptitudo perfectior obedientia ſit. Et hæc dicta intelligantur in Caſu,in quo Epiſcopatus inter proſpera adunetur, cùm inter aſpera & adverſa connumerandum eſſe allegata Jura ſupra demonſtrent.

Ad quartam propoſitionem Reſpondemus, iterum repetendo, 87
quæ latius protulimus ſupra *Reſ.*8. & 9. Quoniam, ſi difficultates & pericula Spiritualia & temporalia retardare deberent homines abſolutè abEpiſcopatu ſuſcipiendo,nullus neque urgente expreſſo præcepto licitè poſſet Epiſcopatum acceptare, cùm prohibitum ſit, onus ſuſcipere cum ſalutis periculo animęque jactura. Sed quia illæ difficultates ſunt ſuperabiles, & auxilia & dotes ex divina gratia ſperandæ; ſic præfatæ difficultates & pericula ſolùm prohibent & arcent humanum animum, ad tendendum proprio motu in illas, non autem ex virtute obedientiæ de quibus ſupra *Reſol.XI.*

Ad quintam propoſitionem Reſpondemus, optimam in facto Moyſis commendando Gregorii 88
expoſitionem, ſupra *litt. C.* ſignatam. Ipſum Patriarcham de ſuo

aur de proprio motu & dominandi ambitione nihil immiſcuiſſe, in ordine ad officium præfecturæ acceptandum, ſecundum proſpera conſideratum. Unde tantum abfuit, ut in ordine ad proſpera ambitionem commiſerit,ut Deum potius deprecatus fuerit, ne Iſraeliticæ plebi illum præficeret. Quod optime componitur cùm promptitudine obedientiæ, ex dictis ſupra *num.* 70. *ſeq.* Adeoque Sanctum Pontificem Gregorium Secundum illam diſtinctionem de proſperis & adverſis, bene concludere per illa verba *litt.* A ſignata, quòd *ſi obedientiæ palmam apprehendere veraciter nitimur, proſperis hujus ſæculi ex ſola Juſſione. Adverſis autem etiam ex ſola devotione militemus.* In hoc enim textu verbo Juſſionis intelligi poteſt præceptum tacitum. Vel manifeſtatio Superioris voluntatis, quæ in ordine ad conformitatem æquivalet præcepto expreſſo.

89 Et non eſt dubitandum, Sanctum Pontificem hoc in loco præcisè conſideraſſe Epiſcopatum ſecundum proſpera, cùm illum ſolùm deſcribat ſecundum Jura & prærogativas Prælationis & Superioritatis, quas habet ſupra Cœteros, cùm ſit locus Superior. Non autem ſecundum ea, quæ continet de amaritudinibus, laboribus, & adverſis, prout Epiſcopatum Chriſtus inſtituit, ut diximus ſupra *n.* 3. *ſeq.* Nam ſub his adverſitatum inſpectionibus, proculdubio illa doctrina Pontificis militaret, qua monet in adverſis ex devotione nos debere occupari. Ut legitur ſupra *litt. A* in fine.

90 Cœterum loquendo de proſperis, quæ in Epiſcopatu adunari poſſunt; vel iſta attenderentur primariò & cauſa ſui, & ita neque urgente expreſſo præcepto ſine peccato intendi poſſent, quia præceptum numquàm eſſe poteſt de illicitis. Ad Text. *in Cap.* ſi Epiſcopus forte 11. *quæſt.* 3. vel reſpiciuntur ſecundariò & cauſa alterius: & ita ſequuntur naturam ſui principalis. Ad textus ſupra allegatos *Reſol.* 15. *num.* 40. *& Reſol.* 8. *n.* 44. *& Reſol.* 7. *num.* 15. & directè, præcipi nequeunt. Et cùm ſuum primarium ſit ſecundum Chriſti inſtitutionem, amarum & laborioſum, & mortem pro dominicis ovibus ſubeundi obligatio, inde eſt, quòd ſecundum mentem Gregorii, quando ipſe dicit, ex ſola Juſſione; non eſt intelligendum de Juſſione rigoroſa & expreſſa, ſed tacitam ſufficere, & promptam obedientiam non eſſe excludendam.

Inſuper licèt Gregorii expoſitio laudanda veniat in Epiſcopatu ſecundum proſpera accepto. Nihilominus non ſpernenda cenſetur interpretatio gloſſæ ſuper illa verba *exod.* 3. *dixit Moyſes ad Deum, quis ſum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Ægipto.* Nam hujuſmodi voces, *quis ſum ego*, non ſunt reſiſtentiæ verba aut promptæ obedientiæ denegatio, ſed exprimuntur, ad oſtendendum, quòd hujus eximii operis gloria non eſt ſibi attribuenda, ſed Deo. Gloſſ. interlinealis. ibi.. *quaſi Dei eſt. non hominis hoc facere. Unde gloria mea non eſt mea, ſed, qui miſit me Patris.* 91

Et quòd etiam in his, quæ proſpera per Sanctum Pontificem nuncupantur, prompta obedientia præſtanda ſit. Demonſtratur; cùm Deus in citato textu dixerit Moyſi, *veni mittam te.* Profectò, licèt Propheta eſſet corpore præſens, & verificari non poſſet, ut accedere deberet. Attamen Deus dicit *veni*, ut ſe promptum oſtendat. Lyra- 92

nus,

nus, *loc. citat.* .. ibi .. *Veni mittam te. Licèt enim* (Moyſes) *eſſet præſentialiter coram Deo. Tamen dixit veni, per hoc ſignificans, ut deberet eſſe promptus ad ſuſcipiendum Dei mandatum mente, & voluntate, ſicuti erat præſens corpore.* Et Nota, quòd hîc illa vox mandatum ponitur, non loco formalis præcepti, ſed materialiter, & loco officii ſuſcipiendi. Gloſſ. ibi .. *Hic convenienter deſcribitur ipſius Moyſis inſtructio, & confortatio, quæ requirebatur ad tantum opus ſuſcipiendum.*

92 a Deinde ſapiens & Summus Superior, qui aliquem eligit in Epiſcopum, non debet habere animum eligendi illum ad commoditates, divitias & delicias; ita ut Epiſcopatus pinguis concedatur in præmium ſervitii præſtiti, vel ad nobilem Eccleſiaſticis redditibus familiam ditandam. *Trid. ſeſſ.* 25. *poſt cap.* 22. *Decretum de reformat.* Hoc enim Tridentino & Sacris Canonibus adverſatur. Sed ſolùm intendere debet perſonas Eligere ad Epiſcopatum ſecundum labores, & incommoda, quibus illum Chriſtus inſtituit; ex quo fit, quòd, intellecta per ſubditum hujuſmodi recta Superioris voluntate, non recuſando, ſed conſentiendo, non proprio motu, ſed ex motivo obedientiæ vel tacito præcepto, & præveniendo quodcunque expreſſum, meritoriè conſentiat. Et aliter faciendo peccaret.

93 Ad Octavam nihil eſt contra Dicendum, ſed ut veriſſimam propoſitionem admittimus.

94 Concludendum ergo, quòd Epiſcopatus vel attenditur & acceptatur ſecundùm illa temporalia, quæ continet, & ſecum trahit, non referendo illa ad ſuum primarium, cui nata ſunt inſervire; juxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum. Et hoc ſenſu nullo modo licitum eſt, illum deſiderare & ſuſcipere, & de illo præceptum imponere, ut acceptetur. Et conſequenter nec ex proprio motu & affectu, nec ex aliquo motivo virtutis poſſumus in illum licitè conſentire, ea potiſſima ratione, quia Epiſcopatus ſecundum hujuſmodi temporales rationes non eſt inſtitutus à Chriſto; ſed duntaxat ſecundum ſpiritualia, & labores; adeoque eſſet contra ordinem & eſſentiam Epiſcopatus illum ſecundum ſua temporalia reſpicere: & appetitus eſſet inordinatus; quod contingere non poſſet ſine ambitionis peccato ex dictis ſupra *Reſol.* 2.

Si autem ejus temporalia attendantur ſecundariò & cauſa ſui principalis, tunc cùm ſui principalis naturam induant, procedendum eſt circa ſecundaria, ſicuti procedendum ratio dictat circa primarium, ad textus ſupra modo allegatos *num.* 90. Præterquam quòd, licèt Epiſcopatus dicatur ferre ſecum illa ſecundaria, quæ ſunt locus Superior, præeſſe aliis, & de proventibus & redditibus gaudere aliquando copioſis. Nihilominus hæc ſecundaria, ſi rectè inſpiciantur & conſiderentur ſecundum ea, quæ Chriſtus diſpoſuit, non alia ratione conceſſa fuerunt, niſi in quantum deſervire debent operi principali, ſecundum illas ſpirituales rationes, ad quas Chriſtus Epiſcopatum ordinavit. Quæ ſunt, ut illa officii præeminentia & ratio aliis præeſſendi non ſit cùm poteſtate dominativa in Subditos, ſed cùm obligatione dirigendi in viam ſalutis illos, & tractare cum Subditis non tamquàm Dominus, ſed uti Pater, & ſervus in humilitatis miniſterio, & officio Charitatis. Ut latè diximus ſupra *Reſol.* 3. 95

Quantum autem ad redditus
96 quantumcumque copioſos Epiſcopus licitè non poteſt illos conſumere vel erogare, niſi in quantum concernere poſſunt ſui officii congruam & decentem ſuſtentationem, illoſque non permittitur dilapidare, nec in ſuperfluos vanos & pravos uſus convertere, nec ſuos ditare: ſed quot quot ſuperſunt, pauperibus & Eccleſiæ applicare, tamquàm fidelis miniſtrator, quod eſt aliud onus impoſitum, de quo ſtrictam rationem ab Epiſcopis erit Deus requiſiturus. Trid. modo ſupra *cit. nu.*92. *& Praamb.*2. *n.*27. 64. 66. *ſeq.*

Si autem Epiſcopatus conſi-
97 deretur ſecundum ſpiritualia. Cùm hæc non afferant aliud, quàm labores anguſtias & amaritudines, & intus torqueant timores, foris pugnæ, uſque ad obligationem Mortem ſubeundi, non inter proſpera ſed adverſa valde recenſendus erit. Cùm adverſa ex Regulis DiviGregorii ſuprà allegati ad Artem bene deſiderandi ſpectantibus, non ex rigoroſa Juſſione, ſed ex ferventi devotione ſint amplexanda: ideo non erit expectandum formale & expreſſum præceptum. Nec officit, quòd illa temporalia indirectè ſequantur, quia tunc hæc ſecum ſaporem non trahunt nec præferunt, niſi quem præfata ſpiritualia ſecundùm Chriſti mentem oſtentant.

98 Hæc eſt pura veritas, ſi res ſecundum ſuam naturam conſideratæ inſpiciantur; at illas in delicias noſtri corrupti ſenſus trahere, non eſſet rectum de illis ferre judicium, ſed in æternum noſtræ animæ detrimentũ & Cõfuſionẽ declinare.

Si Epiſcopatus eſſet prætoria
99 dignitas aut Regia præeminentia, quæ ſæculari poteſtate in ſubditos dominantur, & ſubordinationes, & obſequia magnificè ab hominibus ſibi aſciſcunt, & ſuas copioſas faciunt divitias; certè inter proſpera & Jucunda reponendus eſſet. Sed in hoc nimis expreſſe Chriſti oracula reſiſtunt; *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſic*. Eccleſiaſtica dignitas ſervitute prævalet, non dominandi extollitur poteſtate, ut rotundè ibi Chriſtus eſt proteſtatus, & latè diximus *Reſol.*3.

Tandem ad locum Gregorii 100
relatum Cap. ſciendum *dicta* 8. *queſt.*1. ibi nulla ſit diſcretio inter præceptum tacitum & expreſſum. Cùm ibi Gregorius de præcepto genericè loquatur, prout contrahi poteſt, ad ſuas ſpecies nimirum expreſſum, & tacitum ad textus ſupra allegatos *Reſol.*15. *num.*188. Nam Gregorius dicit dicto Capite ſciendum ibi .. *Sciendum ſummopere eſt, quòd obedientia aliquando, ſi de ſuo aliquid habeat, nulla eſt. Nam cùm hujuſmodi ſucceſſus præcipitur; cùm locus Superior imperatur*. Nam hic. Quod dicitur. *Locus Superior imperatur*. Non explicat Gregorius, quòd imperetur per expreſſum & rigoroſum præceptum, ſed relinquit ſub diſtinctione ſive expreſſi ſive taciti. *Is qui ad percipienda hæc obedit. Obedientiæ ſibi virtutem evacuat. Neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad accipienda hujus vitæ proſpera libidini propriæ ambitionis ſervit*: Igitur in hoc textu duo expreſſe docet Gregorius. Unum, quòd cùm præcepto, ſive tacito ſive expreſſo in ordine ad proſpera aliquis poteſt habere aliquid de ſuo, hoc eſt de proprio motu & affectu, ut ibi Gloſſ. explicat. Verbo ſciendum. ut dictum eſt ſupra hic *num.*70. 71. 74. Adeoque in Caſu noſtro parùm referret, quòd ſuperior rigoroſo præcepto præciperet,

ſi etiam cùm tali præcepto ſtare poteſt ambitionis affectus ad rem præceptam, ut ibi textus.

Secundum eſt, quòd habendo
101 de ſuo evacuatur meritum obedientiæ, quæ duo veriſſima ſunt. Sed ex hac Gregorii authoritate, ut patet ex terminis, neque per umbram probatur in ordine ad proſpera expectandum eſſe rigoroſum & expreſſum præceptum; ſed ſufficere, quòd illa aſſumantur, non ex ambitionis affectu, ſed ex obedientiæ virtute, quod æquipollet præcepto.

Per quod etiam reſpondetur ad illa verba ſupra relata, quod *proſperis bujus ſæculi ex ſola Juſſione militemus*, *adverſis autem etiam ex devotione*. Hìc non exprimitur, an Juſſio eſſe debeat racita vel expreſſa. Sed ſolùm deſideratur, quòd proſperis adhærendum ſit ex ſolo motivo obedientiæ. Adverſis autem etiam ex proprio motu & ſpontanea devotione.

Quòd autem expreſſum præ-
102 ceptum poſtuletur ex ſpeciali ſocietatis Inſtituto adducto à Suarez: Huic diſpoſitioni non reſiſtimus, ſed eam cum reverentia, & laude recipiendam cenſemus, cùm multoties ſingulares circumſtantiæ, ad commune Sanctiſſimi Inſtituti bonum tuendum, laudabiliter perſuadeant facere, quod aliàs non fieret, non prætermiſſa valida ratione de miſſionum voto ſupra expoſita *Præamb.I. num.*107. *B*.

Vidimus Epiſcopatum potius
inter adverſa quàm proſpera recen- 103
ſendum. Et quocunque modo conſideretur, poſſe licitè conſentiri in illum ex tacito præcepto & ex prompta obedientia, non expectando rigoroſum Superioris præceptum.

Sed pro exercendo hujuſmodi licito conſenſu, ſecundum Regulas Artis bene deſiderãdi ulterius examinandum occurrit, quid importet formula noſtri Voti per illam particulam *Niſi*. An obliget hìc & nunc, verificata conditione de coactione ſive per præceptum expreſſum ſive tacitum, ad dandum ſtatim conſenſum. Vel obliget voventem, quòd ſi conſenſum dare velit, ſolùm coactus ex obedientia conſenſum præſtet quandocumque voluerit. Et ſit. *Reſol.XVII.*

RESOLVTIO XVII.

Noſtrum Votum ſub illa formula. Promitto non conſenſurum in mei Electionem, niſi coactus precepto aut obedientia Summi Pontificis. Obligat ad conſenſum preſtandum non ſub arbitraria conditione, ſi vovens conſentire voluerit: ſed abſolutè.

SUMMARIUM.

1 *Votum non ambiendi apud Patres ſocietatis requirit rigoroſum præceptum, propter unionem, quam babet ad ſingulare illud de miſſionibus Votum.* Præamb.I. n.107.

num. 107. litt. B. ſeq.
2 *Senſus particulæ niſi eſt valde difficilis intellectu.*
3 *Intereſt Reipublicæ homines noſſe voces.*
Non eſt diſputandum de Vocum ſignificatione. ibid.
Impoſſibile eſt verificari contradictionem de eadem re. ibid.
4 *Neque Deus poteſt illam componere.*
Voces dantur ad explicandos internos mentis conceptus. ibid.
Aſtutia principaliter exercetur per verba. ibid.
Non loquendum per circuitionem Verborum, nec ſimulatè. ibid.
6 *Verborum inculcatio admittitur etiam ſuperflua.*
7 *Dictio niſi quot ſenſus habeat.*
7 g *Exempla de particula niſi.*
7 f *De hac dictione plura adducunt exmpla authores.*
9 *Propoſitiones de ſecundo, & de tertio adiacente. Sequent.*
Exceptio dicitur actionis excluſio. ibid.
10 *Particula niſi tripliceem poteſt eructare ſenſum.*
13 *Referuntur Sententiæ.*
16 *Quomodo Authores prædictæ Sententiæ explicent & eſſe velint particulam* niſi.
Peccati venia non datur, niſi correctis. ibid.
20 *Hæres meus ne des Centum Titio, niſi mater mea moriatur.*
21 *Argumentum à ſuficienti partium enumeratione eſt validiſſimum.*
22 *Oratio negativa nihil ponit.*
Particula niſi inducit ſenſum affirmativum abſolutum vel ex propria natura, vel ex addito extrinſeco, vel ex ſubjecta materia. ibid.
23 *Nemo dat quod non habet.*
Proponuntur Probationes, & fundamenta prædictæ Sententiæ. ibid.
Genus non infert ſpecies; ſpecies infert genùs. ibid.
27 *Duplex eſt conditio realis & arbitraria.*
41 *Niſi ſemper habet contradicere antecedentibus num. 99. ſeq.*
49 *Quid importet dictio,* niſi, 17.
58 *Votum noſtrum continet duas negativas.*
Duæ negativæ faciunt unam affirmativam. ibid.
66 *Non eſt recedentem à propria & vulgari verborum. Significatione.*
69 *Argumentum à paritate rationis eſt validum.*
81 *Voces articulatæ ſignificant ad placitum.*
83 *Sunt ſigna intellectualium Conceptuum.*
Ex negatione Entis non remanet Ens, ſed nihil. ibid.
91 *Ex nihilo nihil ſit.*
Aliquid ſe habet tamquam unum, ſine quo nec alterum provenit. ibid.
110 *Sponſalia inducunt obligationem ad contrahendum de futuro.*
Sponſalia obligant ſub mortali. ibid.
Sponſalia ſunt futurarum nuptiarum fœdera. ibid.
Datur actio ad compellendum. ibid.
Petrus contractis validis ſponſalibus cum una, ſi matrimonium cum alia contrahat, validè contrahit. ibidem.

Petrus promittens vendere Equum uni, ſi poſtea vendat alii tenet venditio. ibid.

Venditio cum conditone ſuſtinetur L. ſi ſterilis.

126 *Definitio rem demonſtrat.*

Genus comprehendit ſpecies, & ſpecies infert Genus. ibidem.

1 NOn par um noſtra inrereſt hujus reſolutionis notitia, cùm de negotio ram arduo pertractemus, utì eſt votum de dignitaribus non acceptandis ſine Superioris præcepto ſive virtuali, aut rigoroſo, quod Patres Societatis expoſcunt propter concomirantiam, quam habet ad illud de Miſſionibus, quod adeo immobiliter & rigoroſo debito profitentur, ut pluries in hoc opere memoravimus, præcipuè *Præamb. I. num.*107. *litt. B.* Unde hujuſmodi ſpecialiter agredimur concluſionem, propter validam quorumdam clari nominis Aurhorum opinionem, exiſtimantium, quòd per prædictum Votum homo abſolutè non conſtringitur conſentire in ſui Electionem; ſed ſolùm in caſu, quo conſentire voluerit, runc remaneat obſtrictus & obligatus ad conſentiendum non ex alio morivo, quàm
2 obedientiæ, aliàs peccaret.

Et reſolutio hujus puncti ſingularirur dependet ex perfecta intelligentia illius particulæ *niſi*, quæ cùm pluribus videarur gravida ſenſibus, non parùm difficilis, ſed valde perplexus ejus reddirur intellectus. Covarr. *tom.*1. 2.*p. cap.*4.§.1. *num.*6.

3 Sed intereſt Reipublicæ, homines noſſe voces, vocumque ſignificata compræhendere; aliàs hominum, Urbium, Provinciarum totiuſque mundi communicatio ceſſaret. Ariſtoriles metaphiſ. *Lib.*1.*ca.*4.*fol.mihi* 457.*& lin.*100. ibi. *Qui autem ſermonem invicem communicaturi ſunt, oportet, ut aliquatenus invicem intelligant. Hoc enim non facto, quomodo erit eis invicem ſermonis communicatio? Oportet igitur nominum unum quod que notum eſſe, & aliquid ſignificare.* Profectò de vocum verborumque ſignificatione inter homines diſpurare, & aliud atque aliud hinc inde oppoſitum ſignificatum prætendere, erir multum loqui, & nihil appræhendere. Ariſtoreles. ibi. *Qui igitur dicet eſſe hoc, & non eſſe hoc ipſum quod omnino eſſe dicit, non dicit; impoſſibile eſt contradictionem de eodem ſignificare.* Unde in exemplo infra adducendo, nimirum, *cæſar hoc anno promittit non facere bellum niſi contra Turcas.* Hęc oratio negat hoc anno bellum, & bellum affirmat. Negatio verò & affirmatio de eodem ex vi contradictoriorum non poſſunt verificari. Ergo neceſſe eſt, quòd dicta oratio ex vi ſignificationis particulæ, *niſi*, bellum contra alios neget. Et bellum contra Turcas affirmet.

Quam contradictionem neque Deus componere valet. Decius *in L. ubi repugnantia. ff. de reg. jur.* 4
Adeoque natura diſpoſuit, ut noſtros conceptus, noſtramque mentem ad exrra hominibus notificemus; & cogitanres eligamus prius aptas voces ad illos ſignificandos. S.Doct. *diſt.*27.*quæſt.*2.*a* 1.§.*ſi ego* ibi. *Verbum ſecundum quod eſt in ſignificatione, quando ſcilicet quis imaginatur voces, quibus intellectus conceptus proferre valeat; &* 2.2.*quæſt.*19.*art.*1. *in Corp.* ibi. *ad hominem enim verbis, & conceptum noſtri cordis, quem non poteſt cognoſcere, niſi verbis noſtris ei exponamus.* Et hoc hominum prærogati-

vam

vam eſſe, rationalis natura oſtendit. Ariſtot. *tom.3. polit. lib.5. cap.2. lin.7.* ibi. *Sermo ad hoc datus eſt nobis, ut oſtendamus utilitatem & damnum. Hoc enim præter cætera animalia hominibus proprium eſt.* Et verborum etiam prærogativam hoc eſſe cognovimus. S. Doct.2.2. *quæſt.72. art.1. in Corp.* ibi. *Verba enim inter homines obtinuerunt principatum, ſignando quæcumque animo concipiuntur.* Et priùs dixerat *quæſt.55. art.4. ad 2.* ibi. *exequutio aſtutiæ principaliter fit per verba, quæ præcipuum locum tenent inter ſigna, quibus homo ſignificat alteri aliquid.* Unde ſemper propriis verbis loquendum eſſe, ratio convincit, ne ſimulandi incurramus vitium. Ariſtot. Rhetor ad Theodectem. *Lib. de Latinitate. cap.9. lin.36.* ibi. *deinde propriis dicendum eſt vocabulis, & non per circuitiones, non ambiguè; quod faciunt, qui cùm nihil habeant dicere. aliquid tamen ſe dicere ſimulant: decipit enim circuitio.* Et hoc eſſe innaturale demonſtrat. S. Doctor cit. 2.2. *quæſt.110. art.3. in Corp.* ibi. *quia cùm voces naturaliter ſint ſigna intellectuum; innaturale eſt, & indebitum, quòd aliquis voce ſignificet id, quod non habet in mente.* Et mortale hoc eſſe morum ratio demonſtrat, ſi hoc cum magno incommodo, & in re gravi ad decipiendum dirigatur, & fiat: non ſecus ac de mendacio ſapientes definiunt. In quod vitium ſæpiſſimè labuntur Alchimiſtæ de lapide philoſophico tractantes: ut artificium, quod aſſumunt explicare, occultent. At non explicant, ſed intricant magis, magiſque decipiunt.

5 Quamobrem non ſine ſtupore contingit, latinam linguam, quam, tam ab antiquo profitentur nationes, adeo ſe ipſa implicari, ut adhuc ſub diſputatione verba relinquat, ad eorum venandam ſignificationem. Sicuti reſpicimus in dictione *niſi*, quæ tot ſortitur ſenſus, quot proferentes habet; de cujus germana ſignificatione in hac reſolutione, quam latè tractamus, erit ſermo; & plura pluries replicare conabimur ad ſatietatem uſque, ut noſtram oſtendamus ſententiam cæteris mentibus de dictione niſi veritatem inſinuando. *L.Baliſt.ff.ad Trebell.*

Et verborum inculcatio ad- 6
miſtitur etiam ſuperflua, ad tollendam ſophiſticam interpretationem. Jaſon. *L.eum, qui ita. §. Te & Titium num.4. verſic. adverte. ff. de verbor. oblig.* & importunum laborem arripimus, ut aliquando, ſi fieri poterit, de dictione *niſi* quid ſentiendum ſit veritas innoteſcat; & ſub propria in poſterum ſignificatione proferamus, ne imperitè loquamur; eademque dictio *niſi* unius ſignificati reſonet, tam in loquentium ore, quàm in audientium aure. S. Bonav. *in 3. ſent. diſt.300. quæſt.2. nu.24.* ibi. *voces inſtitutæ ſunt, ut adſervetur Veritas apud audientem, quæ eſt apud loquentem.* Et tandem ut hominum communicatio non depereat juxta modo ſupra allegata.

Sed pro opportuno apparatu
ad ſequentia, denudemus neceſſe 7
eſt, quot dictio *niſi* ſenſus ſecundum Jura, & Juris peritos ſibi vindicare poſſit; & faciliter innoteſcet, ſi legamus Cacheran. *dec.174. n.2.* Burtel. *conſ.12. num.11.* Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. Statuimus in verb. niſi* & alios plures.

Et de ſui natura hæc dictio eſt
exceptiva, & in effectu adverſatur 7
præcedentibus ad Text. *in L. actione. C. de tranſact. in reg. peccatum de reg. Juris in 6. tradunt Jaſon.* a

in

in L.3.n.11.ff.de offic.ejus:ſoccin.jun. conſ.163.n.36. volum 2. & alii plures.

7 b Aliquando verò alios caſus præter nominatos excludere videtur. *ut in L.qui aliena.§.Si libertas. ff. de negot. geſtis. & in Cap. Si duo de procur. lib.6. tradunt* Cravett. *conſ.*155. *num.*1.

7 c Inſuper ſi oratio affirmativa præcedit, negat. Si verò negativa, affirmat. Quia de ſui natura eſt ſemper contradicere præcedentibus. Bartol. ſalicet. Jaſon. *num.*3. Decius *num.*5. Padil. *num.*12. *per text.* ibi. *in L. actione C. de tranſact.* & alii innumeri:& prout latius infra *num.*49.idemque in poſitionibus efficit. Alex. *conſ.*83.*n.*3.*Lib.*2. & alii.

7 d Interdum eſt conditionalis, maximè relata ad futurum tempus. *L. quibus diebus. §. Quidam Titio. ff. de condit. & demonſtr. & L.*1. *§. Idem ſcribit. ff. depoſiti.* ibi. *Nec debere abſolui, niſi reſtituatur. & in L. in Textam.* ibi. *& niſi fierent hæredes, magna pecunia mulctarentur. ff. de condit. Grat. conſ.*400. *num.*6. Lucens. *dec.*67. *num.*35. ubi ait, hanc dictionem non ſolùm facere orationem conditionalem, ſed in ſe ipſa conditionem præcedenti conditioni contrariam. Unde Rip. *lib.*1. *reſp. cap.*2. *num.*24. dixit, quod hæc dictio addita verbo præſentis temporis in contractibus non facit actum conditionalem, ſed reſolvendum in eventum conditionis, niſi in contractu ſint appoſita alia verba ſuſpenſiva. Addita verò verbo futuri temporis facit conditionem tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus. Galganet. *de condit.p.*2. *cap.*1. *quaſt.*3. In ſententiis tamen facit conditionem ſuſpenſivam. Decius *in Cap. præterea* 2.*in princ. de appellat.*Bald.*in L.quibus diebus. §. quidam Titio. verſ.* quæro quedam ſententia.

Cæterum hæc dictio, *niſi*, aliquando importat formam.Gratian. *conſ.*15.*vol.*1. & etiam eſt limitativa. Flamini. *De reſign. lib.*5. *qu.*6. *num.*183. Et modificativa & excluſiva Menoch. *conſ.*3. *nu.*17. eſt taxativa. *ut in L. conſulta. C. de teſtam. Panit exceptionem a reg.* Decius *in L.*1. *§.final. num.*7.*ff. de offic. ejus*. Componitur ex duabus dictionibus *ſi*, & *non*. Ita Grammatici. Cic. *pro cluen. Valla lib.*2. *elegant &c.* 7 e

Nos autem hanc excitamus quæſtionem ob particulam,*niſi*,quæ reperitur in noſtro Voto negativo, nimirum, *Voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi coactus præcepto, aut obedientia Summi Pontificis*. Nam licèt Superioris præceptum ex propria naturà obliget ad obediendum Prælato, etiam independenter à quocumque Voto, & ſine ulla ſuſpenſione affectus; & arbitraria conditione: nihilominùs quæſtio nunc erit,an particula, *niſi*, ſequens poſt negativam importans conditionem, quæ aliàs de ſe non obligat, obliget tamen ad executionem effectus importati per Votum. v. g. ſi præfatum Votum diceret. *Voveo non conſenſurum in mei Electionem,niſi Pater meus fuerit Romæ* tunc objicitur examinandum. An verificata mei Patris exiſtentia in Urbe,particula *niſi* inducat obligationem, ad ſtatim conſentiendum; vel relinquat arbitrariam conditionem, quòd ſi voluero conſentire, ſolùm mihi conſentiendum ſit in caſu, quo Pater meus fuerit Romæ;non autem obligat ad ad ſtatim conſentiendum. 7 f

Authores de hac dictione plura producunt exempla, precipuè in tractatu de matrimonio.v.g.*nullam aliam ducam quàm te,ſeu præ-* 7 g

ter te, *ſeu niſi te*. Sanchez *lib.1.de ſponſ. diſp.*20. Quæ dictiones in idem recidunt. Barbos. *de diction. particula niſi*. Et matrimonii occaſione addunt exemplum illud, *nulli alii vendam,niſi Titio* adTexr.Bartol.*in L.ſi eum*. §.*qui injuriarium*. *ff.ſi quis cautio*; & in materia Vori illud depromunt exemplum. *Voveo me non ingreſſurum Religionem, niſi Carthuſiam*. Sanchez modo citat. ſeu *Ceſar promitt*, *ſe non geſturum hoc anno bellum*, *niſi contra Turcas* Covar. cit. *num*.7. & cùm de omnibus una eademque ſit diſciplina, uno reſoluto, clareſcunt cætera.

8 Ex quibus exemplis compertum reddirur, dictionem *niſi* ſemper in oratione mediare inter duo membra, ſeu propoſitiones, quas idem verbum regit. v. g. *Voveo me non ingreſſurum Religionem*. Hæc eſt prima propoſitio. *Niſi* Carthuſiam; hæc eſt ſecunda, quæ regitur, & regularur ab eodem verbo Voveo; ut cognoſcunt Grammatici.

9 Sed antequam in hac Reſolutione ducamur in altum, pro veritatis conſecutione exploremus, neceſſe eſt, quot, & quales enunciationes, ſeù propoſitiones in dicto Voto continente particulam *niſi* reperiantur.Nam in dicto exemplo. *Cæſar promittit*, *non facturum hoc anno bellum*, *niſi contra Turcas*. *Titius vovet*, *non ingreſſurum hoc anno Religionem niſi Carthuſianam*, & ſimilia. Secundum ſummuliſtas ly *Cæſar promittit*, ly *Titius vovet* eſt propoſitio affirmativa de ſecundo adiacente, quæ formatur per verbum ſine diſtinctione Copulæ & prædicati. v. g. ſi quis diceret, Petrus amat. ly amat ſtat loco Copulæ, & loco prædicati; & converti poteſt in iſtam æquipollentem propoſirionem, videlicet, Petrus eſt amans. Sic in caſu noſtro. Cæſar promittit, Titius vovet, eſt enunciatio, ſeù propoſitio affirmativa de ſecundo adiacente; quia illud verbum *Promittit*, *& vovet* ſtat lòco Copulæ, & Prædicati. Si reſolvatur, eumdem ſenſum facit, ac ſi dicererur. Cæſar eſt promittens, Titius eſt vovens, & hæc eſt prima propoſitio affirmativa, quæ reperitur in dicta promiſſione, & Voto.

Secunda Propoſitio in dicta promiſſione, & Voto eſt negativa, 9 a & etiam de ſecundo adiacente, ratione illius Verbi *non facturum bellum*, *& non ingreſſurum* Religionem; ideſt quòd Cæſar non faciet bellum, quod Titius Religionem non ingredietur. Et hæc propoſitio eſt etiam de ſecundo adiacente, quia efformatur ſolummodò per dictum Verbum non faciet, & non ingredietur ſine ulla diſtinctione Copulæ, & prædicati; quæ propoſitiones faciunt ſenſum. Cæſar non erit facturus bellum. Titius non erit ingreſſurus Religionem;& cùm propoſitio negativa non alio modo inſurgere poſſit, niſi quando negatio afficit Copulam. Sic cùm dicta propoſitio *Cæſar non erit facturus bellum*, habeat negationem deſtruentem copulam, ſine dubio erit propoſitio negativa. Eſt communis ſenſus omnium doctorum, prò quibus unus ſufficit meus doctiſſimus Averſa inter ſua philoſophica, & Theologica volumina ſapientiſſimè ædita in ſua ſatis inſigni, & laudata Logica. Inſtitut. *cap*.2. §. *enunciatio*. ibi. *Unde Petrus amat poteſt reſolvi*. *Petrus eſt amans*, *Enunciatio*, *quæ expreſsè continet Copulam diſtinctam à prædicato dicitur de tertio adiacente*. *Quæ verò formatur per verbum ſine diſtinctione copulæ*, *& prædicati*, *dicitur de ſecundo adiacente*.

Et *cap.3.§.qualitas habet.*ibi.
9 b *Advertendum tamen eſt, tunc propoſitionem eſſe negativam,cùm negatio afficit Copulam; ut homo non eſt lapis: quando verò negatio afficit aliquem terminum, ut homo eſt non lapis, enunciatio non eſt negativa, ſed eſt affirmativa de prædicato negativo*. Unde in dictis exemplis Titius vovet non imgreſſurum Religionem &c.*Titius vovet*, eſt propoſitio affirmativa de ſecundo adiacente. *Non ingreſſurum* Religionem, eſt propoſirio negativa etiam de ſecundo adjacente.

9 c Deindè in dicto Voto dicitur *niſi Carthuſianam* hoc eſt quod Titius non erit ingreſſurus *niſi* Carthuſianam.Hęc enunciatio,ſeù propoſitio eſt evidenter affirmativa, cùm dnæ negationes, ut communiter gramatici pronunciant, affirmativam efficiant. Nam ſuppoſita negatione de non ingrediendo Religionem, & ſuccedendo particula *niſi*, quæ aliam ſecum negationem defert,affirmativam cauſat, de quo copiosè in ſequentibus. Et Barbos. *axiomat.2. num.*5. & dicemus infra *num.*58.

9 d Si quis autem inſiſteret in dicendo, quòd particula *niſi* in caſu noſtro non ſupponit propoſitionem negativam,ſed affirmativam,quatenus illa verba formulæ, *voveo non conſenſurum in mei electionem*, ſunt Oratio affirmativa,& non negativa. Reſpõdemus juxta dicta, quòd illa verba,*ego voveo*,ſunt propoſitio affirmativa de ſecũdo adiacente.Verba deindè illa,*non conſenſurum*,ſunt æquipollentia ad iſta, nimirum, *ego non conſentiam*;& verè faciunt quoque propoſitionem negativam de ſecundo adiacente; & ſic particula niſi remanet cum ſua natura, quòd ſuccedendo ad propoſitionem negativam, affirmativam producat.

Si verò prætenderetur, quòd illa verba. *Voveo non conſenſurum* haberent vim unius propoſitionis verè affirmativæ. 9 e Quia ly voveo eſt affirmativum ut patet: profectò illa negativa *non* præcedit, nec afficit verbum *voveo*, ut reſonet *non voveo*. Sed adhæret verbo ſeu participio conſenſurum, & dicitur. *Voveo non conſenſurum*. Tunc licèt dicta Oratio ſeu propoſitio. *Voveo non conſenſurum* eſſet affirmativa; nihilominus eſſet de objecto,aut de prædicato negativo. non ſecus, ac eſt iſta propoſitio. Petrus eſt non albus, quæ certè eſt propoſitio affirmativa de prædicato negativo. Averſa modo ſupra citatus. Et hujuſmodi negatio, cadens ſupra dictum prædicatum id eſt, *non conſenſurum*, ſufficeret, ut particula *niſi* in ſequentibus affirmativam cauſaret.

Hinc videtur præfatam particulam *niſi*, quæ ſine dubio ſemper eſt exceptiva conformiter ad jura ſupra allegata, triplicem poſſe eructare ſenſum. 10 Primum purè exceptivum. Secundum exceptivum ſimul, & Conditionalem per text. ſupra *num.*7. *c.* Tertium tandem exceptivum ſimul, & abſolutè diſpoſitivum contrariè ad primam propoſitionem. Itaut ſi prima propoſitio ſit negativa, ſecunda fiat affirmativa. Si verò prima ſit affirmativa. Secunda evadat negativa ex Juribus ſupra *num.*7. *c.* & infra *num.*49.

Tunc primò particula *niſi* eſſet purè exceptiva, in quantum accipi poteſt, quòd nihil diſponat in ſecunda propoſitione,illam relinquendo in ſtatu indifferentiæ. v. g. *Cæſar promittit non geſturum hoc anno bellum*. In hac prima propoſitione diſponitur & promittitur bellum non eſſe faciendum. In ſecunda verò propoſitione promittitur & diſponitur per illa verba *niſi*

contra Turcas. Bellum contra Turcas fore faciendum. Nam illud verbum. *Cæſar promittit* utrique propoſitioni deſervit tam primæ negativę quàm ſecundę affirmativæ, quę excipit ab illa univerſali negativa, *de non faciendo bellum*, caſum illum de bello contra Turcas. Etenim exceptio dicitur actionis excluſio. ad text. *in L.* infra citandum hic *num.*101. itaut Voluntas faciendi bellum hoc anno in Turcas, per ſuam exceptionem remaneat ſuſpenſa, & indeterminata; An videlicet hoc anno ſit faciendum nec ne bellum contra Turcas. Covar. cit. *d.cap.*4. ita innuere videtur *num.*8. ibi. *Cùm igitur dictio niſi ſubſequatur negativa orationi, tollit illam in caſu excepto; nihil tamen aſſerit ex propria vi ac natura negativa orationis, niſi aliquid extrinſecùs affirmativè additum fuerit ſubintellectum aut ex materia ſubjecta.*

Tunc ſecundò particula niſi
11 eſſe poterit exceptiva ſimul & conditionalis, in quantum videtur importare poſſe diſpoſitionem in ſecunda propoſitione contrariam ad primam, ſed ſub condone, nimirum *Cæſar promittit hoc anno non geſturum bellum*, niſi coutra Turcas. Contra Turcas tamen conditione ſubintellecta, ſi bellum facere voluerit, itaut per dictam orationem non cenſeatur Cæſar abſolutè obligatus facere hoc anno bellum contra Turcas; ſed ſolùm obligatus in Turcas decertare in caſu, quòd bellum gerere voluerit. Ita Doctores prima ſententia citandi.

Tunc tertiò particula *niſi* po-
12 terit eſſe excepriva ſimul, & abſolutè diſpoſitiva, ut dictum eſt, quando in dicto exemplo redderet Cæſarem abſolutè obligatum ad faciendum hoc anno bellum contra Turcas: itaut ſenſus dictæ orationis in prima propoſitione ſit purè & abſolutè negativus, ut patet. *Cæſar promittit hoc anno non facturum bellum*. Er in ſecunda propoſitione ſit purè, & abſolutè affirmativus, ut liquet per illa verba *niſi contra Turcas*, quòd eſſet idem ac dicere. *Cæſar promittit hoc anno non gerere bellum contra alios, & promittit gerere bellum contra Turcas.* Pro qua intelligentia tuenda decertant plurimi præclari nominis authores mox pro ſecunda Sententia allegandi.

Referuntur Sententiæ.

Prima ſententia fortiter tue-
tur, præfatam dictionem *niſi* im- 13
portare ſenſum exceptivum conditionalem, & arbitrariam conditionem, ſecundò modo explicatam, nimirum, quòd per dictam orationem Cæſar non redditur obligatus hoc anno gerere bellum, nec contra aliquem, nec contra Turcas. Sed in caſu, quòd voluerit bellum facere, tunc ratione dictæ promiſſionis teneretur illud contra Turcas efficere. Ita tenent *ſpecul. tit. de ſponſal. in princ. num.*3. *& ibi in addit.* Joan. Andr. Joannes de Lignano. Alexander de nevo. *Cap. ex parte num.*31. *de ſponſal.* Cepol. Alciat. *L. actione. C. de tranſact. nu.*16. Navar. *cap.*22. Hiſpan. *n.*25. *in ſumma & lib.*4. *conſ. in prima edit. tit. de ſponſal. conſ.*48. *in ſecunda verò conſ.*7. Gregor. Lopez. *lib.*2. *verb.* E prometto *tit.*1. *par.*4. Guttier. *q. Canon. lib.*1. *cap.*21. *n.*7. Ex Theolog. vera Crux 1. *p. ſpec. art.*17. *dub.*5. Pedrazza in ſumma *præcep.*6. §.19. Angles floribus. 1. *p. quæſt.*2. *de matrim. condit. diffic.*9. *fol.*545. Enriquez *li.*11. *de matrim. cap.*13. *num.*4. *in fine. & cap.*12. *num.*7. Manuel. 1. *tom. ſum in* 2. *edit. cap.*216. *num.*7. *& cap.*244. *num.*6.

num.6. Bartholom. *à ledes de matrim. dub.9. Vega lib.6. ſum. caſu* 92. Covarr. 4. *decret.* 2. *p. cap.*4. §.1. *n.*8. & alii, quos cumulat Sanchez *de matrim. lib.*1. *diſp.*19. *nu.*5.

Secunda ſententia, quam conſtantiſſimè ſequimur, & magis ra-
14 tionabilem judicamus, inconcuſſa defendit, dictionem *niſi* in oratione importare ſimul ſenſum exceptivum, & diſpoſitivum averſivè, & contrariè ad diſpoſitionem antecedentem. Et omninò excludere quamcumque arbitrariam conditionem: unde in exemplo prædicto *Cæſar promittit non commiſſurum hoc anno bellum, niſi contra Turcas.* cùm particula *niſi* ſequatur ad diſpoſitionem negativam univerſalem abſolutam nou faciendi bellum, inde fit, quòd faciat diſpoſitionem abſolutam affirmativam bellum inferendi hoc anno contra Turcas. Licèt Authores exemplificent hanc materiam in tractatu de matrimonio, examinando ſenſum illorum verborum, *nullam aliam ducam niſi Te*; an dictio niſi operetur conſenſum in matrimonium, vel ſponſalia, & affirmativè reſpondent, dicendo, quòd cùm dictio *niſi* ſequatur ad negationem dicendo, aliam; affirmat hanc ducendam eſſe. Ita cenſent clariſſimæ famæ authores Antonius. *Cap. ex parte nu.*10. *de ſponſal.*, & ibi Abb. *num.*8. *& ſuus additionator*. ibi. Card. *num.*4. Barba *conſ.*6. *vol.*1. *col.*4. Alex. 152. *volum.*5. *num.*4. Jaſon. *L. actione num.*25. *de tranſact. ſecunda colum. & ibi Curt. Junior. nu.*4. *dec. nu.*6. Purpur *n.*49. Alciat. *lib.*1. *reſponſ. conſ.*13. *nu.*13. Jac. Leoniſſa *inter conſil. matrim. conſ.*52. *num.*3. & 4. *vol.*1. Roſella *matrimonium.* 2. *num.*12. Silveſter *matrim.*2. *quæſt.*10. *dict.*4. Villalobos *in comm. litt.m. num.*56. Anton. Gabriel. *in mea edit. tom.*2. *commun. lib.*2. *verb. matrimon. fol.*93. Anton. Cucus *lib.*5. *inſtitut. major. tit.*11. *num.*44. Menoch. *de præſumpt.*3. *lib.*3. *præſumpt.*3. *num.*8. Ungarell. *addit. ad* Angel. *matrimon.*2. *n.*12. Et tandem Præpoſitus *in d. Cap. ex parte num.*7. proferens hanc opinionem communem eſſe, & ex Theologis Paludan. *in* 4. *dec.*27. *quæſt.*1. *art.*1. *nu.*10. Adrian. *q.*2. *de matrim. dub.*12. Palacius *in* 4. *dec.*27. *quæſt.*1. *fol.*572. *col.*1. quos omnes, & alios adunat Sanchez ſupra cit. *num.*3.

Sed modo ſcrutemur & perpendamus oportet Authorum 15
utriuſque ſententiæ fundamenta, ut verioribus intellectis, veriorem partem diligamus.

Et quidem quomodo Authores primæ ſententiæ explicandam eſſe velint particulam *niſi*, ut ſen- 16
ſum aliquando abſolutum, aliquando arbitrarium importet. Dicunt particulam *niſi* ſequentem ad negativam non importare ſenſum abſolutum affirmativum, ſed dumtaxat conditionalem, volentes, quòd ſolùm in triplici caſus excogitari poſſit, quòd ſenſum abſolutum affirmativum inducat. Vel primo ex ſua natura, & propriis viribus; ſecundo ex aliquo extrinſeco ſupeddito; vel tertiò ex materia ſubjecta Covat.4. *deciſ.* 2. *part. cap.*4. §.1. *n.*710.

Quòd particula niſi inducat
ſenſum abſolutum affirmativum ex 17
propria natura audacter negant ex rationibus modo adducendis.

Sed quòd dictum ſenſum
affirmativum importet ex addito 18
extrinſeco, vel ex ſubjecta materia libenter concedunt: explicando in dictis exemplis quomodo hoc verificari contingat; dicentes, quòd ſi ad illas orationes, nimirum, *Cæſar promittit non geſturum hoc anno bellum, niſi contra Turcas; Petrus pro-*

mittit

mittit non ingreſſurum Religionem, niſi Carthuſianam. Paulus promittit non venditurum ſuum Equum, niſi Titio. Si ad iſtas, inquam, orationes & alias ſimiles addatur, & præponatur aliqua propoſitio, quæ faciat ſaltem indefinitè, & in genere ſenſum affirmarivum abſolutum, tunc verè optima erit conſequentia, quòd Cæſar. v. g. ex ſua promiſſione tenebitur hoc anno facere bellum contra Turcas. Et Paulus vendere ſuum Equum Titio.

19 Propoſitiones autem, quas ad præfatas & ſimiles orationes præmittendas eſſe judicant, hoc pacto ab ipſis autoribus ſolent effingi, dicendo. Cæſar promittit hoc ſe facturum bellum, & illud non facturum, niſi contra Turcas. Petrus promittit ingreſſurum Religionem, & aliam non ingreſſurum niſi Carthuſiam. Paulus promittit vendere ſuum Equum, & non vendere aliis, niſi Titio. Et tunc optimas fore conſequentias: ergò Cæſar promittit hoc anno facere bellum contra Turcas; ergo Petrus promittit ingredi Carthuſiam. Ergo Paulus promittit vendere ſuum Equum Titio. Hujuſmodi autem conſequentias, prout ſonant in ſenſu abſoluto, & affirmativo dicunr provenire non ex propria natura, & vi prefatæ diſtionis *niſi*, ſed ſolùm ex illo extrinſeco addito, quod ad ſingulas præfatas orationes præmittitur.

20 Vel dicunt dictum ſenſum affirmativnm provenire poſſe ex ipſa ſubjecta materia,. Quod contingit, quando in aliqua ſimili oratione ſubintelligi poteſt præfatus ſenſus abſolutus affirmativus, ut experimur in illa oratione. *Peccati venia non datur, niſi correctis. De reg. Juris in 6.* Nam cùm certum ſit ex primis hujus materiæ principiis, Deum ſemper peccati veniam concedere verè correctis; Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 4. hinc ſequitur, quòd in dicta oratione ſemper ſubintelligendus veniat, & præcurrat ſenſus ille abſolutus affirmativus de conceſſione veniæ, itaut ſi dicta oratio integrè exprimenda eſſet, hujuſmodi ſenſnm præſtaret, nimirum. Deus concedit ſemper veniam, non aliis, niſi correctis; & tunc legitima inſurgeret conſequentia. Ergo venia indulgetur correctis.

21 Hæc omnia de Jure non rejicienda, ſed amplexanda eſſe contendunt, moti exemplo illo, quod ſi Teſtator in ſuo Teſtamento diſponeret per hæc verba. *Hæres meus ne des centum Titio, niſi mea mater moriatur*; dicunt, quòd per illa verba, *ne des*, non diſponitur abſoluta ſolutio illorum centum Titio per hæredem facienda, nec per illa verba *niſi mater mea moriatur*. Sed importari ſolummodo ſenſum conditionalem ſcilicèt, quòd ſi hæres velit dare Titio centum, expectare prius teneatur mortem matris. ad Text. *in L. quibus diebus. quidam Titio. ff. de condit., & demonſtrat.* ibi. *hæres meus ne des centum, niſi mater mea moriatur.* Sed fuiſſe hoc conditionale Legatum, Doctores ibi non dubitant, quòd dumtaxat mortua matre debebatur. Sed non debebatur ex vi & ex propria natura dictionis *niſi*, ſed ex aliquo addito extrinſeco affirmativo, quod præcedenter abſolutè poſuit Teſtator, & legavit Titio centum, dicendo in citato Textu. ibi. *Lego Titio centum*, & poſtea ſubdit, *hæres meus, ne des Titio centum, niſi mater mea moriatur.*

22 His explicatis proponuntur fundamenta & probationes primæ ſententię, ut oſtẽdant, dictionem *niſi* ſequentem ad negativam, non importare ſenſũ abſolutũ affirmativum, ſed conditionalem & arbitrarium.

Pro-

Proponuntur probationes, & fundamenta primæ Sententiæ n.22.

Authores primę ſententię probant primò ſi particula *niſi* in commemoratis exemplis ſequens ad negativam deferret ſecum ſenſum abſolutum affirmativum, hic ſenſus præcontineri deberet vel in ipſa antecedente negativa, vel in aliqua præcedente propoſitione extrinſecus addita abſolutè affirmativa: ſed in præfatis exemplis in neutra contineri poteſt. Ergo dicta particula *niſi* non defert ſenſum abſolutum affirmativum: conſequentia ſequitur.
23

Major eſt certa; quia quando aliquis ſenſus vel propoſitio in oratione non exprimitur, debet dari medium, in quo contineatur dictus ſenſus affirmativus; quod medium in preſenti non poteſt eſſe, niſi unum ex dictis duobus;& argumētum à ſufficienti partium enumeratione in Jure eſt validiſſimum, juxta Text. *in L.Patre furioſo. ubi* Barth. Bald. Angelus & Doctores notant. *ff. de iis, qui ſunt ſui vel alieni Jur.*

23 Minor vero probatur. Quia abſoluta affirmatio non poteſt contineri in ſimplici,& categorica propoſitione negativa, ut patet ex terminis; ut ſi quis diceret. Petrus non movetur; ſtulta eſſet illatio; Ergo Petrus currit. Imo ſi de duabus præmiſſis una ſit affirmativa, altera negativa; concluſio, quæ ſequitur debiliorem partem, ſemper eſt negativa, ut animadvertunt Dialectici, & Juris Periti non contradicunt. Covar. cit.5. *num.*7.ibi. *Id circo denotandum eſt illud, orationem negativam nihil aſſerere, nec ponere ex ſe ipſa, niſi aliquid extrinſecus addatur, juxta Dialecticorum traditiones.* Unde certum remanet, quòd propoſitio affirmativa contineri nō poteſt in mera negativa; adeo que negativa affirmativam efficere non valet, quia nemo dat, quod nō habet, ad Tex. *in c.gratia.*1. *q.*1. *& gloſſ. ibi verb.poſſunt.*

Nec in dictis exemplis propoſitio abſoluta affirmativa contineatur in aliquo addito affirmativo; Profectò, ut legenti patet, hujuſmodi additum non legitur in pręfatis exemplis, cùm in illis ſolummodo pronuncietur, *Cæſar promittit hoc anno non facturum bellum niſi contra Turcas*; & ita in hujuſmodi oratione non præcedit illud extrinſecum additum nimirum, *Cæſar vult hoc anno facere bellum; non contra alios, niſi contra Turcas*; adeoque non datur in quo contineri poſſit affirmativa.

Tandem nec in adductis exemplis affirmativa contineri poteſt, aut ſubintelligi ex ſubjecta materia, ſupra explicata. Quoniam prædicta exempla non indueunt aliquam neceſſitatem, ut præſupponi debeat, & intelligi memorata propoſitio affirmativa, ut conſideranti patet; nam quando dicitur: *Cæſar promittit non illaturum hoc anno bellum, niſi contra Turcas*, nulla urget neceſſitas in hac ſubjecta materia, ad intelligendum, quòd Cæſar hoc anno vult, & eſt determinatus facere bellum; hoc enim remanet illi liberum, & deliberandum, atque ſuſpenſum. Secus in illa regula ſupra enarrata. *Peccati venia non datur, niſi correctis.* Ex hac ſubjecta materia ſemper ſuppunitur, & ſubintelligitur, quòd Deus remiſſionem correctis concedit ex ſcripturæ Textibus, & Conciliis ſupra allegatis.

Explicatur magis robur & vis hujuſmodi argumenti. Profectò in narrato exemplo. *Cæſar promittit, non commiſſurum hoc anno bellum, niſi contra Turcas*, ſi hæc verba 26

impor-

importarent abſolutè & determinatè, quòd Cæſar hoc anno illaturus eſt bellum in Turcas, deberet eſſe verum, & innoteſcere, quòd Cæſar eſt determinatus, & vult hoc anno, ſaltem in genere, & indefinitè facere bellum: ſed nullatenus conſtat, quòd Cæſar habeat hoc anno hujuſmodi determinatam intentionem. Ergo dicta verba, *niſi contra Turcas*, non important abſolutè, quòd Cæſar hoc anno illaturus eſt bellum in Turcas.

27 Conſequentia ſequitur; major videtur per ſe nota. Etenim, ſi Cęſar eſt determinatus facere hoc anno bellum, à fortiori debet eſſe verum, quòd eſt hoc anno determinatus ſaltem in genere movere bellum, quia voluntas movendi particulare bellum in aliquam natione, neceſſe eſt, quòd contineatur in aliqua voluntàte univerſali ferendi bellum, juxta logicales regulas: quandoquidem licèt genus compræhendat ſpecies, illas tamen non infert. Species tamen infert genus; licet illud non compræhendat. *Cap. pænal.* 14. *quæſt.* 5. *& notat.* Bartol. *in L.* 2. §. *doli mali. ff. de bonor. raptor.* & Petrus Brix *in repert. verb. genus*.

28 Major autem conſtat ex dictis. Quia ſi Cæſar eſſet determinatus gerere hoc anno bellum ſaltem in genere. Hoc innoteſcere deberet vel ex illo addito extrinſeco, aut ſaltem ſubintelligi ex ſubjecta materia. Sed neutrum concurrit, ut modo ſupra optimè probavimus in caſu noſtro. Ergo.

29 Unde in dicta oratione ad hoc, ut particula *niſi* ferat ſecum ſenſum abſolutum affirmativum, neceſſe eſt, ut diximus, quòd aliquo modo exprimatur, quòd Cæſar hoc anno ſaltem in genere vult facere bellum; adeoque cum talis voluntas non exprimatur, nec ex illo addito extrinſeco, nec ex ſubjecta materia, ſequitur evidenter, quòd illa particula *niſi* ſolùm importare poſſit ſenſum affirmativum, non tamen abſolutum, ſed merè conditionalem arbitrarium, nimirum, quod Cæſar faciet hoc anno bellum contra Turcas in caſu, quo bellum facere voluerit.

30 Probant ſecundò quia oratio negativa nihil aſſerit, & ponit in eſſe ex ſe ipſa, niſi aliquod extrinſecum addatur: ſi enim quis promittat non alienare domum extra familiam, non proinde ſequitur, hæc poſitiva affirmatio, nimirum, quòd promittat alienare domum intrà familiam. Quia illa prima negativa non infert hanc ſecundam affirmativam. Etenim ſtare poteſt, quòd quis promittat non alienare domum extra familiam, abſque eo, quòd promittat, & ſe obliget, ad domum alienādam intra familiam. Sunt enim duo objecta diſtincta, quæ diſtinctos actus, & obligationes poſcunt. Sic aliquando *Cæſar promittit ſe non illaturũ hoc anno bellum, niſi contra Turcas*, ex illa negativa non ſequitur hoc poſitivum, ſcilicet, quòd faciet bellum contra Turcas. Profectò illa prima propoſitio negativa univerſalis de non faciendo bello nihil conducit aut operari poteſt pro faciendo contra Turcas certamine.

Ex altera verò parte illa dictio *niſi* nihil diſponit, aut conducit ad bellum Turcis inferendum. Quia eſt particula ſolùm exceptiva, excipiens tale bellum particulare ab illa diſpoſitione univerſali negativa de bello non faciendo. Exceptio enim ex lege non eſt aliud, quàm actionis excluſio, ut dictum eſt, & dicemus infra *n.* 101. adeoque illa particula *niſi* nihil affirmat, & diſponit ad bellum gerendum contra Turcas.

32 Ex quibus ſequitur, quòd, ad hoc ut dicta particula *niſi* inducat aliquam obligationem ad faciendum bellum contra Turcas, reſolvenda eſt in aliquam conditionem arbitrariam, ut diximus; nimirum, *ſi Cæſar hoc anno erit bellum geſturus; illud ſe geſturum promittit contra Turcas.* Et conſequenter illa particula *niſi* potius adimit conſenſum, quàm præſtet: adeòque non facit reſultare effectum contrarium ad priorem diſpoſitionem. Etenim in caſu, quo prior diſpoſitio in allato exemplo fuerit univerſalis negativa, de non faciendo bello: tunc particula *niſi* non efficit, ut fiat bellum contra Turcas. Ad Text. *in l. Titia §. Fin. de manumiſ.* ibi -- *Oneſiphore, niſi rationes reddideris liber ne eſto.* In hoc textu apparet, quòd particula *niſi* ſequens ad negativam non ſtatim cauſat Oneſiphoro libertatem, ſed potius adimit illam, introducendo aliquod impedimentum ad eamdem conſequendam: Nam cùm hæres potuiſſet ſtatim Oneſiphorum liberare à ſua ſervitute, ſupetveniente deinde in Teſtamenro illa particula *niſi rationes reddideris*, ligantur manus hæredis, ne Oneſiphorum per manumiſſionem liberum reddat; cùm heres teneatur ex mandato Teſtatoris, quòd Oneſiphorus non poſſit manumitti, antequam rationes reddat.

Confirmatur primò, quòd illa particula *niſi* non efficit ſtatim effectum contrarium ad præcedentem:
34 quandoquidem in dicto Textu ſenſus antecedens eſt negativus; nimirum, quòd Oneſiphorus non ſit liber: & ſenſus ſequens ex particula *niſi* non efficit effectum affirmativū, quòd Oneſiphorus, redditis rationibus, ſtatim liber evadat: ſed ſolùm facit, quòd redditis rationibus, poſſit ab hærede manumitti, & fieri liber. Bartolus ad illum Text. Henriquez *in cap. 4. de præſcript. & communiter Doctores in l. actione C. de tranſact.*

Confirmatur 2. nam non eo ipſo, quòd præcedat propoſitio negativa in oratione ſequitur, quòd dictio 35
niſi ponat affirmativam *de regul. jur. in 6.* ibi -- *Peccatum non remmitti, niſi reſtituatur ablatum.* Et tamen non ſequitur, quòd facta ablati reſtitutione, remittatur ſtatim peccatū. Ergo concluditur, quòd dictio *niſi* ſuccedens ad negativam propoſitionem de ſe non pottat affirmativam.

Probant alio exemplo ſimili prænarratis. Nam ſi diceretur, *Actio aliquid eſt, & nihil aliud, niſi jus perſequendi in Judicio, quod debetur Creditori*, valet ſtatim 36
hæc conſequentia. Ergo actio eſt jus, perſequendi in judicio, quod debetur Creditori. Quod totum parit illa prima extrinſecus addita propoſitio affirmativa, nimirum, *Actio* aliquid eſt. Aliàs ſi ſolùm diceretur. *Actio nihil eſt aliud, niſi jus perſequendi in Judicio, quod Creditori debetur.* Conſequentia iſta. *Ergo actio eſt jus*, non valeret ex vi illius prioris negativæ, ea potiſſima ratione, ut diximus, quia particula *niſi* ex vi & natura illius præcedentis negativæ nihil poneret de eo, quod eſt actio, ſed ſolùmmodo ab illa negativa actionem excluderet. Et nihil poſitivū de ea affirmaret. Covar *ſup. cit. 4. decret. & 2. par. c. 4. §. 1. n. 7. 8.* ubi hanc rem ſubtiliſſimè pertractat.

Quintò Probant, quia dictio 37
niſi facit quandoque propoſitionem ſecundum habitum, quandoque ſecundùm actum. Unde cùm illa verba *Voveo non ingreſſueum Religionem, niſi Carthuſianam*, ſint de futuro, non aliud ſignificant, niſi quòd Vovens ſe diſponere velit in futurum, quòd ſi erit ingreſſurus Religionem, teneatur ingredi Carthuſiam Angel. in ſumma relatus à Sylveſt. *verb. matr. 2. nu. 10. circa med.*

38 Probant ſextò ſi Petrus promittat non vendere equum *niſi* Titio, non cenſetur abſolutè promittere ſe vendirurum equum Titio, ſed ſolùm ſub eonditione, ſi equum vendere voluerit. Ad Text. *in l. ſi ſterilis*. §. *Penult. de action. empt.* Ergo patticula, *niſi*, ſequens ad negativam, licèt deferat ſecum ſenſum affirmativum; non tamen defert illum abſolutè, ſed ſolummodò conditionalem; & ita intelligendus eſt Text. *in d. l. ſi ſterilis* §. *Penult. ff. de action. empt.* ibi -- *ſed & ſi fundum ita vendideris, inquit, Lex illa, ut nulli alii, quàm mihi eum venderes: actio eo nomine ex vendito eſt ſi alii vendideris*. Covat. *cit. num.* 8. Sanchez *cit. num.* 5. ibi -- *particula niſi facit ſenſum conditionalem ex d. l. ſi ſterilis: unde promittentem non vendere, niſi huic, minimè teneri vendere, ſed ſolùm teneri huic, caſu quo vendiderit: pro quo modo loquendi militant* Padilla *l. actione num.* 11. C. *de tranſact.*, *& alii plures.*

Alii verò diſtinguunt inter ſimplices affirmationes, & contractus. Sanchez *loco cit. num.* 7. ibi -- *quidquid ſit in ſimplicibus affirmationibus, in quibus fortè dictiones exceptivæ junctæ affirmationi negant, & negationi affirmant. In promiſſionibus tamen, & contractibus ea doctrina non eſt vera; ſed ſenſus eſt conditionalis, propter communem loquendi uſum.*

39 Probant ſeptimò durum videri, quòd aliquis dieendo, *Voveo non ingreſſurum Religionem, niſi Carthuſianam*, obligetur ubſolutè ex tali voto Carthuſiam ingredi. Sanehez. Pont. Covat *ſupra alleg.* quod comprobari dieunt ex *dicta l. ſi ſterilis*, quæ conditionem arbitrariam importat. Et licèt in propoſitionibus de præſenti, & prætetito non detur loeus dictæ atbitrariæ conditioni, ut convineitut ex valida ratione; quia de præſenti, & prætetito non poteſt dari indiffetentia; ut infetiùs firmabimus *num. 68. ſeq.* nihilominus hæc ratio non milirat in orationibus de futuro. Nam quando dieo, *Voveo me non ingreſſurum Religionem, niſi Carthuſiam.* Senſus eſt ex vi verborum, quòd ego detetminatè nego in futurum ingreſſum in alias Religiones, & illas exeludo, ſed non nego neque excludo ingreſſum in Carthuſianam; nec etiam poſitivè affirmo, & ineludo ingteſſum in Catthuſiam: ſed tantummodo excipio Catthuſiam ab illa univerſali negativa ingtediendi in alias Religiones: & dumtaxat temaneo indiffetens in futurum ad ingrediendnm, vel non ingrediendum in Carthuſiam; & eonſequenter dictio *niſi* non poreſt importare abſolutum ingreſſum, ſed ſolùm ſub conditione atbitraria, quòd ſi volvero Religionem ingredi, tenear ex voto Carthuſiam intrate.

40 Sed antequam magis hujus diſputationis viſcera penetremus, noviſſe oportet, quòd in præſenti ex hue uſque dictis duplex contingere poteſt conditio; ex quibus unam realem appello, alteram atbitrariam; quatum quælibet innoteſcit exemplis. V. G. Pertus promittit, non aeeeptutum uxotem, niſi Genitor illam ptoponat. Paulus vovet non aceeptaturnm Beneficium, niſi Papa illud offetat. Dictam eonditionem, niſi Genitot illam proponat; niſi Papa Beneficium offerat, vocamus realem; quæ niſi exprimatut, non poſſe ſubintelligi fatentur omnes.

41 Adeoque animadvertunt DD. dictionem *niſi* non ſolùm præſeferre naturam particulæ exceptivæ, utì ſunt partieulę *ſolùm*, *tantùm*, *prater* ex jutibus ſupra *num. 7. e.*

Sed

Sed etiam realis conditionalis. Pontius de *matrim. lib.2. cap.10. nu.6.* ibi .. *Adnotare placet, particulam niſi non tantùm habere* vim exceptivæ, *ſed etiam conditionalis, in quo differt ab aliis. particulis exceptivis*. Itaque & ſignificat idem. ac *tantùm, ſolùm, præter*. Et ſignificat idem ac ſi non. Eſſe autem conditionalem maximè conſtat, quando adjungitur alicui actioni, vel verbo.. Ut in illo.. *Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum*. Et in illo, *niſi manducaveritis Carnem filii hominis, non habebitis Vitam in vobis*; Joan.6. & etiam *non dimittam te, niſi benedixeris mihi*. Gen.32. in his & ſimilibus ſemper diſpoſitio conditionalis eſt; veluti in *d. L. Titia. §.Final. ff. de manumiſſ. Teſtam. Oneſiphore, niſi rationes reddideris, liber ne eſto*. Et de *L. ſi ſterilis §.Penult. ff. de action. empt. & vendit.* Quando autem particula *niſi* non adjungitur verbo. Seu actioni, ſed tantùm nomini, vel Perſonæ, revera habet ſenſum exceptivum tantùm.

41 Arbitrariam autem conditionem intelligimus, addendo aliquid ad illam orationes v. g. *Cæſar promittit non facturum bellum hoc anno, niſi contra Turcas*. Addendo, inquam, ſi bellum facere voluerit; ſi Cajus vult vendere equum promittit, non vendere aliis niſi Tirio. ly ſi vult, facere bellum, ly ſi vult vendere Equum dicitur arbitraria conditio, in quantum ſolius arbitrii eſt illam apponere.

42 Hanc autem conditionem arbitrariam ſemper in dictis orationibus, in quibus negativa præcurrit, eſſe intelligendam animosè præſumunt præfati Authores primæ Sententiæ; niſi illud extrinſecum additum abſolutum præcedat. Authores autem ſecundæ Sententiæ, niſi litteraliter exprimatur arbitraria conditio, talem conditionem nullatenus ſubintelligendam eſſe volunt, illamque omnino repellunt: & ſuſtinent, dictas orationes incipientes à negativa, ſi non exprimatur illa arbitraria conditio, ſemper in ſenſu abſoluto eſſe intelligendas, & tunc particulam *niſi* ſequentem poſt negativam reddere ſenſum abſolutum affirmativum; ut in illa oratione, *Cæſar promittit non facturum hoc anno bellum, niſi contra Turcas*. Senſum eſſe, Cæſar abſolutè promitit, & ſe obligat hoc anno facere bellum, non contra alios: ſed promittit Bellum facere contra Turcas. Verbum enim *Promittit* utramque regit propoſitionem: primam quidem negativam de non faciendo bello contra alios. E ſecundam affirmativam de faciendo bello hoc anno contra Turcas.

Et obſervandum, quòd Authores primæ Sententię prętendunt, 43
in dictis orationibus, in quibus ineſt realis conditio, ſubintelligendam eſſe quoque ſemper conditionem illam arbitrariam v. g. ſi Petrus vovet non acceptare beneficium, niſi Papa offerat, dicunt, quòd etiam purificata conditione de Papæ oblatione, non obligatur Petrus ad acceptandum beneficium, ſed quod liberum, & arbitrarium remaneat illi, tale Beneficium, ſi ipſi placuerit acceptare ex eo, quia in oratione, quæ incipit à negativa, ſemper ſubintelligenda veniat arbitraria conditio. Covar. *loc. cit.* Pontius modò allegatus *num.10.* idemque convinci videtur ex illa L. ſi ſterilis de *action. empt.* ibi .. *Sed ſi fundum ita vendideris, ut nulli alii, quam mihi venderes. Actio eo nomine ex vendito eſt, ſi alii vendideris*. Ergo antequàm alteri vendatur, non eſt actio adverſus eum, qui ſub ea conditio-

dirione emit. Non ergo, qui dicit non vendam, niſi tibi, obligatur ad vendendum illi, niſi in caſu,quo vendere decreverit.

Igitur ex dicto Voto. Petrus
44 ſolùm obligatur, quod ſi voluerit licitè beneficium acceptare, poſſit dumtaxat ſub illa conditione,quòd Papa offerat; non autem obligatur actu ad illud acceptandum.

Authores verò ſecundæ Sententiæ judicant, quòd ex dictoVo-
45 to Petrus non ſolùm remaneat obligatus, & reſtrictus acceptare beneficium ſub illa tantùm conditione & non aliàs, ſed etiam, quòd poſita tali conditione tenetur ex eodem voto tale beneficium oblatum abſolutè recipere: aliàs peccaret contra Votum.

Cumulatis jam, atque in
46 unum collectis rationibus pœnes Authores primæ Sententiæ diſperſis, ad earum pondus in trutina librandum, exponamus, neceſſe eſt, fundamenta ſecundæ Sententiæ, quam ſequimur, probantia, quòd dictio *niſi* ſequendo ad propoſitionem abſolutam negativam importat in ſequenti membro abſolutam affirmativam, & omnem arbitrariam conditionem excludit; ut patet in iſtis hipoteticis v. g. Petrus nemini dabit pecuniam niſi Titio. Vel omnibus dabit pecuniam niſi Titio; ſenſus prædictæ propoſitionis eſt, quòd Petrus nemini dabit pecuniam, ſed dabit Titio. Senſus autem ſecundæ, quòd omnibus dabit pecuniam, & non dabit Titio. Et idem ſenſus conſtat in allato exemplo. Cæſar promittit hoc anno non geſturum bellum, niſi contra Turcas; particula *niſi* ex ſua natura abſolutum ſenſum affirmativum facit, quòd Cæſar hoc anno promittit non facturum bellum contra alios; & promittit Turcis bellum illaturum. Idemque ſenſus importatur in illo alio exemplo. Voveo non ingreſſurum Religionem, niſi Carthuſianam. Votum hujuſmodi ſub hac formula importat negationem ingreſſus in quamcumque Religionem: & abſolutam affirmationem ingreſſus in Religionem Carthuſianam: itaut præfata oratio rectè exponatur per has duas propoſitiones. Voveo non ingreſſurum ullam Religionem, & voveo ingreſſurum Carthuſiam.

Hæc veritas perſpicuè & mirificè demonſtratur per has duas 47
Catholicas propoſitiones. Nimirum *Omnis homo eſt Creatura, niſi Chriſtus*. S. Thom. *in* 3. *diſt*. 11. *art*. 2. *nullus homo eſt Deus, niſi Chriſtus*. S. Doctor. *in* 3. *diſt*.10. *quæſt*.1.*art*.1.*quæſt*.2. Etenim licèt faciant dumtaxat ſenſum exceptivum, non conditionalem, ut advertit Pontius modo ſupra *num*.41. licèt ejus regula non ſit vera, ut infra patebit exemplo *num*. 54. à Soto adducto. Nihilominus evidenter apparet, quòd quidquid affirmat, aut negat prima, negat aut affirmat ſecunda ad Text. *ſupra alleg. num*. 7. C. quod multum confert ad præſentem quæſtionem; unde ſi quælibet ex iſtis à Theologis ſecundum ſummuliſtarum regulas, & per ſuas æquipollentes exponatur: prima reddit hujuſmodi ſenſum. Omnis homo eſt Creatura, & ſolùm Chriſtus non eſt Creatura. Et ſecunda ſenſum facit. Nullus homo eſt Deus, & ſolùm Chriſtus eſt Deus. Adeoque ſemper convincitur, quòd particula *niſi* ſequens ad affirmativam inducit negativam, ut apparet in prima: & ſequens ad negativam inducit affirmativam, ut apparet in ſecunda.

Et non ſolùm dictio niſi facit 48
affirmativam, aut negativam utcumque, ſed ejuſdem qualitatis, & rationis, ac eſt negativa, & affir-

ma-

mativa præcedeus: & ſemper de eadem te. Nam ſicut in prima dicta propoſitione. *Omnis homo eſt Creatura*. Eſſe Creaturam verificatur, Abſolutè de homine; ita eſſe Creaturæ abſolutè non verificatur de Chriſto. Et in ſecunda propoſitione. Sicuti verificatur abſolutè, quòd nullus homo eſt Deus; ita abſolutè verificatur, quòd ſolus Chriſtus eſt Deus. Nam particula *niſi*, vel neget vel affirmet, talis negatio vel affirmatio ſemper eſſe debet de eodem, invariato; ad jura ſupra *allegat. dicto num.7. e*. Sic etiam Petrus promittit non vendere Equum alii, niſi Titio, res quæ affirmatur vel negatur eſt venditio equi, non facienda alii, ut in prima propoſitione, ſed facienda Titio ut in ſecunda.

Adducuntur fundamenta ſecundæ Sententiæ.

49 Unde tanquam certiſſimum in præſenti tenendum eſt, quòd tota ratio, eſſentia, & natura dictionis *niſi* ſiſtit in eo, quòd ſi ſuccedat ad propoſitionem affirmativam, reddat ſequentem propoſitionem negativam. Si verò ad negativam ſequatur, importat affirmativam. Ad Text. ſupra allegatum *num.7. C.* & præcipuè in *L. Si eum. §. Qui injuriarum. ff.* Si quis Cautio. *Et L. actione C. de tranſact. ubi Barthol. & reliqui*. Dinus regula Peccatum de *reg. jur. in 6. num.2. Rebuff. multos referens de verb. ſignific. lib.216.* prope finem §. *Niſi*. Rota in una Romana Cenſus de mutis 27. Junii 1605. coram Coccin. impræſſa per Farinac. *deciſ.96.num.1. part.1. rec.* Et in una Romana Concordiæ S. Petri 16. Novembris 1609. coram Cavaler. *impreſſ. per eumd. deciſ.197.num.2. in fin. part.1. rec. Decius conſ.78. num.5. & 12. vol.3. Rot. deciſ.322. num.4. part.1. diverſ. Seraphin. deciſ.343. num.3. Peregrin. conſ.66. n.6. vol.2. & Jaſon. L. actione. C. de tranſact. n.3.* ibi.. *ex Tex. L. ſi eum. Si eum tene quòd dictio niſi cum ſit exceptiva neceſſariò ſignificat oppoſitum antecedentis, cui immediatè adverſatur. Ut ſi præcedat negativa ponit & affirmat. Si vero è contra præcedat oratio affirmativa, negat & privat*. Et *Gloſ.* in margine *in dicta L. ſi eum litt.B.* ibi.. *dico breviter ſecundum Guil quantum ad dictionem niſi. Dicendum, quòd aut præcedit oratio negativa, & dictio niſi ponit. Aut præcedit oratio affirmativa; & tunc excipit. Rebuff.* qui modo ſumma multos præclaros Text. adducit ibi.. *Quando oratio negativa præcedit ponit, ut hic. Et L. actione C. de tranſact. L.1. §. Inde ſcribit. ff. de poſit. nec debere abſolui, niſi reſtituat. facit lege ſæpe in fin. & L. aliud eſt fraus in fin. & L. Carbon. ſupra eodem. Si vero affirmativa oratio præcedat tunc negat. L.1. §. Idem neratius* ibi .. *condemnandum te, niſi reſtituas depoſitum; & probat L. Liberorum. & L. ſcezola infra eod.* & alia ibi cum dicti, quos cumulat Rota in dicta Romanacenſus.

Et de natura particulæ *niſi*
ſemper eſt contradicere præceden- 50
tibus Decius *conſ.532. in princ. &*
num.2. Surd. de alimen. L.1. quæſt.
104. *num.6. & deciſ.264. num.17.*
Seraphin. *dec.343. num.3.* Sanches
de matrim. lib.1. diſp.19. num.3.

Et ponitur privativè & adver-
ſativè ad præcedentia. Surd. *de-* 51
ciſ.225. n.19. & deciſ.264. n.17. &
conſ.71. n.6. Gregor. *dec.541. n.25.*
Rota apud Farinac. *dec.391. nu.14.*
part.1. rec. & Rota deciſ.313. n.21.
part.1. poſt Farinac. aliàs *par.3. rec.*

Et ut modo diximns ſignificat
neceſſariò oppoſitum autecedentis 52
cui immediatè adverſatur Surd. *de*

*alim. tit.*1. *quæſt.*109. *nu.*7. Unde
cùm hujuſmodi ſit naturalis ſignifi-
carionis dictionis *niſi*, inde ſequi-
tur, quòd ſive ſit in propoſitioni-
bus de preteriro, ſivè de præſenti,
ſive de futuro ſemper particula *niſi*
contra antecedentia averſionem
ſervabit.

Cùm autem in præfato exem-
53 plo dicatur abſolutè .. *Voveo non*
ingreſſurum Religionem, niſi Car-
thuſiam; & in tali oratione præce-
dat abſoluta negativa, excludens
ingreſſum cujuſcumque Religionis,
ſic particula *niſi*, ſequens ad talem
abſolutam negativam importare
debet ex natura ſua abſolutam af-
firmativam, & abſolutum ingreſſum
in Carthuſiam. Etenim in hoc caſu
particula *niſi* debet omnino contra-
dicere, & adverſari, atque priva-
tivè ſe habere, & oppoſitum dicere
ad præcedentem diſpoſitionem; ſed
præcedens diſpoſitio eſt, quòd Pe-
trus abſolutè voveat non ingredi
Religionem aliquam; ergo parti-
cula niſi importat, quòd Petrus ab-
ſolutè voveat, ſe ingreſſurum Car-
thuſiam.

Eo vel magis, cùm in dicta
oratione illud verbum *voveo*, niſi
53 grammaticales ſenſus invertere ve-
limus, eſt verbum principale re-
gens, & dirigens totam illam ora-
tionem, quæ ſi in ſua membra ſe-
parata eſſet & diſtincta, faceret
ſenſum. Voveo non ingreſſurum
Religionem niſi Carthuſiam: ſtatim
ut modò ſupra dictum eſt, reſulta-
rent illæ duæ propoſitiones. Voveo
non ingreſſurum aliàm Religio-
nem, & voveo ingreſſurum Carthu-
ſiam.

Sotus *in* 4. *D.* 29. *quæſt.* 2.
54 *art.*3.*verſ. De hac autem negativa*,
exponendo hujuſmodi verba, non
ducam aliam, niſi Te: licèt dicat,
hæc verba eſſe equivoca; nihilo-
minus aſſerit, quòd ſumpta in ſen-
ſu exceprivo, æquivalenter vide-
tur hunc reddere ſonum; nimi-
rum, *non ducam aliam, & te du
cam*. Cujus quoque mentis eſt Pe-
trus de Ledes. *de matrim. quæſt.*43.
art. 1. *dub.* 1. *verſ.*4. adverten-
dum. Silveſt. *verb. matrim.*2. *num.*
10. *circa med.* ibi *Quia illa exce-
ptiva; promitto, quòd non habe-
bo aliam, niſi te. Secundum omnes
Dialecticos ſic exponitur. Promitto
quòd te habebo, & aliam à te non
habebo. E' contra ſi diceret, nolo aliã,
niſi te, verè eſt matrimonium*: quia
*æquivalet huic, volo te, & non
aliam. Spec. de ſponſ. art.*17. *dub.* 5.
*Greg. Lopez l.*2. *verb. Epromecto* 1.
*par.*4. *Brunel. de Sponſ. Concluſ.* 13.
num. 5. *apud Sanchez loc. cit. n.*6.
*& Jaſ. l. actione C. de tranſact. n.*4.
ibi. *per iſta verba nolo aliquam in
uxorem, niſi Te: certè in iſto caſu
dicor, Te in Uxorem accipere*.

Idem 2. probant ex natura, &
robore negativarum, quæ quando 57
in oratione duplicantur affirmant.
Clement. *l.* 2. *tit.* 7. *gloſ. verſ. nec
non*. Et Gramatici atque Dialetici
non inficiantur. In præfata autem 58
oratione *Voveo* non ingreſſurum
religionem, niſi Carthuſiam, ſicuti
in cæteris ſimilibus exemplis, dan-
tur ibi duæ negativæ; quarum pri-
ma eſt *Voveo non*: ſecũda verò con-
tinetur in dictione *niſi*, quæ Gra-
maticaliter ſonat idem, ac ſi non.
Calepin. *verb. niſi. Et dicta
L. ſi eum* §. *Si Injuriarum ff. ſi
quis Cautio*. ibi. *Minimè dabitur
actio in eos, mortuo Reo, Si non poſt
multum tempus deceſſerit*. Ly *ſi non*
idem ſonat ac *niſi*. *gloſſ. lit. Q.* 59
ibi, *ſi non ponitur pro niſi*. Et *lit.
P.* ibi. *Et nota quod hæc dictio niſi,
quæ eſt hic, vel ſi non, quod valet,
tantumdem ponit*. Quamobrem ſi
hujuſmodi duę negativæ converte-
rentur in ſuam affirmativam, prout
fert uſus loquendi, & DD. obſer-

vant.

vant. Barboſ. *action.* 2. *num.* 5. ne-
ceſſe eſt, quòd ſenſum reddant af-
firmativum. Ideſt *Voveo non ingreſ-
ſurum aliam religionem*. *Et voveo
ingreſſurum Carthuſiam*. Quia ſe-
cunda negativa negando priorem,
illam deſtruit, & convertitur in
affirmativam.

Tertio probant. Quia talis
60 ſenſus abſolutus affirmativus vul-
gariter importatur à dictione *niſi*
ſub formula dictarum orationum,
& præcipuè in propoſitionibus de
præſenti, & præterito. Namſi quis
diceret. *Ego non video alium, niſi
Petrum*. ſenſus manifeſtus eſt, quod
Petrum video, & nullum alium vi-
deo. Hanc enim propoſitionem
Cæcus non pronunciaret, ut con-
ſtat; aliàs eſſet ridicula locutio.
Idem verificaretur ſi quis dicat, nul
lus niſi Petrus currit. Nullus niſi
Petrus loquitur; Nullus niſi Pe-
trus pugnat; Nullus niſi Petrus eſt
albus. Nam ſi præfatæ propoſitio-
nes non ſignificarent Petrum cur-
rere, Petrum loqui, Petrum pu-
gnare, Petrum eſſe album, in va-
num pronunciarentur.

Idemque militat in propoſi-
61 tionibus de præterito, ut patet in
illis, *neminem viderunt, niſi ſo-
lum Jeſum* Matth. 17. 8. nullus
niſi Petrus cucurrit. Nullus niſi Pe-
trus locutus eſt. Nullus niſi Pe-
trus pugnavit. Si enim Apoſtoli
non vidiſſent Jeſum; ſi Petrus non
cucurriſſet. Si non fuiſſet loquutus.
Si non pugnaſſet, tales modi lo-
quendi potius fuiſſent futiles, &
mendacia, quàm veritates; Et ad
rerum ſignificata manifeſtanda inu-
tiles. Mendacium enim eſt falſæ vo-
cis ſignificatio ad texr. *Cap. Bea-
tus* 22. *quæſt.* 2. ibi. *Eſt enim Men-
dacium falſæ vocis ſignificatio cum
voluntate fallendi*.

Et in Coartactibus non eſt
62 diſſimilis ratio. Nam ſi quis dicat
de præſenti non vendo equum *niſi*
Titio. Non volo aliam in uxorem
niſi Bertam. Vel de præterito, non
vendidi equum niſi Titio, non du-
xi aliam in Uxorem niſi Bertam:
utique hujuſmodi propoſitiones
cum particula niſi, ſequente ad ne-
gativam, affirmant. Profectò pro-
nuncians illas de præſenti & præte-
rito tenetur vera proferre.

Et non poſſunt verba eſſe ve-
ra niſi conformentur cum objecto, 63
quod eſt: *Cap. cùm humilitatis*.
22. *quæſt.* 22. & omnem ambiguita-
tem excludunt extrav. *Sedes Apo-
ſtolica*. *tit.* 4. *de conceſs. præben.
Cap.* 1. *in princip.* Etenim aut
tunc video Petrum: vel non vi-
deo. Vel Petrus currit, vel non
currit. Vel vendidit equum, vel
non vendidit. Vel duxit in Uxo-
rem Bertam, vel non duxit &c. ſi
primum habemus intentum. Si ſe-
cundum vel eſſent loquutiones de-
ceptivæ, aut nullus illas proferret,
& contrarium contingere loquen-
di uſus, & experientia confirmat.

Ratio autem hujus veritatis
eſt. quia de natura particulæ *niſi* 64
exceptivæ eſt, tollere negationem
actionis, ut diximus V. G. vendi-
tionis, pugnæ, & ſimilium à ter-
mino, quem excipit. Et ſic quan-
do dicitur nullus niſi Petrus pu-
gnat, vel pugnavit, excipitur Pe-
trus à negatione pugnandi. Et cùm
ex altera parte ex contradictoriis
alterum ſit in re determinatè verifi-
candum; inde ſequitur, quòd
particula *niſi* ſequens ex ſua natura
ad abſolutam negativam, abſolu-
tè affirmet. Pont. *de matrimo-
nio lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 8. *& ſeq.*
prædicta docet & approbat ibi.
*Nam quando dico non video, niſi
te, ſenſus eſt te video, & nullum
alium. Is enim, qui cæcus eſſet, non
diceret vicino non video niſi Te.
Idem verificatur in propoſitionibus*

de

de præterito Matth. 17. ibi *neminem viderunt, niſi ſolum Jeſum. Si enim neque Jeſum vidiſſent, inepta ſatis locutio eſſet, & n.* 9. ibi *idem in contractibus. Non vendo niſi Tibi. Particula niſi affirmat venditionem Tibi, aliis excluſis. Non volo niſi Te. Volo Te, & nullam aliam; Nam ille de præſenti tenetur vera verba proferre &c. Ita etiam* Joann. Crotus *in Cap. Licet de conſtitution. in 6. n. 22., quæ eſt in 5. vol. repetit. canon.* Quibus manifeſtè oſtenditur uſualis, & vulgaris ſenſus dictionis *niſi*, ram in ſimplicibus propoſitionibus, quàm in contractibus.

Neque dicas omnia prædicta
65 admitti poſſe, inquantum dictio *niſi*, ſequens ad negarivam', importat affirmativam, non ex ſua natura, ſed ex ſubjecta materia; cùm de præſenti, & præterito neceſſe ſit, alterum ex contradictoiiis verificari. Covar. *loc. cit.*

66 Nam contra eſt, quia nihil juvaret, quòd ex neceſſitate alterum ex Contradictoriis eſſet verificandum, ſi adhiberemus verba non apta ad hoc ſignificandum. Nam ſignificatio non propter voces, ſed voces propter ſignificationem inſtitutæ ſunt. S. Thomas ſupra citatus 2.2. *quæſt.* 110. *art.* 3. *in corp.* ibi.. *Cùm voces naturaliter ſint ſigna intellectuum. Et quæſt.* 52. *ſupra cit. art.* 1. *in corp.* ibi.. *Verba inter homines obtinuerunt Principatum, ſignificando quæcumque animo concipiuntur*, & S. Bonaventura *allegatus ſupra in* 3. *ſent. diſt.* 38. *quæſt.* 2. *n.* 24. ibi. *Voces inſtitutæ ſunt, ut adſtruatur veritas apud Audientem, quæ eſt apud loquentem*; ſicuti non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus. *Cap. intelligentia. de verbor. ſignificat., & verba deſerviunt Intentioni, & non Intentio verbis. Cap.* 2. *requiritur de appellat. & quæſt.* 5. *cap. humana. Et* 22. *quæſt.* 2. *Cap. Is autem* ibi. *Verba propterea inſtituita ſunt, non per quæ ſe invicem homines fallant, ſed per quæ quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat.* Er *Gloſs. verb. Inſtituta.* ibi *ſemper interpetrabantur verba ad id, ad quod inſtituta ſunt*; Er ſemper ad communem intelligentiam. *Cap. relatum* 37. *diſt.* Ita ſignificario non ſubjicitur verbis: Sed verba ſignificationi ſubjiciunrur. ſeu ſignificatio non eſt propter verba, ſed verba ſunt propter ſignificationem.

Unde ſi de natura dictionis, 67
niſi, non eſſet ſignificare ſenſum abſolurum affirmativum, conformiter ad Textus ſupra alleg. non poſſemus appræhendere per voces vim illius contradictionis, & effectum, quem contradictoria gignunt de affirmativa & negativa.

Deinde in præſenti Lex Con-
tradictoriorum non deſervir ad 68
dandam naruralem ſignificationem particulæ *niſi*. Sed talis ſignificario ſupponitur in illa. Nam ſi particula *niſi* non eſſet apta explicare illam Legem, inutiliter poneretur in oratione, ad illam explicandam, ut conſtat ex juribus allegatis.

Cæterum præfatas orationes
in tali ſenſu accipiendas eſſe Sacræ 69
paginæ, ur mox dicemus, oſtendunt; Et recedendum non eſſe à propria, & vulgari verborum ſignificatione, omnia jura decertant *L. non aliter ff. de legat.* 3. *L. eum Lege. ff. de teſtam. l.* 1. *§. Quod autem ff. de aleator. Cap. ad audient.* 12. *de decim.* Barboſ. *in l. quia tale n.* 37. *ff. ſolut. matrim.* Rot. *deciſ.* 352. *n.* 1. *apud Farinac. parte* 1. *rec.* Cravet. *conſ.* 20. *n.* 9. *& conſ.* 105. *n.* 2. *& conſ.* 149. *n.* 7. Paris *conſ.* 22. *n.* 7. *lib.* 4. Atque ſequendum eſſe communem uſum

loquen-

loquendi *L. Librorum* §. *Quod tamen* ubi Bartol. *ff. de legat.* 3. *L. Labeo ff. de ſupellect. Legat. L. cùm de Lanionis.* §. *item verſ. optimum ergo ff. de fund. Conſtruct.* Card. Mantic. *de Conject. ult. volunt. Lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 1. *Surd. conſ.* 313. *n.* 87.

70 Sacræ verò paginæ optimè demonſtrant, quòd dictio *niſi* in præfatis exemplis, ex natura ſua ſecum portet ſenſum affirmativum & abſolutum, non indiget illo addito extrinſeco. *Gen.* 28..17. ibi .. *Quàm terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi Domus Dei & Porta Cœli.* Profectò ex hoc modo loquendi clarè explicatur & affirmatur, quòd locus ille verè erat Domus Dei, & Porta Cęli; Quia ibi ſignificabatur, eſſe templum & Dei cultum. *Gloſſ. interlineal.* ibi. *Templum, & cultum Dei futurum ſignificat*; & tamen hæc poſitiva ſignificatio dabatur ex ſola particula *niſi*, abſque ullo addito extrinſeco, quod additum ſi fuiſſet, apponendum erat ſine dubio: & Text. ille cantare debuiſſet ſub his aliis terminis, nimirum, locus iſte eſt aliquid, ſed non aliud, niſi Domus Dei, & porta Cœli, quod non explicavit.

71 Eumdemque ſenſum declaratum habemus *Judic. cap.* 19. ibi. *nulla re indigemus, niſi hoſpitio*. ibi enim non additur illa propoſitio, ſcilicet, *aliqua re indigemus, non alia niſi hoſpitio*. Et tamen manifeſtum redditur, quòd ex illa univerſali negativa ſuccedente particula *niſi*, declaratur affirmativa indigentia, quam tunc habebant de hoſpitio, quod eſt indubitatum ex lectura totius Capituli.

72 Nec minus clarè hæc veritas illuceſcit 3. *reg. Cap.* 8. 9. ibi. *In Arca autem non erat aliud, niſi duæ Tabulæ lapideæ*: & tamen ex illa univerſali negativa, accedente dictione *niſi* expreſsè affirmatur, in arca eſſe lapideas Tabulas. Gloſſ. *verb. In area autem non erat aliud*, dicitur ibi *erant etiam Tabulæ*.

Et quòd etiam reſpectu futuri temporis eumdem ſenſum pariat dictio *niſi*; demonſtratur Deutero. *tom.* 1. 34. ibi .. *Cùmque audiviſſet Dominus iratus .... juravit ... non videbit quiſpiam Terram bonam, præter Caleb. filium Jephonæ*. Hìc neque præmittitur illud extrinſecum additum, videlicèt, quòd videbit aliquis Terram bonam: ſed nullus alius præter Caleb filium Jephonæ. Et nihilominus particula *niſi*, ſequens ad illam negativam, aſſerit, quòd Caleb Terram bonam viſurus erat, cæteri autem minimè, quia erant morituri. Gloſſ. ibi .. *Sententia mortis fuit data à Deo ſupra omnes viros, qui erant viginti annorum, & ultra, excepto Baleb; ita ut nullus eorum Terram promiſſionis intraverit, ſed mortui ſunt; bene autem intravit Caleb. Ut text. dicit* ibi .. *Ipſe autem Caleb videbit eam*. 73

Et perſpicuè hoc idem convincitur 3. *Reg. cap.* 22. 31. ibi.. 74
Rex autem Syriæ præceperat Principibus dicens, non pugnabitis contra minorem, & majorem quempiam, niſi contra regem Iſrael ſolùm. Hæc oratio conſonat cum illa formula, in qua dicitur hoc anno, *Cæſar promittit, ſe non facturum bellum, niſi contra Turcas*. Nam in illo Textu enunciatur, quod Rex Syriæ præcipit Principibus, non pugnare, niſi contra regem Iſrael; & præcipitur pugna, in ordinè ad decertandum, non ſub illa arbitraria conditione, ſi pugnare voluerint, ſed abſolutè obligantur milites pugnare, non contra alios, ſed con-

tra Regem Iſrael. Et tamen non apponitur illud extrinſecum additum, nimirum, Rex Syriæ præcepit Principibus pugnare, non contra minorem, & majorem, niſi contra Regem Iſrael.

Et quod voluntas Regis Syriæ
75 per illa verba non pugnabitis, *niſi* contra Regem Iſrael, fuerit abſoluta, & intendens obligare milites ad pugnandum, non ſub conditione arbitraria, ſi *pugnare voluerint*, ſed abſolutè, & ad pugnandum contra Regem Iſrael, contextus hiſtoriæ declarat. Quia ex Micheæ prædictione Rex Syriæ cognovit, ſolùm Achab Regem Iſrael moriturum in prælio, adeoque ſolùm in Achab certamen commoveri mandavit; adhibendo ſupradictam verborum formulam, de univerſali negativa, & dictione *niſi*, dicendo *non pugnabitis*, *ecce negativa*: *niſi contra Regem Iſrael*: *ecce affirmativa*, Gloſſ. ibi.. *Rex autem Syriæ dixit non pugnabitis contra majorem, & minorem quempiam, niſi contra Regem Iſrael ſolùm. Quoniam Micheas dixit, ſolùm Achab moriturum in prælio: & cùm retuliſſent Regi Syriæ, dedit hoc præceptum, quia aliàs probaverat veritatem verborum Prophetæ.* Unde ſub illa formula *niſi*, præceptum fuit de bello futuro abſolutè faciendo in Regem Iſrael, & non ſub conditione arbitraria, ſi pugnare voluiſſent.

Nec dicas, quòd in hoc exemplo particula *niſi* inducit abſolu-
76 tam affimativam pugnæ in Achab, non ex ſua propria natura, ſed ex aliquo extrinſeco addito: vel ex ſubjecta materia, includente illam affirmativam. Pontius de *matrim. Lib.2.Cap.10.num.12.*

Nam contra eſt. Et hoc vi-
77 detur imaginarium effugium, ad declinandam vim prædicti Text. Quoniam in illa propoſitione nec legitur ullum additum extrinſecum affirmativum ſecundum regulas Covarruviæ jam prænarratas: nec talis affirmativa oriri poteſt ex aliqua ſubjecta materia; cùm ſimus, ut in Textu apparet, in ſimplici, & vulgari collocutione Regis Syriæ ad ſuos Duces præcipientis. *Non pugnabitis contra majorem, & minorem quempiam, niſi contra Regem Iſrael*. Et ita ſi dictio *niſi* pro tempore futuro, ut prætendit Pontius, non importat abſolutam affirmativam, ſed ſolùm indifferentiam, & ad ſummum importat actum pugnæ, ſub illa arbitraria conditione, videlicèt, *ſi Duces decertare voluerint*: ſequitur, quòd Rex Syriæ, volens abſolutè pugnam, vel quid imperitè verbiſque ineptis loquutus fuerit, vel quòd ſolùm intellexerit, pugnam non fore abſolutè faciendam contra Regem Iſrael; ſed ſolùm ſub illa conditione arbitraria, quod nõ eſt dicendum. Et ſimilis intelligentię in *eod. ſac. Scripturę c.22.* eſt alius ille locus *nu.16.* ibi.. *Dixit autem Rex ad eum iterum atque iterum, adjuro te, ut non loquaris mihi, niſi quod verũ eſt in nomine Domini.* Quis dubitet hujuſmodi verbis tot Sacramentis ſuffultis, Regem enixè dumtaxat voluiſſe, quòd Propheta vera loqueretur, non ſub illa arbitraria conditione, ſed abſolutè.

Sexcenta alia poſſent adduci loca, in quibus dictio, *niſi*, ſequens ad negativam, conditionem illam arbitrariam excludit, & defert ſenſum abſolutum affirmativum, & nullum additum prærequirit extrinſecum.

Tandem pro hac ſententia militat palpabile argumentum in pra-
xi, quo dicunt contra Adverſarios 78
victoriam reportari; eoque ſingulariter utitur Bald. *in Cap. Cùm acceſſiſſent*, *dicens*. *Si reus ad poſſi-*

tiones reſpondeat , & dicat nego ,
niſi probetur : Tunc dictio, *niſi*, po-
nit & affirmat; Immò Confeſſionem
duplicat . Nam probata poſitione
per Teſtes, reſultat una probatio .
Et negatio prolata à reo, virtute
illius dictionis *niſi* evadit abſoluta
affirmatio , & confeſſio . Jaſon.
L. actione . C. de tranſ. referens
Bald. *n.* 3. ibi *& nota ad actum*
practicum unum , ex quo potes ma-
gnum honorem reportare , quòd ſin-
gulariter Bald. in dict. Cap. Cùm
acceſſiſſent in 5. Col. Quòd ſi ego
Actor facio tibi poſitiones , quòd de-
bes mihi centum ex cauſa mutui, &
tu reus reſpondeas poſitioni , & di-
cas nego, niſi probetur . Illa di-
ctio niſi ponit : Et ideo ſi probo per
Teſtes , aderit geminata probatio,
ſcilicet, per Teſtes , & per confeſſio-
nem Tuam . Ex quibus manifeſtum
reſultat, quod ex vigore ſolius di-
ctionis niſi , ille modus loquendi,
nego , niſi probetur , poſita ſola pro-
batione, illud nego evadit cõfeſſio .

Et tanti roboris eſt dictio niſi,
ut præcedentem negativam, mali-
79 gnantem principale verbum oratio-
nis, mutet in affirmativam . Bald.
in 6. Cap. Cùm acceſſiſſent in quin-
ta col. de conſt. ibi, *quòd ſi dico, non*
promitto tibi centum , niſi Papa Pe-
ruſiam venerit ; Certè Papa ve-
niente Peruſiam , neceſſitor ad illa
centum . Jaſon. *citatus n.* 4. In
qua oratione reſpicimus ; parti-
culam negativam inficere & de-
ſtruere promiſſionem dandi cen-
tum. Et dictionem *niſi* , verifica-
ta, & adimpleta illa reali condi-
tione, reſtaurare totam orationem,
& eamdem reddere abſolutè affir-
mativam ; cùm aſſerat, quòd Papa
Peruſiam veniente ex neceſſitate
teneatur promittens ex ſua promiſ-
ſione ſolvere centum , & non ſub
arbitraria conditione , ſi ſolvere
voluerit .

Ad doctrinam autem Cova-
ruviæ ſupra allatam *num. 16. ſeq.*
de illo addito extrinſeco Reſpon- 80
demus . Quòd ſicuti in ſua ſen-
tentia particula *niſi*, ſequens ad ne-
gativam , non facit ſenſum abſolu-
tum affirmativum , ſi non præcedat
aliquod extrinſecùs additum abſo-
lutum affirmativum: Ita etiam à pa-
ri particula *niſi* ſequens ad negati-
vam neque efficere poterit ſenſum
conditionalem arbitrarium affirma-
tivum , ſi non præcedat aliquod
extrinſecum additum conditiona-
le arbitrarium affirmativum V. G.
in ſupradicto exemplo . *Petrus vo-*
vet non ingreſſurum Religionem, niſi
Carthuſiam . Quòd Petrus licèt ex
addito extrinſeco , volens ingredi
Religionem , teneatur ex hoc vo-
to ingredi Religionem Charthu-
ſianam . Nihilominus ſi præcedat
ſolùm illa negativa ſine illo addito
extrinſeco , ſolùm reſultat illa arbi-
traria conditio , quòd non tene-
tur ingredi Carthuſiam , niſi in ca-
ſu, quo voluerit Religionem ingre-
di . Et ita ad hoc , quòd excluda-
tur hujuſmodi arbitraria conditio,
neceſſarium erit , quòd præmitta-
tur illud extrinſecum additum ab-
ſolutum affimativum , & dicatur .
Petrus vovet ingredi Religionem ,
non aliam, niſi Charthnſiã. Et tunc
optimam fore conſequentiam. Ergò
Petrus abſolutè vult ingredi Car-
thuſiam . Et hoc totum machinan-
tur ex illo principio , quòd pura
negativa nihil aſſerit , nec ponit,
adeoque continete non poteſt affir-
mativam .

Sed nos argumentando à pa-
ritate rationis , quòd eſt validum 81
argumentum in Jure . Fagnanus
modo allegandus , idem argumen-
tum contra ipſos jaculamur, di-
centes . Quod ſi ad dictum exem-
plum , quod incipit à negativa ,
non præcedat aliquod extrinſecus

additum arbitrarium affirmativum
conditionale, neque poterit parri-
cula *niſi* importare dictum ſenſum
affirmativum condirionalem: Quia
pura negariva ex ſuis terminis non
poteſt conrinere illum ſenſum affir-
mativum ſivè abſolurum, ſive con-
ditionalem; Cùm uterque ſenſus ſir
exrra ſpheram negarivæ ex juri-
bus infra allegandis *num.* 91. ſed
in præfatis exemplis non præcurrit
illud extrinſecum additum condi-
tionale arbitrarium affirmativum.
Ergo luce Meridiana clarius reſ-
plendet, quòd parricula *niſi* in
dictis exemplis non poterit impor-
tare dictum ſenſum affirmativum
conditionale arbitrarium.

Quòd aurem in dictis exem-
plis non detur illud exrrinſecum
82 addirum affirmativum conditio-
nale conſtat, quia in illis tale addi-
tum non legitur. Etenim ſi adeſ-
ſet, illud exemplum, *Petrus vovet
non ingreſſurum Religionem, niſi
Carthuſiam*, non inciperet à negati-
va abſoluta; ſed inciperet ab affir-
mativa conditionali, nimirum, Pe-
trus vovet, ſi Religionem ingredi
voluerit, ſe non aliam ingreſſurum,
niſi Carthuſiam. Sed hæc affirma-
tiva condirionalis non legitur. Er-
go non apparet qua ratione in dicto
exemplo, quod incipit à negativa,
dictio *niſi* habeat importare po-
tius ſenſum affirmarivum conditio-
nalem, & non ſenſum affirmarivum
abſolutum. Qnòd argumentum à
parirare rarionis ſir optimum, ſem-
perque concludar, licèt non proce-
dar in materia correctoria, & in his,
quæ exorbiranr à Jure communi,
non eſt dubitandum. Fagnan. *in 3.
Lib. Decretal. in Cap. Cùm Virum.
num. 14. de Regular. & in Cap.
Quod Dei timorem nu. 11. de Statu
Monach.*

Quibus pro veritate inſpectis
83 & optimè perpenſis, neque umbra
apparer, in quo contraria ſenten-
ria poſſit prævalere. Et ſolidum
remanebit ex Juribus allegatis,
quòd dictio *niſi*, ſequens ad affirma-
rivam, neger; Et ad negarivam po-
nat, & affirmet; Ita ut de eadem
re, ſi præcedat abſoluta negario vel
affirmatio, abſolutè affirmer, vel
neget; Si verò præcedat condirio-
nalis, & arbitraria affirmario, vel
negario conditionaliter neget, vel
affirmet: & hoc rotum ex narura,
& vi dictionis *niſi*, quam trahit,
& obtiner à ſua inſtirurione & ho-
minum placito, ſecundum quod
voces omnes ſuam ſingularem
habent ſignificationem, ut eſt no-
rorium, & ſupra dictum eſt, & Dia-
lectici communiter ſtruunt in ſuis
regulis, unumque, atque alterum
pro cunctis, quos præ manibus ha-
beo produco. Ex meis Parrem
Averſam in ſua celebri Philoſo-
phia, & ſatis laudara logica in ſum-
mulis *cap.* 7. ibi *Vox ſignificativa
dupplex eſt, naturalis, & ad placi-
tum. Naturalis ut gemitus, riſus.
Ad placitum autem ſignificant vo-
ces articulatæ, quibus in humanis
colloquiis utimur. Dicuntur ſigni-
ficare ad placitum, quia non ex
natura rei determinatæ, & inſtitu-
tæ erant, ſed libera hominum impo
ſitione, & inſtitutione factum
eſt*. Cui addo Patrem Maurum ce-
lebrem Scholaſticum Societatis
Jeſu *tom.* 1. in Summulis *cap.* 6. ibi,
*Terminus vocalis ſignificativus eſt
Vox, quæ ex pacto, vel conſuetudi-
ne ponitur in propoſitione; Sicut
ex pacto, & conſuetudine ramus
poteſt poni ad Tabernam, ad ſigni-
ficandum Vinum vendibile. Sic hæc
Vox Cælum ex pacto, & conſuetu-
dine poni poteſt in propoſitione
ad ſignificandum Cælum*; Secuti
Angelicum Magiſtrum opuſc. 173.
cap. 1. *litt. I.* ibi *Ipſe Voces à Phi-
ſicis authoribus magis referuntur*

ad deſignandas res aliquas determinatè has, vel illas in aliquo genere rerum, & contingit, quòd Phiſicus, vel Logicus una Voce plures deſignat; Et aliquando ipſam Vocem, quæ ex ſua proprietate aliquid generaliter deſignat, ad aliquam rem ſpecialem ipſe Phiſicus deſignandam determinat; Et opuſc. 9. quæſt. 1. in princ. ibi *Ratio cujuslibet eſt, quam ſignificat nomen ejus: Nomina autem ſunt ſigna intellectualium conceptionum.* Et facit ad rem, quòd nomina propria ad beneplacitum imponuntur. Ad Text. *in L. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de Legibus* 1.

84 In præfatis autem exemplis licèt ſingula incipiant à negativa; Attamen reſpicimus, quòd illa negativa, quæ præcedit ſemper eſt abſoluta. *V. G. Cæſar promittit hoc anno non geſturum bellum, niſi contra Turcas. Petrus vovet, non ingreſſurum Religionem, niſi Carthuſiam. ly* Cæſar promittit, non gerere bellum eſt negatio abſoluta. Ly Petrus vovet, non ingredi Religionem eſt negatio abſoluta. Ergò ex virtute dictionis *niſi* erit etiam abſoluta affirmatio faciendi bellum contra Turcas; Et abſoluta erit affirmatio intrandi Carthuſiam.

15 Qua propter hujuſmodi arbitrariæ conditiones reputandæ ſunt vanæ, artificioſæ, atque ſuperfluæ. Jaſon. *modo citand. n.*88. *cum Textibus allegandis.* Quia non denotant aliquem ſingularem effectum, promanantem ex obligatione promiſſionis, & Voti: Sed ſolùm ex facultate & arbitrio, ſi homo velit talem rem facere, aut in talem actum erumpere. Quæ libertas homini à natura conceditur, & non eſt opus, quòd ab externo ſub conditione injungatur. Ex altera verò parte ſemper eſt aſſignandus aliquis ſingularis effectus in quocumque contractu, promiſſione, & voto ab eodem proveniens, ut modò allegabimus; eo vel magis cùm de ratione Voti ſit firmare hominem in bono. S. Doctor. 2.2. *quæſt.* 88. *art. 4. in corp.* & in re promiſſa. Et ſit tollere moralem poteſtatem ad oppoſitum. S.Doct. *d.2.2. qu.* 88. *art. 6. in corp.* per quod Votum Religioſus non habet velle, & nolle. *Cap. ſi Religioſ. de Elect. in 6.* licèt hoc intelligendum veniat ſecundum fictionem Juris; & non quia non poſſit phiſicè liberum conſenſum præſtare. Suarez *de relig. tom.* 3. *lib.*10. *de voto obed. cap.*10. *n.*10.

86 Et hoc magis magiſque explicatur, & inculcatur. Quia conditio illa arbitraria, ſi quis nimirum voluerit illam facere, aut voluerit conſentire, non poteſt eſſe effectus ſingularis Voti; ſed ſolùm eſt effectus naturalis libertatis. Profectò ridiculum eſſet, quòd quis faceret votum jejunandi, ſi ſibi jejunare placuerit. Tunc nulla ex voto adeſſet obligatio, & votum nullum eſſet. Sanchez *Præcept. Decalog. l.*4. *cap.*23.*num.*16. cùm remaneret ſine ullo vinculo, & invariata ſicut prius phiſica, & moralis indifferentia ad jejunandum, & non jejunandum. Quod opponitur Voto: cùm hoc ſemper importet ad ſui impletionem moralem neceſſitatem, ut dictum eſt.

87 Nec dicas obligationem Voti, ſiſtere in eo, quòd licèt quis non obligetur abſolutè facere talem rem, aut conſentire; nihilominus remanet obligatus, quòd ſi voluerit conſentire conſentiat ſolùm ex motivo obedientiæ, & non ex alio profano motivo.

88 Nam contra eſt, quia ſemper ſequeretur, quòd ſi quis non vellet conſentire ex motivo obedientiæ, remaneret liber, in quantum

per

per dictum votum non remaneret abſolutè obligatus ad conſentiendum; & ita votum nunquam ſuum ſortiretur effectum. Sicuti ſi quis faceret votum non jejunandi in hoc anno, niſi Imperator contra Turcas triumphet. Poſito Imperatoris Triumpho, ſi ille non vellet jejunare, licitè poſſet jejunium omittere, ut patet. Adeoque hoc votum eſſet vanum & ſuperfluū Jaſon *L. action. C. de tranſact. nu.4. circa fin. litt. E. ibi*.

Contrarium tenet Bald. *in d. Cap. cùm acceſſiſſent in quinta columna* motus bono fundamento ad illa verba -- *promitto non vendere equum niſi Tibi, quia ſi illud non vendere niſi Tibi ſolùm denotaret potentiam, & habilitatem, certè iſta verba eſſent ſuperflua, & contractus ſuperfluus, quia habilitas, & iſta potentia, quòd poſſes mihi vendere, ſi volueris, omnino inerat à natura. L. ſicut eod. de action. & oblig. ergo hæc conditio debet intelligi, ut aliquid operetur. L. ſi ſtipulat. ff. de uſur.. L. 1. in fin. ff. de muni. nedum enim Clauſulæ appoſita in contractibus debent intelligi, ut aliquid operentur, imò ſingulæ dictiones, & ſillabæ ſecundum Bald. in rub. C. de contrab. empt. in 9. & eſt gloſ. nota in Cap. ſolit. in verb. tamquam de major. & obed.*

Reſponſiones ad argumenta primæ ſententiæ ſupra allata nu.22.

89 Nec obſtant probationes ſupra pro contraria Sententia adductæ. Quoniam ex juribus, & principiis hucuſque firmatis protinus evaneſcere aſpicimus.

90 Ad primam probationem reſpondetur, quòd ſenſus abſolutus affirmativus, quem ex ſua natura importat particula, *niſi*, optimè præcontinetur in eadem particula, quatenus ſequitur ad negativam. Juxta Gloſſemata Damaſcena (ſepties uſque adhùc coram Eminentiſſimis viris à Scarſò palàm propugnata) *Propoſ. 12. ex Log. pag. 33.* & hanc ſignificationem ex hominum placito, & ſua Inſtitutione obtinuiſſe ſupra allegata jura declarant *num. 7. & 49.*

Deinde libenter admittimus, 91
& fatemur, affirmationem contineri non poſſe in ſimplici negatione, imo ex negatione entis non remanere ens, ſed nihil; & ex nihilo nihil fieri fatentur Philoſophi omnes, & Juris periti confirmant. *L. Libellorum §. Quod ſi Libelli ff. de accuſat.* Et ſolùm duppliciter contingere poſſe, quòd negatio contineat vim, & faciat affirmativam, vel primò quando negativa duplicatur: vel ſecundò quando ipſa negatio præcedit ad particulam *niſi*; tunc cùm negatio remaneat destructa, quaſi recedendo cauſat, & relinquit in particula *niſi* affirmativam pro ſequenti membro, non ſecus ac privatio, quæ recedendo efficit compoſitum, ut Philoſophi cognoverunt.

Nec inficiamur, orationem 92
negativam de ſe nihil aſſerere, aut ponere, ſed potiùs deſtruere. Nam in illa oratione. *Petrus promittit non ingreſſurum religionem, niſi Carthuſianam*, verè in primo membro negat ingreſſum in Religionem, adeoque promittit, & diſponit Religionem non ingredi; & particula *niſi*, quæ ſequitur, diſponit ad abſolutam affirmativam, de ingreſſu in Carthuſiam; & ita ponit, & aſſerit. Ex quibus conſtat, non opus eſſe aliquo addito extrinſeco, aut aliquo ſubintellecto ex ſubjecta materia, adhoc, ut particula *niſi*, ſequens ad negativam, reddat ſenſum abſolutum affirmativum, ut allata jura demonſtrant.

93 Ad explicationem primi argumenti *ſupra num.26.* reſpondemus, quòd in dicto exemplo de Cæſare, non illaturo bellum &c.& in omnibus ſimilibus ipſa ſola particula *niſi*, ſequens ad negativam, oſtendit Cæſarem eſſe determinatum ad inferendum hoc anno bellum in Turcas; nec requiri majorem evidentiam de hujuſmodi Cæſaris voluntate tam univerſali, quàm particulari ſuper illam, quam demonſtrat & fert ſecum ex ſua Inſtitutione & natura ſecundum jura ſupra allegata particula *niſi*, adeoque ceſſat illatio illa, quòd particula niſi fert ſenſum affirmativum conditionalem arbitrarium.

Ad ſecundam probationem
94 ſupra factam *num.30.* præter dicta reſpondemus, verum eſſe, quòd non proinde, quòd quis promittat, non alienare domum extra familiam, cenſetur promittere intra familiam illam alienare. Nam cùm alienare intra, & alienare extra non ſe habeant tanquam unum ſine quo nec alterum provenit, in quo caſu nullum invenditum derelinquitur. Fagnanus. *Lib.1. decretal.de pact. Cap.cùm pridem num.34. cum juribus ibi allegatis*. Sed ſint duo diverſa objecta diſtincta, & ſeparata, poteſt quis optimè de uno deliberare, & diſponere, alio in ſtatu ſuæ indifferentiæ relicto. Et ita negativa unius de non vendenda domo extra familiam, non inducit affirmativam alterius vendendi Domum intra familiam. At in caſu noſtro negativa præcedens ad particulam *niſi* non remanet in vigore negandi circa propoſitionem ſequentem, ſed per particulam *niſi* ceſſat, & ex hominum placito dat locum affirmativæ, ut fusè oſtendimus.

Et licèt admittamus, particu-
95 lam *niſi* eſſe exceptivam, quæ exceptio juvat in oratione, pro ſubtrahenda propoſitione ſequente ab illa negativa. Profectò exceptio dicitur actionis excluſio. *L. 1. ff. de exception. cap.2. infra eod. & Cap. à nobis infra de exceptionibus*. Petrus de Anchar. *conſ.6.viſo Themate num.4. verſ.ex quo patet*. Addimus quoque ipſam particulam *niſi* de ſua natura non ſolùm eſſe exceptivam, ſed inducere quoque affirmationem abſolutè, & conſequenter non eſſe reſolvendam in affirmativam conditionalem.

Dices ex illa propoſitione. 96
Titius promittit non alienare domum extra familiam: optimè ſequitur illa conditionalis arbitraria, quòd ſi Domum alienare voluerit, tenebitur illam intra familiam alienare; cùm jam ex prima propoſitione obligatus remaneat, non alienare domum extra familiam. Ergo etiam in noſtro caſu diceretur. *Titius promittit non alienare Domum, niſi intra familiam*. Pariter ex hoc modo loquendi ſequeretur, quòd non poſſet alienare domum extra familiam: ſed dumtaxat intra ſub arbitraria tamen conditione, ſi Domum alienare voluerit.

Reſpondetur concedendo an- 97
tecedentis, & negando conſequentiam; & diſparitas eſt manifeſta. Quia in tantum ex illa propoſitione prima non alienandi domum extra familiam, ſequitur illa arbitraria conditionalis, alienandi domum intra familiam, ſi Titius voluerit illam alienare; in quantum præceſſit obligatio, non alienandi Domum extra familiam; & non præceſſit obligatio abſoluta alienandi illam: & ita ſequitur, quòd Titius teneretur alienare domum intra familiam in caſu ſolùm, quo vellet domum alienare.

At ſi Titius ſub noſtra formu-

la dicat, promitto hoc anno non alienare Domum *niſi* intra familiam: in hac oratione continetur obligatio abſoluta non alienandi domum hoc anno extra familiam, benè verò alienandi intra familiam. Et hoc ex natura & virtutæ particulæ *niſi*, quæ ſequens ad abſolutam negativam defert ſecum abſolutam affirmativam. Quia in omnibus adverſatur præcedentibus ex juribus ſupra allegatis *num.* 7. *& ſeq.*

98 Ad ſecundam probationem allatam *num.* 33. reſpondetur argumentum procedere de dictione *niſi*, non in quantum eſt exceptiva, ſed quatenus realem conditionem inducit, ut ſupra *num.* 40. adnotavimus. Et dicimus, quòd ille Textus *Oneſiphore, niſi rationes reddideris liber ne eſto*. Plures admittit intellectus. Etenim Oneſiphorus duplici debito detinetur; & debito redditionis rationum, cùm fuerit Miniſter in domo Teſtatoris, & debito legalis ſervitutis. Hinc fit, quòd à primò liberandus non veniat, niſi rationibus redditis, quibus de jure exhibitis, & approbatis ſine dubio remanet liber, & hoc pacto particula *niſi* hac verificata reali conditione ſtatim ſuum ſortitur poſitivum affectum.

99 Secundum autem debitum legalis ſervitutis, quo Oneſiphorus mancipatur, cùm in actu evacuari non poſſit, niſi per manumiſſionem hæredis, à cujus arbitrio Oneſiphori libertas dependet, & obtinetur; hinc fit, quòd ſolùm verificata illa reali conditione de redditione rationum, Oneſiphorus non evadat ſtatim actu liber. Nihilominus adhuc particula *niſi* non deficit in ſignificando ſtatim ſuum affirmativum effectum, qui conſiſtit in eo, quòd Oneſiphorus de non idoneo, & incapaci ad libertatem obtinendam, verificata conditione de redditione rationum, ſtatim redditur capax, & idoneus, ut hæres illum liberum declarare valeat. Etenim de ratione particulæ *niſi* ſequentis poſt negativam, non eſt aliud, quàm abſolutè affirmare, quod antecedenter invenit negatum, ſcilicet quòd Oneſiphorus, antequam rationes reddat, ſit capax recipiendi libertatem, & ſic rationibus redditis, ſtatim affirmat capacem, libertatem conſequendi. Bartolus ad illum Textum: quæ explicatio coincidit cum illa, quæ datur hìc in quarta reſponſione *num.* 108.

Secundò reſpondetur, quòd 100
Oneſiphorus, redditis rationibus, non ſolùm evadit liber à dicto primo debito, ſed etiam à ſecundo pro illa ratione, quæ ſe tenet ex parte præcepti. Nam cùm Teſtator præceperit, quòd redditis rationibus, Oneſiphorus eſſet liber, ita rationibus redditis, præceptum ſtatim habet vim liberandi Oneſiphorum à ſervitute: & ita particula *niſi* illico obtinet ſuum poſitivum, & abſolutum effectum, quantum ad virtutem, & vigorem præcepti, cujus exequtionem, ſi ex altera parte hæres malitioſè negligat, per debitam manumiſſionem adimplere, hoc non provenit ex defectu ſignificationis particulæ *niſi*, ſed dumtaxat ex hæredis libera & doloſa tranſgreſſione, quæ illi patrocinari non poteſt *de regul. jur. in 6.*

Tertiò Reſpondetur, quòd ex 101
virtute illius ſermonis, & ex Teſtamento Oneſiphorus, redditis rationibus, abſolutè evadit liber ab utroque præfato debito etiam ſine ulla expectatione, quòd hæres per manumiſſionem liberum declaret; cùm ita interpretanda veniat Teſtatoris voluntas Alciat. *lib.* 5. *paradox. cap.* 4. ibi.. *redditis rationibus Oneſiphorum liberum fore; & verba*

illa Teſtamenti eſſe referenda ad actum. Ejuſdem mentis eſt Stephanus in Negromantia juris *dial.*52. ibi .. *redditis rationibus Oneſiphorum liberum ex Teſtamento fore*; & ita particula *niſi* ſtatim exprimit ſuum effectum.

Quartò ut hujuſmodi dificultati aliam legalem quoque appli-
102 cemus reſponſionem,dicimus,quòd per illa Teſtatoris verba Oneſiphore, niſi *rationes reddideris, liber ne eſto*, aufertur ab hærede tam potentiam, quàm actum liberandi Oneſiphorum à ſua ſervitute, antequàm rationes teddat. Et rationibus redditis, reſtituitur hæredi legitima authoritas, & facultas, qua valeat, ſi velit Oneſiphorum libertate donare. Bartol. ad illum Text. & hæc videtur communis DD. interpretatio, quàm ſequitur Henricus *in d. Cap. de quarta de præſcript. In d.L. actione*. Et notat Covarr. *loc. cit. num.6.* Et in hoc caſu quoque particula *niſi* ſuum ſortitur abſolutum & affirmativum effectum. Nam hæres de non habente facultatem, ad Oneſiphorum a ſervitute liberandum, purificata conditione de redditione rationum, facultatem recuperat, & acquirit, ut valeat illum liberum conſtituere. Covarr. *Modo cit. num.9.* ibi.. *Verba illa liber ne eſto, ita accipienda ſunt, ut omnino ſublata ſit hæredi facultas dandi libertatem Oneſiphoro; Et ſic potentia tollitur, non actus*. Bald. *in dicto Cap. Cùm acceſſiſſent de Conſtitut.*

Ex quibus patet ad primam
103 coufirmationem, poſitam *num.39.* nam ſicuti, ut modo tradidimus, Oneſiphorus ante redditionem rationum non poterat ab hærede fieri liber; ita poſt redditionem liber evadit, & conſequenter particula *niſi*, ponit, & affirmat in hærede facultatem liberandi, quam prius à teſtatore denegatã recognoſcebat. Ut optimè explicant Bartolus Henriquez in eadem confirmatione allegati.

Ad ſecundam confirmationem ſupra *n.*35. Reſpondetur,quòd pro illa juris regula. *Peccatum non* 104
remititur, niſi reſtituatur ablatum. Etiam Sermo procedit de particula *niſi*, quatenus realem conditionem inducit. Et durplex venit conſideranda remiſſio, una quoad culpam, altera quoad damnum proximo illatum. Unde licèt prima remiſſio in foro conſcientiæ quoad culpam non ſequatur, facta ſola reſtitutione, cùm plurima alia optentur requiſita pro illius diſpoſitione; ſequitur tamen ſtatim remſſio quoad debitum ex damno proximo inflicto. Covar. *loc. cit. num.* 8. *circa medium* ibi .. *nam dum dicitur peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum, non ſtatim ſequitur, ablati reſtitutione facta, peccatum dimitti; ſed potius dimitti peccatum, modo alia contingant, quaad peccati remiſſionem neceſſaria ſunt.* Et parum infra §. *Rurſus* ibi .. *Peccatum remittitur quoad Proximi injuriam, & non remittitur niſi reſtituatur ablatum.*

Cæterum etiam hæc redit reſponſio modo ſupra data, quòd
cùm ante reſtitutionem ablati ex 105
culpa omiſſam, homo non ſit capax beneficio abſolurionis: ita facta reſtirutione quanrùm eſt ex hoc capite, per particulam *niſi* ſtatim affirmatur, & redditur capax.

Ad quartam probationem reſpondetur, quòd ſi præponeretur
ad illam orationem illud additum 106
extrinſecum, ſine dubio bene argueretur, quòd actio eſt jus; ſed non proindè, quòd illud additum non præcurrat, ceſſat talis conſequentia, quòd actio ſit jus. Quia ex juribus ſupra adductis particula

niſi continet illud additum extrinſecum, & eumdem ſenſum importat.

107 Ad quintam probationem ſupra *num.36.* reſpondetur, quòd argumentum intentat probare, quòd dictio *niſi* inducat ſolùm conditionem illam arbitrariam. Nos autem non inficiamur, quòd illa verba Voveo &c. importent effectum de intrando religionem adimplendum de futuro, & obligare ad actualem ſuo tempore Carthuſianæ Religionis ingreſſum. Sed non proinde impeditur, quòd particula *niſi* inducat abſolutè ſuum affirmativum effectum, promittendi ex voti obligatione ingreſſum in Carthuſiam, excludendo omnem arbitrariam conditionem, ut ex dictis convincitur.

108 Nam etiam ſponſalia inducunt diſpoſitionem & obligationem ad contrahendum pro aliquo futuro tempore matrimonium, & nihilominus ſponſalia non deſinunt eſſe verè contractus cum obligatione ſub mortali ad matrimonium contrahendum in futuro. *Cap. ex ſponſal. de ſponſal., & matrim. in 6. & communiter Doctores de ſponſal.*

109 Secundo Reſpondetur, quòd ex dictis ſupra *num.38.* hujuſmodi arbitrariæ conditiones reputantur ſuperfluæ, cùm ſemper homini inſit facultas, & potentia faciendi aliquid, ſi illud facere voluerit.

110 Ad ſextam probationem ſupra *num.38.* reſpondetur, quòd ex illo *Text. in L. ſi ſterilis* ſequitur, quòd promittens non vendere Equum *niſi* Titio, abſolutè tenetur actione Equum Titio vendere, quòd ſi tamen alii equum vendiderit, venditio non revocatur. Covar. modò citandus. Sicuti ſi Petrus promittat ducere Mariam, hæc ſponſalia ritè facta abſolutà obligant ſub mortali S. Thom. *in 4. diſtin.27. qu.2. art.1. ad 2.* Enriquez. *lib.11. de matrimon. cap.13. litt.* P.. Sunt enim ſponſalia futurarum nuptiarum fœdera. *Cap. noſtrates 30. qu.5.* atque promiſſio S. Thom. *Supplem. 3. part. quæſt. 43. art.1. & in 4. diſt.27. art.1.* Sotus *diſt.27. qu.2. art.1. & communiter DD. ad* Text. *in L.1. de ſponſal.* & datur actio ad compellendum, & ad faciendum ſtare ſponſalibus. *De ſponſal. & matrim. Cap. de ſponſal. gloſſ. verb. caſus* ibi .. *Imo Titius compelleretur contrahere cum Berta, cum qua primum contraxit ſponſalia, cùm in re gravi Juſtitiam inducant. Cap. ſi quis parentes 31. quæſt.3. & cap. ex litter il ſecundo de ſponſal., & ibi gloſſ.2. num.4. &* S. Thom. *cit. in 4. dicta diſt.27. quæſt.2. art.1. ad ſecundum*. Nihilominus non impeditur, quòd Petrus poſt contracta dicta ſponſalia valida cum una, matrimonium validè contrahat cum alia. *Cap. ſi inter de ſponſal. & matrim. & c.1. de ſponſa duorum*. Et S. Thomas *in 4. diſt. quæſt. 2. art. 3. ad 7.*. Sponſalia autem quæ reſpiciunt futurum tempus, & quibus jus ad rem aſſimilatur, per ſupervenientiam inhabilitatis diſſolvuntur. *Cap. quemadmodum de jure jurando.* Secus verò matrimonium, quod dicitur perfectum, propter impedimentum ſuperveniens non diſſolvitur. *Cap. quoniam de Coniug. le. proſ. L. Patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris*. Ita quoque in dicto caſu, licèt venditio Equi ex promiſſione debeatur Titio, nihilominus ſi vendatur Petro, venditio valet. Covar. *cit.* ibi .. *qui promittit non vendere Equum niſi Titio, quamvis teneatur actione ipſi Titio vendere, tamen ſi alteri vendiderit, & hæc venditio valet*.

Ad

Ad exemplum verò ibi adductum de Petro, qui promittit non vendere Equum niſi Titio.

Reſpondemus, quòd hæc verba non faciant ſenſum Conditionalem arbitrarium, ſed abſolutum.
111 etenim ibi Petrus abſolutè promittit non vendere Equum aliis: & ita, ex vi, & natura particulæ *niſi* abſolutè promittit vẽdere equum Titio; cùm hæc dictio *niſi* adverſetur priori negationi, & affirmat circa eamdem rem, quæ res in præſenti eſt vendere. Unde ſi in priori propoſitione eſt negatio abſoluta vendendi alii, particula *niſi* in ſecunda propoſitione evadit affirmatio abſoluta vendendi Titio, ut jura ſupra allegata demonſtrant.

Ad Textum germanum & literalem *ibid. num.*38. *ex L. ſi ſte-*
112 *rilis* §. *Penult. de action. empt.* ibi. *Si ita fundum tibi vendidero, ut nulli alii eum quàm mihi venderes*. Verè apparet, quòd ibi interveniat realis conditio, conſiſtens in illis verbis, *ut nulli alii, quàm mihi*. Etenim ſi quis ſuam Vineam Titio vendat cum pacto, ut illam nemini vendat quàm ſibi, certiſſimum eſt, quòd hujuſmodi venditio realem conditionem ſecum ducit, ſiſtentem in eo, quòd ſi in futurum ex ſuo arbitrio illam vendere voluerit, priori venditori reſtituat: qui contractus ſuſtinetur, ſi fiat mediante æſtimato pretio, ſine quo legittima venditio procedere non poteſt. *L.* 1. *&* 2. §. *fine ff. de contrahend. empt. & vendit. & inſtit. eod. tit.* §. *Pretium*: cùm venditio ſit pactio mercis pro pretio *d. L.* 1. *ff. de contrab. empt.* Ex quo facto potius confirmatur noſtra concluſio. Nos enim volumus quòd dictio *niſi* faciat ſenſum omninò contrarium ad præcedentem: ita ut ſi ſenſus præcedens ſit abſolutus affirmativus, conſequens ſit abſolutus negativus: ſi verò ſit conditonalis affirmativus, conſequens ſit conditionalis negativus. In præfato Textu ſenſus eſt ſub conditione reali negativus, in quantum Petrus vendit vineam Titio cum pacto, ut nulli alii in futurum vendat, *niſi* ſibi: prior ſenſus erit conditionalis negativus, quod non vendat aliis. Secundus ſenſus eſt conditionalis affirmativus, quòd in caſu venditionis Titio vendat. Et nobis ſufficit, quòd dictio *niſi* ſequens ad negativam tantum ponat juxta modum & formam, quantum juxta modum & formam deſtruit præcedens negativa.

Sed queſtio eſſe poſſet an ſi Petrus v. g. non dum vendidit fun- 113
dum, poſſit primus venditor agere ex illo pacto, ut illi vendat ex virtute illius particulæ *niſi*. At hæc queſtio non reſolvitur. Caſtren. *d. L. ſi ſterilis*. §. *Si tibi fundum penult. ff. de act. empt. & vendit.* ibi. *Actio ex hoc Contractu datur ad id, quod devenit in pacto, in continenti appoſito, quia illud habetur loco pretii &c. ſi alii vendideris. Quid ſi alii non dum vendidiſti; an poſſit agere ex hoc pacto, ut mihi vendas, propter illa verba non vendas niſi mihi. Et ſic queritur, an dictio niſi ponat. vid.* Bart. *in L. Titius in* §. *Lucius de pignorat. action. Arcbidiac. in cap.* 2. *de conſtit. lib.* 6.

Sanchez diſtinguit inter ſimplices affirmationes, & contractus, 114
quòd particula *niſi* in ſimplicibus, ſequens ad affirmationem neget, & è contra; non autem in contractibus. Reſpondemus dictionem *niſi* utrobique tam in ſimplicibus, quàm in contractibus eamdem naturam & virtutem explicare. Pontius *de matrim. lib.* 2. *cap.* 10. & ſupra latè oſtendimus *num.* 62. Quòd autem ſit juxta communem ſenſum, ut aſ-

ſerit Sanchez, per dictionem *niſi* conditionem arbitrariam importari, hoc non admittimus, & contrarium conſtare probavimus ex replicatis juribus validiſque rationibus & Claſſicorum DD. conſenſu, atque ſcripturarum, modorumque loquendi authoritate.

115 Ad ſeptimum Reſpondemus quòd illi, qui percipiunt legitimum ſenſum dictionis *niſi*, quæ ſequens poſt abſolutam negationẽ abſolutè affirmat. Vel non emitterent illud Votum ſub illa formula, & cum particula *niſi*. Et ſi emitterent durum illis non videretur, ſe per illud obligari ad ingrediendum Carthuſiam, ſicut illis non videtur durum, ſi aliis conſuetis verbis tale votum emitterent, & in hoc nihil obſtat citatus Text. *in L. ſi ſterilis ut ſupra explicavimus num.* 38. 110.

116 Ad rationem autem de indifferentia, quam dicunt non dari ad res de præſenti & de præterito, ſed ſolùm ad res de futuro. Reſpondemus quòd hæc ratio non regit; & quòd nimis probat, & quòd de ratione cujuſcumque voti, & promiſſorii juramenti duo neceſſariò importantur: & ſenſus de præſenti, & ſenſus de futuro. De præſenti eſt, quòd qui vovet, vel jurat habeat animum jurandi, & adimplendi, aliàs eſſet perjurius. *Cap. qui pejerare* 22. *quæſt.* 2. & deficeret veritas, quæ eſt juramenti comes 22. *quæſt.* 2. *cap.* 2. *animadvertendum*. De futuro autem ſemper & pro quocumque tempore futuro tenetur jurans, & urget obligatio ſervandi promiſſa, & non obſervando peccat *Cap. debitores de jur. jur.* Quòd autem vovens ſit in potentia phyſica & indifferens ad ponendum actum juxta obligationem Voti, hoc nullus inficiatur. Sed hæc potentia phiſica & indifferentia non ſolùm in præfato voto emiſſo invenitur ſub dicta formula & particula *niſi*, ſed etiam in quocumque alio voto ſub quacumque alia formula vulgari & uſuali, & ſine ulla dictione *niſi* pronunciato; ut conſideranti patet. Quis enim dubitare poterit, quòd qui abſolutè dicit. Voveo obedientiam, non ſit in potentia, & in indifferentia phyſica ad illam obſervandam, ſi Superior actu præcipiat. Quamobrem ſicuti in omnibus Votis, promiſſionibus & juramentis datur indifferenria ad eorum futuram obſervationem; & nullatenus admittunt conditionem illàm arbitrariam: ita & in noſtro Voto. Etenim eorum obligatio non eſt arbitraria, ſed neceſſaria. *Concil. Tolet.* 8. *cap.* 2. *& cap. neceſſe eſt* 22. *quæſt.* 4.

Ad id quod deinde additur in argumento quòd dictio *niſi* in oratione nihil aliud operatur, quàm excipere, ideſt tollere negationem actionis à termino excepto, & de illo non affirmare, neque negare, ut in exemplo adducto. *Voveo non ingreſſurum Religionem niſi Carthuſiam*. Per dictionem *niſi* non aliud effici, quàm excipere ingreſſum in Carthuſiam ab illa negatione, & non affirmare nec negare, nec includere, nec excludere, ſed relinquere voventem in ſua indifferentia ad ingrediendum, vel non ingrediendum Carthuſiam. 117

Reſpondetur quòd non ſolùm de ratione & natura dictionis *niſi* ex ſua Inſtitutione, & hominum placito conformiter ad allegata eſt excipere, ſed etiam eſt determinatè negare, vel affirmare, prout ſequitur ad affirmationem, vel negationem, & in omnibus adverſativè, vel privativè ſe habere, atque oppoſitum dicere ad antecedentia ex Juribus huc uſque fusè cumulatis; Adeoque cùm in præfato voto. *Voveo non ingreſſurum* 118

Reli-

Religionem niſi Carthuſiam, præcedat, ut diximus, abſoluta negatio ingreſſus in quamcumque Religionem, quacumque arbitraria conditione excluſa; ita dictio niſi inducit abſolutum & affirmativum Ingreſſum in Carthuſiam, omni conditione arbitraria rejecta; itaut illud verbum voveo regat utramque propoſitionem negativam, & affirmativam: quaſi dicatur expreſsè, *voveo* non ingreſſurum aliam Religionem, & voveo ingreſſurum Carthuſiam. Quibus
119 expletis, & primæ ſententiæ fundamentis convuluſis: & ſecundæ ſententiæ rationibus & principiis legum vigore, & Sacrarum Scripturarum uſu loquendi, & inſigniorum DD. authoritate ſuffultis, ſolida & firma remanet noſtra Concluſio. Nam extendendo ad illam, quæ de cæteris exemplis pro veritate diſſervimus, firmam. Remanere non dubbitamus. Profectò ibi apparet noſtrum Votum de non ambiendo ſub eadem formula pronunciari, ac cætera de quibus mentionem fecimus: quæ tamquam exempla in medium protulimus.

Noſtrum autem votum eſt.
120 *Promitto non conſenſurum in mei electionem niſi coactus obedientia Summi Pontificis*. Per illa verba promitto non conſenſurum; pronunciatur abſoluta, & univerſalis negativa Conſenſus preſtandi quocumque tempore in prælaturas, & dignitates: per illa verò. *Niſi coactus obedientia* &c. dictio *niſi* excipit ſingularem caſum ab illa univerſali negativa, & abſolutè diſponit affirmativam circa dictum conſenſum exibendum. Et caſus, quem excipit eſt, ſi contingat coactio obedientiæ Summo Pontifici præſtandæ. Tunc vovens non ſolùm tenetur obedire ex coactione præcepti, ſed etiam ex ſignificatione particulæ *niſi* expreſſæ in dicto voto, quæ facit ſenſum abſolutum affirmativum, non verò arbitrarium.

Unde in præſenti reflectendum videtur, quòd etiam inde- 129
pendenter à ratione noſtri voti, quotieſcumque pullaret Superioris rigoroſum præceptum, teneremur obedire, & non poſſet remanere indiffarentia voventis ad conſentiendam in electionem. Sed nos hanc indiffereutiam excludimus non ex pura, & ſolitaria ratione dicti præcepti; Sed etiam ex vi noſtri voti, concepti ſub illa particula *niſi*, ut diximus ſupra *n.7. F.* cujus intelligentia eſt, ſemper oppoſitum ſenſum ad antecedentem importare; Et ita in caſu noſtro obligare ad conſenſum, & non relinquere præfatam indifferentiam, ut latè huc uſque demonſtravimus.

Sed ad Artem bene deſiderandi, non ſolùm noviſſe ſufficit, particulam *niſi* in voto non relin- 130
quere indifferentiam, ſed & nobis innoteſcere debet, quantum virtutis, & meriti voventibus ratio voti adaugeat. Ideo in ſequenti Reſolutione, quæ erit XVIII. oſtendere conabimur, quòd quando inter concurrentes ad Eccleſiaſticas dignitates cætera requiſita & virtutum merita ſunt paria; tunc ſi aliquis reperiatur, qui dictum votum profiteatur, ille præceteris tamquam melior, & dignior erit eligendus & ſit

RESOLUTIO XVIII.

Ille, qui Votum habet de non conſentiendo in ſui Electionem ad Epiſcopatum, niſi coactus præcepto, aut obedientia; & ſimul retinet omnia alia requiſita, quæ reperiuntur in aliis concurrentibus. Tunc Superior ex juſtitia tenetur eligere illum, qui tale Votum habet.

SUMMARIUM.

1 *Concurrens quantitas eſt, quæ utrinque æqua eſt.*

2 *Dignitas eſt honor alicui impenſus propter merita beneficio Principis, vel legis.*

Electio eſt vocatio alicujus perſonæ idoneæ ad dignitatem. ibid.

3 *Concluſio demonſtratur unico ſyllogiſmo.*

5 *Superior tenetur eligere meliorem.*

8 *Imò digniſſimum.*

Qui à pueritia in Eccleſia Dei militaverit. ibid.

9 *Electio digni præ digniori ſuſtinetur in foro externo, non quantum ad conſcientiam.*

10 *Eligere dignum præ digniori eſt peccatum.*

11 *Ille eſt melior, qui habet omnes Dotes, & requiſita, quæ habent cæteri, & inſuper habet Votum.*

Qui Votum habet redditur magis aptus. ibid.

Deſcribuntur Voti prærogativæ, & perfectiones 13. 14. ibid.

12 *Superior debet impertire licentiam electo, ut conſentiat.*

13 *Virtus virtuti non debet officere, neque eſſe contraria.*

14 *Obedientia reddit meritoria omnium virtutum opera, etiam martirii.*

15 *Succurrendum eſt Parturienti Eccleſiæ per digniorum electionem, & promotionem.*

17 *Juramentum eſt præſidium virtutis, & non vinculum iniquitatis.*

Juramentum non poteſt obligare contra commune bonum. ibid.

19 *Dignitates ſunt ornamentum religionum.*

Religioſus non debet deſiderare dignitates, ſed facere opera dignitatibus digna. ibid.

20 *Voluntas voventis ſubrogatur per Superioris voluntatem.*

21 *Nemo præſumitur malus, niſi evidenter probetur.*

23 *Quomodo electus ſeu promotus ſi habeat impedimentum ad conſentiendum debeat ſe gerere.*

24 *Ad vitandam vindictam delicti nemo debet ſe prodere. Secus ſi ſit de vitando peccato; & qui tacuerit deponendus eſt.*

Con-

Concurrens quantitas *in L. eùm aliter ff. de compenſat.* dicitur, quæ utriunque æqua eſt, & probari poteſt ex *l.* 12. *ff.* eo; ſic quando plures ad idem beneficium concurrunt, concurrant quoque virtutum dotes, atque requiſitorum dignæ qualitates, neceſſe eſt; ita ut ex æquo in illis refulgeant, & ſi quis in minimo alterum excedit, cæteris aliis præferendum eſſe jura diſponunt.

Titulus reſolvit, quòd quando in omnibus ad aliquam concur-
1 rentibus dignitatem (*quæ eſt honor alicui impenſus, propter merita Principis, vel legis beneficio.* Bart. *l.* 1. *de dign. lib.* 12. *C. ubi late*), æqualia Requiſita confluunt, & reſplendent, & in aliquo ex illis inſuper votum de non ambiendo relucet: tunc Superior tenetur præcunctis eligere, qui votum habet. Cùm electio, ut pluries diximus, ſit ſecundum Joannem, *alicujus perſonæ idoneæ ad dignitatem vocatio* Roſre. in ſumma eodem *tit.* §. 1. *in princ.*

Hinc hæc veritas unico ſylogiſmo convincitur; & efficaciter concluditur ſub hac forma.

Superior tenetur ex juſtitia ſub pœna peccati mortalis adhibe-
2 re, quantum in ipſo eſt, omnia media, ut dignior, & melior eligatur Epiſcopus. Tridentinum infra *cit. n.* 5.

Sed ille eſt melior, qui cæteris paribus & æqualitèr cum aliis habet omnes Dotes, & omnia requiſita; Et inſuper etiàm habet prædictum votum S. Th. & alii ut infra *n.* 11.

Ergo Superior tenetur ex juſtitia ſub pœna peccati mortalis eligere illum, qui æqualiter cum aliis habet omnes dotes, & omnia requiſita, & inſuper habet præfatum votum.

Conſequentia ex debita forma, & ex præmiſſis legitimè ſequitur, ut profeſſoribus inoteſcit. 4

Præmiſſæ verò ſingilatim conſideratæ tanquam veræ recipiũtur.

Nam prima major propoſitio, quòd Superior tenetur ex Juſtitia 5 ſub pœna mortalis peccati adhibere, quantum in ſe eſt, omnia media, ut melior eligatur Epiſcopus; tanquam irrefragabile principium, & canonica veritas communiter approbatur ab omnibus Doctoribus, pro qua tuenda omnia Jura clamant. Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 1. rotundiſſimis verbis, ibi. *Superiores, mortaliter peccare, niſi, quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, non quidem humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint.* Hic exprimitur peccatum mortale, diligentia, cura, & ſtudium adhibendum in eligendis Dignoribus. Et inſuper in hujuſmodi electionibus Concilium ſtatuit, ſolùm promovendorum merita locum habere, inter quæ ſatis illuſtre eſt illud, quod præfulget ex virtute de non ambiendo: Quod quidem tunc ſingulariter relucet, ſi ambitio per votum præcludatur; adeoque tale votum omnem ambitionem deteſtans, cæteris ſuppoſitis requiſitis, quæ ibi Concilium recenſet, digniores reddit. Eumdemque conatum oſtendit Concilium Tolet. 4. *cap.* 18. *& cap. cum in Cunctis*; *& cap. cum nobis olim de elect.*, & ſolùm meritorum pondus, non alia prophana, & humanarum interceſſionum motiva attendendenda eſſe, nè poſtponantur, & jugulentur merita, quod, & teſtantur Revelationes B. Brigittæ *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. ibi: *Nul-* 6 *lus poteſt credere quanta indignatio Dei eſt contra illos Epiſcopos,*

qui

qui non curant ſcire, quos ad tàm dignos ordines promoveant: Sivè hoc fecerint propter aliorum ſupplicationem &c., omnino in judicio Dei reddent de hoc ſtrictiſſimam rationem; Quod, & Trid. modò citatum, nimis amarè deplorat; Et non præcipitantèr, ſed maximam circumſpectionem adhibendam, nè promovendorum merita ſuffocentur. *Apoſt.* 1. *ad Tim.* 5. ibi *manus citò nemini impoſueris, alias eſſet peccatis alienis communicare Gloſ.* ibi verbo *manus*. *Et ſic Epiſcopus communicat peccatis ipſius indignè adminiſtrantis.*

Quod, & conſiderandum venit in debito, quod habet Supe-
7 rior in eligendo meliores, & di-
gniores ad hoc, ut quæcumque excludat pericula communicandi peccatis alienis; Et mortaliter delinquendi. Trid. *mod. cit. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *ref.* ibi *multo magis elaborandum eſt, ut in electione ejus, qui ſuprà omnes gradus conſtituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite.... eoſque alienis peccatis communicantes, mortalitèr peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint.... præfici diligentèr curaverint.*

Et infra in *fin.* ibi; *Nihil magis Eccleſiæ Dei eſſe neceſſarium, quàm ut Beatiſſimus Pontifex Romanus.... bonos, atque idoneos paſtores ſingulis Eccleſiis præficiat; Idque eò magis, quòd ovium Chriſti Sanguinem, quæ ex malo negligentium, & ſui Officii immemorum Paſtorum Regimine peribunt; Dominus noſter Jeſus Chriſtus de manibus ejus ſit requiſiturus.*

Itaque eſt indubitatum, quod
8 juxtà Concilium Superior morta-
litèr peccat, ſi non eligit digniorem; Imò ſi non eligit digniſſimum. Trid. *ſeſſ.* 6. *ref. cap.* 1. ibi *Confidens per Dei miſericordiam, & providam ipſius Dei in terris Vicarii ſolertiam omninò futurum, ut ad Eccleſiarum Regimen, onus quippe Angelicis humeris formidandum* nota. *Qui maximè digni fuerint: Quorumque prior vita, ac omnis ætas à pueritibus Exordiis, uſque ad perfectiores annos, per diſciplinæ ſtipendia Eccleſiaſticæ laudabilitèr acta, teſtimonium præbeat, ſecundum venerabiles Beatorum Patrum ſanctiones aſſumantur; Et infra Paſtores* ibi *miniſterium ſuum impleant: Implere autèm illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant; Atque ovium ſuarum, quarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo Judice requirendus, cuſtodire minimè incumbant.*

Cæterum requiſitum illud, nimirum, *quorum prior vita, ac omnis ætas à pueritibus ex ordiis, uſque ad perfectiores annos, per diſciplinæ ſtipendia Eccleſiaſicæ laudabiliter acta teſtimonium præbeat*, minimè in illis poterit reperiri, qui à Juventute ſæculi rumoribus implicati, totam vitam uſque ad ſenectutem impendunt. Et multo minus ſi prius eſſent ad Epiſcopalem apicem ſublimati, quàm prima, Tonſura inſigniti. Non ſic docemur à primitiva Eccleſia quando Clauſtra Seminarium erant Epiſcoporum, ut diſſervimus ſupra *Ref.* 2. *per totam*. In quibus ab adoleſcentia Eccleſiaſtici Jugum Chriſti portare aſſueti, & ſacris quotidie miniſteriis inſtructi, ſub ſuperiorum obedientia, fidei myſteriorum, & ſacrarum diſciplinarum exercitatione imbuti, per omnem ætatem, ſuos dies in caſtris Domini militando tranſegerunt.

Quod

9 Quod à multis annis Sęcularis
Clerus in Urbe ſumma pietate im-
mitatus in perſpicuis domibus, aut
Collegiis convivens, illuſtrem edu-
cationem recipit, & ſummam eru-
ditionem in omnium diſciplinarum
genere ad Dei bonum conſequitur.
Et licèt electio digni præ di-
gniori ad Calumniam removen-
dam ſuſtineatur. *S. Th.2.2. qu.63.*
ar.2.ad 3. ibi -- *Quòd electio impu-*
gnari non poſſit in foro judiciali, ſuf-
10 *ficit eligere bonum, nec oportet eli-*
gere meliorem.. quia ſic omnis ele-
ctio poteſt habere Calumniam. Sed
quantum ad conſcientiam eligentis.
... Nota. *Neceſſe eſt eligere melio-*
rem, vel ſimpliciter, vel compara-
tivè ad bonum commune.
Nihilominus ſecundum fori
externi leges eligendi ſunt dignio-
res. Fagnan. *in Cap. cùm dilectus de*
conſuetudine cap.18., & Cap. licet
ergo 8.qu.1.cum Concordanoibus; de
quibus per Gloſ. in cap.2. verb.ſan-
ctiori de offic.Cuſtodis, & Lambert.
de jure Patronatus lib.2.par.1.q.10
*art.3.num.5.6.& 19.*ibi-- *Id tamen*
procedit poſtquam facta eſt electio,
quæ ex omiſſione dignioris non re-
ſtauratur. Sed ante electionem. No-
ta. *Omnia jura clamant, ut meliores*
11 *& ſanctiores eligantur; & ideò pec-*
cant. Nora: *contra juſtitiam diſtri-*
butivam, qui omiſſo digniori, di-
gnum eligunt. Ità commuuirer Do-
ctores *in cap. conſtitutis de appell.*
S.Thom.1.par.quæſt.63.art.2.ad 3.
Minor aurem principalis ar-
gumenti ſupra *num.2.* nempè, quòd
ille eſt melior, qui cæteris paribus,
ſeu æqualiter cum aliis retinet
omnes Dotes, & omnia requiſira:
& inſuper habet præfatum votum,
abundanter firmata remanet ex ha-
ctenus deductis ſupra, ubi demon-
ſtratum fuit, votum præfatum eſſe
eximium virtutis Religionis, & La-
triæ actum, augere meritum vo-
ventis, eumdemque meliorem red-
dere; imò magis aptum, & ido-
neum ad Eccleſias Regendas, &
aliquem non ex proprio motu, ſed
vocatum & coactum Epiſcopatum
ſuſcipere, eſſe Sanctorum merita
comparare. Obedientiam reputari
omnium virtutum matrem. *Reſ.12.*
num.106. omne bonum per ipſam
in melius commutari, ibidem. Vo-
luntatem per Votum magis magiſ-
que in bono firmari: *Praamb. 1.*
n.121., & ex voto operando, ſupra
omnem meriti menſuram erum-
pere, quod non contingeret, ſi vo-
tum non concurteret. *Praamb. 1.*
num.124., & Praamb.4.num.8. ſu-
periorem compellendum, ſi non
dat licentiam, quòd electus conſen-
tiat. *Praamb.4. num.10. ſeq.* jura- 12
mentum non acceptandi honores
ſpectare ad evangelica Conſilia.
Praamb.4. num.23. Unde votum,
non nocere, ſed juvare. *Praamb.4.*
num.22. Quia virtus virtuti non po-
teſt eſſe contraria, ut infra *num.18.*
Inſuper votum reddere digniotes,
& aptiores *Reſ.6.num.20., & Reſ.9.*
num.5. illoſque dici digniores, qui
ſe à dignitatibus retrahunt. *Reſ.15.*
num.112. & dignitates nolentibus
conferendas *Praamb.4. num.8.*, &
non petentibus, ſed fugienribus,
eſſe dandas, *Reſ.19.num.15., & 27.*
Adeoque ſi votum alicui addatur,
quando cum cæteris habet æquali-
ter omnia requiſita, ſine dubio me-
lior, magiſque Idoneus, & dignior
reputandus; Suarez Caſtropal. *cit.*
Reſ.6.num.20.& Praamb.4.num.8.
& per Superiorem dictam licentiam
votum habenti, ut licitè conſentiat
eſſe impertiendam, ad formam
Textus *in Cap. ſi Religioſus de elect.*
in 6. removendum ab ipſo conſen-
ſu quodcumque impedimentum;
quod ſibi voluntariè poſuit ad obe-
dientiæ meritum comparandum,
nè proprio motu, ſed more ſancto-

rum obedientia vocatus, & coactus
13 ad dignitates ſublimetur. Quod meritum ſuperior in magis idoneo impedire non debet, cùm juſtè merenti ex Juſtitia præmium non ſit denegandum, *ut Reſ. ſeq. num.* 27. *& Sanctus Thomas & alii*.

Virtus enim virtuti, ut modo diximus; non debet officere, ſed proficere. *S. Doct.* 2.2. *quæſt.* 89. *art.*7. *arg.*2. *& ut dicitur in prædicam.* Ariſtoteles 2. *top. cap.*3. *& in Cap. de oppoſitis tom.*1. Quandoquidem ex una parte Juſtitia poſcit, quòd melior efficiatur Epiſcopus;& ex altera Religio impedit, quòd votum habens non conſentiat, niſi tollatur impedimentum, vel legitima diſpenſatione, aut præcepto, aut alicujus obedientiæ coactionè, cujus eſt reddere magis meritoria
14 omnium virtutum opera, etiam Martyri S.Doct. 2.2. *qu.*104.*ar.*3. *in corp.* ibi .. *Undè etiam quacunque virtutum opera ex hoc meritoria ſunt, quia fiunt, ut obediatur voluntati divinæ, nam ſi quis etiam martyrium ſuſtineret, & omnia ſua pauperibus erogaret; niſi hoc ordinaret ad impletionem Divinæ voluntatis, quod rectè ad obedientiam pertinet, meritoria eſſe non poſſunt, ſicuti nec ſi fierent ſine charitate, quæ ſinè obedientia eſſe non poteſt.*

15 Sed non ſolùm Juſtitia poſcit, ut digniores eligantur; ſed hoc etiam exigunt Eccleſiæ bonum, & proximorum utilitas, ut diximus ſupra *Reſ.*11. *num.*13. *ſeq.* nam ſi magis digni remanerent impediti pro ſuſcipiendo Epiſcopatus onere, quomodo ex horum probitate poſſent oriri filii; aut quomodo magis probi, & idonei Eccleſiæ parturienti ſuccurrere poſſent? Auguſtinus *epiſt.*18. *tom.*2. ibi .. *Neque otium veſtrum neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis, cui parturienti, ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini, non inveneretis*. Igitur ſemper dignior præ cæteris erit ſublimandus.

Inſuper ad hoc, ut electus
proprio motu in dignitates non feratur, votum cohibet, & obedientia remedium offert, quod eſt, ut ſaltem ex ſolo virtuali præcepto conſenſus exhibeatur. Quod præceptum, cùm veriſſimè conſiſtat in intimatione electionis, ut fusè perctractavimus ſupra *Reſ.* 15. Indè optimè emergit, quòd cùm Pontifex habeat indiſpenſabilem obligationem, eligendi meliorem, & illum, qui cæteris patribus habet etiã votum; ſic irremiſſibiliter obligatur, præfatam intimationem facere, ut dignior aſcendat ad Epiſcopatum. 16

An autem in caſu, quo melior
electus, atque formiter de mandato Papæ intimatus, nec non hujuſmodi virtuali, ſeù tacito præcepto compulſus, non vellet acceptare, & conſenſum præbere, ex eo, quia exiſtimat ex obligatione ſui Voti non poſſe conſentire; niſi veniat coactus rigoroſo præcepto, ut de patribus ſocietatis dictum eſt ſupra. *Praa.*1.*n.*107. *B. ſeq.* aut niſi ſuper illo legittimè ſe videat diſpenſatum; An inquam debeat Pontifex, aut rigorosè præcipere aut diſpenſare, utpote ille, qui tenetur aggredi omnia media, quæ in ſua ſunt poteſtate ex juſtitia, & communi Eccleſiæ bono, & Diviui judicii interminatione, ſecundum jura ſupra diſcuſſa. Quòad primum dicimus, latè nos diſſerturos in ultima reſolutione: quoad ſecundum verò, in ſequenti deciſionem allaturos. 17

Licèt prò nunc videretur,
quòd Pontifex deberet erumpere in 17
rigoroſum præceptum, quando
aliunde expediret, & aliud non a
obſtaret; ea potiſſima ratione, quia quando id, quod eſt impedimentum ad conſenſum præſtan-

dum,

dum, non eſt delictum, ſed Heroicus virtutis Religionis, & Latriæ actus, qui non debet officere, ſed juvare; cùm meritum augeat, ut dictum eſt ſupra *num.* 11. tunc Prælatus, in cujus etiam obſequium revertitur, & redundat obedientia, Tenetur mediante præfato formali præcepto, aut diſpenſatione tollere impedimentum. Sicut enim juramenrum eſt præſidium virtutis, & non poteſt eſſe vinculum iniquitatis. Abb. *de jure jur. Cap. quanto num.* 1. & communiter Doctores, ut ad illicita tendat, aut in alterum damnum cauſet; aut contra commune bonum obliget; & conſtringat. Sanctus Doctor 2.2. *qu.*4. quaſi per totam; Ita præfatum votum, quando requirit rigoroſum præceptum, non debet reſultare in damnum, & detrimentnm communis boni, atque virtutis ipſius voventis. Profectò licèt perſona prlvata liberè vovendo ſanctè, & ſincerè ſe ſpoliet omnium dignitatum prætenſione, & affectu, ut nulla prorſus cauſari debeat triſtitia, ſi ad præfecturas non evehatur: Cùm potius amet otium ſupernæ contemplationis, & ſtudium Cæleſtis veritatis, quàm ad dignitates aſcendere. Nihilominùs reſpectu fidelium communitatis votum illud irrogare non debet injuriam & damnum, ut modo ſupra ex Auguſtino recepimus; etenim votum redderetur odioſum, ſi ejus prætexru Superiores, nolentes rigoroſè præcipere, ſeverè nimis ſe gererent in nolendo promovere votum habentes ad dignitates.

18 Qua propter tum amor virtutis, tum æquitas juſtitiæ poſtulat, ut Prælati cum habentibus votum, ſi cæteris paribus digniores exiſtant, magis faciles, & inclinati propendeant, quàm ſi tale votum non haberent; adhibendo in favorem ipſorum omnia media, ut conſenſum præſtent; & dignior, ac melior in Eccleſia ad dignitates exaltatus remaneat. Dixi omnia media, vel de præcepto rigoroſo, ſi aliundè expediat, & nihil obſter, ut dicemus *Reſ.ultima*, vel de benigna diſpenſatione.

19 Nec dubitandum, bonum communitatis eſſe, quòd privati ac digni homines ſine ulla Prælati reſiſtentia promoveantur. Quia in inſignioribus, & antiquioribus Religionibus experimur; inter hominum Illuſtrium memorias recenſeri, ac deſcribi, ad Religionis ſplendorem manifeſtandum, qui ad Eccleſiaſticas dignitates fuerunt exaltati in ſingulare ipſorum meritorum, & virtutum argumentum, & ut eorumdem exemplo boni fiant meliores, & de ſæculo ad Religionem provocentur, non intentione dignitates conſequendi; ſed talia virtutum opera proſecuturi, quibus ſe dignos reddant. Sanctus Doctor *loc.cit.qu.*185.*art.*1. *in corpore* ibi. *Poteſt tamen abſque præſumptione quilibet talia operæ facere, ſi eum contingeret in tali officio eſſe, vel etiam ſe eſſe dignum ad talia opera exequenda; ita quod opus bonum cadat ſub deſiderio, non autem primatus dignitatis.* Ita per maximæ utilitatis erit ad Chriſtianæ Reipublicæ inſerviendum, ut magis digni promoveantur.

20 Tandem cùm electio alicujus ad Epiſcopatum, ſuppoſita perſonæ idoneitate; præmittat meritum ejuſdem. Votum, quod meritum auget, & meliores, atque magis aptos, & idoneos ad dignirates; & Eccleſiaſtica officia reddit, ut dictum eſt ſupra, Injuſtiria eſſet, ſi Superior electionem factam de digniori, faciat remanere impeditam, quatenus ſpernit, & non vult adhi-

bere omnia media, quæ in ſuis manibus habet, ut electus conſentiat. Tantò magis quia electio, quantum eſt dc ſe tribuit electo aliquod jus, ut dicemus infra, *& Reſ.22. num.48. & ſupra num.12. Reſ.15. num.265.*, quod ſi ſuum non ſortiatur effectum, quia votum impedit, attamen quia votum ex ſua virtute eſt talis naturæ, ut exuat voventem ſua libertate conſentiendi, & ſuo loco ſubroget voluntatem Superioris *d.Cap.ſi Religioſus de elect.in 6.*, Injuſtitiam faceret Superior, ſi non ſuppleret per ſuam voluntatẽ præcipiendo, vel diſpenſando, quando in vovente omnia requiſita ad Prælaturam concurrunt. Et induceretur ſcandalũ, ſi facta electione concurrente dignitate perſonæ, ſinè ullo demerito rejiceretur, quia Superior non vult præcipere, nec diſpenſare. Cùm tale præceptum ſpecialiter requiſitum fuerit à vovente, ut ſibi in majus meritum cederet, conſentiendo ex *obedientia coactus*; & non ex proprio appetitu, & affectu; ad quem motum vitandum, votum præmiſit: & hoc totum militat, in caſu, quod etiam conſenſus in nominationem excludatur per votum, de quo infra.

20 A Regula igitur eſſe debet, quòd quando impedimentum ad dignitates non eſt ex contrario genio, & inclinatione ad illas, ut explicabimus infra *Reſ.21.§.1.per tot. & ſpecialiter n.44.ſeq.*, ſed verè volitũ, & purè voluntarium, inductum ſolummodò liberè ex motivo virtutis ſe à dignitatibus elongandi. Tunc rigoroſum præceptum non videtur remedium injurioſum, & violentum voventi, ut dignitates acceptet, quia tale remedium eſt illi voluntarium, in quantum illud approbavit, & non recuſavit in actu ipſo, in quo dictum votum emiſit, de non acceptando dignitates, niſi coactus rigoroſo præcepto. Undè dum illam coactionem per votum voluntarium & ex motivo virtutis non excluſit, ſed permiſit, & voluit; ità dicta coactio per præceptum eſt ipſi voventi volita, & voluntaria.

Quod magis declaratur, nam ſicuti votum excludit conſenſum in dignitates, ità particula *niſi* voluntariè excipit, & reſervat conſenſus ex dicto præcepto. Eſt enim exceptiva. *L.1. §.Idem Pompo.ff.de dot.* vovens enim reſpectu præcepti non poteſt eſſe invitus, ſed eſt verè voluntarius. Quia præceptum non excludit, ſed promittit illi obedire. Exceptiones enim omnes, quę fiunt, voluntariè fiunt. Ex juribus allegandis. Et particula *niſi*, ut modo dixi, voluntariè excipit à communi Regula. 20 b

Et omnia jura pro hac veritate decertant: nam exceptio eſt actio voluntaria excipientis, ut conſtat ex terminis, & ſupponunt, & ſentiunt communiter omnes juris periti, ubi de exceptionibus ſecundum jura pertractant. Nam excipere nominatim idem eſt ac voluntariè ponere ſeparatim. *L.ob quæ vitia §.Animi ff.de adil. edic.* Inſuper exceptio eſt cautio, ſeu voluntaria pactio. *L.3.de reſcind.vendit.l.pacta conſueta 72. ff. de contr. emp.* Item exceptum non cenſetur in voluntario contractu, quod non apparet. *L.in lege fundi ff.de contrabend. empt.* & ſic de infinitis caſibus loquuntur jura. Exceptio igitur eſt actio voluntaria, qua à communi lege ſub contraria diſpoſitione ſeparatur & excipitur aliquis particularis caſus, firmando regulam in contrarium. *L.quæſitum 8. denique ff.de fund. Inſtr.* Sic votum de non ambiendo eſt communis lex; prohibens univerſaliter conſenſum voventis in dignitates; præterquam 20 c

in caſu præcepti, quod clarè oſtendit particula *niſi*, quæ eſt exceptiva ut dictum eſt, adeoque præceptum à vovente non rejicitur, nec reprobatur, nec eſt illi inviſum, injurioſũ, grave & odioſum: ſed potius volitum, & admiſſum, & expreſsè nominatum, adeoque non eſt voventi cõtrarium, ſed conforme ad exeundum in voluntarium conſenſum pro dignitatibus conſequendis. Si ergo præceptũ eſt volitũ, Papa non cogit voventem ad conſentiendum coactione injurioſa, ſed coactione ab ipſomet volita ex ipſomet motivo virtutis, ut eruditiſſimus Jo. Chryſoſtomus Scarfò Acad.Sac. *dub.16. num.5. doctè notavit*, ex quo ipſum votum prodiit, & ita quicumque malus exitus, qui evenire poſſet, non cogenti, ſed voventi eſſet imputandus. Sicuti ſi econtra contingeret, quod Papa cogeret formali præcepto nolentem, invitum, inhabilem, contrariæ inclinationis, & genii, & votum non habentem, tunc verè malus exitus imputaretur cogenti.

Qua propter videtur, quòd
20 f Pontifex ex pluribus fortiſſimis motivis debeat præcipere voventibus ſub pœna mortalis, aut venialis, juxta eorum Voti exigentiam, ut dignitates, ad quas ſublimantur acceptent. Primò quia cùm tale præceptum ſit ab ipſis voventibus volitum: & coactio per præceptum inferenda, ſit ab iiſdem per idem votum poſtulata, non videtur fieri injuria voventibus, ſi illis dictum præceptum imponatur, cùm volenti injuria non fiat, nec malus exitus erit imputandus cogenti, quia Papa non cogit contra voluntatem coacti. Secundò ex juſtitia, quia cùm votum, cæteris paribus, meliorem reddat: & electionem melioris omittere Canones, & Tridentinum non tolerent, ut uberrimè allegavimus *ſupra num.5. & ſeq. & dicemus Reſ.22. num.61.* Sic etiam videtur quòd Pontifex debeat præcipere. Tertiò ex charitatis zelo, quia coactio ex præcepto etiam rigoroſo, cùm ſolùm prodeat ex motivo eximiæ virtutis, & ſit liberè volita à vovente, ita ſi Papa cogat nullum debet admittere ſcrupulum, imo eſſe cauſam majoris meriti exiſtimandum venit. Præceptum enim, ut pluries diximus, non eſt inviſum & odioſum voventibus, nec contra illud voventes indignantur, ſed potius præceptum per votum poſtulant, illudque ſibi gratum fore oſtendunt, tum quia à periculo conſentiendi ex ambitioſo affectu, & ex proprio motu liberat, & præſervat. Tum quia admodum virtutis meritum auget. Unde non admiremur, ſi Patres ſocietatis, ad dignitates promoti rigoroſum juxta eorum voti exigentiam, voluerint expectare coactionis præceptum. Quia talis coactio erat illis cum uſura ingentis meriti voluntaria & virtuoſa.

Nec retardat Damiani Caſus, 20 g
qui ſuum Benefactorem Eugenium perſecutorem vocavit, *de quo Reſolut.25. num.50.* & Epiſcopatum ipſi non fuiſſe Canonicè collatum conqueſtus eſt: quia ipſum Pontifex rigoroſo impetiit præcepto. Nam ratio in contrarium convincit. Profectò Damianus non habebat noſtrum votum de non conſentiendo in dignitates, niſi coactus præcepto, adeoque talis coactio non poterat illi ex hoc capite eſſe voluntaria; ſed ſemper inviſa & odioſa extitit. Secundò quia Cardinalitia dignitas inter Aulę & ſæculi rumores pugnabat contemplationi, & ſolitudini ab adoleſcentia peractis. Cujus vitæ ratio, cùm Damianum meliorem cæteris paribus conſtituiſſet, Eugenius

jux-

juxta Canones incedens & commotus, præcepto Damianùm, uti meliorem ut dignitates ſuſciperet, compulſavit.

20 Unde non videtur rationi conſonum, quod Pontifex illis, qui
h votum habent deneget præcipere, illoſque cogere, ut dignitates acceptent; cùm illis præceptum ſit volitum, ejuſque coactio: ſed potius debet promptè, alacriter, & expeditè, hoc eſt, pedem retentum liberare, ut ait Donatus, & facit Textus *in* §. *Item pretium. Inſtitut. de emp.& vend.* omnemque moram rumpere, & præceptum imponere, & coactionem inferre, tanquam ex ſolo virtutis amore illam deſiderantibus; quod non militat reſpectu illorum, qui dictum votum non habent, aut contrariæ inclinationis exiſtunt.

21 Nec eſt præſumendum, quòd qui votum emiſerunt, ſacrilegè in procuratione dignitatum ſe ingerant: cùm nemo præſumendus ſit malus, niſi evidenter probetur. *Cap. fin. de præſum. l. merito ff. pro ſocio l. eum pater* §. *Rogo ff. de legat.*

22 Nec retardari poterit Superior à diſpenſando tacitè, vel expreſsè cum votum habente, ut licitè conſentire valeat ex ſcrupulo, ſeù prætextu, quod ſi aliàs electus ad Epiſcopatum non eſſet idoneus imputandum eſſet Superiori, quod ad Epiſcopatum coegiſſet indignum; & ipſe eſſet rationem redditurus de omni malo futuro eventu. Trid. *ſupra cit. hic num.* 7. Reſpondemus enim, quòd hoc inconveniens ad ſummum evenire poſſet contra Superiorem eligentem, quando iſte rigoroſo præcepto ſub pœna mortalis ſacrilegii nimis anguſtiaret, & coerceret electum, ut contra ſuam indolem inclinationem, & repugnantiam in conſenſum deſcenderet, tunc præſumi poſſet; quòd malus exitus imputandus eſſet cogenti, ut diximus ſupra *Reſolut.* 15. *num.* ... & latius differemus *reſolut. ult.* ſed admiſſo, quòd rigoroſum præceptum non conveniat, non ſic evenire poſſet, ſi Superior ſolummodo diſpenſandi medium applicaret renuenti ex voto ſuæ electioni conſentire. Quia cùm ſupra ſua voti obligatione diſpenſatus in ſuam redeat libertatem, ſi conſentiat, tunc malus exitus non eligenti, ſed electo erit imputandus.

23 Nam præmiſſa conſueta, juxta Canones perſonæ diſcuſſione de vita, & moribus, cæteriſque requiſitis ad formam Trid. *relati hic ſupra num.* 7. 8. ſi promovendus reperiatur idoneus, non minus cautus, & inculpabilis redditur Superior in diſpenſando, ut taliter idoneus repertus, non obſtante ſuo voto conſentiat, quàm ſi in eligendo, quem idoneum invenerit, votum non habentem præſeferret. Hinc in caſu, quò promovendus, ſivè votum emiſerit, ſivè non: habeat aliquod impedimentum occultum; tenetur ipſe promovendus illud, vel removere, vel manifeſtare; nam ſi eſſet homo, qui haberet internum propoſitum peccandi, hoc cùm ſit in ſua poteſtate deſerere, tenetur ſe emendare. Sanctus Thom. 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 2. *ad ſecundum*. *Hoc autem impedimentum, quandoque removeri poteſt per ipſummet, cui paſtoralis cura injungitur, puta ſi habet propoſitum peccandi, quod poteſt deſerere, & per hoc non excuſatur, quin finaliter non teneatur obedire Prælato injungenti.*

24 Si autem promovendus non poſſet de ſe tollere impedimentum, quod habet, ſed ſolus Prælatus illud removere valeat; tunc tenetur illud manifeſtare. Sanctus Doctor *loc. cit.* ibi .. *Quando verò impedi-*

men-

mentum, ex quo ſit et illicitum paſtorale officium, non poſſet ipſe removere, ſed Prælatus, qui injungit; puta ſi ſit irregularis, vel excommunicatus, & tunc debet defectum ſuum Prælato injungenti oſtendere. Qui ſi impedimentum removere voluerit, tenetur humiliter obedire. Etenim, licèt quando agitur ad vindictam delicti nemo teneatur ſe prodere, aut propriam fateri turpitudinem. Guttierez *lib. primò Canonic.cap.*2. Diana, Suarez, & alii relati à Gibalino *de Cenſur.fol.96. confect.6.*tamen ſi agatur de evitando peccato, aut de evertendo damno, tenetur Superiori delictum, & defectum occultum manifeſtare, & diſpenſationem petere, ſi jam electus fuerit. Samuelius *de election. tract.*8. *diſp.6. controv.3.* Peyrinus de Prælat. *quæſt.2.cap.5.num.*128. Caſtropal. *tom.6. de cenſur.diſp.6. punct.3. gloſſ. in Cap.non potuit de renunciat.: Et qui tacuerit deſponendus erit. Cap. ex pœnitentibus* 50.*diſt.*

25 Si verò impedimentum non poſſit removeri, nec per ipſum, nec per Prælatum, tunc promovendus tenetur ſe excuſare, & non conſentire, nec obedire. Sanctus Thom. *loc. cit.* ibi.. *Quandoque verò non poteſt removeri impedimentum, nec per injungentem, nec per eum, cui injungitur, ſicuti ſi Archiepiſcopus non poſſit ſuper irregularitate diſpenſare. Unde ſubditus non tenetur ei obedire ad ſuſcipiendum Epiſcopatum.* Et ita dicendum reſpectivè de aliis impedimentis; quapropter hæc res, eſt adeo liquida, & per Doctorem Angelicum declarata, ut in Superiore nullus ſcrupulus inſurgere poſſit in promovendo perſonas ad dignitates.

26 Supra expoſitæ rationes à *num.*12. *& ſeq.* videntur efficaciter procedere ad probandum, quòd facta per Superiorem electione de meliori præ omnibus aliis ad aliquam concurrentibus dignitatem. ponderato etiam ſpeciali merito illius, qui dictum votum profitetur, cæteris paribus, ſemper is eſt melior, & dignior, atque magis aptus & idoneus ad Eccleſias regendas, & ſic Superior tenetur talem eligere, & manus dare ad congrua media, ut acceptet, & conſentiat.

An autē inter hujuſmodi media debeat quoque Superior aſſumere illud de rigoroſo præcepto: præter ea, quæ modo diximus latius judicium reſervamus faciendum in ultima Reſolutione. Nunc ſatis per ſupra expoſitas rationes probatum remanere credimus, quòd facta electione de meliori, Superior durante tali conceptu, tenetur illam formiter intimare electo, ut conſentiat. Quæ intimatio non ſolùm habet vim notificandi perſonæ, quòd fuerit electa, ſed etiam manifeſtandi Superioris voluntatem, quòd ipſa conſentiat, ex juribus ſupra allegatis. *Reſ.*15.quæ Superioris voluntas virtuali præcepto optimè æquivalet, & cogere demonſtravimus ſupra dicta *Reſolut.*15.*num.*52.

Sed quod Pontifex debeat aſſumere medium ſuper præfato voto diſpenſandi *Reſol. ſequenti, quæ erit* 19.*uberrimè oſtendemus*. Et ſit.

RESOLUTIO XIX.

Summus Pontifex quacunque ratione recuſans rigoroſè præcipere votum habenti, ut conſentiat, & dignitatem acceptet; Adhuc remanet ex juſtitia obligatus, ut cum illo diſpenſet. Dummodo votum habens præ cæteris concurrentibus ſit magis idoneus, & Dignus.

SUMMARIUM.

1 *Explicatur Titulus.*
2 *Pontifex debet cogere rigoroſo præcepto electum conſentire, niſi aliqua ratione repugnet.*
5 *Quis obligatus ad finem tenetur adhibere media.*
6 *An Superior teneatur rigoroſè præcipere aut diſpenſare.*
7 *Natura rei non cognoſcitur niſi per diſtinctionem.*
8 *Quid ſit diſpenſatio.*
Cauſæ licitè diſpenſandi, quæ ſint 10. *ibid.*
Datur commune bonum. ibid.
9 *Charitas poſcit, ut exponamur proximorum utilitati.*
Charitas eſt non recuſare juſtitiæ labores. ibid.
Commune bonum prævalet privato. ibid.
Publica utilitas, neque per privilegium vacillare debet. ibid.
10 *Paſcere Chriſti Oves pertinet ad commune bonum.*
Præcipuè Cauſa ad diſpenſandum. 8. *ibid.*
11 *Pontifex tenetur reſtituere voventem in ſuam priſtinam libertatem.*
Eccleſia non eſt privanda perſonarum idonearum copia. ibid.
12 *Superior tenetur removere impedimentum quantum poteſt, ut melior ſit Epiſcopus.*
13 *Hoc conſequens nulla ratione negari poteſt. Nec illativè, neque ut conſonat, neque ut ſe conformet.*
15 *Secundum Gregorium dignitates non dantur petentibus; ſed fugientibus, imò & nolentibus.* 27.
16 *Qui tenetur ad finem, media ducentia ad illum negligere prohibetur.*
Finis in qualibet obligatione attentè inſpiciendum. ibid.
Fine permiſſo, permittuntur omnia, per quæ ducimur ad illum. ibid.
Excluſus à medio, excluditur à fine. ibid.
17 *Facultas eligendi non debet eſſe fruſtranea.*
18 *Cui injungitur finis, injunguntur media.*
Cui conceditur hauſtus ad fontem, conceditur quoque acceſſus ad illum. ibid.
20 *In omni materia antecedens clauditur in conceſſione conſe-*

ſe-

ſequentis.
Inducitur etiam tacita diſpenſatio. ibid.
25 *Prælatus non tenetur removere impedimenta, niſi in quantum voluerit*. S. Doct.
26 *Prælatus impedimenta, ex delicto non tenetur removere*. S. Doct.
27 *Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum.*
Virtus ſternit viam ad meritum. ibid.
Votum eſt Latriæ actus, omnem dignitatem & meritum auget. ibid.
Dignitas deſiderat fugientes ex Chriſoſt. 15. *ibid.*
Deus non obliviſcitur operis noſtri. ibid.
31 *Duplex eſt neceſſitas, quàm habet Eccleſia de miniſtris: una quoad eorum qualitates; & ſpeciem; altera quoad numerum.*
35 *Primam indigentiam, & neceſſitatem docet Auguſtinus.*
36 *Pontifex poteſt licitè diſpenſare cum votum habentibus, ut conſentiant, etiam extra caſum numericæ neceſſitatis Eccleſiæ.*
37 *Quando cauſa eſt juſta Pontifex tenetur diſpenſare.*
38 *Evidens meritum eſt cauſa diſpenſandi.*
39 *Honor Dei eſt electio optimi.*
40 *Qui recuſant inſervire Eccleſiæ repræhenduntur.*
41 *Votum habens tenetur inſervire Eccleſiæ, & acceptare Epiſcopatum, etiam nullo impoſito præcepto*. Suarez.
42 *Votum non debet reddi odioſum, & reſtrictivum authoritatis Papæ, ut non eligat digniorem.*
43 *Neceſſitas ſpecifica Eccleſiæ eſt ſufficiens Cauſa ad licitè diſpenſandum.*
44 *Quò digniores ſunt plures, eò perfectiori modo providetur Eccleſiæ.*
45 *Neceſſitas numerica non indiget diſpenſari in voto.*
Solutio non datur, ubi vinculum non ligat. ibid.
Non poteſt ſolvi, qui non eſt ligatus. ibid.
In voto invalido ad Cautbelam diſpenſatur. ibid.
46 *In duobus Caſibus noſtrum votum ceſſat.*
47 *Votum eſſet nullum, ſi vovens intenderet non obedire prælato conſenſum præcipienti.*
48 *Prima neceſſitas reddit votum licitum, ſed diſpenſabile.*
Secunda neceſſitas reddit votum nullum.

AD tituli claritatem, cùm certum ſit, Summum Pontificem teneri, ad Epiſcopatum eligere, & promovere ſolummodò meliorem. Inde videtur ſequi, etiam obligationem habere, adhibendi omnia media, ut melior electus conſentiat, & acceptet; Præcipuè ſi ipſe electus habeat votum de non conſentiendo in dignitates, niſi coactus rigoroſo præcepto. 1

In caſu autem, in quo hujuſmodi voto quò ad ejus obligationem ſatisfieri, aut ipſum removeri, aut relaxari non poſſit, niſi vel per rigoroſum præceptum, aut per Canonicam diſpenſationem; Tunc Titulus reſolvit, Pontificem obligari, non ſolùm meliorem eligere, ſed etiam per rigoroſum præceptum cogere, ut conſentiat; hoc tamen in caſu, quò aliqua ratione expediret, vel non repugnaret. 2

Et quatenus Pontifex nollet quacumque ratione dictum præceptum infringere, tunc teneri ſaltem 3

per diſpenſationem voventis obligationem relaxare, ut hoc pacto ab electo, pro conſenſu legitimo præſtando, quodcumque removeatur impedimentum.

4 Sed in caſu, quo votum rigoroſum præceptum ex neceſſitate non poſtularet, ſed ſatis eſſet præceptum virtuale, & quæcumque coactio, *ut Reſol.* 15. diſſeruimus: & nihilominus electus nollet conſentire, Tunc cùm defectus conſenſus ſolùm imputandus eſſet electo, non refunderetur in Pontificem, ſi Præceptum rigoroſum in locum taciti non ſubrogaret, ex rationibus adducendis *reſ. ultima*.

5 Tituli autem concluſio luculentiſſimè, & abundanter in probationes effuſa, firmata remanet *reſ. antecedente per tot.* ex qua ſolide reſultat, ſuperiorem teneri ſub pœna mortalis peccati, & ex juſtitia, & ex omnibus conclamantibus juribus humanis, & divinis, ad Eccleſiaſticas dignitates meliorem eligere, atque digniorem; & ad hunc majoris dignitatis, & idoneitatis effectum enixè conſpirare noſtrum votum, de non procurando, & non conſentiendo in illas; niſi ex coactione obedientiæ, aut rigoroſo præcepto. Ideoque ut dixi Superiorem, ut melior per ipſum Epiſcopus efficiatur, ſeù, ut in Epiſcopi munus aliquis ſublimetur, teneri adhibete, & manus dare ad omnia licita media, quæ in ſua ſunt poteſtate, & ſinè quibus præfatus finis obtineri non poteſt. *Cap. propterea de offic. delegati*. Media inquam tam de rigoroſo præcepto, niſi hoc aliundè obſtet, quàm de Canonica diſpenſatione, & eſſe de medio rollenda ab electo ſingula impedimenta, quæ ipſum retardare poſſunt à conſenſu præſtando, & ad officium acceptandum.

6 Undè an Superior teneatur rigoroſè præcipere abſolutè. Credo quòd non. Sed de hoc nos in amplũ diffuſi ſermonem Reſolutione ultima, quid ſentiendum ſit decidemus. An verò Superior diſpenſare teneatur. Titulus hujus reſolutionis affirmat; & ratio modo adducta, & allata fundamenta in antecedente reſolutione convincunt, nullumque poſt ſe dubium relinquere exiſtimamus.

7 Sed ut aliquid de diſpenſatione, faciens ad præſentem Cauſam, noſtrumque propoſitum attingamus, quo ejus cognoſcamus naturam; ejuſdem definitionem aggredi admonent jura. *Gloſſ. in 6. omnis definitio ff. de reg. juris*.

8 Et quidem diſpenſatio præter dicta ſupra *Reſ.* 15. *num.* 100. *litt. I.*, & 268. eſt abſoluta voti condonatio nomine Dei facta. Suarez *lib. 6. cap.* 17. Bonac. *punct.* 7. *num.* 24. Laiman. *cap.* 8. *num.* 5., & communiter Doctores, & regulariter loquendo ad illam licitè impetrandam, præcipuè in noſtro caſu, requiritur juxta cauſa, quæ inter alias eſt commune Eccleſiæ bonum, & publica populorum utilitas. Doctores citati. Et dari commune bonum explicat Accurtius *l. 1. ff. de uſur., & uſu cap.*

9 Sed charitas poſcit, ut nos metipſos exponamus proximorum utilitati. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 2. *in corp.* ibi .. *Quia repugnat charitati proximorum, quorum utilitati aliquis ſe debet exponere pro loco, & tempore*. Et charitatis eſt non recuſare juſtitiæ labores. Auguſt. *cap.* 19. *de Civit. Dei* ibi .. *Negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis*. Et commune bonum privatæ prævalet utilitati. Sanctus Thomas *cit. ad primum* ibi .. *Bonum multitudinis præferendum eſt bono unius*. Et concordat Textus *in Cap. ſcias, & Cap. mutatio.*

tiones 7.qu.1., ubi plurimorum utilitas præponderanda eſt utilitati paucorum; & publica præfertur privatæ. *Cap. ex parte in fin. de Cler. ægrot.*, & Abbas *in Cap. tua nos num.4. eodem tit.* Quæ poblica utilitas neque per privilegium vacillare debet. *L.2. C. de privileg. ſcholarum lib.12.*

10 Paſcere autem Chriſti oves ad commune bonum, & Eccleſiæ utilitatem pertinet, atque Dei dilectionem. Auguſtinus *cit.* ibi.. *Neque otium veſtrum neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis. Præſertim, quia hoc ipſum ad dilectionem Dei pertinet, quòd aliquis ovibus Chriſti curam paſtoralē impendat.* Quę omnia ſunt per ſe nota, & præcipuè cauſæ ad diſpenſandum, ad Textum *in Cap. unico conſuetudinem de Cleric. non reſidentibus lib.6. verſ. utilitas & Cap. expoſuiſti de præben.* in quibus Eccleſiæ utilitas diſpenſationem inducit.

11 Undè ſine dubio dicendum, quòd concurrente juxta cauſa, Pontifex ex juſtitia tenetur diſpenſare ſuper voti impedimento cum digniori reperto, ut efficiatur Epiſcopus, & conſenſum præſtet: adeoque voti impedimentum de medio tollere, & reſtituere voventem in ſuam priſtinam libertatem, ut valeat licitè præſtare conſenſum in ſui electionem ad Prælaturas, & dignitates, illaſque acceptet; & hoc, præter alias hucuſque expoſitas, ob illam validam rationem, nè Eccleſia, quæ pro ſuo ſervitio gaudet perſonarum idonearum copioſo numero, atque pluralitate, ſublatis perſonis magis idoneis voto ligatis; ad non conſentiendum in earum electionem, diminuatur earumdem copia, & Eccleſia defraudetur; & eadem injuria fieret Populo, & Prælatis, ſi non poſſent liberè ſe extendere, ad obtinendum quamcumque idoneam perſonam, quia illas votum impedit conſentire. Quandoquidem votum ut diximus *Reſ. antecedente*, nè reddatur odioſum, non eſt Inſtitutum ad impediendum commune bonum, & in præjudicium aliorum; ſed ſolùm ad reſtringendum, refrænandum, & cohibendum arbitrium voventis, nè in ordine ad Prælaturas proprio motu, & appetitu feratur; ſed ſecundum virtutem, & ad inſtar ſanctorum, qui ſolùm coacti dignitatibus ſuccubuerunt, ut latè diſſeruimus *Reſol. antecedente*.

12 Cæterum ſi Superior tenetur ex juſtitia eligere digniorem, tenetur etiam ex juſtitia removere impedimentum, quod qui eſt dignior contraxit ex voto libere facto, & ex ſua virtute. Nam ipſum digniorem non poſſe de ſe licitè conſentire, eſt effectus virtutis, proveniens à majori ſua perfectione, per voti perfectionem acquiſita. Unde irrefragabile *conſequens eſt*, quòd ſi Superior tenetur ex juſtitia conari, quòd dignior efficiatur Epiſcopus; tenetur etiam tollere impedimentum, quantum poteſt, vel rigoroſè præcipiendo niſi repugnet, vel ſaltem diſpenſando, ut electus acceptet, & conſentiat: Jo. Chryſoſtomus Scarfò Acad. Sac. *dub. 17. num.2.*

13 Hoc conſequens nulla via negari poterit. Nam vel ſequitur illativè, & argumentando, & eſt rectum; ad Textum *in l. ſi verò plures §. Hoc edictum ff. de his, qui dejecerint vel effuder.*

Vel conſonat æquitati, & rationi, & conveniens eſt. Ad Textum *in l. ſanè ff. de jure dot.*

Vel eſt quid ſimile, & conforme ad antecedens; & non eſt rejiciendum ad Textum *in §. eſt, & aliud verſ. ſed nos inſtit. de donat.* Undè præfatum conſequens quocum-

cumque modo ſecundum jura inſpectum, non videtur denegandum. Quia ſecundum allegatos Textus ex illo antecedenti ſequitur primo illativè. Secundò ur conſonans æquitati, & rationi. Tertiò ut eſt quid ſimile, & conforme ad dictum antecedens.

Quæ omnia clarè apparent ex illis potiſſimis rationibus. Primò quia in illo antecedente Superior abſolutè renetur ex juſtitia eligere meliorem. Inter meliores autem contineri etiam poteſt ille, qui ex Voto majorem dignitatem accipit, & liberè ex proprio affectu conſentiendi in dignitates impedimentum ſortitur. Ergo Superior tenetur etiam eligere eum, qui dictum votum habet, & dictum impedimentum conſentiendi incurrit. Quod in voventis maximam revertitur perfectionem; Atque digniorem reddit, ut præ cunctis præmoveatur.

15 Secundò quia Superior tenetur eligere meliorem, ergo tenetur eligere intuitu illarum qualiratum, per quas quis redditur melior. Sed inter hujuſmodi qualitates, præcipua, & potior eſt illa, qua ſecundum Gregorium quis dignitates fugere promittit; cùm non deſiderantibus, ſed ſolùm fugientibus ſint diſpenſandæ. Imò, & nolentibus *Cap. in ſcripturis veſtris* 8. *qu.*1. *de quo fusè Præamb.*4. Ergo ſi Superior tenetur eligere meliorem, multò magis tenetur eligere ad dignirates nolentem ex voto. Adeoque Superior tenetur facere, quòd qui ſic votum habet efficiatur Epiſcopus.

Tertiò ſuadetur hoc magis. Quia qui tenetur ad finem, media ducentia ad illum negligere prohibetur, ad dictum Textum *in Cap. propterea de offic.delegati*; & finis in qualibet obligatione attentè inſpiciendus S. Th. 2.2. *qu.*185. *art.*5. Campeg. de reſidentia Epiſcoporum *num.*2. Et fine permiſſo, permittuntur omnia, per quæ pervenitur ad illum. Er excluſus à medio, excluditur à fine. Innoc.III. Epiſcopo Senonen. *Cap. per tuas verb. verum*. Et notat Butrius *num.*8. Marianus Soccin *in 6.notab.*, & conſonat dictus Textus *in cap. propterea de offic.deleg. & non diſſimilis habetur in l. ad legat.*, *& in l. ad rem mobilem ff. de Procurat*. Undè ſi finis eſt attendendus, & omne medium permittitur, & conceditur ad illum aſſequendum, ſequitur, quòd nè conſenſus dignioris impediatur per votum, diſpenſationis medium per Superiorem applicetur.

Alioquin facuſtas, & obliga- 17
tio eligendi meliorem eſſet fruſtranea, ut in Re ſimili inquit Butrius hìc in primo notabili; *Excluſus à medio juriſdictionis delativo. Excluditur à fine juriſdictionis deferenda*. Pro quo facit optima *Gloſſ.in Clement.Religioſus in verb. ſuſtinere de Procur.*, & per conſequens Superior non teneretur ſemper eligere meliorem.

Quartò cui injungitur finis, 18
puta de promovendo meliori ſunt, ut modo diximus injuncta omnia media, quæ neceſſaria ſunt ad illum. *L. ad rem mobilem*, *& L. ad legatum ff. de procur.* ſicuti. Cui conceditur hauſtus ad fontem, conceditur quoque acceſſus ad illum. *L.*3. *§.Final. de ſervit. ruſtic. prædiorum*. Et cui relictum eſt Horreum, ad quod erat tranſitus per Domum; videtur etiam conceſſus tranſitus per illam ad illud *L. olimpico ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* Igitur ſi Superiori in omni promotione ab ipſo facienda, ſub pœna mortalis peccati, & ex juſtitia injungitur finis, & obligatio de me-

lliori eligendo, injuncta quoque vi-
dentur, ſi expediat præcipere, vel
ſaltem diſpenſationis media, ad
removenda impedimenta, quæ re-
tardare poſſunt licitum conſenſum
per meliorem, & digniorem præ-
ſtandum.

Quintò mens omnium Docto-
rum, Theologorum, Canoniſta-
19 rum, necnon Sancti Patres, conci-
lia, omniaque jura divina, & hu-
mana conſonant, & conſpirant in
illam propoſitionem univerſalem,
indefinitam, quòd Superior tenea-
tur eligere meliorem, ſine ulla re-
ſtrictione, aut excluſione perſonæ
Votum habentis. Sed habens Vo-
tum cum cæteris requiſitis eſt di-
gnior, & melior illis, qui Votum
non habent. Ergo Superior tene-
tur eligere Votum habentem, &
deſuper Voto, quòd ſupra alios
majorem idoneitatem, & virtutis
meritum adauget; nè licitum con-
ſenſum impediat, diſpenſare.

Sextò recordor: cùm Neapoli
logicam diſcipulos docerem, quòd
20 antecedentes in omni materia clau-
ditur in conceſſione conſequentis,
ut ſummuliſtæ monent: Jo.Chryſ.
Sſcarfò *Encycl. Philoſ. par.1.diſ.33.*
& conſentit authoritas Jaſo., &
*curt. jun. in l.2. in princip.ff. de ju-
rid. omn. Jud.* ita ut etiam tacita
diſpenſatio ad aliquod impedimen-
tum removendum inducatur. *Ol-
drad. conſ.332. num.8. verſ. item
de unam.*

In noſtro caſu ad Eccleſiaſti-
cas prælaturas ſemper dignior eli-
gendus eſt. Sed ille qui habet om-
nium aliorum concurrentium re-
quiſita, & inſuper habet Votum
eſt Dignior. Ergo Votum habens
eſt eligendus. Major, & minor,
quæ loco antecedentis præcurrunt.
Includuntur in conſequenti. Undè
ſi minor non ſit falſa, ſinè dubio
votum habens eſt eligendus.

Quòd minor falſa non ſit ex eo 21
convincitur, quòd in hac materia
de juramento, & Voto non aſcen-
dendi ad Epiſcopatum, duæ enu-
merantur Sententiæ. Antiquorum
prima Abbatis, felini, & aliorum
tale juramentum objurgantium de
iniquitate, ex capitulo Archidia-
conus §.5. *diſt.* ſecunda moderno-
rum dictum Votum, & juramen-
tum de ſanctitate commendantium.
De quò fusè ſupra *Reſ.6.*

Igitur vel dictum Votum eſt 22
iniquum, vel ſanctum. Primum
membrum impietas eſt non con-
demnare. Ergo eſt ſanctum; ergo
meritum, e dignitatem adauget;
& magis aptos, & Idoneos reddit,
ad dignitates regendas, ut expreſsè
conſiderant, & affirmant Suarez;
Caſtropalao. Suprà allegati *Reſol.
antecedente num.*11. Undè nullum
apparere poteſt effugium, quare
Superior Votum habentem velit
vel poſtponere, vel omittere.
Nam non poteſt ratione Voti, quià
hoc reddit digniorem, ut probant
jura ſupra cumulata *dicta Reſol.an-
tecedente num.*11. 13. 14. non ra-
tione diſpenſationis. Quia quæ de
neceſſitate finis requiruntur, præ-
ceptum finis ingredi neceſſitantur,
ex juribus huc uſque allegatis ni-
mis rotundè ad hanc veritatem fir-
mandam confluentibus.

Nec officit replicare, quòd
cùm actus præcipiendi, & diſpen- 23
ſandi unicè dependeant à Superio-
ris arbitrio, non poteſt Superior
cogi ad illos executioni mandan-
dos: hoc enim eſſet injuriam infer-
re Superioris libertati.

Non inquam hoc officit, quia
in caſu noſtro præcipere, & di-
ſpenſare, non dependent purè, &
unicè ab arbitrio ſuperioris, ſed ex
Juſtitiæ debito, & finis neceſſitate,
quia Superior tenetur adhibere om-
nia media, ſivè præcipiendo ſivè
diſ-

diſpenſando, ad hoc ut dignior Eccleſiæ præficiatur: ut probatum remanet ex veritatibus modo ſuprà firmatis.

Item ex juribus ſupra allegatis concluſum habemus, quòd ſi
24 aliquis habeat æqualiter cum cæteris omnia requiſita pro idoneitate, & inſuper habeat præfatum Votum, utique iſte redditur præ cæteri dignior, adeoque ſuperiori ex juſtitia adhibenda ſunt omnia media, ut dignior cæteris præferatur, & ad dignitatem aſſumptus exiſtat. Quemadmodum prò hac veritate, omnia jura clamant, nè melior remaneat derelictus, & ex ſua virture & merito, quod acquiſivit per Votum, fugiendo dignitates, deterioris conditionis evadat præ illis qui votum non habent.

Nec inſtent, non debere Prælatum in ordine ad homines promovendos, removere impedimen-
25 ta, niſi in quantum voluerit S.Doct. *ſupra cit.* §.15. *num.*23. ibi. *Quando verò impedimentum promovendus non poteſt ipſe removere, puta ſi ſit irregularis, vel excommunicatus, ſed Prælatus; tunc debet defectum ſuum Prælato oſtendere, qui ſi impedimentum removere voluerit, tenetur humiliter obedire.* Quibus verbis declarat SanctusDoctor pertinere ſolùm ad arbitrium Prælati impedimeuta removere.

Reſpondemus, quòd, quan-
26 do impedimenta proveniunt ex aliquo crimine, aut Canonico defectù, uti ſunt excommunicatio, & irregularitas reſpectivè, ut ibi S. Doctor explicat: tunc per talia impedimenta hominem reddi non idoneum, imò magis inhabilem, & incapacem, indignum, atque majoris demeriti in ordine ad Eccleſiaſticas dignitates, & Prælaturas, à quibus potiùs per Superiorem erit repellendus, & conſequenter unicè ab ejuſdem arbitrio dependebit, talia impedimenta removere. Econtrà verò, quando impedimentum oritur ex aliquo virtutis, & Religionis actu, atque majori merito per votum acquiſito, tunc ſanè, cùm homo reddatur magis Idoneus, & dignus, atquè majoris meriti, non ab arbitrio Superioris dependet, illum promovere, ſed ex debito juſtitiæ, ad cujus favorem omnia jura clamant, ut dictum eſt *ſupra Reſol. antecedente*. Virtus 27
enim eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, ut communiter Doctores: & viam ſternit ad meritum, quod eſt opus bonum præmio dignum, vel ex juſtitia, vel ex decentia Ariſtotiles 4. Ethic *cap.*3. & S. Doctor 2.2. *quæſt.*63. *art.*3., & multo magis votum, quod eſt latriæ actus. Sanctus Doctor 2.2.*quæſt.*88.*art.*5. *in corp.*, omnemque dignitatem, & meritum auget. Sanctus Doctor *ibidem art.*6. *in corp.* Quòd ſi Votum erit de non ambiendo, ſeù de fugiendo Prælaturas, digniorem reddit voventem, cùm ex Chriſoſtomo *ſuprà cit.* de ratione dignitatum ſit deſidetare fugientes, ut ſaltem non procurent. Non proinde ſequitur, quòd electi & aſſumpti ad officia, nulla ratione illa velint acceptare. Alexander Severus, referente Lampridio, Præfectum Prætorii fecit, qui ne fieret aufugit; ex quo ille Sententiam protulit, invitos, & non ambientes in republica collocandos eſſe: nec tamen propterea laudari merentur, qui epicureum morem amplectuntur, omnem gubernandi fuctione detrectando. Nam ſicuti Deus non vult inordinatè Superiora munera appeti, ita etiam præcipit, ut ſinguli Conſcii ſibi Mediocris induſtriæ, vocati ad functiones obtemporent. Imò etiam ſpontè ſuam operam Eccle-

ſiæ,

ſiæ, & reipublicæ deferant 1. ad Timoth. 3. *ſi quis Epiſcopatum deſiderat*. Et recuſantes puniuntur. De quo copioſè ſupra *Reſol.* ....

Sed videtur non poſſe dari lo-
28 cus ad diſpenſationem, cùm ad hanc requiratur juſta, & ſufficiens cauſa, quæ non poteſt eſſe alia, ut diximus, quàm neceſſitas Eccleſiæ, aut utilitas proximorum.

Cùm enim noſtris temporibus
28 mundus abundet perſonarum Idonearum copia ad ſuccurrendum dictæ neceſſitati, & ſuppetant quamplurimæ aliæ perſonæ dignæ, quæ Votum non habent. Non verificatur neceſſitas diſpenſandi cum habente votum, adeoque non eſt locus diſpenſationi.

Nihilominùs hæc difficultas protinus evaneſcit, ſi rectè inſpi-
30 ciatur quòd neceſſitas, quam habet Princeps bonorum hominum, vel miniſtrorum, dupliciter attendi poteſt, vel ſecundùm qualitatem, & ſpeciem *cap. conſuluit* 74. *diſt.*: vel ſecundum numerum *cap. placuit ead. diſt.*, & ſic neceſſitas & indigentia, quam habet Eccleſia de perſonis idoneis, eſſe poteſt reſpectivè, vel ad earum qualitates, vel ad parvum earum numerum.

Neceſſitas, ſeù indigentia
31 Eccleſiæ primo modo ſumpta, ſemper poſtulat, quòd ejus operarii præditi eſſe debeant illis qualitatibus, & conditionibus, quas deſcribit Apoſtolus prima ad Timot. 3., & alibi ſæpè. Nàm licèt aliquando de hujuſmodi operariis ſecundum eorum dignas qualitates dari poſſit copioſa numerica multitudo: Hoc tamen non facit, quòd Eccleſia ſemper pro ſuo ſervitio non indigeat talis ſpeciei miniſtrorum. Sicuti neceſſitas, ſeù indigentia ſpecifica, quam habet animal de Cibo, ſemper ſiſtit in eo, quòd quantumcumque cibus quo ad numerum ſuperfluat; ſemper tamen animal eo indiget, & illud expoſcit, quod ſaluberrimas, & non nocivas qualitates continet.

Secundò modo indigentia, ſeu neceſſitas Eccleſiæ, quæ miniſtrorum numerum reſpicit, eſt 32
quando caret ſufficienti idoneorum operariorum copia Lucæ *Cap.* 10. ibi .. *meſſis quidèm multa, operarii autèm pauci*. Et Iſai. 6. Deo ad Populo prædicandum operarios quærente, & dicente. *Quem mittam, & quis ibit nobis? Ecce ego mitte me*, Iſaias reſpondet.

Nec deſunt pro hac veritate firmanda modo ſuprà citata canonica jura. Nàm utile dicitur, quan- 33
do ſunt plures in Eccleſia apti, & a
idonei ad idem officium. Et hæc eſt neceſſitas ſpecifica quoad dictas qualitates, quæ poteſt habere plures *numero* operarios ejuſdem perfectionis, & virtutis.

Neceſſitas etiàm datur, quando unus promotus non ſufficit, & non dantur alii ad *Gloſſ. verſ. quæritur in fin. diſt.* 74. ibi .. *Dico utilitatem eſſe Eccleſiæ, cùm ille qui promoveri petitur utilior eſt in officio, quàm alter, qui tam eſt promotus. Et utile eſt plures eſſe in Eccleſia in eodem officio*. Vel ut ſuprà dicit eadem *Gloſ.* ibi .. *Utilitatem eſſe cùm Eccleſia indiget promotione aliquorum, qui nolunt promoveri, & tamen aliqui ſunt in eadem Eccleſia, qui promoveri poſſunt*. Et hæc ſecundum nos eſt neceſſitas ſpecifica, inqua plures numero, & individuæ perſonæ reperiuntur ejuſdem eximiæ perfectionis, & idoneitatis; & tamen numquam talis neceſſitas ſpecifica ceſſat. Quia ſemper Eccleſia indiget operariis dignis quo ad eorum ſpecificas qualitates.

Alia autem neceſſitas eſt, ut

ſequi-

ſequitur *Gloſ.* ibi .. *Cùm jam promotus non ſufficit,vel non eſt aliquis promotus*, ut ſuprà dicit ibi .. *neceſſitatem eſſe*, *quando Eccleſia indiget promotione aliquorum*, *nec alii ſunt in Eccleſia qui dignè poſſunt promoveri*. Et hæc per nos eſt neceſſitas operariorum, quoad numerum, quibus caret Eccleſia, ut patet ex terminis.

Indigentiæ ergo ſpecifica, & primo modo ſumpta, ſemper re-
33 peritur in Eccleſia, licèt in illa ſit copia numericæ multitudinis perſonarum idonearum, quæ aptè, & dignè concurrere poſſunt ad illi inſerviendum. Nam copioſus numerus perſonarum idonearum non tollit, quòd Eccleſia non ſemper poſtulet neceſſariò pro ſuo ſervitio perſonas idoneas; ſed ſolùm facit, quòd Pontifex habeat latitudinem, & arbitrium deputandi unam, vel aliam. Sicuti ex parte animalis datur neceſſitas ſpecifica ſalubris alimenti pro ſua ſuſtentatione. Licèt detur copia ciborum; quæ copia non tollit ab animali talis cibi ſpecificam neceſſitatem; ſed ſolùm cauſat, quòd animal hoc, vel illo cibo abundet, & ad ſatietatem ſe repleat. Unum aſſumendo, de alio non curando.

Neceſſitas, ſeu indigentia numerica, & ſecundo modo explica-
34 ta facit, quòd ſtante paucitate miniſtrorum idoneorum, Pontifex poſtpoſitis perſonis inſufficientibus, & non idoneis, cogatur ad ſuccurrendum neceſſitati Eccleſiæ deputare illum unum tantummodo, qui eſt idoneus, ſicuti in penuria, quoad numerum ſalubrium ciborum, cogitur animal ad proſpiciendum ſuæ indigentiæ, & neceſſitati, illum unicum cibum ſalubrem inter multa noxia alimenta comedere.

De utraque neceſſitate, utro-
35 que modo ſumpta loquuntur ſancti Patres. Auguſtinus, Gregorius, Doctor Angelicus,ut infra *num.*44. & Sacri Canones; nam neceſſitas. & indigentia ſpecifica, & primo modo explicata poſtulat, ſi opus eſſet, ut etiam vitam contemplativam relinquamus, & nos neceſſitatibus Eccleſiæ applicemus, Suſcipiendo onus, quod nobis imponitur, illam regendi.

Nam licèt amor veritatis nos trahat ad ſanctam contemplationem: nihilominus amoris neceſſitas nos obligat ad Eccleſiæ miniſtrandum. Auguſt. *ſupra relatus lib.*19. *de Civit. Dei cap.*10. *circa finem* ibi .. *Otium ſanctum quærit charitas veritatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit, vacandum eſt veritati. Si autem imponitur ſuſcipienda eſt propter Charitatis neceſſitatem*. Hic Auguſtinus loquitur, non ſolùm de neceſſitate, & indigentia numerica, quæ inſurgit ex miniſtrorum Idoneorum numerica paucitate; ſed etiam, ſuppoſita miniſtrorum idoneorum numerica multitudine, adeoque obligat omnes, ut vocati ſarcinam aut pondus Eccleſiæ miniſtrandi libenter ſuſcipiant, cùm impium eſſet, illam in ſuis indigentiis, & neceſſitatibus deſerere, quæ noſtras ad ſuum juvamen optat operationes, & miniſterium.

Non ſecus ac ſi filius parturienti Matri auxilia præſtare negli-
geret. *Auguſt. epiſ.*81. *tom.*2. *ſupra* 36
cit. ibi .. *Siquam operam veſtram mater Eccleſia deſideravit, nec elatione aliqua ſuſcipiatis, nec blandiente deſidia reſpuatis. Neque otium veſtrum neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis*; cui parturienti, *ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini, non inveniretis*. Hic Auguſtinus non tendit ad perſuadendum uni ſoli, in caſu, quòd in hominum univerſitatæ eſſet unicus,

cus, & idoneus ad Eccleſiæ indigentias, & neceſſitates ſublevandas, ut potiùs ſuam quietem relinquat, & Eccleſiam gubernet. Sed ſuppoſita etiam hominum idoneorum pluralitate, & multitudine, vult, quòd omnes, etiam ſi infiniti eſſent, prout Superior illos elegerit, & Deus vocaverit, parati ſint juxta Eccleſiæ indigentias, & neceſſitates ſubire labores, & ab illis nullatenus, neque prætextu ſanctæ contemplationis ſe retrahere præſumant, Auguſtini ſenſum ſecutus eſt S.Thom. *loc.cit.* 2.2. *qu.*185. *art.*2. *& modo ſupra memoravimus num.*27.

37 Undè Summus Pontifex, etiam extra caſum urgentis, & numericæ neceſſitatis Eccleſiæ ob ſuam ſupremam poteſtatem poteſt licitè diſpenſare, quoties judicaverit expedire, non obſtante, quòd quis præfatum votum haberet. Suarez *tom.*3. *de relig. lib.*10. *de vot. obedient. cap.*10. *num.*20.

Et cùm Pontifex non poſſit eligere niſi digniorem, hinc fit, quòd eadem dignitas erit ſufficiens cauſa, ut diſpenſet: Imò quando cauſa eſt juſta, Superior tenetur diſpenſare. *Cap. exiſtunt cauſa* 1. *qu.*7. *Cap. ut conſtitueretur* 50. *diſt.*, *& Cap. magna de voto. Gloſſ. cap.*1. *de Cler. non reſid.*

38 Et cùm in habentibus votum, quando cætera requiſita concurrunt, per ipſum votum inducatur major meritorum prærogativa, ut dictum eſt, hæc erit optima cauſa diſpenſandi cum illis. *Cap. tali conjugio* 1. *qu.*7. ibi .. *tali conjungio generati Eccleſiaſticis ordinibus non applicentur: niſi forte eos, aut maxima Eccleſia utilitas, vel neceſſitas poſtulet, vel evidens meritorum prærogativa commendet.* Sicuti verificatur in habentibus noſtrum votum.

39 Nec eſt quòd magis conferat Eccleſiæ indigentiæ, & utilitati, quàm dignitas, & idoneitas miniſtrorum, quâ potiſſimâ ratione ſemper receptum fuit, ut meliores eſſent eligendi. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*1. *cum cæteris juribus ſupra allegatis Reſol. antecedente; cùm maximè ex hoc ſingularis Dei honor reſultet*. Gregor. *lib.*7. *epiſt.*25. ibi.. *Honeſtum eſt, ut honor Dei, qui habetur in electione optimi, rebus omnibus præferatur*. 40

Qua propter neceſſitas, & indigentia Eccleſiæ, ut de idoneis miniſtris provideatur, obſtringit omnes, ut vocati eidem inſervire non recuſent, ut dictum eſt ſupra *num.*27. & contrarium facientes damnentur, tamquam delinquentes contra proximorum utilitatem. Sanctus Thomas *loc. cit.* ibi .. *ad inordinationem voluntatis pertinet, quòd aliquis omninò contra Superioris injunctionem prædictum gubernationis officium finaliter recuſet. Propter duo. Primò quia hoc repugnat Charitati proximorum, quorum utilitati ſe aliquis debet exponere. Secundò quia hoc repugnat humilitati, per quàm aliquis Superiorum mandatis ſe ſubjicit. Tunc ante Dei oculos vera eſt humilitas, cùm ad reſpuendum hoc, quod utiliter ſubire præcipit, pertinax non eſt.* Et licèt plures Sancti Viri dignitates recuſaverint, hoc ex aliquo bono dictamine hîc & nunc feciſſe dicendum eſt.

Neceſſitas, & indigentia numerica, & ſecundo modo ſumpta, 41 quæ Idoneos miniſtros ſuſpirat, utpote oriens ex idoneorum miniſtrorum numerica paucitate, dicitur magis urgens, quam prima: & tunc ille, qui reperitur idoneus multo magis tenetur ſuccurrere hujuſmodi Eccleſiæ neceſſitati, ex charitatis præcepto, quæ reſpicit commune bonum, quod privato

præfertur. Innocentius III. *in Cap. licet*, etiam ſi à Superiore nullum imponatur præceptum. Suarez *de Relig. tom.3. lib.10. de vot. obedient. cap.10. num.19. & faciunt jura in Cap. vos autem 16. qu.1. & Cap. diſplicet 33. qu.4.* Imò ſi aliqua particularis perſona votum habens communiter exiſtimaretur magis apta, & idonea ad commune bonum, & utilitatem alicujus Eccleſiæ, in hoc caſu votum habens ſine ullo præcepto poteſt acceptare Epiſcopatum illum. Suarez *tom.2. de Relig. de materia voti lib.2. cap.11. num.11.* ibi.. *In hoc caſu dico, tale votum ex ſe non obligare ad non acceptandum Epiſcopatum, etiam ſi non præciperetur à Pontifice, nam in tali caſu præcipitur à Deo per leges Charitatis.*

42 Unde ad objectum ſupra factum *num.28.* Reſpondetur, quòd ad licitè, & juſtè diſpenſandum cum aliqua perſona, votum habente de non conſentiendo Epiſcopatui, niſi ſit coactus Superioris præcepto, ſi aliàs reperiretur idonea, & apta ad illi inſerviendum, ſufficit neceſſitas, & indigentia ſpecifica primo modo explicata; ad Textum ſupra allegatum *nu.38. in Cap. tali conjugio.* Hæc enim erit cauſa ſufficiens ad diſpenſandum; & licèt concurrant quàm plurimi alii idonei, tale votum non debet eſſe odioſum Eccleſiæ, & Superioribus, ita ut per illud intelligatur factum fuiſſe aliquod præjudicium Papæ, & Eccleſiæ, & reſtricta eorumdem libertas, *Cap. venientes de jure jurando*: itaur de tali, & de quocumque idoneo miniſtro ad ſuum libitum non poſſint ſibi prævalere, & proficere, ut non valeat ſuperior illum deſtinare, & eligere, ad Eccleſiæ miniſterium; ſed votum reſtringit rantummodo arbitrium voventis, ut ſolùm vocatus, & non ex ſua libertate ſe ingerat in tali officio.

Adeoque eſt luce meridiana 43
clarius, quòd dicta ſpecifica indigentia, & neceſſitas Eccleſiæ, primo modo ſumpta erit ſufficiens cauſa ad diſpenſandum. Eo vel magis, cùm per tale votum perſona, cæteris paribus, reddatur dignior, & magis apta, & idonea, ut dictum eſt. Undè multum abeſt, quòd votum debeat officere, ut Superior ſe retrahere debeat à diſpenſando, ſed potiùs votum debet juvare, & impellere ex motivo providendi Eccleſiæ de perſona idonea, & per votum magis digna.

Cæterum Eccleſiæ neceſſitas,
& utilitas poſtulat, ut non utcum- 44
que, ſed perfectiſſimo modo provideatur; de digniorum miniſtrorum numero, & eo meliori modo, quo fieri poteſt; ita ut quanto magis ſint plures, eo magis perfectè conſulatur ejus indigentiæ, & utilitati; ut uno bono, & idoneo operario deficiente, centum digniores ſuperſint, & ſubrogari poſſint. Sanctus Doctor *opuſc.19. cap.2.* ſimile argumentum ſibi objiciens, & diſſolvens ibi.. *Nec valet, quòd dicunt, quòd hoc poſſet fieri, quando neceſſitas immineret, quæ nunc non apparet, cùm magiſtrorum ſæcularium jam copia habeatur. Quia utilitas communis non ſolùm debet procurari, ut ſit quocumque modo: ſed ut ſit optimo modo, quò fieri poteſt: Quando autem Doctores magis multiplicantur, tanto utilitas communis, quæ ex doctrina provenit, magis creſcit; quia uni manifeſtatur, quod alteri nondum notum eſt. Propter quod dicitur ſapien.6. multitudo autem ſapientum ſanitas eſt Orbis Terrarum.* Nil clarius.

Inſuper indigentia, & neceſſi- 45
tas numerica Eccleſiæ ſecundo modo ſumpta, orta, nimirum ex ca-

rentia & paucitate numerica perſonarum idonearum, non poteſt eſſe cauſa neceſſaria diſpenſandi ſuper voto prædicto. Quia ubi votum validè non ſubſiſtit omnis diſpenſatio ceſſat; ſicuti ſolutio non datur, ubi vinculum non ſupponitur; ſeu ſolvi non poteſt, qui non eſt ligatus ad Textum *in Cap. ad diſſolvendum de diſpenſatione impub.*, *& conſonat* Text. *in l. decem de diſpenſat. impuber ff. de verb. oblig.* Ad cautelam autem diſpenſari poſſe in voto invalido infra dicemus.

46 In duobus autem caſibus prædictum votum evaneſcit, aut redditur nullum, temerarium, & impium, ut fusè dictum eſt ſupra *Reſol. 6.* Primò ſi factum fuiſſet ità generaliter, ut vovens intenderet non obedire Superiori. Secundò ſi recuſaret ſuccurrere urgenti Eccleſiæ neceſſitati, non habentis aliundè copiam miniſtrorum idoneorum ad ſibi conſulendum, atque inſerviendum proximorum utilitati, ut retulimus ſupra *dicta reſol. 6. de juramento Archidiaconi diſt. 85. cap. 1. ubi gloſſ.*, *& Hoſtienſ. diſtinguit* ibi.. *Si jurans hoc intellexit, quod nollet recipere Epiſcopatum, quæcumque neceſſitas inſtaret; juramentum tale nullum fuit.... ſi autem ignoratur, an generaliter intellexit, tunc præſumendum, quòd tantùm de licitis juraverit.*

47 Itaque horum verborum ſenſus eſt, quòd ſi aliquis per hujuſmodi juramentum, ſivè votum non intellexerit ſe obligare ad recuſandum Epiſcopatum; tunc votum in quacumque Eccleſiæ indigentia, & neceſſitate licitum fuit; ſi autem præſumpſiſſet ſe obligare ad Epiſcopatum non acceptandum, etiam in caſu, quo nullus alius eſſet idoneus. Tunc votum fuiſſet nullum; quia redundaſſet in præjudicium ſecundæ neceſſitatis, conſiſtentis in miniſtrorum idoneorum carentia: Adeoque tunc non daretur locus diſpenſandi ſuper illo; quia ut dictum eſt, diſpenſatio ab obligatione voti, ſupponit voti validitatem; & ubi ligamen non ligat, relaxatio non ſolvit. Sicuti votum prædictum eſſet nullum, ſi vovens intenderet non obedire Prælato. Sanctus Doctor 2.2. qu. 185. ad 2. ibi.. *Qui autem votum emittit de non ſuſcipiendo Epiſcopatum, ſi per hoc intendat ſe obligare ad hoc, quod nec per obedientiam Superioris accipiat illicitè, vovet.* Undè in caſu quo nullus eſſet idoneus ad Eccleſiæ inſerviendum, tunc votum habens ſinè ulla diſpenſatione, & humano præcepto teneretur Epiſcopatum acceptare, quia charitatis præceptum ſubintrat. Suarez *modo ſupra cit.*

Ex his ergo concluditur, quòd votum de non aſcendendo ad Epiſcopatum emiſſum ab idonea, & digna perſona opponi poteſt prædictę duplici Eccleſiæ indigentiæ, & neceſſitati. Aut primæ, quæ ſemper attendit, & requirit in ſuis operariis dignas, & idoneas qualitates. Aut ſecundæ, quæ laborans idoneorum miniſtrorum paucitate, nititur obtinere hunc, vel illum magis idoneum miniſtrum, etiam ſi votum habeat. Oppoſitio autem, quam dicit votum huic ſecundæ neceſſitati, reddit votum nullum: & ita in hoc caſu non datur ſuper quo cadere poſſit præceptum, aut diſpenſatio. Oppoſitio verò, quam dicit primę neceſſitati, relinquit votum licitum: Et ratione idoneitatis, quam habet vovens ad Eccleſiæ utilitatem, datur ſufficiens cauſa ad licitè cum eo diſpenſandum, etiam ſi ejuſdem dignitatis, & meriti plures alii concurrant. 48

Et hoc eſt ita verum, ut ſi poſt emiſſum votum de non aſcendendo aliquis ad Epiſcopatum, Eccleſia 49

caderet in ſecundam neceſſitatem de idoneorum operariorum carentia, & paucitate: tunc votum habens ſine ulla diſpenſatione, & obedientiæ præcepto teneretur ſub mortali ex præcepto charitatis, & communis boni aſſumere Epiſcopatum. Suarez *ſup. cit. num.* 41. & ex juribus ſupra cumulatis.

Ad completam diſpenſationis diſcuſſionem ſupereſt, nos rimari, an detur tacita diſpenſatio, & an hæc ſufficiat ad conſenſum licitum in dignitates: & an nulla præcurrente ſufficientis cauſæ cognitione, & exiſtentia, licitè Supremus Princeps valeat diſpenſare, quod *Reſol. ſequenti, quæ erit XX.* expediemus. Et ſit.

RESOLUTIO XX.

Datur tacita diſpenſatio, quæ ſufficit, ut votum habens licitè in Prælaturas conſentiat. Et nulla cauſæ præcognitione poteſt Papa validè diſpenſare.

SUMMARIUM.

1 *Præceptum tacitum, tacita diſpenſatio, & tacita licentia ſunt ejuſdem naturæ.* 3.

Pontifex offerendo Prælationem dat licentiam etiam acceptandi, Suarez, *ibid.*

2 *Si Papa offert, excludenda eſt omnis præſumptio peccati.*

Pontifex omnia jura in ſcrinio ſui pectoris habet. ibid.

3 *Æquiparatio non debet fieri in omnibus.*

Tacitum, & expreſſum eumdem operatur effectum. ibid.

4 *Tacita licentia, in quo conſiſtat.*

Superiore vidente, & non contradicente præſumitur approbatio. ibid.

5 *Quòd ſufficiat tacita licentia probatur exemplis.* 6.

11 *Nulla præſcribitur forma prò diſpenſatione concedenda.*

Pro abſolutione peccatorum, & excommunicationis, requiritur forma determinata, & non ſufficit tacita. ibid.

Princeps ſcienter aliquem admittens ad actum prohibitum, cenſetur tacitè diſpenſare, etiam nulla cognita Cauſa. ibid.

12 *Explicatio de lege* Barbarius.

14 *Semper illa facienda eſt præſumptio, quæ peccatum, aut majus peccatum ab actu excludit,*

15 *Authores de tacita diſpenſatione in quo differant inter ſe.*

19 *Excommunicatus non cenſetur abſolvi, niſi adhibita conſueta verborum forma; Licèt à Superiore ſcienter ad divina admittatur.*

20 *Prælatus inferior cenſetur diſpenſare, etiam ſi cauſæ cognitionem non præmittat.*

SUprà *Reſol.* 12. & *Reſol.* 15. plura cumulavimus de tacito & virtuali præcepto, quod cum tacita diſpenſatione, atque tacita licentia cohærere non eſt dubitandum; cùm ſingula ejuſdem ma- 1

te-

tetiæ ſint ex juribus allegandis hìc *num.*3. Quod & Suarez ſupra adductus *Reſ.*15. *num.*148. *&* 262. aliàs citatus præclarè ſuadet, afferens manuale, & ſenſibile exemplum, *par.*2.*lib.*10. *de voto cap.*10.*nu.*16. ibi.. *Quare quando Pontifex immediatè offert Prælationem, cenſendus eſt, niſi aliud explicet, dare facultatem ad acceptandum illam. Sicuti ſi offert pecuniam, cenſetur dare facultatem, accipiendi illam, nec peccat contra paupertatem religioſus, illam recipiens*.

2 Et eſſet injurioſum Pontifici, ſi quis illum de aliquo legis impedimento admonere attentaret, ſivè de voti reſiſtentia; cùm ipſum omnia jura ſcire, jura ipſa teſtentur: & in ſuo pectoris ſcrinio recondita retinere. Ad Text. *in cap.*1. *de conſtitut. in* 6. ideo errare non poſſe. Ancar. *conſ.*293.*num*2. Quapropter voti impedimentum objicere, eſſet vel arguere Pontificem de ignorantia inſtituti, ut dictum eſt, aut de peccato. De peccato, inquam, quia videretur, quòd tentare vellet, an votum habens conſenſum præbeat in Prælaturam abſque diſpenſatione, aut præcepto, ſinè quibus conſenſus præſtitus eſſet ſacrilegus. Quòd non eſt præſumendum in Pontifice ad perſpicuos Textus ſupra *Reſol.*15.*num.*69., *&* *num.*149. & etiam modò dicemus. Undè ad excludendum peccatum à dicto oblationis actu, præſumenda ſemper erit debita Superioris licentia. Menoch. *conſ.*188. *num.*7. *vol.*2. Salſedo *pract.* C.73.*verſ.*13. Manuel 1.*tom. ſum.*2. *edit.*C. 218. *n.*14.pręcipuè quando requiritur, ut validus ſit actus. Auth. licent. *C.de Epiſ. & Cler. L. ſi quis mihi bona*. §.*Juſſum.ff.de acquir. hæred. &* alii. Quapropter ad vitandum hujuſmodi abſurdum, neceſſariò dicendum credimus; eo ipſo, quòd Pontifex, vel elegit cum intimatione aliquem votum habentem ad Prælaturam, vel eidem Prælaturam offert, in eodem inſtanti tacitè providere, conferendo votum habenti requiſitam facultatem, vel tacitè præcipiendo, vel tacitè diſpenſando, ut in licitum deſcendat conſenſum.

3 Profectò tacitum præceptum, ac tacita diſpenſatio ejuſdem rationis reputantur in jure, eumdemque effectum parturiunt, ac tacita licentia, cum ratihabitione de præſenti. Nam licèt Præceptum, diſpenſatio, & licentia diverſas ſortiantur eſſentias; non tamen eſt neceſſarium æquiparationem fieri in omnibus; aliàs non eſſet ſimilitudo, ſed identitas. *L. quod Nerva ff.depoſiti*. Et æquiparatio in hoc tenet, quòd in utroque caſu ſervanda eſt lex de tacito, & expreſſo, quatenus eumdem operantur effectum. Sanchez modo citand., & ejuſdem valoris ſunt. *L.qui ad certum ff.locati*, & latiùs infra.

4 Tacita verò licentia cum ratihabitione de præſenti conſiſtit in aliquo Superioris actu, vel externo ſigno. Sanchez *de matrim.lib.* 3. *diſp.*35. *num.*1. Præceptum autem tacitum, aut tacita diſpenſatio in noſtro caſu continetur in actu illo externo, quo Pontifex vel elegit cum intimatione ad Prælaturam votum habentem, vel in illo, quo alicui Prælaturam offert; vel ſi electus conſentiat, in approbando ejus conſenſum. Quia ſi Pontifex dicto modo eligeret, & electus acceptaret, tunc Pontifice non objurgante, nec contradicente, cenſeretur, quòd approbaret talem conſenſum, non alia ratione niſi quia prodiret vel à tacito præcepto, aut tacita diſpenſatione ejuſdem; aliàs talis conſenſus non veniret approbandus, cùm eſſet ſacrilegus. Superiore au-

tem

tem vidente, audiente, tolerante, tacente, & non contradicente, ejus præſumitur adeſſe approbatio, non ſolùm in his, quæ ſunt nullius præjudicii, ut conſtat in caſu noſtro; ſed etiam ſi aliquod præjudicium alteri infertur. Abbas *Cap. nonne num.*3. *de probat.* Maſcard. *de probat. concl.* 1158.*num.*34., & alii plures.

5 Secundò, quòd ſufficiat tacitum præceptum, vel tacita diſpenſatio, demonſtratur ex *paritate* tacitæ licentiæ. Nam ubi requiritur licentia in actu, ſufficit tacita cum ratihabitione de præſenti. Joan.Lupus, *de donat.*§.68.*num.*27.Corſet. *in ſuis ſingul. litt. l. verſ. licentia*. Quod & exemplis convincitur. Profectò.

6 Alienus Sacerdos non poteſt audire confeſſiones, ſinè licentia proprii Ordinarii.*Cap.omnis utriuſque ſexus. De pænit. & remiſ.*, & tamen ſufficit dicta tacita licentia. Roſella *Confeſ.ſacram.*3. *num.*31. Cajet. *ſum. verb.abſolutio ex parte abſolventis verſ.licentia*. Angelus *Confeſſio* 3.*nu.*30. Sylveſt. *Confeſſor.* 1.*qu.*6.*fin.qu.*15. Tambien *Abſolutio num.*42., & communiter Doctores.

7 Uxor ſine viri licentia non poteſt validè contrahere *l.*55. *Thauri hodie l.*2.*tit.*3.*recompil., & com.*, & tamen ſatis eſt tacita licentia dicta *l.*55. *qu.*14. ibi Antonius Gomez *nu.*5. Martinez *lib.*5. *recomp.tom.*3. *l.*3.Gloſ.*num.*7., & alii.

8 Vicarius non poteſt conferre Beneficia, niſi ei ſpecialiter committatur.*Cap.fin.de offic.Vicar.in 6.* & tamen ſi Vicarius revocatione licentiæ ſibi intimata beneficium conferat, Epiſcopo vidente, & patienre,valet collatio.Boer.*dec.*347. *num.*13. Anaſtaſ. Germonin. *de Indult.* §.*Tibi, quòad vixeris nu.*65.

Procurator revocatus proſequens gerere negocia, ſciente, & patiente Domino ſuo, validè agit Gloſſ. *celebris l. qui mutuam verb. inſtauraverit ff. mandati.* Ita quoque ſi Procurator excedat fines mandati ſciente, & patiente ſuo Principali, etiam cum damno. Felin.*cap.*1.*num.*12.*ut lite non conteſt. ff.de condit.indebit.*

9 Et ſuperſunt alia infinita exempla, in quibus actus legitimi ex ſola tacita redduntur licentia, ut de ſimplici Sacerdote matrimonio aſſiſtente, & Parocho tolerante. Hurtad. 2.*par. reſol.moral.tract.*9. *cap.*11. *num.*91. De ſervo faciente eleemoſynam de bonis Domini ſui non contradicentis. S.Thom. 2.2. *qu.*32.*art.*8. Undè concluditur,tacitam licentiam expreſſæ æquiparari, & eumdem ex ea legitimum effectum prodire.

10 Sed ad noſtrum intentum non ſolùm conducunt tacitæ licentiæ, ut ajunt communiter Doctores; ſed omnia, quæ de tacita licentia produximus, ſpecificè comprobantur per tacitam diſpenſattonem, quam ſecundùm jura Doctores dari tuentur.

11 Et quidem non eſt dubitandum, quod in jure nulla eſt inſtituta, aut præſcripta verborum forma ad diſpenſationem concedendam, ſed ſatis ſunt quæcumque verba, ſivè facta, ex quibus Superioris animus diſpenſandi innoteſcat. Sanchez *lib.*8.*de matr.diſp.*4. *num.*1. & 17., & communiter Dòctores: ſecus in abſolutione peccatorum, pro qua à Chriſto Domino; & in abſolutione cenſurarum, prò qua à jure inſtitutum eſt, ut aliqua adhibeatur determinata verborum forma ad Text. *in Cap. deſideres, in primo reſponſ. de ſent.excom.*

Et indubitati juris eſt,ut idem Sanchez, loco modò citato dicit, quòd ſupremi Principes, & præci-

puè

puè Summus Pontifex, non tantùm verbis, ſed etiàm ſolo facto cenſentur cum aliquo diſpenſare; quoties illum admittunt ad aliquem actum, ad quem ille habet aliquod juris impedimentum. De quo concors datur omnium Doctorum Sententia.

Etenim quando impedimentum eſt juris humani, & Princeps ſcienter aliquem admittit ad actum à jure prohibitum, cenſetur verè cùm illo tacitè diſpenſare; quamvìs non premittat ullam cognitionem Cauſæ, ut ſi Pontifex ſcienter recipiat irregularem ad ordines, vel beneficia: vel jure humano impeditos matrimonio conjungat. Sanchez, *loco cit. lib.*8. *diſp.*4. *n.*2. ea potiſſima ratione, dicit ille, quia ut valida ſit Supremi Principis in lege humana diſpenſatio, non diſideratur cauſæ cognitio, ſed ſufficit ejus voluntas diſpenſandi, de qua ſufficienter conſtat; ſi indignum, v. g. ſcienter promoveat. Et citat. Textum *in l. Barbarius ff. de officio Prætoris*, in quo duplex caſus continetur.

Primus cùm ignorata ſervitu-
12 te Barbarius eligitur Prætor. Et tunc Textus decernit geſta per eum valere ratione communis erroris, ac publicæ utilitatis. Undè intelligitur, quòd ſupremæ Principis poteſtati, nullum legis impedimentum, ſive ſcitum, ſivè ignoratum reſiſtit.

Secundus caſus. Quando Po-
13 pulus Romanus, detecta Barbarii ſervitute, conſenſit, eum Præfectura fungi, & tunc approbavit ejus geſta valere; ex qua approbatione præſumitur tacita diſpenſatio ſuper ejus ſervitute, & donatur libertate. Ajimon. *conſ.*98. *num.*10. *l.*5., & *l. Quidam conſulebat* 57. *in fin. ff. de Re judicata*. Ubi deciditur, Principem minori magiſtratum conferentem, cenſeri tacitè diſpenſare, cùm tanti valeat tacita voluntas, quanti expreſſa in iis, in quibus non forma certa, nec verba requiruntur. *L. qui ad certum ff. locati, & l. de quibus* ibi.. *Nam quid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus, vel factis.*

Ex altera parte, ſi non intelli-
geretur tacita diſpenſatio, quan- 14
do Superior irregularem admittit ad ordinem, ſeu inhabili beneficium confert: Sinè dubio interveniret peccatum. Quod non videtur dicendum. Quandoquidem ab actu, qui fieri poteſt vel cum, vel ſinè peccato, ſemper illa recipienda eſt præſumptio, quæ peccatum excludit. *L. merito ff. pro ſocio*. Aut ſaltem, quæ gravius peccatum prohibet. *L. ſi Adulterium cum inceſtu. §. §. 1. 2. & 3. ff. ad legem Juli. De Adul.* Adeoque in quacumque Promotione, quam facit Princeps de perſona aliquo jure impedita, præſumenda Semper venit aliqua tacita voluntas diſpenſandi ſuper impedimento, quando Supremus Princeps ſuo facto admittit promotum ad actum de jute prohibitum, puta ad conſenſum: per quæ clariora redduntur copiosè dicta *Reſol.*15., *& alibi ſæpè*.

In hanc Sententiam conſtan- 15
tiſſimè conſpirant Doctores citandi, & inter illos aliud non verſatur diſcrimen, niſi, quòd cùm diſpenſatio ſit relaxatio obligationis legis reſpectù alicujus perſonæ privatæ; hæc fieri non debet, ſinè ſufficienti cauſa, talem poſtulante relaxationem.

Hinc communiter concor- 16
dant, quòd ſi diſpenſatio facienda ſit à Principe Supremo, & à Summo Pontifice, cùm iſti habeant omnem plenariam poteſtatem condendi, abrogandi, & deſtruendi

leges,

leges, & nulla ſit lex, quæ poſſit illis reſiſtere, multo magis poterunt ſuper iis diſpenſare ſinè ulla Cauſæ cognitione; & nulla exiſtente neceſſitate. Adeoque Summum Pontificem poſſe admittere irregularem ad ordinem, tacitè cum illo diſpenſando, mediante ipſomet facto, quo illum admittit ad actum de jure prohibitum, puta ad conſenſum præſtandum pro ordine recipiendo, nulla id exigente neceſſitate, & nulla prævia cauſæ diſcuſſione, Authores citandi.

17 Quid ergo mirum ſi in caſu noſtro dum Pontifex Votum habentes de non conſentiendo in dignitates, niſi fuerint ejus coacti Pontificio præcepto, vocat eligendo illos ad Eccleſiaſticas Dignitates, & in illas ad conſenſum aliàs de jure prohibitum præſtandum, cenſeatur tacitè vel præcipere, aut diſpenſare, mediante ipſomet facto, ſive ipſomet actu, quo ipſos vocat, eligit, iiſdemque cum omni deliberata voluntate electionem intimat, ipſoſque voto obſtrictos ad dignitates admittit; ſive cum cognitione cauſæ, ſivè non; hoc enim nihil refert ad noſtrum propoſitum: cùm ſemper ſit obligatus prævia ſua cognitione pro Eccleſiæ bono, ejuſdemque utilitate meliorem eligere.

18 Si verò diſpenſatio facienda ſit, non à ſupremis, ſed ab inferioribus Prælatis; tunc non valet, niſi cognita ſufficienti Cauſa. *Gloſ. c.2. verb. diſpenſatum. De ſchiſmatibus*, & ibi.. Joan. Andreas *num.*4. Antonius *num.3.* Abbas *n.*4. Cardinalis *nu.*1. *quæſt.*1. Anchar.*nu.*3. Annan.*num.7. & 8.* Gloſ. *cap.unic. verſ. diſpenſare, de atat., & qualit. in 6.* & ibi.. Domin. *num.6.* Francus *num.*5. Innoc. *cap.veniens uum.2. de fil. Præsbyter*, & ibi.. Antonius *num.7.* Abbas *num.7.* Card.*quæſt.*3. Henric. *nu.*4. Idem Abbas *Cap. propterea num.*11. *de teſt. cogen.*, *& Cap. cùm in cunctis §. Inferiora num.8.*, *& Cap. innotuit. num.7., & 8. derelect. & Cap diverſiſ. num.3. de Cleri. conjug.* & ibi.. Imola *num.*5. ſpeculum *tit. de diſpen. §. Qualiter autem num.3.* Archidiac.*Cap. licèt can.2. de elect. in 6.* Barthol.*l. Barbarius n.12.ff.de offic. Prætoris*, & alii innumeri.

Alii verò docent, inferiores non cenſeri diſpenſare, quamvis cauſæ cognitionem præmittant; niſi ſe diſpenſare exprimant; quia non cenſentur abſolvere excommunicatum, niſi verbis abſolutionis utantur, quamvìs ad divina excommunicatum ſcienter admittant. 19 Gloſ. *Cap. litteras fin. de conceſſ. præben.* Hoſtien. *Cap. veniens n.6. & 8. de fil. præsbyterorum*. Baldus *L. Barbar. num.7. & 8. ff. de offic. Prætor.*, & alii.

Alii tandem cenſent etiam inferiorem diſpenſare, quamvìs Cauſæ cognitionem non præmittat. Quia cùm concurrat in conferente poteſtas, & voluntas, præſumendum non eſt Prælatum velle promotum ad ordines illaqueari, manente irregularitate, undè intelligi tacitam diſpenſationem, Innoc. *Cap. diverſiſ. num.1. de Cler. conjug.*; *& Cap. veniens num. 18., & 19.* Lambert. *de jur. Patron. lib.2. p.1. quæſt.7. art.30. in nova ædit.n.28.* Sylveſt. *verb. Irregularitas fin.*, & ibi.. Armil. *nu.*91. Navar. *ſum. cap.25. num.74.* & alii addentes aliquas diſtinctiones.

Nihilominus hujuſmodi ſententiarum varietas, nihil conducit, 21 vel officit noſtro intento, cùm verſemur ſolummodo in caſu, quo Princeps Supremus, & Summus Pontifex mediante ſuo facto diſpenſat, admittendo nempè ad ordinem irregularem; in quo facto nullus

lus negat, quòd interveniat tacita
diſpenſatio, etiam ſine ulla neceſ-
ſitate, & cauſæ cognitione.

Nos autem militamus in for-
22 tioribus terminis, quòd Papa cen
ſeatur tacitè diſpenſare, aut præci-
pere, dum ſcienter admittit ad Præ-
laturam Perſonam dictum Votum
habentem de non conſentiendo niſi
coactus, prævia meritorum, & ido-
neitatis diſcuſſione, cum judicio,
quòd melior, & dignior præ cæte-
ris concurrentibus reputatur, &
quòd in majorem redundabit Ec-
cleſiæ utilitatem. Undè non erit
23 præſumendum, quòd velit conſen-
ſum illius peccaminoſum, & ſacri-
legum, aut quòd quærat illum il-
laqueare. Cùm de jure illa ſit am-
plexanda præſumptio, ut diximus
*num.*14. quæ peccatum excludit;
Decius *Cap. cùm in cunctis* §. *Infe-
riora*. *In nova adit. num.*17. *de
elect.*, & communiter Doctores
*ſupra Reſol.XV. num.*204.

Completa notitia hujus Voti,
22 tam reſpectù præcepti, quàm di-
ſpenſationis exercendæ in ordine
ad dignitates, & licitum in illas
conſenſum præſtandum; nunc exa-
minandum proponitur, an religio,
& Religioſi votum habentes poſſint
à ſe abdicare capacitatem ad illas,
& ad eaſdem impediri. Et an eo-
rum promotio conducat ad religio-
nis ſplendorem. Quæ reſolutio in
ſequenti XXI. expedita remanebit.

& non eſt dubium, quòd Pontifex etiam diſpenſare poſſit in jure divino, ut in voto, vel juramento ex cauſa ſufficienti, ut in caſu noſtro.

Sed ad præparationem ejuſdem Reſolutionis noſcere nõ contemnamus neceſſe eſt. Quod abdicare idẽ ſonat, ut Nonius explicat, *ac abjicere & rem quamlibet negare, ſeu deponere, aut abalienare*. Imperator *in l. abdicatio. C. de patria poteſtate*. Significat etiam, *privare ſubmovere, & jus aliquod relinquere*. Nam abdicare ſe à tutela, eſt dicere, *ſe nolle eſſe tutorem*. Ulpian. *in epitom. tit.*11. §. *Si Capite*. Atque denotat *abire deponere*. Unde dictum fuit. *Abdicare ſe magiſtratu*. Pompon. *l.*2. §.1. *& l. cùm placuiſſet. ff. de orig. Juris*. Budeus *l. poſteriore. eod. tit.*

Capacitas etiam ſumitur *pro habilitate*. Ulpian. *l.*1. §. *Non autem. in fin. ff. de exercitor*. Unde capacem dicimus, quem aptum, habilem, idoneum eſſe vidimus, experimur, & credimus ad aliquod officium faciendum. Qua propter in caſu noſtro, Religioſum abdicare à ſe capacitatem, habilitatem, aptitudinem, idoneitatem ad Sanctos honores, officia, & dignitates idem eſt, ac à ſe tollere, dimovere, abjicere, deponere, negare, atque privare ſe ea facultate, quam in ſe ex ſua virtute realiter habet & poſſidet.

RESOLVTIO XXI.

Primò. Nulla Religio, neque Religioſus licèt præfatum Votum habeat, de non procurando,& non conſentiendo in honores ſanctos, & Dignitates, niſi ex coactione obedientiæ, aut Præcepti, poteſt à ſe abdicare capacitatem ad illas.

Secundò. Neque ullus Superior, & privata Perſona poteſt juſtè ſub prætextu prædicti Voti impedire, & retardare alicujus promotionem ad eaſdem.

Tertiò. Dignitatum conſecutio maximè conducit, & redundat in eximium cujuſcumque Religionis ſplendorem.

SUMMARIUM.

3 *Non poſſe aliquem à ſe abdicare capacitatem ad Dignitates, eſt idem ac non poſſe abjicere à ſe meritum, & idoneitatem, quam habet ad illas.*

4 *Hæretici per ſuos errores, & fallacias impetunt contra Eccleſiam.*

Quomodo ſinè literis obſiſtendum Hæreticis in Conciliis. &c. ibid.

Doctrina Chriſtiana, non Jus civile requiritur ad Chriſti oves Regendas. ibid.

5 *Paſtores ignari ſunt à grege arcendi.*

Tenentur docere alios. ibid.

Niſi velint de ſolo nomine eſſe Paſtores. ibid.

A Deo ſciant, quæ populum docere tenentur; præcipue ſacras paginas, & Divina miſteria. ibid.

Divinorum Miſteriorum arcana ignorare, eſt ignorare Chriſtum. ibid.

Hæretici latratù Canum, & baculo deterrendi. ibid.

6 *Eccleſiaſticis non probibetur ſtudere diſciplinis forenſibus.*

8 *Honor non eſt actus elicitus à perſona honorata, ſed ab honorante.*

Aliquis etiam invitus honorari poteſt. ibid.

9 *Homo non poteſt facere Votum, quod non honoretur.*

10 *Uti temporalibus, & venereis eſt in poteſtata poſſidentis, & ita de his poteſt fieri Votum de non utendo illis.*

11 *Virtutes ſunt merita honorum, & honores ſunt præmia virtutum.*

Meritum honorum eſt duplex. Virtus, & officium. ibid.

12 *Honor eſt duplex, ſæcularis, & ſanctus.*

13 *Honor propter plures Cauſas alicui præſtari poteſt.*

14 *Honor Sanctus cui conveniat.*

16 *Religioſi renunciant honori ſæculari.*

17 *Epiſcopatus non licitè appetitur, neque cætera officia.*

Non eſt licitum abdicare à ſe

capacitatem ad ſanctos honores. ibid.
Honor ſanctus eſt Eccleſiaſticus honor. ibid.
Non ſpectat ad perfectionem Religionis honorem ſanctum à ſe abdicare. ibid.
Eſſe reprehenſibile à ſuis removere onus prædicandi &c., quando religio inſtitutū habet prædicandi, docendi &c. ibid.
18 *Capacitas idem eſt ac meritum, & idoneitas.*
21 *Meritum ſemper ad præmium pulſat.*
23 *Religio non debet à ſe abdicare ſanctos honores, ſed potiùs per illos illuſtrari.*
Tenetur non ſolùm alere, ſed educare bonos operarios, ut fructuoſi reddantur. ibid.
Commune bonum præfertur privato. ibid.
Monachus in clauſtro ordinem ſuum ſervans inſiſtit bono privato. Docens extra inſiſtit communi. ibid.
24 *Religioſus poteſt aſſumi ad Eccleſiaſticas Prælaturas.*
Officium adjunctam debet habere doctrinam, nè cum Bove homo conveniat. ibid.
Literatura ſola cæteris dotibus æquipollet. ibid.
Non bene poſſumus ſinè literis gubernare. ibid.
Non eſt contrà perfectionem Religionis recipere officia. ibid.
Honores non ſunt impediendi ſub prætextu vitandi peccati. ibid.
26 *In exemplum culpa extenditur, quando honoratur peccator.*
Quando culpa eſt occulta, Honor ſanctus non eſt denegandus. ibid.
Prælato, malo debetur major reverentia, quàm ſubdito bono. ibid.
27 *Non exaltare meritum, eſt animas interimere.*
29 *Præmium dicitur prævium, quia præponitur.*
Vana reſpublica, ubi nec præmia, nec ſupplicia. ibid.
Honor alit artes. ibid.
31 *Improbum eſt impedire voventes ab honoribus conſequendis ſub voti prætextu.*
32 *Privata Vita quid ſit.*
Privatus homo dicitur, qui juriſdictione caret. ibid.
Excuſare eſt cauſam afferre. ibid.
Exemplum P. Joſephi Calaſantii. ibid.
Votum non impedit, ſed facilitat ad dignitates. Seq. *ibid.*
34 *Patres Societatis conantur impedire in ſuis promotionem ad dignitates. Et de eorum Voto requirente rigoroſum præceptum vide* Præamb. I. num. 107. B.
35 *Quæſtiones non ſunt ab exemplo decidendæ ſed à jure.*

Religiones, & Religioſi, qui ſecundùm ſuum inſtitutum præfatum Votum profitentur de non conſentiendo in dignitates, niſi ex coactione obedientiæ, & à ſæculi rumoribus ſeparati pre omnibus honorari merentur ad clarum Tex. *in Cap. qui verè 16. quæſt.1.* ibi .. *Qui verè, purèque ſolitariam eligunt vitam, digni ſunt convenienti honore.* Quod & iterum intonatur in Cap. *quidam* 18. *qu.2.* ibi .. *Qui verè & ſincerè monaſticam vitam degunt, convenienti honore afficiantur.* Unde, non debent, nec poſſunt juſtè & licitè à ſe abdicare capacitatem, ad Eccleſiaſticas dignitates, & Prælaturas ſuſcipiendas. Et multò minus ſub prætextu dicti Voti à ſuis Superioribus, aliiſque privatis perſonis im- 1

pediri, & retardari; ne promoveantur ad illas. Imò eorum ad dignitates Eccleſiaſticas exaltatio magnopere conducit, & redundat ad religionis decus, & ſplendorem augendum, ſi honeſtis moribus, ſacris literis, doctrina, & ſapientia inſignes magis apti, & digniores reperti, per ſupremos Principes, ſummoſque Pontifices ſublimentur ad illas, utpotè idonei ad Chriſti onus aſſumendum, ad Eccleſiæ inſerviendum, & fidelem populum, dominicumque Gregem ab erroribus elongandum.

2 Dixi, Juſtè Religionem, & Religioſos non poſſe abdicare à ſe capacitatem, aut à ſe rejicere, & ſeparare aptitudinem, idoneamque paſſivam habilitatem, & diſpoſitionem, in ordine ad ſanctos honores Eccleſię dignitates, & officia ſubeunda. Quoniã hoc non eſt dignitates voluntariè prætendere, & poſtulare, quòd meritò eſt prohibitum, & non conſonat juribus & regulis artis de bene deſiderando, ſed ſolummodo per virtutum opera, atque heroica, & illuſtria facta, ſe aptos, idoneos, & capaces reddere prò Ecclaſiæ muneribus ſuſcipiendis, ad præclarum Textum S. Thomæ, ſupra ſæpè allegatum 2.2. *qu.185.art.1. in corp.* ibi.. *Poteſt tamen abſque præſumptione quilibet appetere talia opera facere, ſi eum contingeret, in tali officio eſſe; vel etiam ſe eſſe dignum ad talia opera exequenda, ità quòd opus bonum cadat ſub deſiderio, non autem primatus dignitatis.*

3 Itaque diſpoſitio, idoneitas, & capacitas pro Eccleſiaſticis dignitatibus, ad virturem pertinet, & opus virtutis eſt, illam deſiderare, & tueri. Undè multùm abeſt, quòd aliquis poſſit licitè à ſe illam abdicare, & removere, illique renunciare, eo ſpectabili fundamento. Primò, quia nemo poteſt renunciare virtuti. Secundò, quia vergeret in Eccleſiæ præjudicium, & contra ejuſdem univerſale bonum, & utilitatem, ſi idonei abdicantes à ſe illam capacitatem, Eccleſia tunc non abundaret idoneorum promovendorum copia ad Chriſti Meſſem, & gregem propagandum, & fidelium culturam adaugendam. Meſſis enim eſt fructus multiplicare. *L. Fructus eſſe §. Item ſi meſſes ff. ſoluto matrimonio.*

Dixi ſupra ad Eccleſiæ inſerviendum, & fidelem Populum, Dominicumque Gregem ab erroribus elongandum. Propter quod ſemper Sancta Mater Eccleſia indiget, maximamque neceſſitatem oſtendit de Operariis, & Paſtoribus, in omnium ſacrarum diſciplinarum genere verſatis. *Cap. cum ex eo, de elect.*, *&* *elect.* ibi.. *Eccleſia univerſalis ad ſui regimen viris literatis permaximè noſcitur indigere. Et Cap ſuper ſpecula de magiſtris, & infra n.24.* 4
aliàs quomodo Apoſtolico pectore obſiſtendum eſſet præcipuè in Conciliis Hæreticorum erroribus, Inſidiis, fallaciis, ſeductionibus, quibus quotidiè atrociter in Orthodoxa dogmata impetunt, & convellere inſudant. *Cap. omnem vim 37.diſt.* ibi.. *Omnem vim venenorum ſuorum in dialectica diſputatione conſtituunt heretici.* Etenim ſolâ doctrinâ Chriſtiana, non civili jure, licèt præclariſſimo, & Imperiali Majeſtate ſuffulto Chriſti oves educantur, & æternam ſalutem conſequuntur.

Hinc Sacri Canonum Textus inviolabiliter diſponunt, quòd Paſtores ignari ſunt à grege arcendi. *Cap. bramem ex Honorio 3.* quia tenentur docere alios. *Cap. ſi quis vult. 36.diſt.*, *& Cap. qui Eccleſiaſticis §. Ecce eadem diſt.* ibi.. *Cùm ex officio alios debeant docere*, *&* *Cap. ignorantia 38.diſt.*, niſi velint 5

de

de ſolo nomine eſſe Paſtores, *dicto Cap. ſi quis vult dicta 36. diſt.*, ut à Deo ſciant, quæ Populum docere tenentur, quæ quidem multa, ſunt *dicto Cap. ſi quis vult 36.diſt.* Præcipuè Sacræ Paginæ, & divina Myſteria, quæ non in codicibus humani juris continentur. *Cap. legimus* §. *Hinc etiam origines, &* §. *Hinc, & Ambroſius 37. diſt.* ſed ex ſcientia Spiritus Sancti dono recepta infunduntur *dicto Cap. qui Eccleſiaſticis 36. diſt.*; & à Deo communicata recipiuntur *dicto Cap. ſi quis vult 36.diſt.*, & Divinorum Magiſteriorum ignorantia eſt ignorare Chriſtum, *Cap. ſi juxta 38.diſt.* Hæretici, & Infideles, qui luporum rabiæ, & impetu aggrediuntur, latratu Canum, & baculo deterrendi, & conculcandi. Hieronymus 43.*diſt. in proemio*.

6 Et licèt diſciplinis forenſibus ſtudere Eccleſiæ operariis non ſit prohibitum; cùm multum conducant pro ſacrorum Canonum Intelligentia. *Gloſſ. in verb. Epiſcopus Cap. Epiſcopus gentilium 37. diſt.* Theologica tamen, & altiſſima Chriſti Doctrina, non in humanis legitur Imperatorum voluminibus impreſſa, ſed in Sacrarum Paginarum, Conciliorum, Sanctorum Patrum, atque fidelium expoſitorum oraculis, ope Divina conſignata, conſpicitur *dicto Cap. qui Eccleſiaſticis & dicto Cap. ſi quis vult 36. diſt.*, ſed qui plura hac de re documenta deſiderat, Fuſius repetiet ſupra *Praamb.2. num.60.ſeq.*, quod cum cæteris Præambulis non caſu, ſed conſultò prò faciliori hujus tractatus intelligentia præmiſimus, & vide *Reſ.*15.*num.*112.

7 Sed prò Tituli intelligentia, quòad primam ejus partem, non poſſe nimirum, ullam Religionem, nec Religioſum, ſecundùm ſuum inſtitutum à Cajetano deſcriptum infra *num.*17. abdicare à ſe capacitatem ad dignitates,&ſanctos honores recipiendos. Diſcamus oportet.

8 Primò, inter honorem, & temporalia bona verſari diſcrimen. Quòd honor non eſt actus elicitus à perſona honorata, ſed à Perſona honorante. Quia perſona honorata non poteſt elicere actū honoris circa ſe ipſam;ſed ſolùm eſt terminus honoris, ſeu ſolùm meta paſſiva capacitas ad illum moraliter terminādum, & recipiendum. Perſona verò honorans eſt verè cauſa effectiva, eliciens actum honoris, circa perſonam à ſe diſtinctam,quam honorat, ut patet ad ſenſum. Adeòque actus honoris, non reſidet in voluntaria poteſtate perſonæ honoratæ, ſeu in ſua libertate, ſi velit illum recipere, aut non; illumque terminare. Cùm ſolùm pertineat ad honorantem, honorem dirigere ad terminum, quem vult; adeòque honor eſt in ſola poteſtate libera honorantis, ut illum efficiat vel non: & ita aliquando contingit, quòd aliqua perſona etiam invita honoretur ad Text.*in Cap.fortiſſimi de erogatione militaris annona, & Gloſ. ibi ver. fortiſſimi*.

9 Ex quibus evidenter deducitur, quòd perſona non poteſt facere votum, quòd non honoretur; quia honor non eſt in ſua, ſed in alterius poteſtate retinetur.

10 Uti autem bonis temporalibus, & venereis, eſt actus quidam, qui eſt in voluntaria poteſtate poſſidentis talia bona; & ita perſona poſſidens poteſt abdicare à ſe per votum paupertatis,& caſtitatis, uti bonis temporalibus, & venereis prò ſua libertate. Hæc omnia eruditè ſubtiliſſimus Cajet. *loc.cit.*2.2. *qu.*186.*art.*7.§.*In Reſponſione ad* 4. ibi.. *Perſpice diligenter, quòd inter honorem, & venerea, ac temporalia bona, hac eſt differentia, quòd* bo-

bonor non eſt actus bonorati, ſed bonorantis ; habere autem divitias, ac uti venereis, eſt in poteſtate voluntaria ejus, cujus ſunt, & qui delectatur. Et propterea aliter oportet intelligi abdicationem bonoris, & divitiarum. Nam abdicatio bonorum fit auferendo à ſua voluntate poteſtatem licitè poſſidendi proprium ; & utendi venereis: Abdicatio autem honoris non poteſt ad ipſos bonores referri, qui in aliena ſunt poteſtate, ſed refertur ad merita bonorum. Quæ merita cùm ſint duntaxat honorum capacitas ; ſi in merente exiſtant, per nullam abdicationem fieri poteſt, quòd non exiſtant.

11 Secundò conſidera, quòd virtutes ſunt merita honorum ; & honores ſunt præmia virtutum Ariſtotel. 1. Ethic. 8. meritum autem honorum eſt duplex unum eſt ipſa virtus immediatè ſecundùm ſe ipſam ; Alterum eſt excellentia exteriorum, quæ ſunt officia, quibus etiam pręſtandus eſt debitus honor. Gloſſ. §. *Voluerit. Authen. de Conſulibus*, de quò plura ſupra *Reſ.* 8. *num.* 40. inquantum ſunt inſtrumenta virtutum, & debent eſſe ſigna earumdem. Quicumque enim officium gerit, & adminiſtrat juſtitiam, & Populum gubernat, ſuo honore eſt dignus ; & vulgari obſervantia Officialis à ſubditis excipitur & reverentia, in quantum quodcumque officium indicat perſonam aptam, idoneam, & virtutibus præditam, ad tale munus dignè exercendum. Cajet. cit. ibi.. *Meritum eſt duplex, ſcilicèt virtus, & exteriorum excellentia ; debetur ſiquidem virtuti bonor, ut dicitur in* 4. *Etbic., & exteriorum excellentia bonoratur ex debito quodam, prò quanto ſunt Inſtrumenta virtutum, & deberent eſſe ſigna virtutum, ſicut in pluribus ſunt ſigna ſtatus virtuoſi, puta Regentium dominantinm primatum, & ex vulgari obſervantia, excellentes ſiquidem in bis exterioribus bonorantur à vulgo.*

12 Tertiò conſidera, quòd honor, qui debetur virtuti, & inſtrumentis ejus, ſcilicet officiis, eſt duplex, ſæcularis ; & Sanctus. Honor ſæcularis eſt qui datur virtuti, & ſæcularibus officiis, quæ, ut modò diximus, ipſa quoque ſunt inſtrumenta vittutum, & ſigna earumdem ; ſic honor ſæcularis debetur videlicet Magiſtratibus, Senatoribus, Principibus, Regibus, & hujuſmodi *l. bonor ff. de mun. & bon.*, & ſupra modò allegati Text. *nu.* 11. declarant. Sicuti etiam honorantur nobilitas, potentia, divitiæ, & ſimilia, in quantum conferunt ad opera virtutum S.Thom. 2. 2. *qu.* 45. *art.* 1. *ad* 2. *Virtus magis ſibi vendicat nomen boneſti ; alia verò quæ ſunt infra virtutem bonorantur, inquantùm coadjuvant ad opera virtutis ; ſicut nobilitas, potentia, & divitiæ;* Et perſpicuum eſt, quòd vulgarium hominum æſtimatio multum honorat homines divitiis affluentes; cùm divitiæ induant aliquando ſpeciem honeſtatis ; hinc multi divitias honorant, vel inquantum conducunt ad actus virtutum. S. Doctor *ad* 4. ibi.. *Quia ſecundum vulgarem operationem excellentia divitiarum facit bominem dignum bonore. Undè eſt, quòd quandoque nomen boneſtatis ad exteriorem proſperitatem transferatur.* Et ibidem *art.* 3. *ad* 2. *Divitiæ vocantur nomine boneſtatis ſecundùm opinionem multorum, qui divitias bonorant, inquantùm ordinantur organicè ad actus virtutum.*

13 Et licèt honor ſolùm exhibendus ſit individuæ perſonæ ; tamen plures poſſunt eſſe cauſæ, propter quas honor alicui perſonæ præſtandus ſit. S. Doctor 3. *par. quaſt.* 25.

art. 1.

art.1. in corp. ibi .. *In eo, qui honoratur, duo poſſumus conſiderare, & eum, cui honor exhibetur, & cauſam honoris. Propriè autem honor exhibetur toti rei ſubſiſtenti. Cauſa autem honoris eſt id, ex quo ille, qui honoratur habet aliquam excellentiam: nam honor eſt reverentia alicui exhibita propter ſui excellentiam, & ideo ſi in uno homine ſunt plures cauſæ honoris (puta prælatio, ſcientia, virtus,) erit quidem illius hominis unus honor ex parte ejus, qui honoratur; & plures honores ſecundùm cauſas honoris*. Undè nulla erit difficultas, quòd eadem perſona poſſit honorari honore ſæculari, & ſancto: ſecundùm diverſas cauſas honoris, & excellentias, quas continet. Chriſtus autem noluit in ſe admittere cauſam, ſeù excellentiam exteriorum ſæcularium honorum, quando reſtitit, & aufugiit, ne ipſum in Regem conſtituerent *Matth*.... Hucuſque de ſæculari honore.

14 Et ex his facilè compræhenditur, quid ſit honor ſanctus, ſeu quid ſub ſancti honoris nomine importetur. Sanctus honor propriè convenit etiam virtuti, & Eccleſiaſticis officiis, quatenus etiam iſta ſunt exteriorum excellentia, & Inſtrumenta ad exercendos virtutum actus, & inquantùm ſunt earumdem virtutum ſigna, quibus honor debetur Eccleſiæ Prælatis, Epiſcopis, atque Presbyteris &c. 1.*ad Tim*.5. qui duplici honore ſunt digni, quorū officium eſt utilitati proximorū intendere, & paſcere Chriſti oves; Sacerdotii munere fungi, magiſteria exercere, ad erudiendam Chriſti plebem, & ſanctam pietatem ignorantes docere. S.Thom. 2.2.*q*.185. *art*.1. *in corp*. ibi .. *In Epiſcopatu tria poſſunt conſiderari, quorum unum eſt principale, & finale; ſcilicet Epiſcopalis operatio, per quam utilitati proximorum intenditur. Secundùm illud Joan.ult. Paſce oves meas. Aliud eſt altitudo gradus; quia Epiſcopus ſuper alios conſtituitur, ſecundùm illud* Matth. 25. *Fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Tertium autem eſt, quod conſequenter ſe habet ad iſta, ſcilicet reverentia, & honor, & ſufficientia temporalium, ſecundùm illud prima ad Timot*.5., *qui benè præſunt Presbyteri duplici honore digni habeantur*.

Ex quibus manifeſtum redditur, quòd honor ſanctus eſt, qui debetur virtuti, & Eccleſiaſticis officiis, nimirum Presbyteris, & Prælatis; & honor temporalis adjungitur, ut ſubſiſtant per ſufficienriam temporalium reddituum; & non eſt dubium, quin uterque honor ſæcularis, & ſanctus debeatur virtuti. 15 Cajet. *loc.cit.ibi circa medium.Virtuti debetur uterque honor, ſcilicet ſæcularis, & ſanctus, & de ſancto patet in litera ex Sacra Scriptura. De ſæculari patet. Quia dicitur præmium virtutis, & ex ratione. Quia ex quo debetur exteriori Excellentiæ Ratione virtutis, cujus eſt ſignum, aut inſtrnmentum; à fortiori debetur ipſi virtuti; propter quod unumquodque tale, & illud magis, ut dicitur primò Poſter*.

Nihilominus, quia Religioſi in actu profeſſionis ab omnibus bonis temporalibus ſe ſeparant, & à ſe vitam ſæcularem abdicant, ita honori ſæculari renunciant. Renunciant enim ſæculari honori, quatenus ſæcularibus officiis renunciant, non quidem tollendo à ſe meritum, ſeu capacitatem ſæcularis honoris; nam dato ſemel, quod iſta ſit, ipſam non eſſe, fieri non poteſt; ſed abjiciendo à ſe vitam ſæcularem, & cum illa ſæcularia officia, quæ ſunt proximum meritum ſæcularis ho- 16

noris. Cajet.cit. ibi .. *Et quia Religioſi Sçcularem vitam à ſe abdicant, ita in littera de ſæculari honore loquendo, utrumque tangitur, ſcilicet, & quòd Religioſi Sæculari honori renunciant ; & quòd hoc faciunt abdicando à ſe non radicale Meritum, quod eſt virtus, ſed meritum proximum, quod eſt vita Sæcularis. Hoc enim exemplum Salvator nobis tradidit, dum noluit honorari ab hominibus, volentibus eum in regem ſibi præficere.* Quibus redditur manifeſtum; quòd ſæcularis honor eſt ille, qui debetur ſæcularibus officiis ; & vitam ſæcularem degentibus, quæ omnia à ſe ipſis per profeſſionem Religioſi abdicant, vitæ officiis, & honoribus ſęcularibus renunciando: ad quæ prius jus habebant. Renunciatio enim apud Juriſperitos eſt juris proprii legitima refutatio. Card. *in rubric. de Cenſibus lib.6.*

17 Sed quamquàm non liceat Religioſis præcipere votum habentibus de non ambiendo, proprio motu appetere, & procurare Prælaturas, Dignitates, magiſteria, ſacerdotia, & quæcumque alia Eccleſiaſtica officia, etiam minima, ut laudabiliter injungitur, & obſervatur in aliquibus modernis Religionibus, præcipuè in mea. Etenim expreſsè jura decernunt, quòd Epiſcopatus præcipuè, non licitè deſideratur. S. Thom. ſepè allegatus 2.2. *quæſt.*185. *art.*1. Nam licèt ſit bonum opus ex Paulo, attamen non bene appetitur. Sanctus Thomas *Reſ.*10. *num.*12. Nihilominus non permittitur Religioſis, ut à ſe abdicent meritum, idoneitatem, ſivè capacitatem ad honores. Cajet. *cit.* ibi .. *De honore autem ſancto in littera ſimpliciter dicitur, quòd non convenit Religioſis renunciare illi*: Honorem autem ſanctum idem eſſe ac Eccleſiaſticum honorem, & non ſpectare ad perfectionem Religionis illum à ſe abdicare ; & eſſe non parum repræhenſibile in Religionibus, quæ prædicare, & ſacras literas in populorum utilitatem profitentur, magiſteria, & ſacerdotia à ſuis removere Cajet. *cit.* ibi .. *Advertendum eſt, quòd quia honor Eccleſiaſticus proculdubio ſanctus honor eſt. Quia Eccleſia ipſa ſancta eſt.* Nota. *Ideo non ſpectat ad perfectionem Religionis renunciare Eccleſiaſticis honoribus. Quocirca reprehenſione digni ſunt Religioſi abdicantes à ſuis honores magiſterii in Theologia: ſicuti reprehendendi eſſent, ſi Presbyteros nollent habere ſuos: quia honorandi loca, & aliis reverentiæ ſignis. Et loquor de Religionibus inſtitutis ad prædicandum, in quibus conſtat Sanctos Patres hujuſmodi honore donatos*, & ibi citat S. Doctorem, dicens. *Habens ad hoc quoque Authorem in libro contra impugnantes Religionem, dicentem in cap.2. non quemlibet honorem ad Mundum pertinere, ſed qui conſiſtit in rebus mundanis. Non enim poteſt dici, quòd honor Sacerdotii pertineat ad Mundum, & ſimiliter, nec honor magiſterii; cùm doctrina, quam conſequitur talis honor, ſit de ſpiritualibus bonis: ſicut enim Religioſi non renunciant per votum Sacerdotio, ita nec Magiſterio.* Quæ authoritas in fortioribus terminis decernit, Religioſos non poſſe renunciare ſanctis honoribus. Undè multò magis concludit, non poſſe à ſe abdicare capacitatem, meritum, & idoneitatem ad eoſdem. Cum quo optimè componitur, non poſſe illos proprio motu quærere, illoſque acceptare, niſi coacti ex obedientiæ merito.

Capacitas enim, quæ reperitur 18
ex parte perſonę promovendæ, idem eſt ac idoneitas, ſeu meritũ ejuſdem, ut diximus ſupra & prout etiam Cajet. advertit modo *n.*16. Quæ tam-

quam

quam diſpoſitiones ſubjectantur in perſona promovenda, & ſubjectivè, ac paſſivè ſe habent in eadem, ut illam capacem reddant ad dignitates recipiendas, vel tanquam præmium, vel tanquam terminum, ad quem ſaltem merita tranſcendentaliter ordinantur. *Quia mereri*, inquit Valla, *eſt mercedis intuitu operari, aut ſpe ſtipendii, ac præmii laborare, ac dignum reddi*; ut apud Juriſconſult. *L. cum Pater §. Rogo ff. de leg.* 11., aut eſt ſtipendia quærere *l.16. §.Final. ff. de caſtren. pecul.*

19 Quapropter dato ſemel, quòd dicta capacitas in aliquo exiſtat, capacitas enim idem ſonat ac habilitas. Ulpianus. *L.*1. §. *Non autem in fi. ff. de exercitor.* quæ habilitas ad jus pertinet & eſt paſſiva ratio, ut loquuntur Interpretes; & notat Pratejus *in ſuo Lexicon. verbo Capacitas*, quæ non eſt in libertate habentis illam à ſe dimovere, & abjicere, ſeù à ſe abdicare; quod eſt illam deponere *l.2. apud Pomponium* §.1. *& l. cùm placuiſſet. ff. de orig. jur.* Imò nec poteſt effectum ejus impedire, qui neceſſariò promotionem ad dignitatem reſpicit, ſeù eſt ipſemet ad dignitatem reſpectus; ſicuti ſi ex parte hominis daretur v.g. calor, non eſt in poteſtate ejuſdem illum à ſe repellere, neque effectum ejus, qui eſt exiccare. Sivè datur naturalis capacitas ex parte hominis recipiendi calorem, & ſimilia accidentia. Undè ſicuti eſt impoſſibile, quòd talem capacitatem ſeu habilitatem à ſe homo dimoveat, quia naturaliter illa ſibi inhæret: Ita eſt impoſſibile, quòd homo per opera digna capacem ad dignitates recipiendas ſe reddat, & poſſit illam à ſe dimovere, & impedire ejus formalem effectum, qui eſt dignitates reſpicere, ſivè ipſe tranſcendentalis reſpectus ad dignitates. Quæ veritas philoſophantes non latet.

Quamobrem quantumcumque adſit in homine votum de non conſentiendo in dignitates, niſi coactè, licèt tale votum prohibeat conſenſum ex proprio motu; Numquam tamen prohibere poteſt ſivè impedire dictam capacitatem habitudinem, idoneitatem, & meritum ad illas. Adeoque dato ſemel, quòd meritum exiſtat, ſemper exigit, ſemper quærit, ſemper pulſat neceſſariò, & per ſe ad dignitates, ad honores ad præmium; non ſæcus ac quodlibet elementum ſuum tendit ad locum, ſpheram, & centrum, abſque eo quòd poſſit hanc naturalem tendentiam ulla cauſa impedire. 20

Dixi, quòd meritum ſemper ad præmium pulſat, quaſi in judicium vocare velit, ne impediatur præmium. Ulpianus *l.*11.§.10. *ff. de interrogat. in jure facien.* vocare, inquam, velit ex contractu, & pacto, ut reſpondeatur ad id, pro quo pulſatur *l.2. §. Item ſi. ff. de judic.*, & per conſequens non mirum ſi promovendus ſuam non valeat à ſe capacitatem naturaliter ad honores inclinantem, ponderantem, aſpirantem abdicare. 21

Item perſpicuè ſequitur, quòd licèt votum, quo ſanctiſſimè arcentur, & prohibentur voventes, ne ſuo proprio motu, & ambitionis ſpiritu ferantur in Sanctos &, Eccleſiaſticos honores, Sacerdotii, nimirum, Magiſterii, Prælaturæ, & ſimilium: non tamen tale votum obligat, ut à voventibus rejiciatur honorum capacitas, habilitas, meritum, & idoneitas. Et ſit. 22

❀ ✕ ❀

Reſolutio quòad Secundam, & Tertiam Tituli partes.

23 PRo quibus certò ſciendum, noſtrum votum non poſtulare, neque permittere, quòd Prælati ſuos Religioſos impediant ab honoribus licite conſequendis, itaut Religio vacua debeat remanere ſanctis honoribus & Officiis, & illa à ſe abdicare. Sed potius tenentur ſtudere, ut per illa illuſtrata Religio ſplendeſcat, & proximorum utilitati conetur intendere, idoneos operarios non tantùm alendo, ſed verè educando. Ad ſenſum *in l.fin. de aliment., & cibar.legat,* ut poſſit etiam extra Clauſtra Eccleſiæ neceſſitatibus per ſuos Religioſos inſervire, ut proximis dicatur utilis, & fructuoſa Monaſtica Inſtitutio. Hieronymus Platus *de bono ſtatu Religioſi lib.*2. *cap.*25. §. *Idem quoque*, & fusè P. Euſtachius à Sancto Baldo *quodlibet* 1.*dub.*1.*num.*4. ſciens commune Eccleſiæ bonum bono privatæ Religionis eſſe præferendum, ut in ſimili de magiſterio Sanctus Thomas *opuſc.*19. *cap.*1. *litt.D.* ibi .. *Commune bonum prafertur bono privato. Monachus in Clauſtro ordinem ſuum ſervans, privato inſiſtit; ſcilicet tantùm ſuæ ſaluti. Docere autem, quò plurimi erudiuntur, redundat in commune bonum Eccleſiæ, & non eſt inconveniens, ſi Monachus extra Clauſtrum vivat, & doctrina officium aſſumat de licentia ejus, ad quem ſpectat.*

24 Religioſum autem Regularem ad Prælaturas, & dignitates Epiſcopales promoveri poſſe indubitati juris eſt. *Cap.quorumdã.Cap.ſi Religioſus.Cap.nullus Religionis de elect. in* 6.*Clement.*1.*de elect.in fin.leg.*23 *ant.med.tit.*5.*par.*1.&tradũt omnes Canoniſtæ. Et nomine Dignitatis Epiſcopalis intelligitur quælibet Prælatura curã animarũ habens, ad quam Regularis abſque diſpenſatione promoveri poteſt. *Gloſ.in ſupradicta Clement.,& ibi* Imola *n.*4. & 41. Joan.Andreas *Cap.ſi Religioſus*, Abbas *in Cap. quod Dei timorem num.*5.& 6. Sanchez *lib.*7.*Decal. cap.*29.*num.*33. & omnes communiter.

Officium autem adjunctam debet habere doctrinam, ne cum ſtolido Bove aratrum agente, homo conveniat, ut protulit Alphonſus præclariſſimus Arragoniæ Rex. 25 Cùm ſola litteratura cæteris dotibus æquipolleat. *Gloſ.in verb.litteras in Cap. de multa de Præben. in Cap. prælectis* 25.*diſt.L. coiri ff.pro ſocio.* Nec bene poſſumus ſine litteris gubernare, cùm de Tacito Imperatore Romani dixerint; *Quis melius, quàm litteratus imperat?* Et mirificè, non eſſe contra Religionis perfectionem ſuſcipere officia, docet SanctusThomas *opuſc.*19.*cap.*1. *litt. C.*; Et licèt officia procurare, & appetere reprehenſibile ſit: oblata tamen acceptare non prohibetur: Sanctus Thomas *loc.cit.d.opuſc.* 10.*cap.*1. *litt.C.* ibi.. *Chriſtus Magiſtros ſedere primos non vetat; ſed eos arguit, qui hæc habita, vel non habita appetunt*. Et non eſſe contra ſpiritualem Religionis perfectionem hæc officia ſuſtinere, nec eorum ſolemnitates elationem in Religioſis inducere. Sanctus Doctor cit. *Quia ea, quæ ad ſolemnitatem docendi pertinent, non ſiunt cauſa elationis, aliàs eſſent ab omnibus vitanda; quia quilibet tenetur ela-*

tio-

tionem vitare, ſed ſunt ordinata ad authoritatem officii oſtendendam. Et ita ſicut perfectioni nihil deperit, ſi Sacerdos ſupra Draconem ſedeat, & ſericis ornetur veſtibus, ita non obſtat perfectioni, ſi quis magiſtralibus inſigniis utatur.

25 Nec dicendum. Quòd honor ſanctus à Religione arcendus eſt, ex prætextu, quòd aliquando Perſonæ ad Eccleſiaſticas Prælaturas promovendæ, poſſint intrinſecè fovere peccata, & reddi quocumque honore indignæ; adeòque ad cautè procedendum, debere Religionem impedire quamcumque promotionem de ſuis.

26 Hoc, inquam, non eſt dicendum. Quia non eſt facienda hujuſmodi præſumptio, cùm bono communi ſit injurioſa. Nam licèt Gregorius *in Paſtorali prima parte cap.2.* dicat: *Quòd in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur; hoc fieri non debet, ut in exemplum culpa trahatur.* Adeòque Prælatum peccatorem non debere honorari; hoc intelligitur, quando culpa eſſet manifeſta. Tunc talis peccator eſſet omninò repellendus. Cæterum ſi culpa ſit occulta, plurimæ militant cauſæ, ut honor ſanctus non denegetur Prælato; Quia licèt non habeat virtutem in actu, habet tamen in habilitate; & poteſt virtutem cauſare, & gerit vices Dei; & in ipſo reſidet bonitas Eccleſiæ. S.Doctor *in 3.diſt.9.ar.3. ad 3.* ibi.. *Quod Prælato malo, ratione Prælationis debetur major reverentia, quàm ſubdito bono, quia Prælatus gerit vices Dei. Undè Deus in ipſo honoratur. Secundò, quia ipſe eſt perſona publica, & honoratur in ipſo bonitas Eccleſiæ. Tertiò quia Prælatus ſe habet ad virtutem, ſicut cauſa efficiens in aliis virtutem.* Nota. *Et dignius eſt alterius virtutis cauſam exiſtere, in quantum hujuſmodi, quàm virtuoſum eſſe, ut dicit Philoſophus 9. Ethic., & 2.2.quaſt.63. art.3. in corp.* ibi.. *Aliquis poteſt honorari non ſolùm propter virtutem, ſed etiam propter virtutem alterius; ſicut Principes, & Prælati honorantur, etiamſi ſint mali, in quantum gerunt perſonam Dei, & Communitatis.* Cæterum certum eſt, honorem non deberi peccato; ſed quando peccatum neſcitur, honor Prælato non eſt denegandus. S. Thom. *cit. ad 2.* ibi.. *Quòd Prælato dum eſt in actu peccati, non debet exhiberi Dulia. Quia apparet in eo aliquid honori contrarium: ſed ante vel poſt, ſibi dulia debet exhiberi, quia neſcitur in quo ſtatu ſit.*

Ex quibus perſpicuum redditur, licitè poſſe Religiones ad ambitionis vitium à ſuis alumnis repellendum, illos obligare ad hoc, ut ſolliciti non ſint in procurandis dignitatibus, non tamen juſtè poſſe illas ab idoneis repellere, & excludere, illaſque à Clauſtris procul arcere, ut non ineptè explicatur *in l. jubemus C. de teſtam.*, cùm non ſpectet ad perfectionis ſtatum Eccleſiaſticis honoribus renunciare, quod eſt, ut diximus modo ſupra, juris proprii refutatio. Card. *in Rubr. de Cenſibus*, illoſque à ſuis abdicare. Cajet. *cit. num.24.* Adeoque, ſicut eſt laudabile, & virtuoſum Religioſos in Prælaturas proprio motu non inhiare. S. Thom. pluries allegatus: ità damnabile videtur, quòd ſancti honores merentibus impediantur: hoc enim non eſſet promovere virtutem, & meritum exaltare, ſed potius illuſtriorum virorum animas deprimere, non vitia, ſed merita ſuffocare, & funeſtas Religionis reddere conditiones. Sanctus Optatus Milevitanus *lib.2. contra Parmen.* ibi.. *Linguas ve-* 27

ſtras acuiſtis in gladios, quos moviſtis in mortes non corporum, ſed honorum. Jugulaſtis non membra, ſed nomina; & quid prodeſt, quòd vivant homines, ſi occiſi ſint honores à vobis? Valent quidem membris, ſed erepta portant funera dignitatum.

28 Quæ funera obſcurum reddunt, atque vileſcere faciunt Religionis nomen, & ſplendorem obnubilant, quem cauſant Deo vocante, dignitates, per quas tanquam per Solem Religio Luna magis reverberata ſplendeſcit. Sanctus Bernardus *Epiſt.*142. ad Monachos Alpenſes, quorum Abbas fuerat ad Epiſcopatum ſublimatus ibi.. *Bonus Paſtor, atque noſter, per quem Alpenſis Congregatio illuſtris ubique redditur, tanquam Luna per Solem.* Quem ſplendorem Poſteris non extinguendum æternitati conſignarunt, Chronicis voluminibus impreſſis cujuſcumque ætatis ſuæ Religionis Scriptores; quorum labor tantò reddebatur Illuſtrior, quantò prolixior in referendo Infulas, Purpuras, Triregna, cæteroſque Sanctos honores, quorum nobilitate exaltabatur Religio. Nec, uno extra Clauſtra ſublimato, diminuebatur digniorum numerus. Quia præmium, quod eſt honor, ut diximus, multiplicabat merentes. Reginaldus Lucarinus *de Epiſc. Regular. cap.*1.*num.*42. ibi.. *Quia videmus Religiones, ex quibus quotidie plures aſſumuntur ad Epiſcopatum, non eſſe propter hoc piis, & doctis viris deſtitutas; nam uno ſublato docto, & pio viro, non deficit alter.*

29 Et in hanc veritatem antiquorum SapientumSententię confluunt; Etenim uno defuncto, augetur Heroicorum virorum numerus, ſi præmium alliciendo præcurrat. *Præmium enim, ut quidam volunt, dicitur quaſi pravium. Quia primò præponitur, quod dandum eſt victori, deinde certatur.* Joſeph.Langius. *verb. præmium in princip.* Et nulla familia ſubſiſtet, præmia & ſupplicia non præparans. Cicero *lib.*5. *de natura Deorum* ibi.. *Nec Domus, nec Reſpublica ratione quadam, & diſciplina deſignata videtur: ſi in ea nec rectè factis præmia extent: nec ſupplicia peccatis.*

Et deterius eſſet (id, quod indignatus eſt Achilles) in aliqua familia ignavos, & fortes eadem lege tractari, & paris conditionis eſſe tam labori deditos, quàm ſuo ventri viventes. Plutarchus *in Lacon.* ibi.. *Hoc eſt, quod apud Homerum ſtomachatur Achilles, tantum honoris haberi ignavis, ac fortibus.* Quæ ſententia etiam locum habet in privatis familiis. Sunt enim hæc duo præcipua ad conſervandam cujuslibet commutatis diſciplinam. Honos enim non ſolùm alit artes, ut habet Proverbium; verùm etiam virtutem: ut in quacumque gubernatione diſcrimen habeatur publicum inter viros utiles reipublicæ, & ſuo viventes abdomini.

Unde inter homines boni re- 30
giminis damnabile erit præmia meritis retardare. Imò præmiis ad virtutes erunt humana pectora provocanda. Bruſius *lib.*5.*cap.*8.ibi.. *Nec rectè Reſpublica gubernari poteſt, niſi boni præmiis invitentur.* Corpus enim alimento, animus verò nutritur laude, honoribus, & præmiis. Triver. *in apoph.*72. Adeòque exitium prorſus, & Calamitas toti immineret Communitati, ſi quis præmia contenderet avertere. Hoc enim argumentum eſſet, quòd de illo, qui præmia de medio eriperet, nulla boni ſpes appareret. Demoſthenes *in orat. ad Leptinem* ibi.. *Si autem quis honores, & præmia benemeritorum tollat, ipſe nihil bo-*

ni

ni fatere paratus videbitur.

31 Quapropter manifeſtum redditur, quòd in caſu exaltarionis alicujus Religioſi votum habentis de non ambiendo, aliàs idonei, & digni ad Prælaturas, & dignitates tanrùm abeſſe deberet, quòd aliquæ perſonæ ſive publicæ, ſive privatæ ante ſupremum ſiſtant Principem, & Superiores, ut impediant, nè ille promoveatur, ſub illo prætextu, quòd votum habet; cùm potiùs obligatio poſtularet, ut ad Principes, & Miniſtros accederent, ſupremas gratias repenſuri, ex quo dignati fuerint totam in uno ad dignitates evectò, Religionem exaltare, & cœterorum in illo merita coronare: & ipſius intuitu laboris cunctis, ex merito ſui voti dignioribus effectis, honorum præmia elargiri.

32 Quòd ſi promotus non ſe ſentiat, vel ex genio, vel ex natura, aut proprio temperamento inclinatum in hujuſmodi externis miniſteriis occupari, ex quo fuerir aſſuetus in rerum ſpiritualium, aut ſtudiorum otiis privatam, & quieram viram tranſigere. Privatam dico, quia non amat amplecti munus, quo alius fungitur, ex Varrone *de lingua lib.*5., & poteſtatem habentibus opponitur. Cic. *de art. Rhet.* 1. Privatus enim homo dicitur, qui juriſdictione caret ad Text. *in l.*41. *ff. de offic. præſid.* tunc ille debuerit ſe modeſtè excuſare, & juſtas cauſas ſuæ reſiſtentiæ Superioribus aperire. Etenim excuſare apud juris civilis peritos eſt cauſam afferræ, per quam ſtat, quòd aliquid non fiat. Jacobus Spiegel. aut qui aliquid facere non poteſt. *Cap. dilecti de Dolo, & contrit.* Sed nunquam votũ tamquã impedimentũ objicere debent. Exemplo Venerabilis Patris Joſephi Calaſantri Fundatoris Scholarum Piarum, qui cum à Paulo V. Summo Pontifice ad dignitates, & Prælaruras Epiſcopalem, & Cardinaliriam eſſet proximè promovendus; & à Catholico Hiſpaniarum Rege Commendandus: Non objecit, nec memoriam fecit de ſacra promiſſione, & voto quòd ipſe profitebatur de non ambiendo: ſed ſolùm placidiſſimis, & religioſiſſimis modis ſe retraxit, & excuſavit. Sciens inutile, & injurioſum eſſe ſub ratione impedimenti tale votum objicere; cùm potiùs è contra noverit, quòd multum ad ſui exaltationẽ illud votum contuliſſet, & ad eandem impulſiſſet dignitatem tanquam unicum, & ſingulare meritum ad efficacius, & dignius ſuas excuſationes repellendas; ut conſtat ex Proceſſibus prò illius Beatificatione, authoritate ordinaria, & Apoſtolica compilatis, & confectis.

Igitur ex juribus adductis, atque illuſtriorum Doctorum ſententiis ſimul conglobatis, firmatum recipimus, Religiones, & Religioſos non poſſe à ſe tollere, & abdicare merirum, & capacitatem, virtutum exercitiis diuturno tempore comparata, in ordine ad munera, & Eccleſiaſticas Dignitares, ſanctoſque honores, ad quos tanquam ad terminos, mercedem, & præmium, habent indiſpenſabilem & tranſcendentalem reſpectum. Ad Text. ſupra allegat *num.*18. 33

Nec prætextu voti poſſunt per Superiores Subditi ad dignitates vocati, licitè impediri ſinè eorumdem, & Religionis detrimento, in cujus ſplendorem dignitates confluunt & conſpirant, & harum luce, tamquam Luna per Solem reverberata Religio reſplendet.

Nec obſtat, quòd ex proprio inſtituto dicatur à Patribus Societaris, omnem oppoſitionem fieri, ne ſui Religioſi ad Eccleſiaſticos evehantur honores. Suarez *de Re-* 34

lig.

*lig. par.*4. *lib.*6.*cap.*8., etenim valde laudabiliter juxta ſcopum illius Sacroſancti Inſtituti peragitur, Ne intra ſocietatem idoneorum operariorum copia, & numerus diminuatur, ad commune bonum, quod in ſocietate ſuſcipitur, adeò Chriſtianæ Reipublicæ perneceſſarium: uti eſt quotidie occupati in pueris litteraria rudimenta edocendis: in adoleſcentibus ad Superiores facultates habilitandis: in fidelibus cujuſvis conditionis in Congregationibus ad ſalutem vocandis, & evangelico ſpiritu imbuendis: in Infidelibus per laborioſas, & remotas miſſiones ad Chriſtum convertendis. Unde non videtur ſupereſſe locus, & tempus eos ad alia Eccleſiæ miniſteria applicandi.

Quapropter licèt prędicti patres nō poſſint à ſe removere, & abdicare meritū, & capacitatem ad illa; eſt tamen licitum honeſtumque principes admonere, ne aliò tam laudabile inſtitutum divertant: & faciant, quòd ſocietatis operarii intra ſuas apoſtolicas occupationes præſtantiſſimas in omni diſciplinarum genere magiſterii & virtutum exercendas, ſe contineant: procul ab omnibus externis dignitatibus; & proximorū ſaluti dumtaxat, & chriſtianæ Reipublicæ utilitati omnem conatum & operam ſuam impendant. Semperque parati & diſpoſiti maneant ad Miſſiones promptè ex voto ſuſcipiendas, ut latè diximus ſupra *Praamb.*1.*num.*107. *B.*

Quapropter non erit illos ad Eccleſiaſticas Dignitates impedire, ſed ad alia munera Chriſtiano Orbi utiliora vocare: & publicas cùm ingenti onere, atque digniſſimas magiſterii, & docendi Cathedras ubique locorum aſcendere. Cùm in Domo Æterni Patris manſiones multæ ſint, non diverſitate meritorum ad præmia; ſed mediorum pluralitate ad eundem finem ultimum comparandum. 35

Cæterum in jure non poſſumus ab exemplis quæſtiones decidere: cùm pluries contingat, quòd quæ uni Inſtituto congruunt, alteri non expediant. Undè exempla licèt ſint argumēti ſpecies, *L. non poſſunt ff. de Legibus.* Non tamen exemplis, ſed legibus eſt procedendum. *L. ſed licet ff. de offic. Præſid.*, de quo plura *Praamb.*1.*num.*100., *& ſeq.* 36

Unde cùm ratio ſuadeat, jura convincant, & Doctores magni nominis in tribus præfatis Tituli Concluſionibus conveniant, ita ſentiendum eſſe non videtur dubitandum. 37

Cùm autem ſecundùm Canones aſcenſuris ad Eccleſiaſticas dignitates per plures vias, nimirum electionis, nominationis, aut poſtulationis incedere ſit conceſſum; Ideo ut illarum naturam, proprietates, & differentias pro arte bene deſiderandi aggrediamur, & penetremus; operæ pretium duximus Reſolutione ſequenti, quæ erit 22. ſermonem moliri. Et ſit.

RESOLVTIO XXII.

Tres præcipuæ dantur Viæ promovendi Perſonas ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & Dignitates: Nominatio nimirum, ſeu Præſentatio, Poſtulatio, & Electio, quæ licèt in aliquo conveniant; ſunt tamen inter ſe ſubſtantialiter diverſę.

SUMMARIUM.

1 *Quod eſt naturale facile retinetur, & difficile dimittitur, & mutuatur.*

Difficilius naturalia, quàm accidentalia mutantur. ibid.

2 *Eſſentia oritur ex prædicatis eſſentialibus, & in illis collocatur.*

Definitio rei ſubſtantiam demonſtrat, & rei quidditatem oſtendit. ibid.

Differentiæ rerum non cognoſcuntur, niſi per definitionem. ibid.

Quando definitiones ſunt diverſæ, etiam & definita. ibid.

Unum alterius appellatione venire non poteſt. ibid.

Nomen ſequitur ad eſſe. ibid.

Si re priveris, nec nomen habere mereris. ibid.

3 *Dantur plures viæ ad obtinendas dignitates. Electio, Nominatio, Poſtulatio, & aliæ.*

4 *Generalis via eſt proviſio continens alias.*

2 *Promotio continet etiam alias vias. ibid.*

2 *Nominatio, & Præſentatio ſunt ſynonyma. ibid.*

c *Quid ſit Præſentatio. ibid.*

5 *Præſentatio eſt quædam Donatio.*

Præſentatores dicuntur Creatores. ibid.

6 *Præſentatio nullum dat jus Præſentato.*

Patronus poteſt mutare præſentationem antequam Epiſcopus inſtituatur. ibid.

7 *Patronus ſi perſeveret, præſentatus habet jus adrem.*

8 *Per electionem transfertur jus in electum.* 50.

Eligens verè beneficium confert, non verò præſentans. ibid.

11 *Jus præſentandi convenit etiã laicis, non autem jus eligendi.* 65.

12 *Præſentatio non dirigitur præſentato, ſicuti electio electo.* 55.

Patronus laicus etiam publicata præſentatione poteſt illam variare. Non ſic de electione. ibid.

13 *Præſentatio non eſt intimanda, ſicut electio.* 59.

Ad præſentationem non requiritur conſenſus præſentati. ibid.

14 *Præſentatus, ſi ſit idoneus, debet inſtitui ab Epiſcopo.*

15 *Ad validam nominationem*

ſuffi-

ſufficit unus præſentans.

16 *Præſentatio, & Nominatio poteſt fieri de pluribus, non verò electio.* 60.

Primus nominatus videtur dignior, & magis dilectus. ibid.

17 *Definitio nominationis.*

a *Inſtitutio, quid & quotuplex. ibid.*

c *Differentia inter Inſtitutionem, & Collationem. ibid.*

f *Inſtitutio authorizabilis. ibid.*

g *Inveſtitura quid. ibid.*

18 *Poſtulare eſt poſcere. Et quid ſit poſtulare.* 18. *ſeq.*

21 *Poſtulatio eſt, quaſi electio, & confunditur cum electione.*

22 *Poſtulatio quomodo propriè in præſenti accipienda ſit pro precibus eligentium.*

Poſtulatio non exaudienda, niſi urgente Cauſa. ibid.

Semper debet eſſe ſalva antiquitati reverentia. ibid.

Poſtulato acquiritur jus. ibid.

23 *Definitur poſtulatio.*

25 *Poſtulatio eſt de illo, qui aliquo juris impedimento eligi non poteſt. Differt ab electione.*

26 *Poſtulatio duplex: ſolemnis, & ſimplex.*

28 *Poſtulatio in quot differat ab electione.*

30 *Per poſtulationem nullum acquiritur jus poſtulato.*

Nullum ſit matrimonium inter Eccleſiam, & poſtulatum. ibid.

35 *Poſtulatus conſentire debet in ſui poſtulationem.*

36 *Poſtulatio admittitur, electio confirmatur.*

38 *Ad nominationem ſequitur Inſtitutio.*

41 *Inſtitutio eſt triplex.*

44 *Cujus eſt deponere, ejus eſt ordinare.*

45 *Electio definitur. Eſt optio, ſeu vocatio &c.*

46 *Viduatio non datur, niſi per obitum Paſtoris, & Sponſi.*

47 *Item definitur electio.*

48 *Electio ante confirmationem dat jus ad rem, & compellere poteſt Superiorem ut confirmet.*

50 *Per electionem, ante confirmationem confertur tota dignitas in habitu, & electio habet jus in ſe, dummodo conſentiat electus.*

51 *Per confirmationem acquiritur exercitium. Sed nihil novi juris comparatur.*

Eligens beneficium confert. ibid.

Electio facit Imperatorem. Cap. legimus 93. diſt. *ibid.*

Ut matrimonium reſurgat requiritur contrahentium conſenſus, inter electum, & Eccleſiam. 55. *ibid.*

Ex conſenſibus obligationes oriuntur. ibid.

Electores Prælaturam conferunt. ibid.

53 *Confirmatio non eſt Gratia, ſed juſtitia.*

55 *Nihil eſt, antequam incipiat eſſe.*

Per ſolam electionem fit verum matrimonium quoad vinculum, & ſubſtantiam. ibid.

Quando deeſt initium, deeſt etiam initiatum. ibid.

Per electionem fit matrimonium. ibid.

Epiſcopus non poteſt ſua authoritate unam Sponſam Eccleſiam dimittere, & aliam accipere. ibid.

Non poteſt ſine Papa licentia Religionem ingredi. ibid.

59 *Matrimonium non celebratur niſi inter duo.*

Ele-

Electio non poteſt eſſe, niſi de uno. ibid.
Ad conſenſum præſtandum præfigitur tempus unius menſis à die intimatæ electionis. ibid.
Electores ſi non intimant, redduntur ſuſpenſi ad triennium. ibid.
Religioſus electus ut conſentiat, debet obtinere licentiam à ſuo Superiore. ibid.
60 *Major ſupra dimidium Capituli pars electionem facit.*
61 *Electionis via ſemper eſt dignior etiam ipſa ſucceſſione.*
Prælati Eccleſiaſtici ſolum per electionem promovendi. ibid.
Et Principes Sæculares electionem ſucceſſioni prætulerunt. ibid.
Adoptio ſpecies electionis eſt. ibid.
Eccleſia ſemper eſt deteſtata ſucceſſionem ad Eccleſiaſticas dignitates. ibid.
Electio debet eſſe de digniori. ibid.
62 *Ad membra pertinet electio Capitis.*
2 *Ad providendum de Paſtoribus ſemper ſervata fuit electio. ibid.*
63 *Ad electionem Paſtoris concurrebat Plebs.*
Etiam Apoſtolorum tempore eligebantur Eccleſiæ Miniſtri. ibid.
Papa nunc creat, & eligit. ibid.
Confirmatio non requiritur, quando Papa eligit, bene autem quando inferiores Prælati. 64. ibid.
65 *Jus eligendi non convenit Laicis, ſed Eccleſiaſticis.*
Jus eligendi eſt potentius jure præſtandi. ibid.
66 *Electio dirigitur electo, eique intimanda.*
Electi conſenſus eſt neceſſarius. ibid.
Nemo eſt cogendus ut conſentiat. ibid.
68 *Tripliciter contingere poteſt electio.*
69 *Electio facta per inferiorem indiget confirmatione.*
70 *Quid ſit confirmatio.*
73 *Confirmatio in forma communi nihil novi juris addit.*
Confirmatio in ſpeciali forma quid faciat. ibid.
Electio antequam confirmetur debet eſſe acceptata per conſenſum electi. ibid.
Superior, ſi inveniat electum eſſe indignum, repellit. ibid.
Electus jus habet Confirmationem petendi, & negantem illam compellere, ut confirmet. 45. ibid.
Superior confirmando non confert beneficium. Superior non inquirens antequam confirmet, graviter peccat. ibid.

1 Convenientiam, & diverſitatem inter aliqua, ex immutabili eorum natura, & eſſentia datum eſt perſcrutari; cùm natura omnium primæva facilius retineatur, & novam induci difficile reputetur *Arg. L. per retentis C. de uſu fruct.*, *& L. 2. ubi Bald. in 3. notab. C. de fidei comm.* & difficilius naturalia immutantur, quàm accidentalia. Innoc. *in Cap. quæ in Eccleſiarum num. 3. de conſtitut.*, *& in Cap. quia plerique num. 15. de Immunit. Eccleſ.*

2 Eſſentiam autem ex prædicatis eſſentialibus oriri, aut in iiſdem collocari non eſt dubitandum. Et hæc ex rerum definitione innoreſce-

ſcere, Philoſophi non contradicunt, & jura confirmant. Quia diffinitio rei ſubſtantiam demonſtrat. *Gloſſ.in L. omnis diffinitio ff. de reg. jur.*, & rei quidditatem oſtendit. Arer. *in L. moribus col.2.verſ.2.nota ff.de vulg.*, *& pupil.* de quo ſupra *Reſol.12.num.1. Reſol.15.n.87. Reſol.19. num.7.* Et differentiæ rerum non cognoſcuntur, niſi per diffinitionem. *L.1. C. de jur. emphit. L. quæſitum in princip. ff. de fundo inſtruct.*, *& L. ſi quintus §. Cùm aurum ff. de aur.*, *& arg. legat.* Et quando diffinitiones ſunt diverſæ, & definita diverſificari neceſſe eſt; & unum alterius appellatione venire non poteſt. *L. ſi idem C.de Codicil.* Quia nomen ſequitur ad eſſe. *Inſtitut.de donat. §.Eſt & aliud Cap.officia 59.diſt.* Unde illud invaluit proloquium, *ſi re priveris, nec nomen habere mereris. L.fin. C.de ſent. ex peric.recitan.Cap.Cleros.* Et ibi Archidiaconus 21. *diſt. & Cap. non omnis 2. qu.7.*

3 Plures à jure inſtitutas fuiſſe vias, ducentes dignos operarios ad dignitates occupandum, memorat Lambert. *de jur. patron. par.1.lib.1. art.5. quæſt.10. num.18.* Quarum prima eſt electio. *Cap.cùm terra de elect.* ſecunda eſt Nominatio. *Cap. bona de poſt. il primo, & Cap.quanto 63. diſt.* Tertia eſt Poſtulatio. *De Poſtulatione Prælat. per totum, & Cap.Epiſ.7.qu.1.* Quarta eſt Collatio, quæ ſpecialiter pertinet ad Prælatum. *Cap. ſi per ordinationem 63.diſt.* Quinta eſt Præſentatio, *Cap. decernimus 16. quæſt.3.* Sexta eſt ſimplicis petitionis per Populum. *Cap.quod Dei timorem de ſtatu Monachorum.* Qui modi ſecum ſuas trahunt appendices. Et olim Beneficia, quæ electiva dicebantur, tripliciter ſpecialiter conferebantur: per electionem, nimirum Poſtulationem, & Nominationem, ſeu Præſentationem. Azor. *Inſtit. moral. tom.2.par.2. lib.6.cap.17.*

4 Et omnes hujuſmodi modos ſub unica, & univerſali voce, quæ dicitur *Proviſio* contineri poſſe Canoniſtæ declarant. Vivian. *Prax. jur.par.2. lib.5.cap.7.num.43.* ibi.. *Proviſio denotat omnes modos, per quos Eccleſiæ providetur; cùm ſit verbum generale, continens omnes modos.* Quod, & manifeſtum reddunt jura, *Cap.ut circa de elect. & ibi Gloſ. in verb. electione lib. 6.* Felin. *in Cap.cùm Bertoldus col.2.de re judic. Gloſſ. in Clement. ultimo verb.Proviſioni de elect.Gloſſ.cap.1. ver. Proviſionem, & in Cap. Quorumdam verb. proviſionibus de elect.lib.6.* Prò quo faciunt Textus infra *Reſol.24.num.14.* Unde hoc nomen Proviſio continet Nominationem, Præſentationem, Poſtulationem, Electionem, Confirmationem, Inſtiturionem, Collationem, & alia hujus generis vocabula. Gonzalez *in comen.ad reg.8. Cancellariæ. Gloſſ.17.per totam.*

4 a Et id, quod importat univerſaliter præfata vox *Proviſio*, non diſſimiliter præſtat vox illa *Promotio*; quæ verificatur, quando quis providetur, & elevatur ad aliquod beneficium. Promotio enim ſinè dubio includit etiam præſentationem, Electionem, Collationem, & cæteros hujuſmodi modos, & vias aſcendendi ad dignitates. Abbas *in Cap. ſuper eo num.4. de elect.* Licèt nominatio, & Præſentatio pro Synonymis uſurpentur. De Luca *de Parochiis diſc.11.num.8.*

4 b Ex his, non ſine utilitate præ oculis habendum, atque addiſcendum, quodlibet beneficium ex triplici diverſo jure derivari poſſe, vel ex jure electionis, aut ex jure inſtitutionis, aut ex jure cujuſdam collationis, quæ omnia, & ſingula jura reſpectivè ſpectant ad ſuos Su-

pe-

periores. Et quodlibet ex illis juribus ſuam ſingularem habet viam, quam præmittit, & per quam ad illud pervenitur. Etenim Inſtitutio habet,& præmittit ſuam viam, quæ eſt Nominatio, ſeu Præſentatio. Collatio aliquando habet ſuam, quæ eſt Poſtulatio; & Electio quoque ſuam habet diverſam viam, quæ pariter eſt Electio; ſed ſub diverſa ratione, inquantum electio perfecta & publicata præmittit electionem imperfectam, & non publicatam, ut dilucidè explicabimus infra hic *num.56.57.58.*, & diximus *Reſ.* 15. *num.* 14. 19. *ſeq.* & *Praamb.* 2. *num.* 69. Undè quodlibet beneficium multiplicis diverſi juris eſſe poterit; nimirum aut juris Inſtitutionis, aut juris Collationis, & per tres diverſas vias erit acquiſibile,aut Electionis, aut Nominationis, aut Poſtulationis, quæ ſingula ulterius procedendo magis eluceſcent.

4 C Sed ſpecialiter explicari debet in hac Reſolutione ad prædictas diverſitates inveſtigandas, quid veniat nomine Præſentationis, ſeù nominationis, Poſtulationis, & Electionis, earum naturis, & eſſentiis conſideratis, definitionibus Canoniſtarum perpenſis, & inſpectis. Dicimus, quòd *Præſentatio non eſt aliud, quàm exhibitio quadam de Clerico præſente, legitimè facta per Patronum ſenſibus corporis Epiſcopo, ſeù Superiori, ad quem pertinet Inſtitutio.* Doctores communiter. Abbas *in Cap. ea noſcitur in 2. not.* de his,quæ fiunt à Prælato.Nec requirit præſentati Conſenſum. Roccus de Curte *de jur.patr.in princip. quaſt.3*: Rebuf. *in concordat. tit.de Collat.§.Præfatique ordinarii verb. præſentationem.Et Gloſſ.in Clement.* Dudum *in verb.præſentari in 1.col. de Appel.*

5 Et diciturpræſentatio.Hoc eſt, quaſi quædam donatio, cùm ſtet inſola libertate Patroni præſentare, quem vult, dummodo ſit Idoneus. Abbas *in Cap. ultim.num.5. de conceſſ. præben.*, & ideo nominatores, creatores dicuntur *l.ſi quos 59.Cod. de Decurionibus lib.10.*

Dicitur quoque Præſentatio 6
in quantum non eſt electio, niſi aliquo largo modo, & improprio, ut in *cap.2.3.4.*, & *Cap. nobis de jur. patron.* Ea ſpecioſiſſima ratione. Quia per præſentationem nullum transfertur jus in præſentatum. *Cap.quod autem de jur.patr.*: itaut ſi Epiſcopus rejiciat præſentatum, etiam idoneum, nullam illi faciat injuriam, *dicto Cap. quod autem*: & *Gloſſ.verb. quod autem*, & *ratio eſt*. Quia antequam præſentationem Epiſcopus approbet, illa nullius roboris eſt. Gloſ. ibi .. *Quia antequam præſentatio per Epiſcopum approbetur, ratum non eſt, quod à Patrono fuerit incboatum*. Propter quod licitum eſt, Patrono laico variare præſentationem, antequam Epiſcopus inſtituat. *Gloſ. loc.cit.* Nec conceſſio Eccleſiæ per Patronum in ſcriptis facta tenet, uſque dum Epiſcopi non acceſſerit conſenſus. *Gloſſ. cit.verb. de cætero* ibi .. *Reſpondet Papa ſi conſenſus Epiſcopi non accedat, nihil agitur: quia prò non dato habetur, quod datur ab illo, qui donare non poteſt. Et quidem pro non dato habetur*, ut ibi ſequitur Gloſſ. *quod ab illo datur, qui de jure dare non poteſt.ff.de acqu. re dom.*, & latiùs ibi Gloſſa.

Cæterum ſi Patronus in pro- 7
poſito perſonæ præſentatæ perſeveret, jus ſaltem ad rem, dicitur præſentato acquiſitum. *Cap. cùm Bertoldus 18. de ſent., & re judic.*, & *Gloſſ.*ibi .. *Item evidenter hìc patet, quòd ex præſentatione Patroni acquiritur jus præſentato ſi patronus in ſua præſentatione perſiſtat.*

Intellige tamen, ut jura data ſonant: ſi Epiſcopi nimirum, intercedat approbatio, nec aliter intelligendi ſunt alii Textus. *Cap.contra Sanctorum 16. quaſt. ultima, & in Cap. ei, qui. §.Diffinitiva verſ.nominationes 2.quaſt.6., & ſimiles.* Licèt aliquando nominatio cum conſenſu de præſenti, ad faciendum aliquem Epiſcopum, afferat jus nominato, ſed talis nominatio eſt electio *Cap.humana 21.qu.5.*

8 Sed per electionem, ut dicemus *num.50.*, verè, & propriè transfertur jus in electum. Gloſſ. *in Cap. quanto 63.diſt.* ea ſingulari ratione, quia verè, & propriè eligens beneficium confert, non autem præſentans. *Cap. ult. de jur. patr.*, licèt præſentatio, prout annexa inſtitutioni, jus conferat præſentato. Abbas *in Cap.quanto in 2.col.de Judic. & clarius in cap. 2. ſuper eo per Textum de offic. deleg.*

9 Sed præſentatio, antequam ſit deducta ad actum, eſt jus ſeu quid juris; quia eſt ipſa patroni poteſtas; & deducta ad actum, eſt factum, ſeù quid facti. Abbas *in Cap.ſuper eo num.5 .de offic.delegat.*

10 Et quidem præſentatio in actu non eſt jus, ſed eſt actus juris, in quantum eſt quædam exhibitio facta à legitima perſona habente jus patronatus, de Clerico, præſente, Superiori. Undè præſentatio in actu potius dicitur effectus juris, quàm jus. Gloſſ. *cap.1.de jur.patr.* ſeu dicitur fructus juris patronatus. Abbas, & alii *Cap.conſultationibus hoc tit.*, & Gloſſ. *fin. in Cap. cùm Bertoldus de ſent. & re judic*

11 Jus autem præſentandi ex conceſſione Eccleſiæ convenit etiam Laicis *Cap.pia mentis 16.quaſt7.*, *& Cap. quòd autem Cap. nobis de jur.patr. Trid.ſeſſ.14. de reform, cap.12.* Non autem jus eligendi, quod eſt potentius magiſque ſpirituale ut infra *num.65.*

Et præſentatio non dirigitur præſentato, ſicuti electio electo, ut dicemus *num.66.*, ſed ad ordinarium, ut inſtituat. *Cap.quod autem, Cap. relatum de jur. patr.* Nec præſentatio matrimonium facit, ſicuti electio infra *num.56.* Profectò Patronus laicus etiam publicata præſentatione poteſt variare, alium præſentando. *dicto Cap.quod autem. Non ſic electio Reſol.15. num.264. ſeq.& Reſ.22.num.8.50.& alibi.* 12

Nec præſentatio eſt præſentato intimanda, ſeu notificanda, ſicut electo electio infra *num.59.*: ſed præſentatio directè & immediatè ad Collatorem dirigitur, & tranſmittitur, adeoque nihil refert, utrum præſentatus conſenſerit ante collationem, cùm per hujuſmodi conſenſum nullum ipſi jus acquiratur. Gonzalez *lib.1. dec. tit.6. de elect., & electi poteſtate Cap. ſi. num.8.* 13

Licèt præſentatus ſi ſit idoneus debeat ab Epiſcopo inſtitui. *Cap. cùm autem de jur.patr.* hoc tamen non provenit ex aliquo jure præſentati, & præſentantis, ſed ex benigna Eccleſiæ conceſſione *d. Cap. pia mentis cum ſimilibus.* Cùm hoc tamen ſtat, quòd ſi Superior inſtituere negligat, recurrendum eſt ad majores, ut tempus præfigant. Rebuf *in prax.tit.de devolution.n.27. & 28., & in concordat. tit.de regia nominat. verb. intra ſex menſes*, Zerola *in manual. Epiſcoporum 1.par.verb.beneficium* §.3., & quòd ſi Epiſcopus differat inſtituere ſine cauſa, præſentatus poteſt appellare à gravamine ſibi illato. Abbas *in Cap.Paſtoralis de jur. patron.* Paulus de Cittadinis *6.par.art.2.num.1* Quos refert Garz *parte 10. cap.4. num.9.* 14

Item ad validam nominationem, ſeu præſentationem ſufficit 15

unus

unus præſentans, vel nominans, quò modo nullatenus fieri poteſt electio. Hoſtien. *hic in fine verſ.vel dic quòd nominationem*. Jo.Andreas *num.12.verſ.poſſet etiam dici nominatio*. Et Abbas *num.8.*, *& quamquam*. Exemplum apparet in nominationibus, quas faciunt Reges. Et conſtat in concordatis *in tit. de Regia nominatione* §.1. Rebuff. *in tract.nominat.qu.1.num.31.*

16 Præſentatio, & nominatio fieri poteſt de pluribus *Cap.quòd ſicuti de elect.* ibi .. *Quæ facta eſt de tribus dicenda videtur potius nominatio*. Et ſupplicatur Summus Pontifex, ut uni ex illis dignetur providere *Cap. Archidiaconum Florentinum 65.diſt. Hoſt. hic num.9. verſ. nominatio verò*. Non ſic electio, quæ tantùm de uno facienda eſt infra *num.60.* Et primus nominatus cenſetur dignior. *Cap. quorumdam de elect.in 6.* Felin. *in Cap. cùm dilecta num.5. de reſcrip.*, *& major*, *ac magis dilectus* Baldus *in rubric. C.ſi quis ommiſſ. cauſ.teſtam.col.fin. & fieri debet de excellentioribus.dicto Cap.Archidiaconum*.

17 Diximus ſupra *num.3.* præſentationem, & nominationem ſynonymas eſſe, & diverſas non importare naturas, & eſſentias: Undè nominatio non diſſimilem à præſentatione ſuam ſortitur diffinitionem. Diffinitur enim *eſt quædam exhibitio Clerici ad Prælaturam vacantem legitimè facta à Principe, vel à Rege, vel ab univerſitate Papæ, vel Superiori, habenti jus inſtituendi*. Joan. Polmanus in ſuo Breviario Theologico verbo *Nominatio*. Quam definitionem communiter recipiunt Doctores. Caſtropal. *tom.2. tract.13. diſp.2. punct.6.7. num.3. & 8.* §. *Idem* Azor *tom.2. inſtit.moral. par.2.lib.6.cap.18.19.* Quamobrem, quæ de præſentatione collecta protulimus, de nominatione eſſe dicta intelligantur.

Sed quia Præſentatio, ſeù nominatio ex dictis non dirigitur nominato, & præſentato, ſed dumtaxat Superiori, cujus eſt inſtituere. Ideo aliqua breviter de Inſtitutione enucleemus pro terminorum explicatione omnis ratio poſtulat. 17 a

Et quidem Inſtituere, ſeù Inſtitutio, ſecundum Canonicas leges *de Reg. jur. in 6.Reg. 1.*, *&* Gloſſ. *verſ.beneficium* ibi .. *eſt Canonicum jus in beneficio Eccleſiaſtico obtinere; ſivè eſt Canonicum jus in Eccleſia, vel Eccleſiaſtico beneficio retribuere*.

Et triplicis generis Inſtitutionem eſſe docemur dicta Gloſſ.ibi .. *Inſtitutio eſt triplex. Quædam eſt collativa tituli. Alia authorizabilis, quoad commiſſionem Curæ animarum; tertia eſt realis, & actualis, quæ vocatur inveſtitura, vel inductio in poſſeſſionem realem, & corporalem. Duæ primæ pertinent ad Epiſcopum; Tertia ad Archidiaconum*. 17 b

Quantum autem ad differentiam dicit Gloſſ. ibi .. *Quod differentia eſt inter Inſtitutionem, Collationem, & Præſentationem. Quia præſentatio dicitur illa, per quam non confertur aliquod jus in beneficio Eccleſiaſtico, ſed ſolùm à Patrono præſentatur perſona idonea. Et illud, quod Patronus facit dicitur Præſentatio*; & ſequitur Gloſſ. ibi. 17 c

Inſtitutio verò ſtrictè ſumpta dicitur dupliciter, videlicèt, cùm aliquis inſtituitur per Dioceſanum ad præſentationem Patroni, & ſic Epiſcopus inſtituens dat titulum in Beneficio. 17 d

Alio modo accipitur per confirmationem, quando Superior confirmat electionem.

Collatio autem dicitur, quæ fit

de

de beneficio non patronato, quòd ſpectat ad Epiſcopum pleno jure, ſine præſentatione Patroni.

17 e Addit Gonzalez *lib.1. decret. cap.4.de Cler.peregr.num.3.*Inſtitutionis verbum ita generale eſſe, ut aliquando ordinationem importet. *Cap. nullum interdum*, ut dicit Gloſſ. ſupra allegata:Inveſtituram, ſeù miſſionem in poſſeſſionem præbendæ *Cap. adhæc*, *Cap.ut noſtrum de offic.Archid.*, *& Collationem præbendæ*, *aut beneficii*, *Cap. cùm veniſſet de Inſtitut.*, *& Cap. cùm ex injuncto de Hæreticis.*

17 f Inſtitutionem autem authorizabilem, per quam committitur animarum cura, poſtquam collatio facta fuerit ab illo, qui jus conferendi habet, pertinere ad Epiſcopum, cujus ſolius eſt dare licentiam miniſtrandi Sacramenta &c. *Cap. in Lateranenſi de præben. Cap. unico de Capell. Monach.in 6.* Gonzalez *dicto lib.1.decr.cap.4.de offic. Archidiac.num.3.*

17 g Inveſtitura verò eſt id, quo quis in novæ acquiſitionis monumentum ornatur. Alciatus *in l.traditionibus C. de pactis. Et ſumitur pro poſſeſſione ut leg. franc. lib.4. cap.4., & 21.* & diverſorum Inſtrumentorum porrectione, Coronæ, Sceptri, Baculi, annuli, aliorumque ſimilium perficitur. Ut Authores de hac re ſcribentes cumulati apud Pardulphum Prateii oſtendunt ſuo Lexicon. *verb.Inveſtitura.*

18 Sed ad poſtulationis naturã rimandam,ut præſenti Reſolutioni fiat ſatis,tranſeamus neceſſe eſt.Poſtulare nihil aliud eſt, quam *poſcere*, ſeu *petere*. Unde Diis,atque hominibus poſtulationes porrigendas eſſe, docent Prophani Authores. Cœlius Rodigin.*lib.10. lect. antiq. cap.19.* Turnetus *lib. 9. adverſus cap.20.* Atque in hac ſignificatione, poſtulandi verbum accipitur, in utroque jure civili, & Canonico in rubrica de poſtulando.

Et licèt poſtulare in genere idem ſit, ac poſcere. Marcellus de varia ſermonum ſignificatione 19
cap..4. ſtrictè tamen ſumptum, *Poſtulare eſt apud alium de aliquo conqueri quocumque modo id fiat.* Ulpian. *lib.1. §. Poſtulare ff. de poſtulando* ibi.. *Poſtulare eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in jure apud eum, qui juridicè præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere.* Quæ definitio habetur *Cap.infantes 3.quæſt.7.*

Item poſtulare eſt idem ac de- 20
ſiderare *L. non nunquam 32.ff. de adopt.* Et poſtulationes appellantur deſideria *L. nec quidquam 9. §.Obſervare ff. de offic. proconſul.* Sed D. Thom. medullitùs poſtulationis vim perpendens dicit importare conatum quændam. *In 4.diſt.15.qu.4. art.3.ad 3.* dicendum ibi.. *Poſtulatio importat quamdam prætenſionem deſiderii, in id, quod petitur.* Et poſtulatio fert ſemper apud magiſtratum, vel judicem pro Tribunali ſedentem. Ulpian. *l.4. §. Hoc autem 8.ff.de damn. infecto*, Cujacius pacius *ad tit.ff.de poſtulat.*

In præſenti autem agimus de 21
quadam poſtulatione, quæ aliquando in ſacris Canonibus idem eſt ac electio, & ad invicem confunduntur *Cap.litteras Cap. valentinianus 63.diſt.*, & electus dicitur poſtulatus; & è contra. *Cap.ſtatuimus §.His. Cap.oſius diſt.61.cap.1. 2. de poſtulat.*

Sed propriè poſtulatio accipi- 22
tur prò precibus eligentium eum, quem vel aliquando juris impedimentum, vel Clericalis vitæ diſpar conditio ab electione repellit. Profectò aliquando evenit, virum magnæ eruditionis, & ſanctitatis omniumque virtutum copia praeditum, qui adhuc ſacris ordinibus

non

non ſit inſignitus, aut ætatem à jure præſcriptam non ſit adeptus; tamen reputari Unicum, & maximè utilem ad Epiſcopale munus ſubeundum. Aut aliquando communis ratio ſuadet, dignum unius Eccleſiæ Prælatum, ob Eccleſiarum diverſas neceſſitates, ab una Eccleſia in aliam eſſe transferendum. Quòd cùm communi jure inveniatur prohibitum, viſum fuit Eccleſiæ Patribus, ita diſciplinam veterem temperare, ut ſummum jus æquitati cederet; & ſalva antiquitati reverentia, *Cap. Superiorem adire, & gratiam poſtulare. Cap. intonuit. Cap. cùm olim de elect.* Quæ poſtulatio non temerè, nec niſi urgente neceſſitate eſt exaudienda. Concil. Carthagin. apud Gratian. *in Cap. placuit* 21.7.*qu.*1.

Diffiniunt illam Gofredus, Caniſius, Vaſconcellus, & alii in paratu ad hunc titulum. Et quidem ſub his terminis. Nimirum *Poſtulatio eſt ſupplex quædam à Collegio Canonicorum facta apud Superiorem petitio, qua petitur, ut aliquis certæ Eccleſiæ vacanti præficiatur.* Abbas *in rubr. de poſtulat. Prælat.* Qui ratione Canonici impedimenti, quod tamen non eſt animi, vel corporis vitium, eligi verè non poteſt. Hoſt. in ſumma Azor. *inſtit. moral. par.*2.*lib.*6.*cap.*17. *tit. de poſtulat.* Innoc. *Cap. intonuit de elect. & Cap. vult., & cap. bene* 2.*de poſt. Prælat.*

24 Seù Brevius *Poſtulatio, eſt ad Prælaturam vacantem aſſumptio perſonæ, aliàs ineligabilis.* Joan. Polman. *verb. poſtulatio.* Undè communior diffinitio videtur, quòd *Poſtulatio ſit ejus, qui eligi non poteſt, concors Capituli facta Superiori petitio. Cap. intonuit* 20. *Cap. bona* 23.*de elect, & Cap. bona de poſtulat.* Petrus Gregorius *de elect. cap.*3 *nu.*11. Julius Laurus *tract. cap.*13. *num.*29.

Ex his reſultat poſtulationem faciendam eſſe de illo, qui ex aliquo juris impedimento, ut diximus eligi prohibetur. *Cap. bona* 4. *Cap. vult de poſtulat., Cap. cùm Monaſterium* 13.*de elect.*, *adeoque poſtulatio verè differt ab electione.* 25

Sed duplex contingere poteſt poſtulatio. Solemnis, & ſimplex. Solemnis eſt illa, quæ per ſcrutinium celebratur, ſervata forma. Innoc. *in Cap. quia propter de elect.* Et eſt quando in poſtulatum concurrit major, & ſanior Capituli pars. Quam ſi admiſerit Superior, habet vim electionis *Cap. ſcriptum de elect.* 26

Simplex eſt, quando ab aliquo Superiore, ad quem ſpectat munus confirmandi, petimus, ut diſpenſet ſuper aliquo juris impedimento. Et in hoc nulla ſervatur forma, & nulla habetur electionis ratio: ſed poſtulatus ſolummodo redditur capax, & habilis ut eligibilis fiat. Petrus Gregorius *de elect. cap.*3.*num.*11., & Julius Laurus eodem tractatu *cap.*13. *num.*29. 27

Poſtulatio differt ab electione primo. Quia electio nititur juri communi, & fit ex Juſtitia. Poſtulatio autem ſolùm fundatur in gratia. *Cap. poſtulationem* 5.*de poſtulat.* Ita ut ſi ob impedimentum, & defectum electio, quæ ſtricti juris eſt, fieri non poſſit, recurratur ad poſtulationis remedium. 28

Imò poſtulatio, etiam ſi unanimiter fiat, etiam ad ſolam gratiam reducitur, Ut eſt Textus hìc. Unde Hoſtien. *num.*12. *verſ. non tam ex juſtitia, dicit, plus eſt ibi de Aqua, quam de Vino ſimile in Cap. contingit l.*1. §.1. *de ſent. excom.* Et quia poſtulatio mera gratia eſt, Prælatus non cogitur poſtulatum concedere. *Cap. litteras* 63. *diſt. Cap. admonet de renunciat. in authen-* 29

thentic. de Sanctiſ.Epiſc.§. *Nullus.* Si tamen juſta cauſa urgeret, compellendus eſſet Superior, ut poſtulatum admitteret. *Cap. nullus de jur. patr.* 2. *Gloſſ.hic in verſ.gratia, & Innoc.in eodem verſ. & Hoſtien. num.*15.

30 Secundò per poſtulationem nullum acquiritur jus poſtulato. Innocentius III. *cap.*5. *Cap. Stregonenſi*. *Et Cap. penult. de poſtulat.* Nam poſtulatus, cùm de jure canonico ſit impeditus, non poteſt ſibi ex poſtulatione comparare Jus ad prælaturam. Abbas *in rubrica de poſtulat.prælat.num.*3. Et hoc convincitur. Quia vota poſtnlantium non diriguntur poſtulato, ſed ad Superiorem. Et nullum fit matrimonium ſpirituale inter Eccleſiam, & poſtulatum. *cap.*3.*cum ſeq.* §.*Obſtabit de poſtulatione.* Antonius Cucus *lib* 4.*inſtit.tit.*2.*num.*28.Garzia *de beneſ par.*4.*cap.*3.*num.*7.*ſecus in electione, ut infra num.*49.56.66.

31 Tertiò à poſtulatione, uſque dum Superiori exhibeatur poſſunt poſtulantes recedere, quia nullum jus eſt acquiſitum poſtulato; non ſic in electione. *Cap.publicato* 58.*de elect.*,*& docent repetentes in eodem Cap.*, *& dicemus num.*56.57.58.

Imò poſtulatus neque poteſt à poſtulantibus repetere expenſas per ipſum factas, ſi poſtulantes alium poſtulando ſententiam mutaverint; cùm poſtulatus hoc ſibi imputare debeat, ex eo, quia nullum jus ex poſtulatione reportavit. Silvius *verb.poſtulatio qu.*9.

32 Verùm tamen eſt, quòd poſtulato acquiritur jus poſt quam poſtulatio fuerit ad Superiorem deducta, & ab ipſo admiſſa; ita ut non liceat amplius poſtulantibus mutare ſententiam. *Cap. & ſi unanimiter de poſtulat.*§. *Nec obſtabat*. Innoc. *hic num.*1.*verſ. tamen in hoc credo*. Hoſtien. *num.*18.*in verſ.per electionem.* Joan. Andreas *num.*10. *& alii*.

Sed ſemper ſervatum fuit poſtulationem fieri, & admitti non poſſe ſiuè juſta cauſa, & Eccleſiæ utilitate. *Cap.Epiſcopus* 7.*quæſt.*1., & licèt admittere poſtulationem pendeat à ſola gratia, & voluntate Superioris. *Cap. poſtulationem hoc tit.* Injuria tamen fieret poſtulantibus, ſi ſine cauſa non admitteretur. Argumento *L.*1.§.*Penul.ff.de aqua pluvia*. Et hoc multò magis ſi poſtulatio unanimiter, & concorditer fuiſſet facta. *Cap.penult.de reſcrip.* Et tradit Alexander *conſ.*80. *nu.*12. *verſ.ad Text.lib.*1. 33

Cæterum qui ex aliquo juris impedimento eligi non poteſt, poſtulari conceditur. Unde Epiſcopus unius Eccleſiæ non poteſt eligi ad aliam, benè autem poſtulari. Honorius Tertius Archiepiſcopo Calaritano *cap.*6. ſicuti electoribus non permittitur hominem ſæcularem, aut non legitimæ ætatis, & alterius Eccleſiæ Epiſcopum eligere; ſed Superiorem adire, & gratiam petere. *Cap. innotuit*, *Cap. cùm olim de elect.* Si autem, qui eligibilis eſt poſtuletur, poſtulatio eſt nulla *Cap. unico hoc tit. lib.*6. 34

Poſtulatus conſentire debet in ſui poſtulationem, cùm nemo cogendus ſit vovere caſtitatem. *Cap. ubi ita. Cap.geſta* 74.*diſt.*, & ſi Monachus in Epiſcopum poſtuletur Abbatis conſenſus. Argumento. Textus *in Cap.quam ſit* 18.*qu.*2. 35

Poſtulatio, ut habeat effectum requiritur ut Superior illam prius admittat, & propterea dicitur poſtulatio admitti, & electio confirmari. *Cap.ſcriptum*, *& ibi Gloſſ. in verſ. majorem de elect.* 36

Et licèt à poſtulatione, antequam illa ad Superiorem ducatur, poſtulantibus permiſſum ſit reſilire; ut modo diximus: nihilominus po- 37

ſtu-

ſtulatio non niſi de uno fieri conceditur; & hæc eſt præcipua differentia inter nominationem, & poſtulationem, ita ut ſi unus tantùm nominetur, tunc non dicenda ſit nominatio, ſed poſtulatio, vel quaſi poſtulatio. Hoſtien. *hic nu.*21. *verſ.* ſed hæc eſt differentia.

38 De inſtitutione, ut aliquid pro intelligentia ſaltem terminorum delibemus, quatenus ad noſtrum inſtitutum conducunt: recipiendum ab omnibus eſt, quòd ſicuti ad Electionem, ut dicemus *n.*49. ſequitur confirmatio; & ad poſtulationem admiſſio; ita ad nominationem ſeu præſentationem ſequitur Inſtitutio.

39 Et quidem inſtitutionis vocabulum generale eſt, & aliquando ſignificat ordinationem. *Cap. nullus, & ſeq.* 60. *diſt.* Interdum inveſtituram, ſeu miſſionem in poſſeſſionem præbendæ. *Cap. ad hæc Cap. noſtrum de offic. Archidiaconi*, & etiam ſignificat Electionem, ſeu collationem præbendæ, aut beneficii. *Cap. cùm veniſſet de inſtitutionibus Cap. Ex injuncto de Hæreticis.*

40 Sine autem Canonica inſtitutione beneficium Eccleſiaſticum obtineri non poteſt *cap.*1. cum ibi adductis à Pechio *de reg. jur. in 6.*

41 Hanc ergo inſtitutionem triplicem eſſe reſpicimus. Collativam unam, corporalem aliam, tertiam authorizabilem. Gloſſ. *in d. regula beneficium. Cironus in tit. de inſtitutionibus.*

42 In omnibus autem nominationibus ſeu præſentationibus neceſſariò expoſcitur Epiſcopi inſtitutio. *Cap. determinus* 8. *q.*7.

43 Inſtituere autem propriè eſt *conferre jus Canonicum in Eccleſia, ſeu in Eccleſiæ beneficio.* Gloſ. *verbo inſtituatur. in cap. authoritate de inſtitut. Cap. ex frequentibus de inſtitutionibus. Card. in Clement.*1. *in 6. quæſt. in ſolut. num.*11. *de ſupplenda negligentia prælat.*

Præcipuum verò Epiſcopale Jus eſt inſtituere. Hoſtien. *hinc* 8. *in verſ.* inſtitutionem, & Joan. Andreas. Et ita cui competit de Jure communi Jus inſtituendi, convenit etiam & Jus deſtituendi. Authores communiter. Nam ejus eſt deponere, cujus eſt ordinare. *Cap. nullus primas.* 9. *quæſt.*2 *cap.*3. *de Parochiis Hoſtien. in cap. cùm contingat num.*2. *de foro competen.* & ita inſtituere, & deſtituere ſpectant ad ordinariam Juriſdictionem. *Cap. conquerente de offic. ordinarii*, & toto titulo de inſtitutione. His prò intelligentia nominationis, & poſtulationis, quoad earum naturam, & proprietates perluſtratis, ad Electionem tranſeamus hujus noſtræ Reſolutionis titulus, & ratio poſtulat. Et quidem. 44

Electio definitur. *Eſt optio ritè, & legitimè facta idoneæ perſonæ ad Eccleſiam ſuo Paſtore viduatam, Juris forma ſervata.* Hoſtien. *in ſumma tit. de electione. Seù eſt vocatio canonicè facta alicujus hominis ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam.* Azor *inſtit. moral. p.*2. *lib.*6. *cap.*5. 45

Et dicitur *Ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam.* Quia videtur Electio verificari non poſſe, niſi de Epiſcopo: dummodò Eccleſia ſit vacans. *Cap. quia propter de Elect.* Ubi Electio ponitur de Eccleſiis viduatis. Et viduatio non datur, niſi per obitum Paſtoris, & ſponſi. Gloſſ. *ibidem, & cap. ſicut de elect. in 6.* Quamobrem licèt Canonicatus, & cæteræ Dignitates alicubi communibus Clericorum ſuffragiis conferri ſoleant; non tamen dicuntur per Electionem conferri, cùm Electio ſolùm debeatur Eccleſiæ ſponſo. Azor *part.*1. *lib.*6. *cap.*14. 46

§. *Secundò quæritur* ; & §. *Quintò quæritur* ubi regeruntur , quæ ſunt Eccleſiæ Dignitates .

Poſtremo Electionem invenio
47 definitam , quòd ſit *Perſona eligibilis præaliis aſſumptio ad beneficium vacans* . Joan. Polman. in ſuo Breviario Theologico *verb. Electio* , ubi per illa verba præ aliis , indicatur Electionem faciendam eſſe per comparationem perſonarum ad meliorem per Text. *in cap. bumana de elect.* ubi Abbas. Vivian. *part.*2. *lib.*5. *cap.*1. *num.*39. *Vel eſt alicujus perſonæ ad prælationem , vel fraternam ſocietatem Canonicè factam vocatio* , Abbas *tit. de Elect.*

Quid autem de Juris poteſtate
48 per ſolam Electionem ante confirmationem Epiſcopus Electus acquirat ; videtur aliquibus , non aliud , illi competere , quàm Jus ad rem , hoc eſt ad beneficium . Quòd eſt idem ac Jus petendi à Superiore confirmationem , *Cap. poſtquam* , & *Cap.nihil de elect.gloſſ.*1. *in Cap. quanto* 65. *diſt.* cùm Superiores compelli poſſint ad Electionem perficiendam . Gemin. *conſ.*84. Quia iſtud dubium . *num.*13. *verſ.* , & idem dicitur. Quod putant eſſe Jus quoddam revocabile , & confirmabile Superioris aothoritate : & hoc ex eo innoteſcere , quòd ſi Electus Epiſcopus ante confirmationem decedat ; tunc dignitas non dicitur vacare per mortem ultimò Electi , ſed vacatio durat per mortem anteceſſoris . Azor. *cit. ibid.* §. *Quarto quæritur* .

Hinc Electus ante confirma-
49 tionem nullum actum Juriſdictionis exercere permittitur. *Cap. tranſmiſſam* 15.*Cap.noti* 9.*Cap.qualiter* 17. *de Elect.* Quòd ſi ante confirmationem Electus adminiſtrare attentaverit, eo ipſo privatus redditur jure quæſito per Electionem *Cap. avaritia* 5.*hoc tit. lib.*6. , *Cap. Qualiter de Elect. gloſſ.*1. *in Cap. Noſti . eod. tit.* Pius IV. *in ſua conſtit.*86. Alexand. V. , & Julius II. *in Conſtitutionibus relatis à Gibelino* . Sed ſola confirmatio plenum Jus , & adminiſtrationem Electo concedit, *Cap.noſti,Cap.qualiter,& Cap.tranſmiſſam* 15. *Cap.poſtquam* 3. *de elect.* , & *Cap. dudum de præbendis* .

Sed per Electionem ante confirmationem conferri totam digni- 50
tatem ſecundum formam , & ſubſtantiam in habitu , meritò canoniſtæ pronunciant . Gloſſ. *in d. Cap. quanto* . Felin. *Cap. cùm* Bertold. *col.*2.*de re judic.*Vivian.*de jur.patr. part.*2. *lib.*5. *cap.*1. *num.*15. per confirmationem verò in actu,adeoque per Electionem præſtari Jus : per confirmationem verò exercitium . Gonzalez *lib. decretal. tit.*6. *de elect.* & Electi &c. *cap.*3.*num.*8. *circa med.*ibi. *Illud enim diſcrimen verſatur inter Electionem , & confirmationem , quòd Electio confert dignitatem in habitu : confirmatio verò in actu . Electio Jus præſtat . Confirmatio exercitium* , & ita Electo Jus in re , ſeu in beneficio acquiritur etiam ante confirmationẽ, dummodo conſentiat vel conſentire velit . *Cap. cùm inter Canonicos de elect. gloſſ. in cap. quanto* 63. *diſt. Card. conſ.*30. *num.*9,

Et quidem per Electionem acquiritur Jus Prælaturæ , admini- 51
ſtrationis , licèt non exercitium . Nam per confirmationem nihil novi Juris comparatur , ſed dumtaxat exercitium . *Cap. Paſtoralis in fin. de reſcript.* §. *Ecce* 8. *quæſt.*1. Eligens enim beneficium confert ; & Electio facit Imperatorem . *Cap.legimus* 93. *diſt.* , & ita concludit Gloſſ. præallegata *in d. Cap.quarto* Goffredus *in cap.*2. *de tranſlat. Epiſcoporum* . Ubi dicit per confirmatio-

matio-

mationem dari quidem poteſtatem
adminiſtrandi. *Cap. noſti*, *& Cap.
tranſmiſſam de elect.* ſed nihil addi
quo ad ſubſtantiam, ſeù vinculum
matrimoniale, ut *in d. cap.2.* Pro-
fectò, ut validè ſpirituale matri-
monium conſurgat, ſufficit contra-
hentium conſenſus inter Eccleſiam,
& Electum. *Cap. licet de Elect.* Ex
conſenſibus enim obligationes
oriuntur. *l. conſenſu ff. de action.*,
& obligat. Poſt quem conſenſum
remanet ſponſus obligatus Eccle-
ſiæ. *Cap. ſicut 7. quæſt.1.*, & ſe-
quitur Archidiaconus *in d. Cap.
quanto num.3. verſ. undè dicas 63.
diſt.* Electores verè Prælaturam
conferre non eſt heſitandum ſecun-
dum hujuſmodi Jura. Quid quid
dicant Hoſtienſis, & Innocentius;
Electores nimirum minimè Præla-
turam conferre, ſed ſolùm tribue-
re Jus, per quod poſſit Prælatura
peri ab eo, qui per coufirmationem
concedit officii plenitudinem. *Cap.
cùm in cunctis*. *Cap. traſmiſſam, &
Cap. nihil eſt de elect.*

Quare inhærendo tot præcla-
52 rorum Jurium diſpoſitioni, quam
magnopere prævalere non viderur
dubitandum: concludendum judi-
co, per ſolam Electionem ante con-
fitmationem conferti totam digni-
tatem ſecundum formam, & ſub-
ſtantiam in habitu, ut modo dixi-
mus: per confirmationem verò in
actu, & quoad exercitium. Non ſe-
cus ac per ordinationem Sacerdos
totam ſecundum ſubſtantiam, &
formam recipir in habitu poteſta-
tem abſolvendi à peccatis, non au-
tem in actu, & quoad exercitium, niſi
accedat nova Epiſcopi apptobatio.
Glement. dudum §. *Ac deinde de
ſepulturis Cap. ſi Epiſcopus de pæni-
tentia in 6. Cap. neminem* 70. Con-
cilium Nicenum 1. *cap.15.*, *&* 16.,
& noviſſime Trident. *ſeſſ.23. cap.15.
de reform.* ibi. *Quamvis Præsbiteri
in ſua ordinatione à peccatis abſol-
vendi poteſtatem accipiant. Decernit
tamen Sancta Synodus, nullum poſſe
confeſſiones &c. audire, nec ad id
idoneum reputari, niſi &c. ab Epi-
ſcopis per examen, aut aliàs idoneus
judicetur approbationem obtineat*.
Et experientia docemur, aliquan-
do ſine ulla confirmatione Electio-
nem utrumque obtinere, nimi-
rum exercitium, & habitum ut in-
frà.

Hinc confirmatio electionis
jam factæ non eſt gratia, ſicuti eſt 53
præſentatio *cap.3. de Jur. patr. ſed
Juſtitia cap.1., & per totum de elec.*
Abbas *in dicto cap.3. col.2. in fine*.
Profectò, ut jura decernunt, ex eo
quòd Superior electionem confir-
mat, non proindè cenſetur, quòd
beneficium conferat, ſed ſolùm
ſuum exequitur debitum. *Cap. poſt-
quam 3. & cap. final de elec. in 6.*
Eo vel magis, quia qui confirmat,
non donat, aut aliquam impendit
liberalitatem *cap. inter dilectos de
fid. Inſtrum.* Cùm electus tam per
ſe, quàm per ſuum Procuratorem
petere, & inſtare poſſit ex Juſtitia,
ut Superior confirmationis decre-
tum interponat. Argumento Textus
Cap. nullus de jur. patron.

Nec verè Innocentius confir-
mationem gratiam appellaret, niſi 54
in quantum Ponrifex ſi confirmare
renueret, non eſſet alius Superior,
qui illum cogere, & compellere
poſſet. Propterea vulgatum reci-
pitur, quòd, quid quid ſedes Apo-
ſtolica concedit, & fecit ex ſola
ſua graria, & liberalitate procedit.
*Cap. Sedes Apoſtolica de reſcriptis,
& per Hoſtien. hic num.15.*

Quamobtem conſtat per ſo-
lam electionem fieri quoad vin- 55
culum, & ſubſtantiam verum ma-
ttimonium Spirituale inter electum,
& Eccleſiam. *Cap. licèt de tranſlat.,
& cap. cùm inter de elec.* Sixtus V.

in ſua Conſtitutione num. 50. , *&* *Salmaticen. tom.*7.*tract.*17. *de fide diſp.*4. *de Roman. Pontific. dub.*2. *num.*24. *circa med.* ibi .. *Electio perfectè abſolvitur*, *cùm electus conſentit in electionem acceptando*, *tunc quippe adeſt mutuus conſenſus: perficiturque matrimonium ſpirituale inter Eccleſiam*, *&* *Papam.* Et ita hoc matrimonium incipere non poteſt ante electionem; quia nihil eſt antequam incipiat eſſe. *L. vult. ff. de collat. Bonor. Oldrad. conſ.*180. *quaſt. eſt num.*7. & quando deeſt initium, deeſt quoque initiatum: profectò nihil eſſe poteſt, ſi non inceperit eſſe. Compoſtell. *cap. quod ſicut num.* 17. Adeoque per electionem matrimonium, fit *cap. inter de tranſl. Epiſ.*, & cautum eſt in jure, quòd unus Epiſcopus ſua authoritate non poteſt unam ſponſam Eccleſiam dimittere & aliam ſuſcipere, *cap. ſicut* 7. *quaſt.*1. & ſine Papæ licentia Religionem ingredi *cap. niſi cùm pridem de renunciatione*. Ita ut qui de uno Epiſcopatu in alium ſe transferret, invaſor, raptor dicendus ſit. *Can.* 16. *Sinod.* Antiochen. Profectò Epiſcopus cùm Eccleſiæ ſuæ ſit alligatus vinculo matrimoniali, quod diſſolvi non poteſt, niſi per Papam, *cap. niſi cùm pridem in fin. de renunciat.* Hoſtien. hìc in principio in verbo alligatus, vel ſecundum Gloſſ. exponens verbum alligatus, ſcilicet vinculo matrimoniali *cap. inter corporalia verſ. ſicut autèm infra de tranſlat. Epiſcopi.* Et quidem diſſolvi non poteſt niſi authoritate Divina, ideſt authoritate illius, quem conſtat eſſe Vicarium Chriſti *dicto cap. inter corporalia Gloſſ. hìc poſt princi p.*, *&* Bald. *num.*7. *Non enim Homo*, *ſed Deus ſeparat*, *quos Romanus Pontifex*, *qui non puri hominis*, *ſed veri Dei vices gerit in Terris*; *Eccleſiarum neceſſitate*, *vel utilitate penſata*, *non humana*, *ſed Divina authoritate diſſolvit*. Quæ ſunt verba Textus *in cap. quanto de tranſlat. Epiſ.* ibi .. *non habet ſinè noſtra permiſſione volatum*.

56 Itaque ſicuti electio matrimonium facit, ita & electus acquirit jus Prælaturæ, & vinculum ſpiritualis matrimonii, ut jura data probant. Gonzalez *lib.*1. *decret. tit.*5. *de poſtulat. cap.*1. *num.*22., & ideò, electione peracta, & publicato ſcrutinio, non licet ab ea reſilire. *Cap. publicato* 58. *de elect.* cùm jam facta ſit beneficii collatio, & reddita perfecta electio, cùm antecedenter dici potuerit imperfecta.

57 Ex quo reſultat, quòd completa electione de uno, electio redditur invariabilis, & irrevocabilis. Et non permittit pænitentiæ locum: licèt quæſtio ſit inter Canoniſtas de tempore, quando electio redditur perfecta completa, & invariabilis. Quidam enim dicunt, quòd perfecta, & invariabilis redditur poſt ſubſcriptionem facti ſcrutinii, & recognitionem majoris partis calculorum in unum. Alii poſt confirmationem. Alii poſt conſenſum electi. Alii tandèm ſolùm poſt pronunciationem electionis. Ad Text. *in cap. quanto Gloſſ. magna* 63. *diſt.*, *&* *per Hoſtien. in ſumma eodem tit.* §. *Verùm mutari*, *relatus per* Fagnan. *lib.*1.*decret. de elect. cap. publicato* 4.5. ſed ad dirimendas opinionum differentias Gregorius IX. publicato ſcrutinio electionem variari non poſſe ſancivit, *cap. publicato de elect.*

58 Itaque eo ipſo, quòd electio, juxtà diverſas opiniones fuerit perfecta, & completa, redditur irretractabilis. 8. *quaſt.*2. *cap. dilectiſ. Gloſ. verb. judicari* ibi .., *electum, quem ſemel comprobaſti*, *non potes poſtea reprobare*, *&* 32. *quaſt.*5.

cap.

cap. Horrendus cum cæteris allegatis. Et electus ſemel approbatus, non poteſt amplius ab eligentibus reprobari, niſi ex nova cauſa. *Dicto cap. dilectiſſimi, & Gloſſ. dicto verb. judicari, circa med.*, & ibi .. *allegata*. Imo nec poteſt mutari etiam antequam accedat electi conſenſus. Etenim, licèt tunc electi conſenſus non adſit, electus tamen habet jus infra menſem ad conſentiendum. *Cap. cupientes, & cap. quàm ſit de elect. in 6.* Quod quidem jus injuſtè illi præriperetur ex variatione electorum. *Cap. mutare de reg. jur. in 6.*, *& cap. ſi tibi abſenti*. Et quidem non tenet ſecunda electio, uſque dum prima non declaretur nulla. *Cap. conſideravimus, & cap. audiſtis de elect.*

59 Cùm autem Matrimonium celebrandum non veniat inter plures, quàm duos. *Cap. fraternitas*. 35. *quaſt.* 40. & concordantes. Electio, per quam matrimonium ſpirituale contrahitur intèr electum, & Eccleſiam. *Cap. ſicut alterius* 7. *quaſt.* 1. *cap. licet de elect.*, *& cap. inter corporalia de tranſlat.* Prælat. eſſe non poterit niſi de uno. Azor. *tit.* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 18. *§. Primo.* Et hoc intelligendum, dummodo electus ſuæ electioni conſentiat, aut in caſu, quò ſuo juri non cedat, aut quòd per mortem non præripiatur, aut quòd per aliquod occultum impedimentum electio non ſubſiſtat. Tunc enim alius eſſet eligendus. *Cap. ſi electio de elect. in* 6. Et proindè tempus à jure præfigitur ad aſſenſum electioni præſtandum, hoc eſt intra menſem, a die intimatæ electionis. *Cap. quam ſit de elect. in* 6. Quòd ſi electores notificare neglexerint, redduntur ſuſpenſi per triennium. *Cap. cupientes*, *§. Caterum eod. tit.* Et in caſu, quòd electus eſſet Religioſus, cujus conſenſus præſtari nequit ſinè Superioris licentia, aut quia ligatur voto de non ambiendo, aut quià eſt voto obedientiæ obſtrictus, ratione cujus non habet velle, & nolle *Cap. ſi Religioſus de elect. in* 6. Tunc debet Superioris conſenſus impetrari. *Dicto cap. ſi Religioſus*, ſicuti ſi Monachus ad Epiſcopatum promoveatur, Abbatis conſenſus eſt requirendus. Argumento Text. *in Cap. ſi quis Monachus.* 16. *qu.* 1. *& cap. quàm ſit* 18. *quaſt.* 2., qui Superioris conſenſus, aut per ipſum electum, aut per ipſos electores erit impetrandus *dicto cap. quàm ſit eod. tit.* & renuens Superior licentiam concedere, eſt compellendus *dicto cap. ſi Religioſus*.

Et licèt in electione per Calculorum numerum plures videri poſſint electi. Nihilominus unus tantummodò electus habendus erit, ille nimirum, in quem major confluxit ſuprà dimidium totius Capituli pars. *Cap. dudum de elect. cap. quia propter cap. Cumana, & cap. Geneſi eod. tit.*, ita ut ſolùm de uno electio facienda ſit. *Cap. Congregatio* 16. *quaſt.* 7., & facta a minori parte Capituli non ſuſtinetur, nec convaleſcit, etiam ſi poſtea obtineret ſingulorum conſenſum. *Cap. auditis de elect.* 60

Inſuper electionis via dignior, & perfectior ſemper præ cæteris habita fuit, ipſa etiam ſucceſſione, per quam Principes ad dignitatum culmen evehuntur. Et Prælatos Eccleſiaſticos per electionem dumtaxat promovendos ordinavit Eccleſia. Julius Laurus *de elect. cap.* 1. *Cabrer. de metù lib.* 2. Garzia *tom.* 2. *politia regular. tit. de elect.* Imò, & aliquando ipſi Principes ſæculares electionem ſucceſſioni prætulerunt. Plinius in panegirico *cap.* 7. ibi .. *Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus*. Quod & Galba demonſtravit in ſua oratione ad Piſonem 61

in filium ſibi adoptandum, apud Tacitum *lib. 1. Hiſtor. deſcripta* ibi.. *Finitâ juliorum, & Claudiorum Domo, optimum quemque ad optio inveniet*. Adoptio enim ſpecies electionis eſt. *Nam generari, & naſci à Principibus fortuitum: nec ultrà æſtimatur. Adoptandi judicium integrum. Et ſi velis eligere conſenſu monſtratur*. Undè non mirum ſi ſemper Eccleſia in ſacris dignitatibus à Chriſto inſtitutis familiarum, & domorum hæreditarios ſucceſſores fuerit deteſtata. Ad Textum clarum *in cap. ex tranſmiſſa de fil. præsbyterorum*. ibi.. *non minùs obſervato Apoſtolici reſcripti decreto, quòd ſucceſſionem in Eccleſia Dei hæreditariam deteſtatur; & communi dumtaxat Chriſtianæ Reipublicæ intenderit utilitati, ſacris erudita Canonibus. Cap. Apoſtol. 8. quæſt. 1. & Gloſſ.* ibi.. *Sacris Canonibus ſtatutum eſt, ne quiſquam ſibi ſui Officii ſucceſſorem quærat, ſed Populi electione quæratur, qui eorum utilitati dignè deſerviat... qui Chriſti ſemen ſuſcitare velit: non ſibi divitias Congregare*: Quam pietatis regulam etiam in prophanis Imperiis Imperatores amplecti curarunt. Uno dicente Galba in ſua Oratione ad Piſonem: Tacito referente *dicto lib. 1. Hiſtor.* ibi.. *Auguſtus in domo Succeſſorem quæſivit. Ego in Republica*. Undè plenè erudimur, quòd hujuſmodi prærogativas ſolùm deferunt ſecum electionis jura. Cùm electio non alios admittat, niſi quos præclara merita, & virtutum ornamenta præ quocumque alio diſcernunt, & extollunt. Quamobrem non ſinè cauſa electio præferenda dignoſcitur. Propter quod Lucius I. eum eſſe eligendum dixit, de cujus meritis electores, ſeù ejuſdem Congregationis fratres optimè inſtructi, magis dignum inveniunt. *Cap. quoties de teſtibus; de ratione enim ejus indiſpenſabiliter deſideratur, quòd comparativè ad quemcumque alium de digniori procedat & de hoc jura Conclamant Cap. conſtitutus de appellat.* S.Th. 2.2. *qu. 63. artic. 2. ad 3. Covarru. in reg. peccatum part. 2. §. 7. nu. verſ. ſed.* Hoc licèt etiam ſuſtineatur de digno. *Cap. monaſter. 16. quæſt. 7. cap. cum nobis de elect., & latè diximus ſupra*.

Et cùm electores, ſeù Congregationis fratres ſint ipſius capitis membra, ad ipſa membra electio capitis committenda judicatur, *cap. ea noſcitur de his quæ ſiunt à Prælatis*. Et qui per alium modum ad dignitatem aſcendere intentaſſet, tanquam intruſum privandum eſſe, & ambitionis, atque cupiditatis reum à Congregatione expellendum præfatus Pontifex decrevit. 62

Undè licèt a Chriſti temporibus, ad providendas Eccleſias de dignis paſtoribus variæ fuerint profeſsione, & titulo eligentium perſonæ. Nihilominus ſemper ſervata fuit electio. Petrus Marcha *lib. 8. concord. Sacerd., & Imperii.* Nam primę Eccleſię ætate Apoſtoli Epiſcopos eligebant, quà de re Sacri Textus exuberant. Deinde ad Epſcopos provinciales Epiſcoporum electio devoluta fuit. Anacletus Pontifex, relatus *in cap. ſin. 79. diſt.*; quam electionis formam firmam, ac ratam ipſius habuerunt ſucceſſores *cap. in nomine 23. diſt. cap. plebs, & ſeq. 63. diſt.*, & plebi invitę non dabatur Epiſcopus. *Cap. noſſe 63. diſt.* In occidente eligendi jus Clero, cum populi conſenſu Eccleſia indulſit, Belarmin. *lib. 1. de cler. cap. 7.* Deindè Epiſcopi eligebantur à Canonicis *cap. pro obeuntibus 35., & 63, diſt.* quâ facultate Canonici abutentes 62 a

illam ſibi reſervavit Romanus Pontifex *Regul.2. Cancellariæ*.

63 At nemo auſus fuerit infeiciari, Ritum fuiſſe ab Apoſtolis quoque obſervatum, eligendi Eeclesiæ miniſtros populorum teſtimonio approbatos. Act. 1.6.13.14., quem Ritum diu retinuit Eeclesia; & de hac forma Canones edidit, nè Paſtor, invitis ovibus præficeretur, ſed potius ab iiſdem ſingulari amore & reverentia, utpotè ipſorum Paſtor, & Eeclesiæ Sponſus amplexandus eſſet, & ſuſcipiendus; & quidem plebe præſente, imò & ſuffragium dante eligebantur Paſtores, quòd Africa docet ex electione Eradii; qui Auguſtino ſueceſſit. Auguſt. *Epiſt.* 120. Et Græeia confirmat ætate Chryſoſtomi *lib.3. de Sacerdotio*, Et idem Hiſpania profert ex Epiſtola Cypriani *lib.1. epiſt.*68. ad Clerum, & plebem in Hiſpania, & Iſidor *lib.2. de offic. Ecclesiaſ.* Nec non & Gallia teſtatur Epiſtola Cæleſtini Papæ II. & ubique ex Epiſtola Leonis l. 87. & refertur in *Cap.vota 63.d.ſt.* Hic Ritus duravit uſque ad Gregorium I., ut ejus narrant Epiſtolæ, & ad tempora Caroli Magni, & Ludovici Imperatorum, & perſpieuum reddunt eorum Capitula, & *dicto Cap. vota 63.diſt.* ibi.. *Vota Civium, & teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio Clericorum in ordinationibus Sacerdotum conſtituantur.* De quo, & Coneilium Leodieenum *can. 1. & 2.* Hieronymi *Epiſt.ad Evagrium*, ubi in vigore nunquam populus eligebat, ſed poſtulabat. At propter tumultus, & diffidia ad Canonieos devoluta fuit, & retinuit vigorem, uſque ad ſæculum Innocentii III., & ætatem Joannis XXII. Extat enim non ſolùm in libris decretalium ſub Gregorio IX. ſed etiam in 6. ſub Bonifaeio VIII., & in *lib. Clementinar.* ſub Clemente V., & in libro Extravagantium Joannes XXII. integer titulus *de elect.*, & electionis poteſtate, qui ferè hodie ſupetfluit. Quoniam non amplius Canoniei eligunt, ſed aut Princeps nominant, & præſentant, & Romanus Pontifex inſtituit, aliosque per ſe creat, & eligit; excepta Germania in qua ex parte vetus conſuetudo ſervatur. Et quando Papa eligit non requiritur confirmatio. Quia Textus, qui confirmationem injungit, militat in electione, quæ fit ab inferiore. Gonzalez *in prim.lib. decretal. tit.6. de elect. & electi poſt cap.2. num.*8. *ſeq.*

Nam ſicuti proviſio dieitur habere vim electionis, & confirmationis: Quia proviſor, & collator, abſque alterius facto confert. *Cap.ſi tibi abſenti 1.& 2. reſpon. de praben.in 6.* ita quando electio efficitur per Superiorem illum, ad quem jus confirmandi ſpectat, tunc idem Superior eodem actu eligit, & confirmat; quia abſque alterius facto eligit. 64

Hine fit, quòd jus eligendi Laicis non convenit, ſed ſolùm Eccleſiaſticis. *Cap.Meſſana,& Cap. Sacroſancta de elect.*, cùm ſit potentius, & dignius, magiſque ſpirituale comparatione ad jus præſentandi *dicto Cap. Meſſana, & Cap. quanto* ubi Abbas *de judic.* Gonzalez *prim.lib.decret.tit.6.de elect.& electi poteſtate cap.*51. *num.*8. Et electores pinguius jus habent, quàm præſentatores. Gloſſ. *in Cap. quanto 63.diſt.* 65

Inſuper electio dirigitur proximè, & immediatè ad electum, & electo jus tribuit, *Cap. quaſivit de elect.in 6.* Panorm.hìc *num.*4.& jus propriè eligeudi regulariter dumtaxat in Collegiis requiritur *Cap. dilecta ubi Gloſſ. de exer. prælat.* 66

eum

cum jus præſtandi etiam ſingularibus perſonis conveniat. Abbas, & alii in *cap.3.de jur.patr.*, & per electionem,ut diximus publicaro ſcrutinio, electo ita jus acquiritur, & ejus conſenſus ſtatim requiratur *dicto Cap. publicato de elect.in 6.& Cap. quam ſit eodem tit.*, Et verè conſtat, quòd electio dirigitur electo, cùm eidem ab electoribus ſit infra octo dies intimanda electio, atque notificanda. *Cap.quam ſit de elect.in 6.*, *& Cap.nulli hoc tit.*, & ſi hoc ut diximus Electores facere negligant,ſuſpenduntur à beneficio per triennium *dicto Cap. cupientes §. Cæterum eodem tit.*, & electionis notificatio intra dictum tempus electo facienda præcipitur, ad dignoſcendum utrum electus admittere, vel rejicere velit ſuam electionem, *dicto Cap.quam ſit*. Qui electi conſenſus, ſolùm poſt electionem eſt neceſſarius, juvat, & perficit. Quia nemo eſt cogendus *Cap. ubi ita Cap. geſta* 74. *diſt.* ſed coactio in quo ſenſu intelligenda ſit vide *Reſol.ultima.* Quoniam ſi conſenſus ante electionem præcurrat, damnatur, & officit, quia notaretur ambitio. Innocentius Tertius *cap.46.* ſed ad electionem ut perficiatur, ſemper conſenſum requiri non eſt dubitandum, prout centies per jura firmavimus *Reſol.15. n.21. 39.159.208.764.ſeq.*

68 Tandem notum eſt electionem contingere poſſe tripliciter, per inſpirationem nimirum, ſcrutinium, & compromiſſum, *Cap.quia propter de elect.*

69 An verò electio indigeat Superioris cõfirmatione,prçter dicta non eſt hæſitandũ. *Cap. nihil eſt,& Cap. cùm dilectus de elect.* Præſentatio autem ſolùm inſtitutionem requirit. Abbas *in Cap. authoritate de Inſtitut. & habetur in tit.de elect.*, *& de jur. patr.*, licèt electus, ad Eccleſiam ultra Italiam poſſit ante confirmationem miniſtrare in ſpiritualibus, & temporalibus, non autem alienare *Cap. nihil de elect.*

Confirmatio autem explicatur, *eſſe titulum Canonicum*, *quò quis jus acquirit in beneficio,& ſemper electioni ſuccedere debet*. Ponens in electo facultatem, ut quid quid juris in habitu per electionem receperit, ad exercitium reducere valeat; Abbas, & alii *in cap.2. de transl. Epiſc.*, Et ita confirmatio etiam in ſpirituali-forma, ut notat Gonzalez, conceſſa, licèt nihil novi juris ſecum deferat, ut electo conferat, nihilominus electionem approbando, ſolvit quid quid ligatum, & quaſi ſuſpenſum traditum erat, ut jura allegata ſupra demonſtrant. Propter quod Canoniſtæ non reformidant concedere, confirmationem electo plenum tribuere jus: in quantum valet, quæ juriſdictionis ſunt ad actum, & exercitium reducere. *Cap. noſtri*, *& Cap.tranſmiſſam de elect.*, & ſpirituale conjungium per electionem contractum inter Eccleſiam, & Paſtorem, per confirmationem perfici, & conſumari, deveniendo ad actus *Cap.inter temporalia de tranſlat.Prælat.* 70

Adeoque confirmatus etiam ante conſecrationem, poſſeſſione tamen ſuſcepta, validè, & licitè poteſt omnes ſuæ juriſdictionis actus exercere, corrigendo, præcipiendo, excommunicando, Beneficia conferendo, eligendo, inſtituendo, confirmando, & id genus alia præſtando. 71

Si autem ante confirmationem, ſe ingereret: ipſo facto omni jure privatus exiſteret. *Cap. avaritia de elect. in 6.*, *& Cap. qualiter de elect.*, *Cap.cùm jamdudum in fin. de præben. Cap.nihil eſt §. Final. de elect.Gloſſ.in Cap.Noſti eodem.* 72

Cæ-

73 Cæterum licèt confirmatio in forma communi conceſſa nihil novi juris addat *cap.1. cum vulgatis de confirmat.utili*. Nihilominus illa, quæ in ſpeciali forma indulgetur, ut contingit in electione, reſpectu cujus confirmatio præmittit Cauſæ cognitionem, atque inquiſitionem, non parum operatur. Sic videmus Superiorem, antequam electionem confirmet (electionem intelligo canonicè celebratam, & in ſcripturam redactam; Et ab ipſo electo formiter acceptatam, ejus enim conſenſus antè omnia præſtandus eſt. *Cap. cupientes in principio* §. *Cæterum de elect. in 6.*) ſedulò inquirere, de vita, moribus, cæteriſque electi qualitatibus, *Cap. cùm nobis Cap. cùm nihil eſt* 44. *de elect.*& Inquiſitio facienda in locis, ubi electus converſatus eſt *Cap. illud* 23.*diſt. Cap.priuſquam* 28.*diſt. Cap. de Petro* 47. *diſt. Et Cap. poſtquam de elect.* Et non parum faciunt ad rem verba Innocentii Tertii relata *in Cap.ſcriptum* §.*Pro Apoſtolica de elect.* ibi .. *Quatenus ſuper his, & aliis inquiras diligentiſſimè veritatem de meritis electi, & poſtulati, apud Venetias, ubi nati ſunt, & diutius converſati*. Et in caſu quo Superior electum reperiat indignum, repellit.*Dicto Cap.cùm nobis*. Si autem idoneum invenerit, confirmationem negare non poteſt: ſed poterit compelli, ut diximus ſupra *num.*48.nam ex neceſſitate,& juſtitia illam interponere tenetur. Gonzalez *primo lib. decret.tit.6. de elect.& electi poteſtate . Cap.3. n.7. circa medium*. Et electus jus habet confirmationem petendi *Cap. poſtquam & Cap.nihil de elect.,& Cap. ſuper his de accuſation.* Cùm per electionem beneficium jam fuerit collatum, & Superior confirmando non conferat; ſed ſolùm ſuum debitum exerceat. *Cap.final.de elect. in 6.*. Et Superior non inquirens antequam confirmet, graviter punitur, *Cap. cùm inter de elect. Cap. provida* 44.*eodem tit.in 6. Cap.qua fronte de appellat.* ſed de electione plura ex his, quæ modo profuſè cumulavimus tetigimus ſupra. *Præamb. primo num.* 71. 84. 109. *Præamb.* 2. *num.* 69. *Reſolut.* 11. *num.*4.6. *Reſolut.*15.*nu.*12.18.21., & *ſeq.*

74 His per ordinem expoſitis, & examinatis. Poſtulationis, ac electionis naturis, condition ibus, & proprietatibus, inveſtigatis, manifeſta emergit inter utramque differentia. Et recapitulando, quæ ſolùm electioni privativè ad quaſcumque alias promotionis vias conveniunt: harum diſcrimen oculariter demonſtratur, & ad ſenſum palpatur.

75 Igitur non de nominatione, & poſtu latione, ſed de electione tantummodo verificatur, ut diximus ſupra numeris modo ciaandis.

Nimirum, ipſam electionem ſemel factam, non retractari, nec iterandam ut *num.*56., & *ſeq.*

Et prima electione ſubſiſtente, ſi alia fieret non valeret 58.

Solumque de uno eſſe faciendam *num.*60.

Ipſamque præ cæteris promovendi viis digniorem, & perfectiorem reputari 61.

Quod ſi per aliam viam, quis promoveri curaret, ſtatim à Congregatione rejiciendum 61.

Propter quod in Eccleſia ſemper in uſu habita fuit electio 62.

Et electionis jus potentius, & dignius, magiſque ſpirituale non laicis ſed Eccleſiaſticis tantùm concedi 65.

Nec ad alios, quàm ad electum, electionem dirigi, illique jus tribuere 66.

Et per electionem ſolùm meritorum comparationem inter multos faciendam, & dumtaxat de digniori celebrandam 61.

Et in hoc verè rationem electionis conſiſtere, in comparatione ſcilicet perſonarum ad merita 47.

Et per ipſam ſolam totam dignitatem in electo collocari, & verè ipſos electores beneficia conferre, itaut ſola electio faciat Epiſcopum 51.

Sic ſola electio verum matrimonium inducit inter electum, & Eccleſiam 56.59.

Unde electionem ſolùm fieri poſſe de Eccleſiæ ſponſo *nu*.45.46. Ac proinde ut jus tribuat, electi neceſſariò requirit conſenſum, ſinè quo matrimonium non poteſt effici.

Adeoque Confirmationem non Superioris gratiam neqne Donum, ſed rigoroſam juſtitiam reputandam. *num*.53.

Et Superiores verè eſſe compellendos, ſi confirmare renuerent. 48.49. Hæc, & alia uberiùs tradita faciunt electionem à cæteris promovendi viis toto Cœlo diſtare.

76 Cùm autem noſtrum votum de non ambiendo, non excludat abſolutè, & per omnem viam, aut per aliquem univerſalem terminum conſenſum in Eccleſiaſticas dignitates, ſed dumtaxat excludat conſenſum reſtrictivè, videlicet per illam unicam viam, quæ dicitur electio: per quam tota dignitas confertur. Profectò præfatum noſtrum votum non dicit abſolutè, & ſinè ulla reſtrictione. *Voveo nunquam me conſenſurum in mei nominationem, poſtulationem, & electionem, aut in mei promotionem, aut in acceptationem Epiſcopatus*: licèt ad nominationem, & poſtulationem ut ſint, & ſubſiſtanr nullus requiratur conſenſus, ut dictum eſt. Sed ſolummodo per dictum votum quis reſtringitur, ſe in Epiſcopatum non conſenſurum per viam electionis. Cùm dicat. *Voveo non conſenſurum in mei electionem ad Prælaturas, & Dignitates*, niſi obedientia coactus.

Hinc cùm nominatio, & poſtulatio ſint ab electione valde diverſa, & lex voti non ſe extendat ultra mentem voventis, & verborum ſignificatum; imò ſemper ejus obligatio ſit reſtringenda ex ſupra allegatis. *Reſol.9.num.26.*, *& Reſol.14. num.28. & latè dicemus infra Reſol*,23. redditur manifeſtum, quòd ex vi noſtri voti non prohibetur conſenſus in nominationem, ſed ſolùm in electionem, & hoc forſitan ea potiſſima ratione, quia de ſollicitanda nominatione, & poſtulatione ſolùm per primam partem noſtri voti prohibemur. 77

Sed ad quid hac in re tam magnum terere tempus, & adeo moroſè cunctari, quando tam perſpicuè Pontificia jura teſtantur, electionem longè diſtare à cæteris providendi viis, & in illis nullatenus electionem contineri, nec illas in iſta. *Cap.cùm in illis 16.de præben. & dignit.lib.6.* Quoniam hic Textus palpabiliter, & ad verbum decidit, quòd in literis expectativis, & in Beneficiorum proviſſionibus modus electivus ſi non exprimatur, non includitur, quoties cæteri modi exprimuntur *dicto Cap. titulus* ibi .. *In Beneficii proviſione modus electivus non includitur, ſi alii modi providendi exprimantur*, & in corpore Pontifex dicit ibi .. §. *Illis verò, pro quibus ſcribimus, ut provideatur eiſdem de perſonatibus, & dignitatibus, etiam ſi curam habeant animarum, ad collationem, proviſionem, præſentationem, vel diſpoſitionem ſpectantibus quorumcumque provideri nequibit de prælaturis, perſonantibus, vel dignitatibus*, 78

bus, ad quos, ſeù quas per electionem iis, qui eis habent præfici aſſumuntur.

79 Et in titulo ſequenti ejuſdem capituli habetur. ibi. *Beneficiales literæ unum modum exprimentes, alios non includunt*, & in corpore dicitur. ibi. *Cùm autem inter Collationem, Præſentationem, & inſtitutionem* Nota. *Differentia magna eſſe noſcatur. Si cui de beneficio ad alicujus collationem ſpectante provideri mandetur, de illo, quod ad ejus præſentationem, vel inſtitutionem pertinet, provideri non poterit, nec etiam è converſo. Expreſſo enim uno Caſuum prædictorum; mandatum ſuper hoc factum (quod debet de ſui natura reſtringi) ad alias extendi non debet.* Conſidera Lector quam rotundè Pontifex ſe explicet, & recognoſcat quãtam diverſitatem habeant inter ſe Electio, Collatio, Præſentatio, Inſtitutio, & cęteri proviſionis modi, ut uno per ſuas literas conceſſo, altet minimè concedatur; atque cenſeatur excluſus, & è converſo. Quod nitidiſſimè explanant.

80 Gloſſ. *verſ. ſed quod*. ibi. *Ponamus, quod Papa mandavit Epiſcopo Pictaven, ut mihi provideret de dignitate, vel perſonotù, vel officio. In Eccleſia Pictaven. Vacavit dignitas ad quam, quis conſuevit aſſumi per Electionem. Utrum compræbendatur ſub mea gratia? Reſpondit, quod non, niſi fiat expreſſa mentio in mea gratia; de Dignitate electiva, puta, quia dixit Papa, ut mihi conferretur Dignitas, vel Perſonatus, vel officium, etiam ſi ad illam Dignitatem, Perſonatum, vel officium quis conſuevit per Electionem aſſumi.*

81 Et ſequitur eadem Gloſſ. ibi. *Ponamus, quòd Papa ſcripſit Epiſcopo Pictaven, ut mihi conferret Beneficium, ſpectans ad ſuam præſentationem. Vacavit Beneficium ſpectans ad ſuam Collationem, nam ipſe Epiſcopus conferebat illud Beneficium pleno Jure. Utrum virtute mea gratia poſſim petere? Riſpondet quod non; nam differunt Collatio, Præſentatio, & Inſtitutio. Ideo appellatione præſentationis non venit Collatio, nec inſtitutio.*

Sequitur Gloſſ. ibi pluries alios referendo caſus, in quorum quolibet quæcumque minima mutatio efficit, ut uno in literis expectativis per gratiam conceſſo, aliùs minime concedatur. Et ratio convincens eſt apertiſſima. Quià cùm conceſſio gratiæ ſit voluntaria, illam reſtringere, vel ampliare, ſolùm ad Principis concedentis voluntatem pertinet, & non aliàs; ut notat ibi Gloſſ. non ſecùs ac voti lex, quod cùm ex neceſſitate voluntarium eſſe debeat; & totum ſuum eſſe à voluntate recipiat, non poteſt per minimum extendi ultrà intentionem, & voluntatem voventis, pro quo replicata Jura decertant alleganda infrà *Reſol. ſeq.* 23. *Atque de dicto Cap. cùm in illis de praben.* redibit ſermo *Reſolut. ſeq. nu.* 70. quibus per maximè favent, quę dicuntur *Cap. Cum olim de prabend. in* 3. *lib.* ubi proviſio Papæ de ſimplici beneficio non extenditur ad dignitatem. 82

Explorata igitur natura, & ratione de ſingulis præfatis viis ad Eccleſiaſticas ducentibus dignitates; & cognita earumdem, quam habent inter ſe diverſitate. Hæc Reſolutio etit ſingulare, & validum antecedens ad concludendum in ſequenti Reſolurione, quæ erit XXIII. Quod Votum habens de non conſentieudo expreſsè in Electionem ad dignitates, quod ſonat idem (ſecundum prænarratam Gloſſam) ac de conſentiendo in Dignitates Electivas, non obligat, non prohibet, ſeù non eſt Votum 83

de non conſentiendo in Dignitates, quæ fiunt per Nominationem, Inſtitutionem, Poſtulationem, Collationem, & alio quocumque modo, & via; ut latè diſſervimus in hac Reſolutione, quam non ſuperfluè, ſed ut maximè neceſſariam, & proficuam præmiſimus ad ſequentem, quæ erit 23. ut conſideranti innoteſcet, & ſit.

RESOLUTIO XXIII.

Votum ſpecificè, & expreſsè de non conſentiendo in Electionem ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & Dignitates, non eſt Votum de non Conſentiendo in nominationem. &c. Seu non prohibet conſenſus, quatenus requireretur in Nominationem, & idem de Poſtulatione, coteriſque Viis.

SUMMARIUM.

1 *Nominatio, & Poſtolatio non requirunt conſenſum.*

8 *Relativa poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt.*

Relatum eſt pars referentis. ibid.

9 *Probibito fine, probibetus omne id, quod ducit ad talem finem.*

11 *In votis non eſt facienda extenſio de Caſù ad Caſum 37. 41.*

Nec de una re ad aliam quantumque ſimilem 37. 41. ibid.

Votum non obligat ſupra voluntatem voventis.

Votum non eſt validum, niſi ſit voluntarium. ibid.

Voti reſtrictio ex voluntatis Intentione cauſatur. ibid.

12 *Intentio non verbis, ſed verba intentioni deſerviunt.*

Quando de intentione non conſtat, ſtandum eſt communi verborum ſenſui. ibid.

14 *Inſtitutio fieri non poteſt, ſine canſenſu nominati.*

15 *Nominatio, & inſtitutio ſunt connexa: & hac ſine illa non provenit.*

Anima ſine Corpore Corporaliter vivire non poteſt. ibid.

Connexa ejuſdem Juris ſunt. 17. ibid.

Temporalia, quæ à ſpiritualibus proveniunt, ejuſdem Juris ſunt. ibid.

17 *Idem Juris eſt in uno connexorum, quod in reliquis. 15.*

18 *Pronunciato uno verbo, ſequuntur alia connexa cum illo.*

Qui renunciat uni, renunciat omnibus connexis cum illo. ibid.

19 *Probibito uno, probibetur quodcumque cum illo connexum.*

20 *Uno admiſſo, admittuntur connexa.*

21 *Conſenſus in inſtitutionem refuuditur in nominationem, ſal-*

ſaltem illam approbando,& ratam habendo.

23 *Votum recitandi coronam genibus flexis non extenditur ad alios modos.*

24 *Particula ſi conditionem importat.*

25 *Conditio formam ſubſtantialem inducit.*

26 *Ad hoc, quòd lex conditionalis obliget, oportet, quòd exiſtat conditio.*

Geſta contra formam ſunt ipſo Iure nulla. ibid.

27 *Impedita conditione, res promiſſa non habet effectum.*

Si ante eventum conditionis ſuperveniat impedimẽtum, prætenſa gratia non ſuffragatur. ibid.

28 *Particula* ſi *ſolùm aliquando ſervit ad determinandum tempus.*

29 *Affectus voventis aliquando non eſt in rem promiſſam, ſed in conditionem.*

30 *Conditio ſuſpendit obligationem voti, donec eveniat.*

37 *Votum de non comedendo ova, non prohibet laticinia.*

Votum de non nubendo non prohibet alios luxuriæ actus. ibid.

Non licet extendere obligationem voti de una re ad aliam ſimilem 21. 41. ibid.

39 *Promotio eſt vox univerſalis, compræhendens omnes vias.*

In legibus ſequi debemus planum vocabulorum ſenſum. ibid.

40 *Votum interpretandum ut minus noceat & tollatur peccatum.*

Voluntas abſoluta quando datur ità placet, ut importet diſpoſitionem plenam. ibid.

Sola voluntas excludit Iuris neceſſitatem. ibid.

41 *Ubi intervenit diverſitas, de uno ad aliud non eſt inferendum. 11. 37.*

Prohibitum una via, non cenſetur alia permiſſum. ibid.

43 *Votum de non nubendo eſt validum.*

Votum habens de non nubendo, ſi fornicationem committeret, non faceret contra votum. ibid.

Quid ſit Cælibatus. ibid.

46 *Electio eſt aſſumptio. Nominatio eſt exhibitio.*

47 *Aſſumptus ad Epiſcopatum, & confirmatus obtinet Iuriſdictionem.*

48 *Nominatus ad Epiſcopatum nihil poteſt facere.*

50 *Vota ſunt gratuita, & benignè interpretanda.*

51 *Vota ſunt odioſa, & reſtringenda.*

52 *Id quod prohibet conſequens, & antecedens prohibere neceſſe eſt.*

Prohibito matrimonio, prohibentur ſponſalia. ibid.

Impedimenta ad matrimonium, ſunt etiam ad ſponſalia. ibid.

65 *Conditiones, quæ admittuntur & rejiciuntur in matrimonio, admittuntur & rejiciuntur in ſponſalibus.*

66 *Impedimentum inſolitum diſpenſari, reddit nulla ſponſalia.*

68 *Conditio pendens à Principis voluntate eſt impoſſibilis.*

72 *Conditio, quam Princeps ſolet concedere eſt poſſibilis.*

73 *Etiam ſi difficillimè illam concedat.*

74 *Idem eſt concedi ſolitum, ac pluries concedi.*

75 *Ad ſolitum ſufficit bis.*

76 *Exempla de Conditionum conceſſione.*

Spon-

79 *Sponſalia ſunt valida relata ad tempus, quo ceſſat impedimentum.*

80 *Conditionis natura ſolùm eſt ſuſpendere effectum.*

81 *Quid ſit diſpenſatio. Licitum eſt illam petere.*

82 *Aliquando eſt magis utile diſpenſare, quam obſervantia communis legis.*

83 *Conditio ſuſpendit effectum, uſque ad tempus habile.*

84 *Conſanguinei per verba de præſenti Contrahentes ſub conditione ſi Papa diſpenſaverit legitimè contrahunt.*

1 DIxi In titulo Votum de non conſentiendo in Electionem non prohibere conſenſum in nominationem &c. niſi quatenus conſenſus requireretur in illam.. Quia Jura copiosè ſuprà *Reſol.*22. cumulata, referunt diſcrimina, & differenrias inter Electionem cæteroſque alios providendi modos, præcipuè Nominationem, & Poſtulationem, quæ ſunt illæ tres celebres ſingulareſque viæ, conducentes ad Eccleſiaſticas Dignitates. Etenim Nominatio, & Poſtulatio, ut compleiè exiſtant, & ſubſtantialiter ſubſiſtant nullo pacto, ad ſuos ſortiendos effectus, requirunt nominati, & poſtulati conſenſum; ſicuti conſenſum electi indiſpenſabiliter poſtulat conſumata & intimata electio; ut ſuprà *Reſol.*15. ***num.***19.***ſeq.*** firmavimus. Cùm ſinè tali conſenſù perfici non permittatur Electio.

2 Etenim cùm actus nominandi & poſtulandi non diriganrur ad Nominatum, & Poſtulatum, ſed dumtaxat ad Superiores, ut inſtituant, & acceptent. Sic ad hoc ut à Patrono nominante, & à poſtulantibus fiant, non dependent à conſensù nominati, & Poſtulati: ità ut verum ſit, quòd etiam de Invito, & neſciente dari poſſint nominatio, & poſtulatio, ac proindè de ipſis nullam intimationem fieri neceſſe eſt; ſed ſatis erit, quòd Patronus, & Poſtulantes nominent, & poſtulent dignos, ut totam ſuam obligationem adimpleant.

Quamobrem ſupra *Reſol.*22., ſecundum jura ibi allegata reperimus, ſolam electionem ad electum dirigi; illique jus tribuere *dicta Reſol.*22.***num.***66. utpote illa, quæ abſque alterius facto Beneficia confert, ibidem ***num.***64. adeoque per ipſam ſolùm dignitas confertur; Ità ut ſola electio Epiſcopum faciat ibidem ***num.***50. Et verum matrimonium per ipſam inducatur inter electum, & Eccleſiam, ibi ***n.***56. & per ipſam ſolùm vidimus, poſſe fieri Eccleſiæ ſponſum ***num.***45.46., & conſequenter indiſpenſabiliter requirere electi conſenſum. 3

Non ſic nominatio, quæ nihil de prædictis efficit. Etenim nullum dat jus nominato. Dicta *Reſolut.*22.***num.***6. Illamque Patronus poteſt mutare ſemper, & uſque dum Epiſcopus inſtituat dicto ***num.***6., & non dirigitur nominato ibidem ***num.***12. 66., neque ullum efficitut matrimonium inter Eccleſiam & nominatum, dicto ***n.***52.56. nec eſt intimanda, ſicut intimatur electio ibidem ***num.***13.59., nulluſque in ipſam ut verè ſubſiſtat, exoptatur nominati conſenſus dicto ***num.***13., & eadem ferè contingunt in poſtulatione, ut per extenſum dicta *Reſol.*22. ***num.***18.***ſeq.*** 4

Et hanc teſolutionem ponimus non pro Triumpho, ſed ad licitè regulandam artem bene deſidetandi: & videre an noſtrum deſidetium licitè ferri poſſe in illas. Unde pro ſola rei veritate manifeſtanda, fideli- 5

liter, & ſincerè obſervabimus, quæ fusè diſſervimus *Reſolut. antecedente*, ut licitè per omnem viam ad Eccleſiaſticas dignitates promoveamur.

6 Si autem quis habens præfatum Votum de non conſentiendo, ſpecificè, & expreſsè, atque reſtrictivè in ſui electionem, niſi coactus obedientia Summi Pontificis promoveretur, per viam electionis, procul dubio non poſſet præſtare conſenſum, ex vi talis voti, nec in modum, quæ eſt electio, nec in rem, quæ eſt dignitas, non verificata prius conditione de obedientia ad Pontificem.

7 Si verò promoveretur ad dignitates per alias quaſcumque vias. Tunc dicimus præfatum votum impedire non poſſe conſenſum in illas. Cùm Votum ſolùm reſtrictivè ſe habeat ad prohibendum conſenſum per viam electionis, & non aliàs.

8 Et quidem idem eſt quòd aliquis voveat ſub illis terminis. *Non conſenſurum in ſui electionem ad Epiſcopatum*, Ac ſi voveret ſub iſtis, *non conſenſurum ad Epiſcopatum per viam electionis*. Etenim cùm electio ſit nomen connotativum, verificari non poteſt, quòd non ſit ad aliquod officium electio. Relativa enim poſita ſe ponunt; & perempta, ſe perimunt. *L. fin. ff. de acceptilat.* Et relatum eſt pars referentis. *Cap. cùm venerabilis de exceſſ. Prælator.* Quod & conſtat ex electionis definitione, *Reſol. antecedente num.* 45. *& ſeq.* ibi enim electio dicitur optio, vocatio, & aſſumptio ad aliquod beneficium; Sic conſenſus in electionem in caſu noſtro, aliter intelligi non poteſt, niſi de conſenſu in dignitatem per electionis viam, & non aliter.

9 Cùm autem præter electionem ſecundum Canones dentur aliæ diverſæ viæ conſentiendi in dignitates, & præcipuè, nominatio, & poſtulatio. Hinc votum, quod expreſsè prohibet conſenſum in dignitates, reſtrictivè per unam viam; non eſt reputandum, quòd prohibeat conſenſum in illas, per quamcumque aliam. Nam licet prohibito fine, intelligatur prohibitum, omne id, quod ducit ad talem finem. *L. oratio ff. de ſponſal. l. cum lex ff. de fide juſſ. l. legem in fin. C. de naturali libert.* Quæ regula tangit media, per quæ pervenitur neceſſariò ad talem finem. Dyn. & Joannes Andreas. *Cap. cùm quid prohibetur in princip. de regul. juris in 6.* Hoc tamen non militat, quando prohibitio non eſt de fine, ſed de aliquo medio. Tunc enim uno medio interdicto in ordine ad aliquem finem, non cenſetur interdictum quodcumque aliud medium in ordine ad eumdem, ut experientia manifeſtat. Nam interdicto v.g. fornicationis medio in ordine ad prolem, matrimonium non interdicitur.

Inſuper præfatum votum non prohibet conſenſum in dignitatem, puta Epiſcopatum, abſolutè & in omni caſu. Nam imminente neceſſitate votum non obligat. D. Thomas 2.2. *quæſt.* 185. *art.* 1. *in corp.*, *cit. Reſolut.* 8. *num.* 56., & inſtante Superioris præcepto votum non tenet. Doctores adducti *Reſolut.* 11. *num.* 18. *Reſol.* 16. *num.* 54. 10

Ita etiam votum præfatum non prohibet conſenſum in Epiſcopatum abſolutè, & per omnem viam, ſed dumtaxat reſtrictivè, & per viam electionis, quam expreſsè prohibet, & non per alias vias: adeoque conſenſus in illum per alias vias non cenſetur prohibitus. Quod optimè oſtenditur, quia nominatio nimirum, & electio ſunt valde diverſæ inter ſe, ut demon- 11

ſtra-

ſtravimus *Reſolut. antecedente per totam*. Et in votis non eſt facienda extenſio de caſu, ad caſum. *Cap. non ſolum de regular. in 6.* Fagnan. 3. *decretal. de obſervantia jejunii. Cap. explicari num.2.* Sicut non licet extendere votum de una re ad aliam quantumcumque ſimilem, etiam ſi eadem ratio militaret. *Cap. odia de reg. jur. in 6., & ibi Gloſſ. verb. item poteſt*. Et votum non obligat ſupra id, quod explicat, & vult ipſe vovens Oldrad. *conſ.*283. *Rot. deciſ.*382. *num.*7. *parte prima rec.* Votum enim non eſt validum niſi ſit voluntarium. Layman. *lib.*4. *tract.*4. *cap.*1.*num.*3. & communiter Doctores. Profectò voluntas eſt de intrinſeca ratione voti *cap.*1., & *Cap. ſicut.tenor de regular.*, & *Cap. licet de voto*. Ea fundamentali ratione. Quia vovere eſt voluntatis. Et ideo in tantum fertur obligatio voti, in quantum ſe extendit voluntas, & intentio voventis. Divus Thomas 2.2. *quaſt.*189. *art.*4. *in corp.* Undè, & ejuſdem voti reſtrictio ex propria voluntate, & intentione cauſatur, S. Thom. 22.*qu.*88. *art.*3., & ex deuteronomio *cap.*23. ibi .. *Quod ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſervabis ſicut promiſiſti. ..... Et propria voluntate, & orè tuo locutus es; & Cap. conſulti de regular., & l. vere omnis ff. ſi certum petatur, & infra hic num.*25.

Voluntas autem voventis non
12 innoteſcit niſi per verba, quibus ſuum votum declarat. Nam intentio non verbis, ſed verba intentioni famulantur. Barboſ. *axiom.*222. *num.*3., *& diximus ſupra Reſ.*13. *num.*67. *& ſeq.*, & quando de intentione non conſtat, ſtandum eſt communi verborum intellectui. Abbas *in Cap. ex parte nu.*3., & 4. *de Cenſibus* Paludan. *in* 4. *diſt.*27. *quaſt.*1. *art.*1. *num.*10. Angel. *de matrim.*2. *num.*8. Ludovic. Lopez 2. *parte inſtruct. cap.*36. *de matrim. fol.*1033. *col.*2. Sanchez *in Precept. Decal. lib.*4. *cap.*8. *num.*45.

Sed in tali voto vovens ſo- 13
lùm explicat ſe obligare ad non conſentiendum in ſui electionem ad Prælaturas, vel non conſentiendi in Prælaturam perviam electionis. Ergo per hoc votum non poteſt cenſeri illum remanere obligatum ad non conſentiendum in ſui nominationem, ſivè inſtitutionem ad aliquam dignitatem, per viam nominationis, aut inſtitutionis.

Nam licèt nominatio, ut ſuum pariat effectum, qui eſt inſtitutio, per Epiſcopum facienda, non requirat nominati conſenſum. Inſtitutio tamen, quæ nominationem præmittit, & poſt illam ſuccedit, ſinè voluntate, & conſenſu nominati validè exerceri non poteſt, ut conſtat ex dictis de inſtitutione *Reſolution. antecedente nu.*17. *A ſeq.*

Hinc perſpicuè dignoſcitur,
quòd nominatio, & inſtitutio ſunt 15
termini connexi, adeoque ejuſdem juris, & quòd eamdem diſpoſitionem ſequuntur, ita ut jus, & diſpoſitio unius reflectat in aliam. Sic conſenſus in inſtitutionem reflectit in nominationem, ſaltem iſtam approbando, ſine qua inſtitutio non provenit. Sumo Argumentam ab anima, quæ quia ſine corpore corporaliter vivere non poteſt; Sic nec corpus ſinè illa. Et qui unum percutit, utrumque percutere neceſſe eſt. Et Eccleſia, ac Epiſcopus, quia ſine corporalibus rebus ſubſiſtere non valent, eodem ſacrilego facinore, ſi quis adverſatur uni, adverſatur utrique. Undè res temporales, quæ ex ſpirituali fonte, ac conſecratione proveniunt, eam-
dem cum ſpiritualibus ſortem in- 16
currunt. Ad præclariſſimos Textus *in Cap. ſi quis objecerit* 1. *quaſt.*3.

ibi ..

ibi .. *Si quis objecerit non conſecrationes enim, ſed res ipſas, quæ ex conſecratione proveniunt, penitus deſipere probatur. Nam cum corporalis Eccleſia aut Epiſcopus ...... ſinè rebus Corporalibus in nullo proficiat. Sicut nec anima ſinè corpore, corporaliter vivit. Quis borum alterum vendit, ſinè quo vel alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit.*

17 Ex quo textu apertè reſultat, quòd plura, licèt in ſe ipſis diverſa, propter eam, quam habent inter ſe connexionem; eodem jure reguntur. Gloſſ. *in dicto Cap. verb. neutrum* ibi .. *Idem juris eſſe in uno connexorum, quod in reliquo.*

18 Item ſecundò non ſecus ac ille, qui aliquod verbum pronunciando, cætera, quæ inferuntur ex illo propter connexionem; quam habent, pronunciat. *Cap. quò jure 8. diſt. Gloſſ. verb. dicere* ibi. *Qui unum dicit, omnia dicit, quæ ſequuntur ex illo L.1. ff. quod met cau., & argumento, quod qui renunciat uni, renunciat omnibus, quæ ſequuntur ex illo, & etiam omnibus cohærentibus. Dicta Gloſſ. in dicto Cap. quo jure.*

19 Tertiò ſic è contra. Quia prohibitio unius, eſt etiam prohibitio cujuſvis connexi cum illo. *Cap. hæc quippe 3. quæſt. 6. Gloſſ. verb. ſubrogati* ibi .. *Argumento ſi aliqua duo ſunt connexa, probibito uno, probibitum eſt reliquum.*

20 Quartò. Et uno admiſſo etiam connexa cum illo admittuntur. *Cap. ſi laicus. 31. diſt. Gloſſ. verb. matrimonio carendum* ibi .. *Argumento, quòd ſi aliqua ſibi cohærent; vel ſi aliquid ſequitur ex alio. Uno probato, & reliquum eſt probatum.*

21 Itaque cùm inter nominationem & inſtitutionem valida interveniat connexio, ſic conſenſum in inſtitutionem, etiam in nominationem refundi non eſt dubitandum. ſaltem illam approbando, & ratam habendo, dummodo aliquando illam quis non improbaverit, cùm ſemel impugnatum, approbari non poſſit. *L. diſpenſationem ff. de ſolutionibus, & ad ratum habendum, ſufficit aliquem ſciviſſe, & tacuiſſe.* Doctores communiter. Soccin. jun. *conſ. 139. num. 14. lib. 3.*, & per conſequens non prohibito per noſtrum votum conſenſu in inſtitutionem, pari jure non poteſt in nominationem prohiberi, etiam ſi ipſa nominatio formaliter, & directè prò ſua validitate, & effectu nominati conſenſum non optet. Attamen an votum noſtrum habens teneatur impugnare nominationem ſui factam per regem ad aliquam inſignem Eccleſiam, aut illam non approbare, & ratam habere videtur, quod non.

Quæ concluſio videtur quoque perſpicuis poſſe exemplis demonſtrari. Nam votum præſtandi aliquod bonum opus determinatum ſub aliquo expreſſo modo, conditione & virtuoſa qualitate formaliter, & intenta, & non aliter eſt validum: & non extenditur, neque obligat ad præſtandum illud opus ſub alia qualitate, & conditione, etiam licita. 22

V.G. quis vovet recitaturum die Sabbati Coronam B. Virginis ſub expreſſa conditione, & in caſu quo poſſit illam flexis genibus recitare & non aliter. Tale votũ eſt validum, & non extendit ſuam obligationem, ad recitandã Coronam, utcumque, vel ambulando, vel ſedendo vel cubando, in caſu quo ex aliquo accidente, aut laſſitudine, vel infirmitate vovens non poſſit illam recitare genibus flexis. 23

Ratio eſt quia hęc vota ſunt conditionalia, & ceſſante, ſeu impedita cõditione ſingulariter volita de fle- 24

xis genibusrecitādo,recitandi obligatio ceſſat, ea potiſſima ratione, quia in exemplo adducto: *ſi potero flexis genibus voveo recitare coronā*: illa particula *ſi* ex ſua natura conditionem importat *L. quodcumque §.Uult. ff.de verbor.obligat.Gloſſ. in l.2.in verb.Conditio ff.de condit., & demonſtrat.*

25 Conditio autem formam ſubſtantialem inducit. Felin. *Cap. cùm dilecta num. 6. verſ. ſecundum ſignum* ibi.. *ubi in diſpoſitione legis, vel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur eſſe de forma.* Bald. *in authent. matri,& Aviæ &c.*

26 Et ad hoc ut lex conditionalis obliget, oportet, quòd conditio exiſtat. Arg. *L. prætor. in princip. ff. de collat. bon.* Manifeſtum enim eſt, geſta contra formam eſſe ipſo jure nulla. Et eſt Textus *in dicto Cap.cùm dilecta in Cap. venerabilis de offic. delegat., & fusè* Calderin. *in diſp.incipit ſtatut. Civitatis*. Archidiacon. *in Cap. ſi cui in fin. de elect.lib.6.*

27 Et quidem non eveniente, ſeù impedita conditione, quam formaliter intentio voventis intendit, res promiſſa non habet effectū. *Cap.uni de ſponſal.in 6.*, ſicuti ſi ante eventum conditionis ſupervenerit impedimentum. Prætenſa gratia non ſuffragatur. Ad Text. *in l. intercidit ff. de condit. & demonſtrat., & in l. quoties §.1.ff. de novat., cum notat ibi per* Bart. *in l.1. §. Sin autem aliquod C.de caduc.tollen., & in l. ſi ita legatum §.Illi enim nolet ff.de legat.1.*

28 Licèt aliquando particula *ſi* non habeat rationem veræ conditionis: & tunc non ſuſpendit obligationem, ſed ſolùm inſervit ad determinandum tempus præſtandi rem promiſſam Gloſſ. §. *Si quis ita ſtipuletur verbo cùm moriatur inſtit.de verbor.obligat.* Ut ſi quis diceret. *Promitto me ingreſſurum religionem; ſi Pater meus moriatur.* Molin.*tom.2.de juſt.diſp.184.col.3. verſic. illud obſerva*; & dicit eſſe promiſſionem in diem mortis, & non conditionem.

At vera conditio ſpecialiter volita ſuſpendit effectum prĕſtādi rem promiſſam, donec verificetur conditio, & tunc affectus voventis non eſt in rem promiſſam directè,ſed in conditionem. Sanchez *in Præcept. Decal. lib.4. cap.23. n* 1. ut in caſu noſtro. *Voveo me recitaturum coronam ſi illam flexis genibus potero recitare*. Affectus eſt in conditionem recitandi pronus. *Voveo non conſenſurum in mei electionem, niſi Papa præcipiat*, affectus voventis directè eſt in præceptum, aut in virtutem obedientiæ. 29

30 Et conditio contingens futuri temporis, & honeſta, ſinè dubio ſuſpendit voti obligationem, donec ea evenerit. *Cap. ſuper eo de condit. appoſ.* Quia conditionis natura eſt, ut ſuſpendat valorem actus, uſque ad conditionis eventum. *L.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam ff. de verbor.ſignificat. & l.regia 1.tit.4.parte 4.*, & communiter Doctores, ſalvo ſemper remanente principio, quòd votum conditionale eſt quando conſenſus non eſt ſtatim perfectus, & abſolutus, ſed pendet ex futuro conditionis eventu. Sanchez *cit. Præcept. Decal. lib.4.cap.23.num.1.*

31 Et licèt in obligatione dicti voti non contineantur alii modi recitandi Coronam, vel ambulando, vel ſedendo &c. Remanet tamen in libertate voventis ex ſua devotione ſub illis aliis modis coronam recitare. Ex altera verò parte votum prædictum eſt de bono honeſto, imò meliori, comparativè ad ſuum contradictorium. Nam melius eſt recitare Coronam

pro-

pronus in terra, quàm non pronus recitare, ideo ſunt valida. Et melius eſt hujuſmodi bona ex dicta voti obligatione perſolvere, quàm liberum remanere ad alia bona facienda, quæ fortè ſinè voto non fierent. Sanchez *cit. lib.*4. *cap.*8. *num.*40.*uſque ad* 48.

32 Quidquid dicar in contrarium Caſtropalao *tom.*3. *tract.*15. *diſp.*1. *de Voto punct.*8.§.5.*num.*8. dictum Votum eſſe nullum, quià ſaltem tacitè, & indirectè promittitur materia Voto inepta, cùm non ſolum promittatur recitatio Coronæ flexis genibus, ſed etiam non recitare illam ſub dictis aliis modis ſedendo, ambulando &c.

33 Sed Author iſte fingit hoſtem, quem feriat, eo quia dictum Votum eſt affirmativum de recitanda Corona genibus flexis, adeoque non impedit, nec prohibet, quòd vovens ſi vult coronam recitare, recitet etiam ſub aliis præfatis modis in caſu, quo non poſſit illam flexus recitare, ſed ſolum efficit, quòd recitatio ſub aliis modis, non importetur ab obligatione voti, ex eo quia vovens expreſſe vult, quòd impedita dicta conditione de genibus flexis, omnimode etiam ceſſet obligatio recitandi ex Voto. Salva tamen remanente facultate, & arbitrio recitandi coronam, utcumque meritoriè quidem, ſed non ex obligatione Voti.

34 Et tunc Votum eſſet de materia inepta, quando includeret recitationem genibus flexis: & excluderet quocumqne alio modo recitandi libertatem, ut ſi diceretur. *Voveo me recitaturum Coronam genibus flexis, & nullo alio modo, illam recitare*, ſed noſter caſus non eſt hujuſmodi, ut patet ex dictis.

35 Nunc trahendo paritatem ab hoc Voto de recitãdo Coronam genibus flexis ad noſtrum votum, nimirum, *Voveo non conſenſurum in mei Electionem, niſi coactus Superioris præcepto*. In illo primo Voto objectum formale directè intentum eſt recitare Coronam, non abſolutè, ſed ſub expreſſa conditione, quæ eſt de genibus flexis recitare. Quia voluntatis affectus, eſt potiùs in conditionem, ut modo dictum eſt ſupra *num.*29. In noſtro Voto objectum formale intentum eſt præſtare conſenſum in Electionem, non abſolutè, ſed ſub expreſſa conditione, ſi adfuerit virtutis obedientiæ motivum, in quod principaliter tendit affectus volontatis. Unde ſicuti in primo Voto non verificata ex aliqua infirmitate conditione de genibus flexis, Votum non obligat ad recitationem Coronæ. Ita in ſecundò Voto non verificata conditione de obedientiæ virtute, Votum non obligat ad conſentiendum in Electionem. Paritas eſt manifeſta.

Item ſicuti in primo Voto conditio de genibus flexis non poteſt ſeparari à principali objecto Voti, quod eſt recitatio Coronæ, 36
nam ſi quis loco recitationis Coronæ, vellet poneret Litaniam, utique ut conſtat, votum mutaret. Itâ in ſecundo Voto, conditio de Superioris obedientia non poteſt ſeparari à principali Voti objecto, quod formaliter, & expreſsè exprimitur, & reſtringitur ad conſenſum in Electionem, nàm ſi quis loco conſenſus in Electionem vellet ponere conſenſum in poſtulationem vel nominationem, utique Votum mutaret, cùm non magis differant inter ſe Litaniæ, & Corona, quam Electio, & nominatio, ut demonſtravimus. Undè remanet firmum, quòd ſicuti Votum recitandi Coronam, flexis genibus, non eſt Votum recitandi Litanias, neque

ad illas obligat, ità votum non conſentiendi in Electionem, niſi de Superiori obedientia, aut præcepto, non eſt Votum non conſentiendi in nominationem, neque ad hanc extenditur, neque illam prohibet.

37 Hujuſmodi demonſtrationes in centum ſimilibus caſibus oſtendunt Doctores. Sicuti qui vovet abſtinentiam ab ovis, non tenetur ſe retrahere à laticiniis. Sanchez *in præcep. Decal. lib.*4. *cap.*11. *nu.*47. aut ſi quis faceret Votum de non nubendo, utique eſſet validum, & tamen non eſſet obligatus ex hoc Voto ad non fornicandum, ut modo dicemus infrà *num.*45. non obſtante, quòd hæc ſint minùs diverſa ac ſunt nominatio, & Electio: & hoc ſemper valet, quoties conſtare poteſt, ſaltem ex verbis voventis intentionem eſſe reſtrictam ad hanc rem, ad hanc conditionem, ad hunc modum, & non aliàs. Sanchez loco cit. *cap.*8. *num.*31. tunc enim nullatenus licet extendere obligationem Voti de una re, ad aliam, quantumcumque ſimilem, etiam ſi eadem ratio militaret *d. Cap. odia de reg. Jur.* cum cæteris allegatis hic ſupra *num.*6.

38 Et quòd verè facta fuerit hujuſmodi reſtrictio conſtat. Quia ſi illæ modernæ Religiones, quæ tale Votum ſub hac formula inſtituerunt, voluiſſent quamcumque præcludere viam ad conſentiendum in Epiſcopatum: facillimè potuiſſent, adhibendo aliquam vocem univerſalem, ut diximus Reſol. antecedente *num.*3. *& 4. ſeq.*, quæ excluderet omnem modum aſcendendi ad Dignitates; profectò potuiſſent proferre hanc formulam. *Inſuper promitto, nunquàm me conſenſurum in mei promotionem ad Prælaturas, & Dignitates, niſi coactus obedientia Summi Pontificis*, uti ſe explicat ſuprà dicta formula *Præam.* 1. *n.*38. *ſeq.*

Promotio enim, ut diximus ſuprà *dicta reſol.*22. *num.*4. *A*, eſt vox univerſalis compræhendens omnem viam aſcendendi ad Dignitates. Abbas *ibi cit. in cap. ſuper eo num.*4., undè qui negaret promotionem, negaret omnes modos prædictos aſcendendi ad Epiſcopatum, tàm per viam electionis, quàm per viam nominationis, & poſtulationis, & ſimilium. Qui autèm non vult ſe ex Voto obligare ad excludendos omnes prædictos modos, & vias, non adhibet illam univerſalem vocem, ſed ſe reſtringit ad exprimendam illam tantùm vocem particularem, quæ ſuam reſtrictam intentionem explicare valeat, & non aliud, ut diximus *Reſol. antecedente de literis expectativis num.*78. Undè cùm præfatum Votum ex Religionis inſtitutione non utatur illa voce univerſali de promotione, ſed ſolùm ſe reſtringat ad non præſtandum conſenſum in Dignitates per viam Electionis, evidens ſit, quòd tale Votum non obligat ad negandum conſenſum in nominationem, & poſtulationem, ſed ſolùm eſt reſtrictum ad denegandum conſenſum in electionem. Et in legibus planum vocabolorum ſenſum nobis ſequendum eſt ad Text. *in l. ille autem, illa de leg.*3. ibi. *Cùm in verbis nulla ambiguitas eſt, non debet admitti voluntatis quæſtio*. Et Votum dicitur lex aliqua, quæ non eſt extendenda, neque amplianda ultrà mentem Inſtituentis ex Juribus allegatis *hic n.*11., & mox allegandis *hic n.*42., *& ſeq.*, ſed potius ſemper ſtrictè interpretanda, ut tollatur peccatum, & quantum fieri poteſt minùs obliget. Abbas *cap. & parte num.*4. *de Cenſibus* Azor *lib.*11. *inſtitut. moral. cap.*20. *q.*3., & vide infrà

Quarè

Quarè autem aliquæ religio-
40 nes per ſpeciale Votum ſolùm pro-
videre voluerint; de non conſen-
tiendo in dignitates, aut in Epiſco-
patum per viam electionis, non
autem per cæteras vias, forſitan
fuit, quia cùm electio frequentius
contingat, conſenſum in hanc pro-
hibere ſatis erat, & de non conſen-
tiendo per cæteras vias, ſufficien-
ter remanebat proviſum de jure
communi, vel per votum obedien-
tiæ. *Cap. ſi Relig. cit. de elect. in 6.*
nam cùm Religioſi de ſe non ha-
beant velle, & nolle, nullum
conſenſum præſtare poſſunt ſinè ſu-
perioris licentia & obedientia. Itèm
quià ut dictum eſt ad nominatio-
nem, & poſtulationem, non requi-
ritur nominati, & poſtulati Con-
ſenſus, ut fiant. Tandem quia ità
ipſis placuit & non alitèr, quæ vo-
luntas importat diſpoſitionem ple-
nam ad Textum *in L. Pamphilio*
§. Propoſitio ff. de leg. 3., & ſola
voluntas excludit juris neceſſitatem
Gloſ. & Doctores in l. ſolent §. Fin.
ff. de offic. Proconſ.

41 Nec valet Inſtantia primo,
quòd electio, & nominatio in mul-
tis parificantur, & ità ſi per Votum
excluditur conſenſus, in electionem
excluditur quoque in omnem
aliam viam: quia prohibitum una
via, alia non cenſetur permiſſum
l. quod dictum ff. de pact. Secundò
præfatum Votum principalitèr or-
dinari ad removendum omnem
conſenſum, ſivè immediatum,
ſivè mediatum, in Prælaturam, &
dignitatem, provenientem ex pro-
prio appetitu. Motus autèm pro-
prii appetitus non alitèr excludi-
tur, quàm ex licentia, aut Supe-
rioris præcepto. Adeoque conſen-
ſus in nominationem, ſeu inſtitu-
tionem non erit præſtandus ex pro-
prio motu, ſed ſolùm ex licen-
tia, & Superioris præcepto, & ità
continendus erit ſub Voto.

Non inquam valent hujuſ-
modi inſtantiæ, prima etenim cor- 42
ruit. Nam licèt electio, & nomi-
natio in multis parificentur, proin-
dè non fit, quin in principali ea-
rum ſignificatione ſint duæ res di-
verſiſſimæ, ut oſtendimus *Reſol. 22.*,
& ubi intervenit diverſitas, de uno
ad aliud non eſt inferendum ad
vulgatum Text. *in l. Papinianus ff.*
de minoribus. Gratian. diſ. 516.
num. 6. & ſupra modo allegat. n. 11.
37., & ita non ſequitur, quòd ſi
electio contineatur ſub Voto, con-
tineatur quoque & nominatio. Po-
tuit enim vovens ex ſua libertate
reſtringere ſuam obligationem ad
unam, & non ad aliam, licèt utra-
que eſſet æqualiter medium in or-
dine ad eumdem finem: Hoc enim
eſt indubitatum; non ſolùm ex ra-
tionibus, & juribus adductis, &
adducendis, ſed etiam, ex mani-
feſta doctrina, communiter rece-
pta de dicto Voto non nubendi,
quod abſolutè eſt licitum, & va-
lidum. Navar. 2. *part. num. 76.* &
communiter Doctores *ex Apoſt. 1.* 43
ad Corinth. 7. ubi melius eſt non
nubere, quam nubere, & propte-
rea eſt de fide Trid. *de matrim.*
Can. 10. quòd Votum eſt utile, ad
finem ſervandi per hoc medium
Caſtitatem, & cælibatum, qui eſt
vita ſine viro, aut uxore hodie lau-
dabilis, & non punibilis, ut anti-
quitùs *l. 1. & 2. C. de infirm. pœnis*
Cælib., & tamen hoc Votum, quod
obligat ad non habendam Copu-
lam conjugalem, quæ eſt licita,
non obligat ad vitandas ſub ratione
ſacrilegii omnes ſpecies luxuriæ.
Ita ut ſi cum Voto de non nubendo
quis laberetur in fornicationem,
non cenſeretur fractor Voti, nec
ſacrilegus. Sanchez *lib. 4. Decal.*
cap. 21. num. 25. 26. & Cajet. 2. 2.
quæſt. 88. art. 3. verſ. ad primum

du-

dubium ibi.. *Equivalent ergò Votum nubendi, & Votum caſtitatis, quoad primam materiam Voti, quamvis ille qui habet Votum non nubendi, ſi fornicetur non faciat contrà Votum*. Ita non eſt intellectu difficile, quòd quis per Votum velit ſe obligare ad non conſentiendum in Epiſcopatum ſolùm per viam electionis ſine Superioris præcepto, & tamen talem obligationem, nolit habere reſpectù nominationis, aut inſtitutionis ex vi Voti, ſed hoc relinquere juxtà aliarum legum diſpoſitionem. Ad Text. autem, *quod prohibitum una via, non cenſetur alia permimiſſum*. Reſpondetur hoc verum eſſe, quando alitèr abſoluta hominis non diſponit, & reſtringit voluntas, quæ eſt domina ſuorum actuum ad Text. *allegatos ibi, & vide infrà num. 63.* hujuſmodi doctrinæ videntur adeò convincentes, ut non admittant effugium.

44 Et ex his optimè conſtat ad ſecundam inſtantiam, quòd licèt electio, & nominatio tendant ad eundem finem conſequendi dignitates & Epiſcopatum: vovens tamen voluit ſolùm ex Voto ſe obligare non conſentire in epiſcopatum per viam electionis, ſine Superioris præcepto, non autem per viam poſtulationis, & nominationis &c. Undè quamquam vitare omnes ſpecies copulæ carnalis conducat ad eumdem finem conſervandi caſtitatem, ſicut etiam ad caſtitatem conducit non ducere uxorem: nihilominùs qui vovet excludere aliquo ſpeciali modo copulam carnalem, non cenſetur illam velle excludere ex Voto quocumque modo. Liberum enim eſt cuicumque Votum emittere, & reſtringere contrà unam ſpeciem tantùm incontinentiæ, & non aliam ut patet, cùm omnis reſtrictio pendeat à voluntate ex ſupra allegatis *num. 11.*

Tandèm licèt conſenſus in nominationem, quatenùs opus eſſet, non includatur in dicto Voto, nihilominùs in noſtro caſu non ſequitur, quòd conſenſus erit præſtandus in illam ex proprio motu, quia ſemper dependebit à Superioris licentia *d. cap. ſi Religioſus de elect. in 6.*, per quod ceſſat omnis motus proprii appetitus, omniſque ambitionis umbra. 45

Quòd autem conſenſus in nominationem ad Prælaturas ſit valde diverſus à conſenſu in electionem, ſatis ſuperque diſſetvimus *Reſ. 22.*, & oſtendimus electionem ſecundum Canones *eſſe aſſumptionem perſonæ eligibilis præ aliis ad Prælaturas*. *Nominationem* autem non eſſe aſſumptionem, ſed dumtaxat *exhibitionem clerici factam à Principe ad Prælaturam vacantem*. 46

Exhibitio autem, & aſſumptio multum diſtant inter ſe. Aſſumptus enim ad Epiſcopatum, ut dictum eſt *loc. cit.*, evadit, & fit Epiſcopus, & Eccleſiæ ſponſus, itaut ſtatim ac eſt electus, & confirmatus Epiſcopalem acquirat Juriſdictionem. *Cap. avaritiæ ae elect. in 6. & Gloſſ. verb. confirmetur* ibi.. Et tunc adminiſtrabit quæ juriſdictionis ſunt, non quæ ordinis *cap. tranſmiſſam eodem titulo*. 47

Nominatus autem ad Epiſcopatum non fit Epiſcopus, & nullam Juriſdictionem obtinet; adeoque non poteſt concedere Dimiſſorias neque quidquam facere, & fructus recipere; aliàs diceretur intruſus Rebuf *in prax. tit. formula dimiſ. lit. pag. mihi 13. loquens de regia nominatione*. ibi.. *Undè ſi fuerit quis à Rege nominatus Epiſcopus, & non fuerit à Papa proviſus, non poteſt dici Epiſcopus cap. quod ſicut de elect. ideo literas Dimiſſorias* 48

non

non poteſt concedere, nec alia, quæ ad Epiſcopum pertinent exercere, quod ſi fecerit, intruſus eſt, nec fructus percipere.

Qua propter cùm noſtrum
49 Votum ſolummodò prohibeat conſentire in electionem Dignitatis ſinè Superioris obedientia, & nullatenùs mentionem faciat de nominatione cæteriſque modis, & viis: concluditur, quòd conſenſus in nominationem &c. non includitur in dicto Voto, tanto magis, quia
50 cùm vota ſint originaliter gratuita, non ſunt cum rigore, ſed benignè interpretanda, & exigenda *Innoc.* 3.
51 *in cap. ex parte de Cenſibus.* Et cùm agatur de materia odioſa, & vota reſtringant humanam libertatem, ſunt ipſa quoque reſtringenda, ut dictum eſt ſupra hic *nu.* 40., *& dicto cap. ex parte, cap. in obſcuris de Reg. jur. l. ſemper in obſcuris, & l. ſemper in ſtipulation. ff. eodem l. nummis ff. legat.* 3. *Gregorius de Valent. tom.* 3. *diſtin.* 6. *pun.* 4. *§. Undè bene.* Sanchez *in Summ. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 8. *Dian. part.* 4. *tract.* 3 *Reſol.* 48.

Sed contra hujuſmodi Reſo-
52 lutionem adhuc videtur validè obſtare, quòd eo ipſo, quòd in dicto Voto prohibetur conſenſus in electionem ad Dignitates, niſi accedat diſpenſatio, aut Papæ præceptum, cenſendum eſt quoque eodem modo eſſe prohibitum conſenſum in nominationem, & in aliam quamcumque viam, ad Text. *ſupra allegatum num.* 41., eo vel magis, cùm nominatio ſit præambula ad Epiſcopatum, unde id quod prohibet conſequens, & antecedens prohibere neceſſe eſt. *L.* 2. *§. Mutui datio, & ibi gloſ. verſ. in credit. ff. ſi certum petatur, & notat. Joan. de Platea in lib.* 1. *C. de Delatoribus lib.* 10. *cum ſimil.*, ut per Everardum in ſua centuria legali in loco à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis *n.* 1. *&* 2., ſicuti prohibito matrimonio ſponſalia quoque prohibentur *d. l. Oratio ff. de ſponſalibus*; adeoque ſi quis votum emitteret de non nubendo, cenſeretur unico actu etiam Votum feciſſe de non contrahendo ſponſalia. Profectò ſponſalia ſunt relativè ad matrimonium, ſinè cujus ordine ſponſalia non ſubſiſtunt *tit. de ſponſalibus.* Quamobrem qui Votum emiſit de non nubendo, votum quoque emiſiſſe intelligendum eſt de non contrahendo ſponſalia. Nam ad quid inſervirent Sponſalia, ſi matrimonium eſt prohibitum, & taliter prohibetur, ut de jure ſuccedere nequeant? Impedimenta enim matrimonii, & ſponſaliorum impedimenta ſunt. S. Doct. *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 1. Ideoque ſi quis tunc ſponſalia contraheret, non minùs peccaret contra Votum de non nubendo, quàm ſi matrimonium contraheret. Quod videtur indubitatum, & hoc ampliùs oſtenditur.

Nam ſi Votum habens de non
nubenbo promitteret efficaciter ſuſcepturum uxorem certè peccaret 53
contra dictum Votum directè. Sed contrahere ſponſalia idem eſt, ac promittere ſuſcepturum uxorem. Ergo ſi dictum Votum habens contraheret ſponſalia peccaret contra dictum Votum. Ex quibus concluditur, quòd qui Votum facit de non nubendo ſimul Votum facit de non contrahendis ſponſalibus. Alias ſi eſſet Votum de non nubendo, & non eſſet Votum de non contrahendo ſponſalia, proculdubio hoc Votum eſſet de non nubendo, & de nubendo, ut ex terminis patet.

Ità à pari, qui Votum fecit de non conſentiendo in ſui Electionem
ad Epiſcopatum ſinè præcepto Pa- 54

pæ,

pæ, aùt ejus diſpenſatione, Votum ſimul etiam fecit de non conſentiendo in ſui nominationem; quià nominatio eſt Præambula, & ducit ad Epiſcopatum, non minùs ac ſponſalia ad Matrimonium; tantò magis, quià Electio ut dictum eſt, reputatur tamquàm Matrimonium ſpirituale inter Electum, & Eccleſiam *Reſol.22. num.55.*

55 Sed hæc difficultas, quæ magnum apparatum oſtendit, in nullum recidit momentum. Etenim ut diximus votum noſtrum non excludit abſolutè noſtrum conſenſum in Epiſcopatum,hoc eſt in omni caſu, & per omnem viam, ſed reſtrictivè ſolummodo, hoc eſt extrà caſum neceſſitatis,& præcepti, & per viam dumtaxat Electionis, quæ de facto, & ex ſe Epiſcopum facit: & ideò idem eſt aliquem vovere non conſenſurum in ſui Electionem ad Epiſcopatum, ac vovere non conſenſurum in Epiſcopatum per viam Electionis,ac non contracturũ ſpirituale Matrimonium cum Eccleſia;cùm autèm prohibitio reſtricta ad unum non ſit amplianda, & extendenda ad alia, etiam ſimilia, ut ſuprà conſtat ex Juribus allegatis *nu.11. 37. 41.* & prò conſentiendo in Epiſcopatum prætet viam Electionis,dentur quoque aliæ viæ, quarum quælibet ab Electione multum diverſificatur: indè ſequitur, quòd prohibito per noſtrum Votum conſenſu in Epiſcopatum per viam Electionis, non eſt cenſendum, quòd ſit prohibitus conſenſus in eumdem per viam nominationis &c.cæteraſque vias. Ut patet ad hominem in dicto Voto de non nubendo; per quod licèt remaneat prohibitus conſenſus in copulam carnalem per viam Matrimonii, non tamen remanet, ex vi ejuſdem Voti prohibitus conſenſus in copulam carnalem per viam fornicationis, adulterii, Inceſtus &c. ſed quantum eſt ex Voto relinquitur libertas ad conſentiendum ſinè Sacrilegio in Copulam carnalem per dictas illicitas vias, ut oſtendimus ſuprà *hic n.37. 43.*

Itaque cùm noſtrum Votum de non conſentiendo in Epiſcopatum per viam Electionis non prohibeat 56
conſenſum per cęteras vias.Sic voventi quantum eſt ex hocVoto non tollitur libertas ad licitè conſentiendum in Epiſcopatum per dictas alias vias, & in illas conſenſum præſtare.

Cæterum verum eſt, nominationem eſſe præambulam, & aliquo 57
modo ducere ad Epiſcopatum: nihilominus per noſtrum Votum non prohibetur conſenſus in nominationem, quoties nominatus ex ſuo arbitrio vellet in illam conſentire,ſed in ſolam Electionem; & multò minus nominatio habet rationem ſponſalium in ordine ad Epiſcopatum, quia nullam inducit obligationem, aut promiſſionem, tàm ex parte nominati, quàm ex parte inſtituentis, ut diximus ſuprà *num.1. Reſolut.22. num.6. 12. 13. 56.*

Et dato, & non conceſſo nominationem habere aliquo modo 58
rationem ſponſalium in ordine ad Epiſcopatum, in quo relucet ratio Matrimonii Spiritualis, ut dictum eſt. Dicimus, quòd ſicuti hujuſmodi ſpirituale Matrimonium celebrari poteſt ſecundum diverſa Jùra; ità dantur diverſæ viæ,quæ ducunt ad illud.

Celebrari autèm per diverſa Jura eſt quando V. G. dictum Matrimonium reſultat vel per Jus Electionis, in quantum ipſa Electio 59
verè facit Epiſcopum, ut memoravimus ſuprà *num.47.* reſultat per Jus collationis: in quantum ipſa collatio facit Epiſcopum; vel reſul-

tat

tat per Jus inſtitutionis,in quantum pariter ipſa Inſtitutio Epiſcopum facit. Quodlibet ex his matrimoniis ſecundum diverſa jura celebratum ſuas habet diverſas vias.

60 Nam via, quæ datur ad Inſtitutionem, eſt nominatio, vel præſentatio. Undè ſi quis voveret non conſenſurum in ſui Inſtitutionem, utique ſimul voveret non conſenſurum in ſui nominationem,inquantum ſola nominatio eſt via, quæ ducit ad Inſtitutionem, non verò poſtulatio, & electio. Et ita locum habent in præſenti allegati Textus,quòd prohibito conſequenti, hoc eſt prohibita inſtitutione, prohibetur etiam, omne id per quòd pervenitur ad illam, quod eſt ſola nominatio & non cœteræ præfatæ viæ.

61 Ex quo etiam patet, quòd ſi quis faceret Votum non conſentiendi in Epiſcopatum ſecundum jura Inſtitutionis, non intelligeretur ex tali Voto excludere Epiſcopatum ſecundum jura collationis, aut electionis. Quia ſingula ad invicem ſunt diverſa,ad ſuum ſpeciale ſignificatum obligationem Voti reſtringentia. Secus ſi quis faceret Votum, per aliquam vocem univerſalem comprehendentem omnia jura, & omnes vias, ut ſi diceret: Voveo non conſenſurum in mei promotionem ad Epiſcopatum. Tunc cùm talis vox promotio, ut dictum eſt *Reſol. anteced. num.*2.3. includat jura electionis, Inſtitutionis, & Collationis, & omnes vias, ducentes ad dignitates, nominationem ſcilicèt, poſtulationem &c. ſic prohibita per votum promotione ad Epiſcopatum, prohibentur cœteræ quæcumquæ viæ, quæ ducunt ad ipſum.

62 Undè præfatum argumentum nihil prorſus probat contrà nos: cùm falſiſſimum ſit, quòd prohibito per Votum conſensù in electionem ad Epiſcopatum, prohibitus quoque ſit ex eodem Voto conſenſus in nominationem, & ſic de cæteris.Et Textus ſupra allegati *n.*52. *l.*2. §. *Mutui datio*, *& l.oratio*, ſolummodò concludunt, quando ſumus in aliqua propoſitione, quæ abſolutè, & ſimpliciter in omni casù, & per omnem viam, & ſine ulla reſtrictione, & limitatione prohibet conſenſum in dignitatem, tunc valent Textus illi, prohibito conſequenti, prohibetur etiam omne id,per quod pervenitur ad illud. Fagnan. *Lib.*3. *decret. ne ſede vacante cap. illa num.*39.

Et ſimilitèr ad illud ſupra *num.*41.,quòd prohibitum una via, alia non cenſetur permiſſum. Hoc 63 eſt,prohibito conſenſu in Epiſcopatum per viam electionis; neque permitti poteſt per viam nominationis. Reſponſum eſt ſupra *num.*43. *in fin.* de ratione voluntatis eſſe reſtringere obligationem Voti circa id, ad quod ſe poteſt extendere, & non ultra ad Text. *ſupra allegat. n.*11.37.41.

Noſtrum autem Votum non excludit, neque prohibet Prælaturas, & Dignitates Eccleſiaſticas, 64 ac proindè Epiſcopatum abſolutè, & ſimplicitèr, & in omni caſu, & ſecundum omnia jura, & per omnem viam, ſed dumtaxat extra caſum neceſſitatis, communis boni, & fidelium utilitatis, atque extrà caſum præſtandæ Superiori obedientiam: & ſolùm Epiſcopatum excludit, ſecundum jura electionis, aut per viam electionis, non autem nominationis, inſtitutionis, Poſtulationis, collationis, & ſimilium &c. adeoque Textus illi nihil inducunt contra noſtram Reſolutionem.

Sed etiam præfatum argumentum dilucidè dirimi poteſt, ſi 65

attendantur ea, quæ dicunt Doctores, ad quæſtionem illam de matrimonio. An impediti ad contrahendum ex aliquo juris impedimento Pontifici reſervato, & ſponſalia contrahant, ſub hac conditione, ſi Papa diſpenſaverit, an talia ſponſalia obligent, & ſint vera ſponſalia, etiam ſi dictam conditionem non exprimant.

Et quidem noſcere hic neceſſe eſt, quòd conditiones, quæ admittuntur,& rejiciũtur in matrimonio, admittuntur ſimiliter & rejiciuntur in ſponſalibus. S.Th. *in* 4. *diſt.* 27.*qu.*2. *art.*1. *in corp.*, & eamdem doctrinam tradit de conditionibus appoſitis in ſponſalibus *diſt.*29. *qu. unica art.*3. *quæſtiunc.*3., & poſt ipſum communitèr Doctores.

66 Sed id quod communitèr ab omnibus recipitur eſt,quòd ſi impedimentum ſit illius generis, ut in illo Pontifex nunquam fuerit ſolitus diſpenſare, ut ſi eſſet in primo gradu tranſverſali, vel contrahens in ſacris conſtitutus, ſponſalia eſſe nulla, & conditionem impoſſibilem reputandam. Sicuti etiam ſi nulla eſſet juſta cauſa diſpenſandi.

67 Si autem impedimentum ſit illius generis, in quo Pontifex diſpenſare conſueverit, & legitima Cauſa concurrat, licèt plurimi negent talia ſponſalia eſſe valida, & dicant licitum eſſe utrique contrahenti, altero etiam invito ab illis recedere. Nihilominus probabilius reputatur,præfata ſponſalia ſub illa conditione eſſe valida, & optimè obligare, & neutri Contrahentium fas eſſe,altero invito,ab illis reſilire, nec antè,nec poſt obtentam diſpenſationem.

68 Fundamenta primæ ſententiæ in eo conſiſtunt, quòd conditio, quæ pendet à Principis voluntate reputanda eſt impoſſibilis. *l. continuus* 137. §.*Cùm quis ff. de verbor. obligat.* ibi. *Ubi omninò conditio Jure impleri non poteſt, & ſi velit facere ei non liceat, nullius momenti ſtipulationem ... nec ad rem pertinet, quod Jus mutari poteſt; & id, quod nunc impoſſibile eſt, poſtea ſit poſſibile fieri: non enim ſecundum futuri temporis Jus, ſed ſecundum præſentis æſtimari debet ſtipulatio. Et l. inter ſtipulationem* 83. §. *Fin. qui incipit conſtat.* Ubi clarè appellatur impoſſibile, quod à voluntate Principis pendet. Et hoc etiam eſſe verum, licèt Princeps ſolitus ſit diſpenſare. Joan. Baptiſ. de Plotis inter conſilia Matrimonialia. Zilet *conſ.*87. *num.*10. *vol.*1., Nàm id, quod ſolùm poteſt fieri, per remedium extra ordinarium: ut diſpenſationem,dicitur impoſſibile.Innoc. *Cap. Paſtoralis n.*1. *de cauſa poſſeſ. propr.*

Et licèt conditio pendens à Principe non eſſet impoſſibilis, nihilominùs meliùs eſt operari per conformationem ad legem communem, prohibentem nuptias inter impeditos, quàm reſpicere legem ſpecialem diſpenſationis, & ità conſenſus ille obligans ad recedendum à jure communi, nullius eſt momenti, Joan. Andreas *Cap.ſuper eo de condit. appoſ. num.*2. Innoc. & Hoſtien. ibi initio, & alii. 69

Sed hujuſmodi fundamenta non videntur ſubſiſtere,utpotè falſo principio innixa. Nàm in primis ſi verum eſſet,quòd conditio pendens à principis voluntate eſſet impoſſibilis, ſequeretur, quòd noſtrum votum de non conſentiendo in Epiſcopatum ſub condiri one, niſi Papa juſſerit, vel diſpenſaverit, non eſſet minus invalidum, & peccatum, ac ſunt invalida,& peccatum ſponſalia, ut dicunt Adverſarii, contracta inter impeditos ſub conditione ſi Papa diſpenſaverit. 70

Nàm in tantùm per ipſos dicta 71

ſpon-

ſponſalia ſunt nulla, & peccatum, quià cùm ſint de re prohibita, ſunt illicita, & conditio impoſſibilis non juvat. Sed votum de non conſentiendo abſolutè in Epiſcopatum, ſinè ulla limitatione, & reſtrictione, nempe niſi ſit ſuccurrendum, neceſſitatibus Eccleſiæ, eſt nullum, & impium, ut dictum eſt ſuprà ex S. Thom: Suarez, & aliis *Reſol.*2. Ergò ſi apponatur conditio impoſſibilis, uti eſt illa per ipſos, quæ pendet à Principis voluntate; talis conditio non juvat. Vel ſi conditio pendens à Principis voluntate eſſet impoſſibilis, noſtrum Votum eſſet Invalidum irritum, & nullum, quià eſt conceptum ſub expreſſa conditione de non conſentiendo in Epiſcoparum, niſi Papa vel juſſerit, vel diſpenſaverit. Votum autẽ de abſolutè non conſentiendo inEpiſcopatũ eſt nullum, ut communiter docent Authores ut ſupra *Reſol.*2. latè demonſtravimus, quià impedit majus bonum Eccleſiæ, in caſu, quo neceſſitas inſtaret, providendi de idoneis perſonis Epiſcopale munus. Aug. cit. ibi, ergò ſi promitteretur conſenſus ſub conditione impoſſibili, perindè eſſet, ac negare conſenſum. Quod eſſet reddere votum nullum atque peccaminoſum de quo ſupra *d. Reſol.*2.

Secundo quià, quando Prin-
72 ceps conditionem illam ſolet concedere, tunc verè eſt poſſibilis, ex vulgatis Textibus *l.* apud Julianum *§. conſtat ff. de leg.*1. ibi. *Quoniam comercium eorum, niſi juſſu Principis non eſt: cùm diſtrahi non ſoleant*, & ità ſentiunt, ibi Cuma, & Alex. *num.*5. & Jaſon. ibi dicens, eſſe communem *num.*13. *Prapoſit. cap. Super eo num.*5., & alii plures.

Imò nec quando Princeps diſ-
73 ficillimè concedit, conditio reputatur impoſſibilis, ſed ſolùm difficilis. Covar. 4. *decret.*2. *part. cap.*3. *init. num.*9. Undè non eſt tamquam impoſſibilis rejicienda ad ſenſum *in Cap. fin. de condit. appoſ.*

Et ità cùm noſtra conditio nimirùm, ſi Papa diſpenſaverit, aut præceperit, pluries, ac pluries in noſtro voto habuerit effectum, ſic 74
ab illa removetur omnis ratio impoſſibilitatis. Et idem eſt concedi ſolitum, ac pluries concedi. *§. Pavonum Inſtitut. de rer. diviſion. & in l. lege §. Igitur ff. de verbor. ſignificat, & in l. ſi quis donaturus ff. de uſufructu, & l. ſolet ff. de feriis.*

Imò ut res dicatur ſolita concedi, ſufficit, quòd bis conceſſa fuerit ſpatio 40. annorum Bartholom. Peret. *ad extravag. ambitioſè*. 75
*Verb. ac de rebus Eccleſ. non alien. num.*40. *Clarus in §. Fundum q.*13. *num.*4. *Afflic. dec.*304. *num.*10.

Et aliquando ſolitum concedi juxtà ſubjectam materiam verificari poterit in una vice, ac in uno actu. 76
l. mela §. Sed ſi alimenta ff. de alim. & cibar. legatis. Notant *Kirchou. tom.* 2. *comun. opin. lib.*9. *tit.* 34. *num.*159., *& alii.*

Et cùm per noſtrum votum, voventium meritum multum augeatur, omnis ratio poſtulat, ut conditio non denegetur, ſed faci- 77
liùs concedatur.

Nec deſunt hac de re plura Juris exempla. Nàm inſtitutio ſpurii, facta ſub conditione, ſi Princeps eum legitimaverit, eſt valida; Etenim licèt ſpurius ſit incapax tempore 78
inſtitutionis: redditur tamen capax tempore impletæ conditionis. *Covar.* 4. *decret.* 2. *par. cap.*3. *§.*5. *num.*12. *Dueñas Reg.*366. *limitation.* 1.

Epiſcopus non poteſt ingredi Religionem, ſine licentia Papæ *cap. niſi cùm pridèm de renunciatione*, & tamen Votum ab illo factum 79
tranſeundi ad Clauſtra ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit. Eſt

validum, quod nullus inficiatur. ſicuti nemo negat, licitum eſſe litigantibus de aliquo beneficio paciſci circà penſionem imponendam, ſi Pontifex approbaverit. Et Venditio fundi feudalis ſimplicitèr facta invalida eſt. Valet tamen ſi fiat ſub conditione, ſi Dominus feudi conſenſerit. *Molin. lib.4. de Primogen. cap.3. num.48.* Et ratio ea eſt, quia in his actibus duo continentur. Unum eſt obligatio petendi diſpenſationem; Alterum, ea obtenta, eſt obligatio contrahendi, & utrumque eſt licitum, & poſſibile: adeoque promiſſio obligat. Secundo quia conditio, quæ requiritur ad validitatem contractus, ſi eſt poſſibilis non eſt rejicienda Bald. *1. quæſt.6. num.17. cod. de inſtit. & ſub. Alexand. l. apud Julian. §. Conſtat num.5. ff. de legat.1.* Eſſe autem poſſibilem non eſt dubitandum. Gregor. Lopez *lib.3. verb. Cæſar. tit.4. part.4.* Dicens, quod adveniente diſpenſatione, non eſt neceſſarium novum conſenſum præbere. & hoc, quia ſtare poteſt ex aliquo impedimento prohibitio matrimonii, & non ſponſalium ſub conditione. Tamburin. *de matrim. lib. 8. tract.3. de ſponſal.§.2. num.5.* ibi.. *At dico ſponſalia valida fieri, & licita, ſi referantur ad tempus, quò ceſſabit impedimentum; ut ſi quis conſanguineus ſic promittat Conſanguineæ, nunc ſpondeo tibi futuras nuptias celebrandas, poſt obtentam diſpenſationem. Quo pacto certè ſenſus eſt conditionatus, hoc modo ſpondeo, ſi Papa diſpenſaverit.*

Nam verificata conditione de impetrata diſpenſatione, conſenſus
80 ille conditionatus evadit abſolutus, & obligat, & nulla indiget ratificatione: quia ea eſt conditionis natura, ut ſolùm ſuſpendat actum, ejuſque obligationem, uſque dùm impleatur conditio *l. cedere diem 213. ff. de verbor. ſignificat.* ibi .. *Ubi ſub conditione, neque ceſſit, neque venit dies pendente adhuc conditione.* Profectò licèt ſponſalium conſenſus, pendente conditione, ſint inefficaces, & imperfecti; hæc tamen imperfectio ceſſat conditione adimpleta *cap.1. de ſponſal. in 6.* non ſecus, ac diximus de Inſtitutione ſpurii, quæ valet facta ſub conditione, ſi Princeps eum legitimaverit.

Et petere diſpenſationem à Su-
periore eſt licitum. Aliàs facultas 81
diſpenſandi exulanda eſſet à Mundo. Diſpenſatio autem non quæritur, niſi ſupra aliqua Re, quæ eſt de jure prohibita. Etenim diſpenſatio, ut diximus, eſt relaxatio oblegationis nomine Dei facta. Adeoque apponere diſpenſationem, tamquam conditionem, eſt licitum, & non inficit, ſed juſtificat actum: & diſpenſatione impetrata, promiſſio habet effectum, & obligat. Bald. *modo cit. cum cæteris ibi allegatis.*

Objectionum ſagittæ ex ad-
verſo contra nos emiſſæ non 82
feriunt; profectò demonſtravimus, non eſſe impoſſibile, quòd pendet à Principis voluntate; aliàs facultas diſpenſandi eſſet inutilis, & nunquam reducenda ad effectum. Quod eſt contrà jura, & exempla allata; & licèt diſpenſandi remedium ſit extraordinarium, nihilominùs aliquando, cùm cauſa communis boni, & plurimorum utilitatis redditur magis conveniens, quàm obſervantia communis legis; quod eſt indicare, eſſe magis utilem & legitimam privilegii cõceſſionem *cap. ſi de terra de privileg.* Per quod patet, non ſemper eſſe melius operari per conformitatem ad jus commune, cùm lex privata aliquandò magis conferat.

Cœterum procul omnino di- 83
ſtat, quòd conſenſus ſub dicta conditione ſit peccatum, imò juvat ad

me-

meritum, quia tendit in licitum, &
legitimum actum. Quia dicta con-
ditio conſenſum ſuſpendit in tem-
pus habile, omnemque tollit, ra-
tionem culpæ. Adrianus IV. *de
matrim. quæſt.3. dub.10. in ſolut.
ad 2.Covar.4.decret.2. part.cap.3.
init. num.7.* Gruttier. *quæſt.Canon.
lib.1. cap.22. num.5. & 17.*

84 Imò præfata conditio, ſi Pa-
pa diſpenſaverit, non ſolùm legi-
timè currit in ſponſalibus,ſed etiam
in matrimonio rato; ut ſi duo con-
ſanguinei contrahant per verba de
præſenti. In quo caſu, neque incur-
runt excommunicationem. Cle-
ment. *unica de cõſang.* Adrianus IV.
quæſt.3. de matrim.dub.10. ad fin.
Covar.4. *decret.2. part. cap.3.init.
num.7.* Greg. Lopez *lib.6.verb. im-
poſſibile tit.4. part.4., & alii.*

Sed an promiſſio de Re prohi-
85 bita valeat, non expreſſa conditio-
ne, ſi Papa diſpenſaverit: utraque
pars ſuos habet ſequaces. Sanchez
*de matrim. lib.5. diſp.5. num.25.,
& ſeq.*

Ex quibus optimè concluden-
86 dum reſpicitur, quòd ſi aliquis per
noſtrum Votum impeditus conſen-
tiat vel in ſui nominationem, aut
poſtulationem, ſivè electionem ſub
conditione illa, ſi Papa juſſerit, vel
diſpenſaverit, conſenſus eſt vali-
dus, & licitus, quia conditio
ſuſpendit in tempus habile, tollit-
que omnem rationem culpæ; ut
tam præclara jura allegata demon-
ſtrant, & teſtatur Adrian. IV. *de
matrim. quæſt.3. dub.10. in ſolut.
ad* 2. Covar.4. *decret.2. part. c.3.
num.7. cum cæteris ſupra allegatis.*

Cœterum ad noſtra redeundo,
recapitulando, quæ ſupra diximus
87 *Reſolution. anteceden.* Tanta inter-
venit diverſitas intèr dignitates ele-
ctivas, & alias quaſcumque, quòd
ſi in litteris expectativis Apoſtoli-
cis non fiat de illis ſpecialis mentio,
electivæ conferri non poterunt. Ad
Textus *ſupra allegatos dicta Reſol.
anteceden. num.*78. ubi latè exami-
navimus Capitulum cùm in illis
§. *Illis in fin. de Præben. in 6.* ubi
ſi Papa mandat alicui provideri de
beneficiis, & dignitatibus ſpectan-
tibus ad collationem, proviſionem,
præſentationem, tunc non com-
prehenduntur beneficia electiva.
Abbas *conſ.36. in quæſtion. quæ ad
præſens vertitur Col.3. nu.2.verſ.4.
poteſt attentari lib.2.*

Et præter alias Canoniſtarum
rationes ſingularis eſt illa.Quia uno
modo expreſſo,non venit alius.Ab- 88
bas *loc.cit. & refert.* Fagnan. *lib.1.
decr. de electio. cap. nullus nu.19.*
Unde quid mirum,ſi etiam in Votis
concludere ſatagamus, quòd quan-
do in illis ſolùm exprimitur unus
conſentiendi modus, nimirum per
viam electionis, non veniat alius
modus de non conſentiendo per
viam nominationis, & aliarum hu-
juſmodi. De quo latius ſupra *d.Re-
ſol.* 22. Qua propter credimus, à
primo ad ultimum, ſatis ſuperque
nos ſatisfeciſſe in favorem noſtræ
Reſolutionis.

Supereſt modo inveſtigare,
an, & quatenùs conſenſus in nomi-
nationem, cœteraſque vias prohi- 89
beretur per noſtrum votum, ſicuti
prohibetur conſenſus in electio-
nem, dictum conſenſum in nomi-
nationem &c. Reſervaverit ſibi
Pontifex, Urbanus VIII.; vel il-
lum reliquerit juxtà juris commu-
nis diſpoſitionem, ut in illo diſpen-
ſare poſſint inferiores Prælati, ut
diſponit Text. *in cap. ſi Relig. de
elect. in 6.*

Undè in ſequenti Reſolutio-
ne, quæ erit XXIV. concludimus
quòd conſenſum in nominationem,
cœteraſque vias non reſervat ſibi
Pontifex Urb. VIII., quando illæ
non prohibentur per Votum & ſic.

RESO-

RESOLVTIO XXIV.

Urbanus VIII. in ſua Conſtitutione non alium conſenſum in ordine ad Dignitates ſibi reſervat ad diſpenſandum ſuper illo, niſi illum, qui per Votum prohibetur.

SUMMARIUM.

4 *Prohibita univerſali via prohibentur omnes particulares contenta in illa.* 14.
5 *Regulares poſſunt poſtulari.*
6 *Verba Bullæ Urbani VIII.*
9 *Pontifex non poteſt facere, quòd id, quod alicui non eſt voluntarium poſſit habere rationem Voti.*
12 *Quid ſit diſpenſatio.*
Quod non eſt ligatum ſolvi non poteſt. ibid.
14 *Vox univerſalis in ſuam particularem reſolvitur.*
Vox generalis per ſuas ſpecies intelligitur. ibid. 16.
Remoto genere, removentur & ſpecies. ibid.
Argumentum negativum à genere ad ſpecies eſt validum. ibid.
Generalis diſpoſitio omnes ſpecies claudit. ibid.
Probibitum una via, non cenſetur alia permiſſum. ibid.
16 *Vox generica, & univerſalis limitatur per ſuam ſpeciem.* 14.
17 *Generalitas verbalis, & realis quando.*
18 *Votum de non nubendo non probibet quamcumque copulam carnalem.*
21 *Lex non obligat ſi non publicetur.*
Lex quæ voluit dixit, quæ noluit non dixit. ibid.
Incluſio unius eſt excluſio alterius. ibid.

Titulus clarè reſolvit, conſenſum in nominarionem, Inſtitutionem V. G. cæteraſque vias non reſervare ſibi Urbanum VIII. in ordine ad diſpenſandum, quandocumque hujuſmodi conſenſus non prohibeantur per Votum. 1

Sed pro hac reſolutione recolamus, & recapitulemus oportet, quæ fusè in hoc tractatu diſperſimus. Primo de Viarum numero, & diverſitate ad Dignitates Eccleſiaſticas conducenrium, proùt enumeravimus ſupra Reſol. antecedente *num.* 3. *& ſeq.* 2

Secundo de differentia formularum, excludentium conſenſus in Dignitates, vel per vocem univerſalem, vel per aliquam particularem viam; utriuſque modi pluries exempla decantavimus.

Primò nimirum. *Voveo non acceptaturum Epiſcopatum, vel Epiſcopatum non ſuſcepturum, vel in illum non conſenſurum.* Quemadmodum fecit Florentinus Archidiaconus, jurans nunquam ad Epiſcopatum accedere. Ut habet pluries allegatus Textus *in cap. Archidiaconus* 85. *diſt.* 3

Vel ſi quis diceret, *voveo non conſenſurum in mei promotionem* ad Epiſcopatum, niſi obedientia coa- 4

ctus.

ctus. Tunc cùm omnes prædictæ voces includant omnes modos, & vias aſcendandi ad Dignitates, ſic votum prohibens acceptationem, ſuſceptionem, promotionem per has ſimileſque univerſales voces, prohibet etiam ſingulos modos, & vias in univerſali voce contentas, perveniendi ad Dignitates ex Juribus allegatis ſupra *Reſol.*22. *num.*14., & ſub his terminis aliquas Religiones tale Votum profiteri reſpicimus, ex earumdem formulis ſuprà cumulatis. *Praamb.*1. *num.*17. *ſeq.*

5 Secundi modi exemplum eſt, quando formula Voti excludit conſenſum in Epiſcopatum reſtrictivè, & ſub aliqua ſingulari via, quæ in ipſo Voto exprimitur, ità ut ſenſus ſit. *Voveo non conſenſurum in mei Electionem*, niſi *obedientia coactus*. Tunc cùm illa vox electio reſtringat Voti obligationem, ad non conſentiendum in Electionem, ipſam dumtaxat excludendo, non cenſeturexcludere conſenſum in cæteras vias: puta nominationem inſtitutionem, Poſtulationem, cæteraſque ſimiles. Ad quarum quamlibet excluſionem poſſe etiam dari Votum, non eſt dubitandum. Sicuti pluries de regularibus datur per Principes nominatio, & poſſe de eiſdem poſtulationem fieri teſtantur Jura. *Cap. bona* 4. *de poſtul. Cap. cùm Monaſterium de elect.*, & notanter Fratres Minores poſtulari poſſe ad Eccleſiam Cathedralem, & Metropolitanam *de elect. in* 6. Card. *conſ.* 36. *in princ.*

6 Tertiò. Conſtitutionem Urbani non aliud Summo Pontifici reſervare, in ordinem ad diſpenſandum, præcipiendum, relaxandum &c. niſi id, quod expreſſe prohibetur per Votum. Ibi enim Pontifex narrat, quòd cùm in aliquibus Religionibus emittatur Votum de non procurando, & non acceptando Dignitates; & quidam prætendant, quòd Inferiores Prælati poſſint ſuper illo diſpenſare, & præcipere, quòd promotus acceptet: Pontifex talem poteſtatem aufert ab omnibus inferioribus Prælatis, & ſolùm ſibi illam reſervat. Verba præfatæ Conſtitutionis, incipientis Honorum Dignitatumque vana ambitio 26. Februarii 1643. ſunt. ibi. *Cùm aliqui Regulares .... emittant Votum in manibus Superioris de non procurando, nec acceptando aliquam Dignitatem &c. Niſi coacti, vel aſtricti pracepto ejus, qui ſibi jure pracipere poteſt. Et aliqui addant etiam illa verba ſub pæna peccati .... & pratendentes, quòd ſuis Superioribus Regularibus liceat eis præcipere, ut Dignitatem acceptent, aut ipſum Votum relaxare, aut ipſis deſuper diſpenſare. Quâ propter nos volentes hunc ambitum retundere, motu proprio ... Declaramus ſuper pradicto Voto.... de non procurando, nec acceptando extrà ... aliquam dignitatem.... Neminem Superiorum Regularium etiam Generalem, aut capitulum ... nec etiam Nuntium, Protectorem, Legatum de latere ... ſed tantummodo nos & Romanum Pontificem prò tempore poſſe diſpenſare, taleque Votum relaxare, aut adversùs illud aliquam licentiam, vel Indultum concedere aut aliquod præceptum procurandi, ſeù acceptandi, vel aliud ſimile ipſis Regularibus voventibus facere, cujus vigore pradicti Religioſi illas ... procurare vel acceptare poſſint, aut teneantur; aut alias quomodolibet voventes pradictos à pradicto Voto liberare.*

Perpende Lector, & conſidera per hanc conſtitutionem, Pontificem nullam aliam legem ſupra legem Voti addere, & innovare. 8

Non enim ipſe præfatâ Bullâ per univerſale verbum imponit, aut prohibet, ne quis inpoſterum per quemcumque modum, & viam dignitates acceptet; Sed ſolùm mandat, & inhibet, ne quis præter ipſum in tale Votum Juriſdictionem habeat, & valeat actionem aliquam ſivè præcipiendi, ſivè relaxandi, ſive diſpenſandi exercere. Profectò Pontifex hac in Re unum ſopponit, & aliud diſponit. Supponit adeſſe validum Votum de non procurando dignitates, & de non acceptando illas, vel abſolutè, & illimitate, & per quamcumque viam, ſivè electionis, ſivè nominationis, & ſimilium. Vel de non acceptando reſtrictivè per hanc ſolùm, aut per illam, & non alias. Supponendo, & relinquendo hanc diſpoſitionem ſecundum legem, & ſenſum præfati Voti, & ſecundum illam majorem, vel minorem extenſionem, aut reſtrictionem, ſecundum quam à diverſis Religionibus fuit inſtitutum, & juxta tenorem, ſecundum quem formularum verba reſonant. Hoc ſuppoſito Pontifex ſolùm diſponit, & determinat trahere, & advocare ad ſe ipſum dumtaxat, ſibique reſervare omnem facultatem, & Juriſdictionis poteſtatem in tali Voto Relaxandi, diſpenſandi &c.

9 Hoc ſecundum, cùm ad juriſdictionem pertineat, potuiſſe Pontificem validè, & utiliter facere non eſt altercandum. At quòd voluerit mutare, variare magis, vel minus præfati voti materiam, extendere, ampliare, vel reſtringere, non eſt credendum. Quia cùm votum ſecundum ſe totum, ejuſque obligatio ſiſtere, & verificari non poſſit, niſi dependenter à voluntate voventis, ſic non poteſt Pontifex facere, quòd quidquid ipſe à ſe ipſo vult, reddatur ab altero abſque aliquo ſuo intrinſeco actu volitum & voluntarium. Titio enim aliqua res nullatenus dici poteſt voluntaria ſi circa eamdem nullum exercuit ſuæ voluntatis actum.

Poterit tamen Titius V. G. obligari à Pontifice per præceptum ad faciendum aliquid. At non poterit Pontifex facere, quod Titius faciat aliquid ex voto, ſi de tali re Titius votum non fecerit. Cujus rei puderet Theologos hac de re aliter cogitare. 10

Unde ſi Titius votum faciat de non conſentiendo in Epiſcopatum, aut de Epiſcopatu non acceptando, reſtrictivè per viam, nimirum, electionis, aut de non conſentiendo in ſui electionem ad Epiſcopatum. Nullatenus fieri, & verificari poterit, quòd per hoc votum remaneat obligatus ad non conſentiendum in ſui nominationem, & alias quaſcumque hujuſmodi vias. Prò qua re tuenda decertant, & conſpirant validiſſima jura Reſolutione antecedente allegata *num.*11. 37.41., eo vel magis quia votum ſemper interpretandum, ut minus obliget. Ad Textus ibi *num.*40. & non eſſe de ſimili ad ſimile inferendum ibi *num.* 41. 43. 50., *& ſeq.* 11

Quapropter ſi Titius per votum non conſentiendi reſtrictivè in ſui electionem non remanet impeditus, & reſtrictus ad non conſentiendum in cęteras vias, quia in illas votum nec factum eſt, nec ad illas extenditur. Vanum eſſet Titium obligari, ut ad conſentiendum in illas, diſpenſationem expoſceret. Quia cùm diſpenſatio cadere non poſſit, niſi ſuper id, quod eſt aliquo jure prohibitum. Ad Textus relatos *Reſolut.*15. *num.*168. *Reſol.*20. *num.*11., *& Reſolut.* 19. *num.* 8. *& Reſolut.* 23. *num.* 81., & diſpenſatio de ſua natura ſemper ſit 12

rela-

relaxatio alicujus obligationis nomine Dei facta: id de quo nulla datur obligatio, diſpenſatione non indiget. Quemadmodum quod non eſt ligatum, ſolvi non poteſt. Ad Text. *de ſponſal.impub. C. ad diſſolvendum*, *& l. decem ff. de verbor. obligat.*, *& dictum eſt Reſ.*19.*n.*45.

13 Sicuti qui habet votum de non nubendo, aut caſtitatem ſervandi per viam Cælibatus, ſivè Uxorem non ducendi, non expoſcit relaxationem talis voti, aut diſpenſationem in ordine ad fornicandum. Quia votum de non nubendo nullatenus eſt votum de non fornicando. Ad claros Textus & Doctores ſupra allegatos *Reſolution. antecedente num.*37.43.

14 Dices Pontifex in ſua Conſtitutione ſibi reſervat diſpenſare, relaxare, præcipere votum habenti, ut acceptet Epiſcopatum; aliàs prohibet, quòd ille Epiſcopatum acceptet. Sed prohibita acceptatione genericè ſumpta, prohibentur etiam omnes, & ſinguli modi & ſpecies acceptandi, ut dictum eſt ſupra *num.* 4. tam nimirum per viam electionis, quàm nominationis &c. Quia vox univerſalis in ſuas particulares reſolvitur. Fagnan. *lib.*5. *decret. de jur. patron. Cap.ex litteris num.*23. *cum ibi allegat.* & vox generalis per ſuas ſpecies intelligitur.*l. ſi Chorus ff. de leg.*3. & uno prohibito omnia contenta in illo prohibita reputantur. *l.oratio ff.de ſponſal.l.Pupillis* §.*Sed ſi per interpoſitam ff. de author. Tutor*. Nam ſecundum Logicos, & ſummuliſtas, remoto genere, removentur, & ſpecies. Prò quò etiam facit Text. *l. juris gentium* §. *Sed ſi fraudandi in fin. ff. de pactis l. fundi* §. *Fin. ff. de fundo inſtruct.* Adoque, qui negat Animal V. G., omnes negat animalis ſpecies, & ita Argumentum negativum à genere ad ſpecies eſt validum & concludit: ut ſi quis dicat lupus non eſt animal, ergo non eſt homo, nec Equus, nec Canis &c. nam cùm genus comprehendat, & contineat ſpecies, ex Logicis, & declarat Text. *in Cap. pœnal.* 14. *quæſt.*5. per neceſſitatem ſequitur, quòd deſtructo continente, ſimul & contenta pereant. Ut notat Bartholus *in l.*2. §. *Doli mali ff. de bonor.raptor*. Et generalis diſpoſitio ſivè affirmativa, ſivè negativa omnes ſpecies claudit, vel excludit. *l.ſi Chorus ff.de leg.*3. Unde evidenter innoteſcit, quòd prohibita, & interdicta alicujus dignitatis acceptatione genericè ſumpta, interdicuntur omnes, & ſinguli modi, & ſpecies acceptandi dignitatem illam, & per conſequens tunc votum de non acceptando electionem, erit etiam votum, de non acceptando nominationem. Quod, & confirmatur per Textum ſupra adductum, quòd id quod eſt prohibitum una via, non cenſetur alia permiſſum. *L. cum hi* §. *Si cum jus ff. de tranſact.*, *& l.quod dictum ff.de pactis*. Et ita ſi non eſt permiſſum conſequi Epiſcopatum per viam electionis, ſtante prohibitione acceptionis genericè ſumptæ, ſinè diſpenſatione, aut præcepto. Neque erit licitum ad illum aſcendere per viam nominationis, & alias quaſcumque vias.

15 Reſpondemus ex dictis ſupra *num.*8., *& ſeq.*, & ad ſenſum relatæ Conſtitutionis *num.*7., quòd prohibetur voventibus acceptare Epiſcopatum, vel ſub generica ſignificatione, vel ſub ſpecifica, eo prorsùs modo, quò prohibetur per ipſum Votum, & non aliàs. Et Pontifex in hac re, ut diximus ſupra dicto *num.*8. Unum ſupponit, & aliud diſponit. Supponit inquam, quòd ipſuminet Votum de ſe prohibeat, ſivè genericè, ſivè ſpecificè, quòd

votum habens acceptet ad tenorem, quo obligant leges ejuſdemmet Voti.

16 Ali ud diſponit,& eſt quod ſolus ipſe Pontifex poſſit in hoc Voto relaxare, diſpenſare, præcipere &c. juxtà ſubjectam materiam ejuſdem met Voti, vel genericam, vel ſpecificam. Undè licèt in dicta Conſtitutione ponatur ſemper illud verbum acceptare, attamen hoc eſt intelligendum ſervatis ſervandis, & juxta tenorem legis, & exigentiam dicti Voti, vel genericè, & illimitatè ſecundum omnes modos acceptandi: vel reſtrictivè, & ſpecificè, ſecundum dumtaxat unum, & non alium, & prout ipſum Votum poſtulat. Indubitatum enim eſt, quòd vox quantuncumque univerſalis, & generica, ſemper limitatur, & reſtringitur per ſuam ſpeciem, ut Philoſophi cognoſcunt, & juris peritos non latet *l. in toto Jure 91. ff. de reg. jur. l. ſanctio 41. ff. de pœnis cap.1.*

17 Undè erit ſemper firmitèr tenendum, quòd illa vox acceptare, deſumenda eſt in Votis, de quibus agitur, latè, vel ſtrictè ſecundum ſenſum, qui per eorum formulas importatur. Ità ut ſi formula Voti, ut diximus, concepta ſit per aliquod verbum univerſale, & genericum, nimirum. Voveo non conſenſurum in mei *Promotionem*. Tunc cùm, hujuſmodi vox *Promotio* abſolutè prolata, dicat omnem viam, ducentem ad Dignitates. Sic Votum, quod prohibet promotionem, prohibet etiam omnem viam omnemqne ſpecificam, & individuam acceptationem. Et tunc conſtitutio Papæ omnem viam ſibi reſervat. Si verò formula Voti ſit concepta per aliquam vocem reſtrictam, & particularem, nimirum, *voveo non conſenſurum in mei electionem*. Tunc votum prohibet ſolummodo reſtrictivè acceptationem, per viam ſcilicet electionis tantùm, & non per alias vias. Etenim parùm refert, quòd vox ſit generalis, quando ex aliquo adjuncto venit reſtricta: tunc enim eſſet generalitas verbalis, non realis. Fagnan. *modo cit. num.26.*, & Pontifex tunc ſolùm reſervat ſibi diſpenſare in ordine ad conſenſum licitè præſtandum per viam electionis tantummodò, & non aliam. Quia tunc de cæteris viis non datur votum, nec minima obligatio.

Et ad Textum ſupra adductum, quòd prohibitum una via, non cenſeatur alia permiſſum, patet reſponſio ex dictis *ſupra Reſol.23. num.43.* Sicuti Votum de non nubendo prohibet copulam carnalem, non utcumque, & per omnem viam tam fornicationis, quam adulterii &c. Sed reſtrictè per viam ſolummodo matrimonii exercendam. Et ità Pontifex in tali Voto non poſſet reſervare ſibi copulam carnalem per viam fornicationis, ſed ſolùm per viam matrimonii conſumandam. Quia ſemper redit, quòd votum de non nubendo non eſt votum de non fornicando, ex dictis ſupra *Reſol.23. num.37. 43.* 18

Ex quibus tandem reſultat validum argumentum. Etenim Conſtitutio Urbani aliud non continet, nec diſponit, quàm reſervare Romano Pontifici in ordine ad relaxandum, diſpenſandum omne id, quod prohibetur per Votum. Sed per Votum prædictum prohibetur ſolummodo reſtrictivè conſenſus in electionem, non verò in nominationem &c. Ergo dicta conſtitutio ſolùm ſibi reſervat in ordine ad diſpenſandum conſenſum in electionem tantùm, & non in nominationem. Nàm de omni eo, quod eſt præter electionem non datur Votum. 19

Major.

20 Major. Eſt nota legenti Pontificiam Conſtitutionem, ſupra relatam *num.* 7. ibi .. *Tantummodo nos, & Romanum Pontificem poſſe diſpenſare, taleque Votum Relaxare &c.* Minor etiam innoteſcit ex formula Voti, quæ eſt altera Lex. Conſequentia ſequitur in forma.

21 Cæternm ſi Summus Pontifex in dicta Conſtitutione prohibere, & reſervare ſibi voluiſſet non ſolùm id, quod prohibetur per dictum votum, ſed etiam aliquid aliud, ad quod Votum non extenditur, hoc potuiſſet facere, at non haberet voti rationem ex dictis *Reſol. antecedente nu.* 11., ſed meræ legis, quam utique declarare debuiſſet. Lex enim non obligat niſi inſtituatur, & promulgetur. *Gloſſ.* 2. *de tregua* §. *Leges* 4. *diſt.*, & poſtea potuiſſet illud ſibi reſervare. Sed in dicta Conſtitutione non legitur, Pontificem Prohibere aliquid aliud præter illud, quod per votum prohibetur. Ergò in dicta conſtitutione Pontifex non prohibet, nec ſibi reſervat aliquid, quod in dicto voto non contineatur. Sed in Voto, quod quis emittit de non conſentiendo in ſui electionem, non continetur Votum de non conſentiendo in ſui nominationem; ergo Pontifex non ſibi reſervat. Conſenſum in iſtam, aut in Inſtitutionem, neque iſtas prohibet. Etenim ſi prohibere voluiſſet, utique explicare in eadem Bulla debuiſſet: Sicuti cætera, quæ voluit expreſſit per regulam legis dictantis, ubi voluit dixit; ubi noluit non dixit *l. item apud labeonem* §. *Ait Prætor de injur.* . *Gloſſ. in cap. nullus. Verb. dumtaxat de tempor. ordin. in 6. Sanchez de matrim. lib.* 2. *diſp.* 11. *num.* 23., & quando in diſpoſitione legis includitur unum, & non aliud incluſio unius, eſt excluſio alterius *cap. non ne de præſump.*, *& l. cum Prætor* §. *de judic.* Sed Pontifex ſolùm prohibuit, & ſibi reſervavit id, quod prohibebatur per Votum. Et non dixit, quòd etiam prohibebat conſenſum in nominationem, cæteraſque vias, etiam ſi non prohiberentur per Votum. Ergò hæc omnia Pontifex non prohibuit; nec ſibi reſervavit.

Sed ad vigeſimam quintam, & ultimam Reſolutionem in hac Arte de bene deſiderando, & noſtri Voti validitate non ambiendi gradum faciamus, tempus, & omnis dicendi ratio expoſtulant, ut ſcribenti ceſſet labor, & diutiùs tedium haud legentibus inferatur.

Et ſit Reſolutio XXV. & ultima.

RESOLUTIO XXV. ET ULTIMA.

De conſenſu, & diſſenſu in dignitates in ſeptem Paragraphos diſtincta.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit confundi.*
2 *Scire eſt per cauſas cognoſcere.*
3 *Cognitio quid importet.*
4 *Sine conſenſu dignitates remanent omni effectu orbatæ.*

1 HAnc XXV. Reſolutionem in ſeptem Paragraphos dividere placuit, ut confuſionem longè arceamus. Confundi enim id dicunt jura, & juris Periti manifeſtant; quòd rebus cæteris commiſcetur, & ſeparari non poſſit, aut diſcerni difficile reputetur *l.3* §. *Fin*, *& l.ſeq. ff. de re vindic. &* §. *Si aurum inſtitut. de rerum divis.* Sed noſtra methodus, cujus claritati à principio ſtuduimus, eamdem uſque in finem retinens poſtulat, ut hanc ultimam reſolutionem per diſtinctas partes aſſequamur: ut nihil quantum in nobis eſt, utile ſcitu noſtro deſit tractatui. Sciri etenim aliquid non dicitur, niſi per cauſas illud cognoſcamus. Ariſtotiles; & facit Text.
2 *Cap. occidit.*24. *quæſt.*8. Rei autem cognitionem non attingimus, niſi
3 examine, & diſcuſſione *l.*1. *ff. de offic. aſſeſ. l. cognitio* 4. *ff. de offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdictio.*

Titulus Reſolutionis de conſenſu, & diſſenſu per ſuas cauſas, & principia differere proponit,cùm ſinè conſenſu dignitates vacuas remanere neceſſe ſit. Illumque neceſſariò requiri. & per Eccleſiam non poſſe ſuppleri. Supra uberrimè expoſitum fuit. *Reſol.*15. *num.*21.37.39. 108., *& alibi ſæpè.*

Diſſentire pluribus modis poteſt contingere,vel quia quis hoſtiliter, & contrà ſuum genium ſentit ad aliquid; & hoc eſt ſe habere invitum, vel quia formaliter non vult dignitates acceptare, illiſque reſiſtit. Ideò in primo §.Quęrimus. An inviti, & recuſantes ſint ad dignitates ſublimandi.

Conſenſus verò præſtari poteſt vel nimis avidè aut deſidioſè; & irà in ſecundò §.*Præter ea* quę copiosè diximus *præamb.l.n.*108.*ſeq.*Diſcutimus,cujus naturæ & qualitatis eſſe debeat conſenſus in dignitates.

Et cùm electio efficax videatur debere operari de ſe aliquem effectum independenter à conſenſu electi, ſic in tertiò §. Scrutamur. An per ſolam electionem intimatam, & publicatam imprimatur in electo, antequàm conſentiat, aliqua nota majoris reverentiæ. Et in §.4. An ſtatim ac Pontiphex eligit aliquem ad dignitates, vel creat, aut pronunciat Epiſcopum, vel Cardinalem, dicatur ille verè, & in re talis antecedenter ad ſuum conſenſum. Et quia pro hac veritate facit, & maximè juvat examinare, an Adultus ſicut infans validè baptiſmum ſine ullo ſuo conſen-

ſu recipiat: ideo in §. §. V. & VI. hoc difficillimum diſcutiemus arcanum.

Tandem de præmiſſis ad eorum comprobationem & eruditionem multa adducemus exempla, quæ in §. VII. colligere cogitamus. Et quo ad primum ſit.

§. PRIMVS.

An Inviti, & Recuſantes ad Dignitates ſint ſublimandi.

SUMMARIUM.

4 *Pro regulandis Invitis plura dantur Artis præcepta*

4 a *Quid importet vox Invitus.*

5 *Agere Invitus nemo compellitur.*

6 *Invitus eſt, qui per vim aliquid facit.*

Cogere, & compellere ſolùm ad invitos diriguntur. ibid.

7 *Extrema vitioſa dicuntur.*

8 *Contemnere minus eſt, quàm deſpicere.*

10 *Invito beneficia non dantur*

Invitus non poteſt emancipari, nec legitimari. ibid.

Ratificatio ſupplet conſenſum. ibid.

11 *Ingrato non ſunt beneficia conferenda. Ad Textum infrà.*

12 *Nemo Invitus cogitur deſcendere.*

13 *Invitus non eſt ſublimandus. 20.*

14 *Limitatur hac regula. Et Invitum eſſe juvandum ob bonum publicum.*

15 *Invitus aliquando ſublimandus.*

16 *Pro Invito cuicumque ſolvere licet.*

17 *Invitum laudabile eſt juvare.*

Medicus tenetur infirmo Invito beneficium curationis impendere. ibid.

Lot violenter extrahitur aq incendio. ibid.

Furenti filio Pater ſubvenire debet ligando; Medicus curando. ibid.

18 *Officia publica non poteſt quis recuſare.*

19 *Ad eccleſiaſtica officia invitus non eſt extollendus imò puniendus.*

19 a *Hominis animus accuſatur. Quia tendit ad Alta.*

19 b *Epiſcopus punitur, ſi reclamantem Invitum præſumpſerit ordinare.*

20 *Nemo Invitus compellitur creſcere 13.*

21 *Non debet promoveri ad majora, qui minoribus non eſt dignus.*

Regularibus invitis non eſt diſtrictior vita imponenda. ibid.

22 *Ad dignitates invitus non eſt promovendus.*

23 *Limitatur hac regula.*

Utilitas, & neceſſitas poſcunt, Invitos promoveri. ibid.

24 *Quid veniat nomine utilitatis, & neceſſitatis Eccleſiæ.*

25 *Quid ſit utilitas Eccleſiæ quoad ſpeciem.*

26 *Quid ſit neceſſitas.*

27 *Invitus reſiſtens electionide nolẽte debet reddi volens.*

28 *Inviti ſunt cogendi per diverſa coactionum media.*

33 *Coactio Inviti ad conſentien-*

tiendum in Dignitates per Cenſuras, & præcepta non invenitur deſcripta inter Canones.
34 Prælatus poteſt compellere invitum, ut acceptet.
35 Papa ſecundum aliquos non poteſt exaltare laicum Invitum ad Epiſcopatum, & Cardinalatum.
Invitus non conſentit mutationi Status. ibid.
36 Invito, ut imponatur præceptum debet magna concurrere Eccleſiæ utilitas.
37 Laici inviti promoti ad eccleſiaſticas dignitates.
38 Superior puniendus ſinè juſta cauſa compellens invitum ad acceptandas eccleſiaſticas dignitates.
39 Papa ſinè juſta cauſa poteſt compellere Invitum.
Imperator poteſt compellere Subditos ad acceptandum officia. ibid.
40 Cum cauſa cogere eſt laudabile.
41 Poteſtas ſæcularis poteſt cogere.
42 Debet eſſe in Eccleſia poteſtas coactiva.
43 Inviti coacti præcepto.
44 Non expedit, quòd Pontifex præceptis cogat Invitos.
Invitus eſt qui ægrè fert. ibid.
45 Invitus contrà genium agit.
Genii explicatio. ibid.
46 Ingenium eſt natura.
Arduum opus contrà genium ire, in fin. ibid.
47 Quid ſit inſtinctus.
48 Homines quædam agunt abſque Judicio.
51 Omnis inclinatio eſt in bonum vel in re, vel apparens.
52 Invitus coactè agens in brevi defatigatur.
53 Invitus non eſt idoneus, exemplo Joab. 64.
Invitus obliviſcitur facere, quæ tenetur. ibid.
55 Libens operari, præmium expectat.
56 Quare Invitus aliquibus rebus ſit contrarius.
57 Fœminæ naturale eſt, & inſtinctus nutrire Comam.
58 Ex complexione aliqui facilè iraſcuntur, & concupiſcunt, & ſunt manſueti.
Homines ex ſua complexione ſequuntur paſſiones, quibus ſoli ſapientes reſiſtunt. ibid.
63 Scrupuloſum eſt per rigoroſum præceptum invitum cogerè.
64 Invitus ex averſione redditur ineptus ad dignitates 53.
65 Culpæ magis Cogenti, quam Coacto imputandæ eſſent. 66.
67 Culpa eſt magis voluntaria cogenti, quàm Invito.
72 Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.
73 Idem Judicium eſt de cauſa, ac de cauſato.
74 Cauſa dicitur talis qualis eſt cauſa cauſans.
Cauſatum regitur à cauſa ſuæ cauſæ. ibid.
75 Imputatio attributionem importat.
77 a Culpa crucifigendi Dominum Jeſum Chriſtum magis Hebræis, quàm Pilato imputanda fuit.
77 b Compellere eſt cogere.
77 c Patres Societatis coacti Præcepto rigoroſo non dicuntur Inviti.
77 d Præceptum, & coactio Pa-

tri-

tribus Societatis ſunt voluntaria.
77 e *Non expedit, Superiorem cogere per præceptum ſubditum ad accipiendum aliquem novum ſtatum.*
77 f *Superiores non ſe debent abſtinere ab imponendis Præceptis pro culpa vitanda.*
78 *Remedium ordinarium, & extraordinarium quid.*
79 *Clemens XI. voluit promovere ad Cardinalatum non compellere.*
80 *Damiani exemplum. Seq.*
83 *Damianus vocat Stephanum ſuum perſecutorem 50.*
83 *Dicit Epiſcopatum ſibi non canonicè traditum, ſed violentèr injectum.*

IN hoc §. Primo an Inviti, & recuſantes ſint ſublimandi. Omnis ratio demonſtrat, quòd pro Arte benè deſiderandi non ſolùm licita, & utilia deſideria amplexanda ſunt, ſed noxia quoque, & vitioſa repellamus neceſſe eſt. Et quantum diligentia juvat, tantum deſidia nocet, ut noſtram rectis regulis mentem inſtruamus. Propenſio ad virtutem bonas alit artes; averſio diſſipat. Nec magis proprio motu dignitates occupare: quàm contra regulas artis illa contemnere corrumpit animum, & hominem ad illas omnimodè invitum ſe habere horridum eſt cogitare. Innocent. *Cap. majores*. Quapropter
4 Canonica jura replicata conſpirant, ut pro regulandis invitis plura, & valida artis præcepta ſimul cumulata tradantur; de quibus in jure Canonico integra diſtinctio, quæ eſt 74. novem Capitulis conflata firma, & ſolida intèr Canones invenitur recepta, & Concilio Aurelian. 3. *cap.*7. ſtabilita.

Sed quid vox illa Invitus importet jura non cælant. Invitus 4 a
enim eſt, non tantùm, qui contradicit, ſed & qui non conſenſiſſe probatur. Ad Textum *in l.8. ff. de Procur.* Imò & qui ignorat *l.40.ff. de ritu.nupt.* & agere Invitus nemo
compellitur *l. unic. C. ut nemo invitus*. Soccin. *reg.*14. *& limita*, 5
ubi periculum eſt in mora. Quia tunc quis poteſt compelli, invitum agere. Federic. de Senis *conſ.*153. *verſ.* Item aſſignato termino. Card. Tuſcus *prac. concluſ. tom.*1. *litt.A. concl.*241. *num.*9. per Textum *in*
l. diffamari. C. de ingen. & manu. 6
& Invitus dicitur, qui per vim aliquid facit, non libenter, ſed contra voluntatem, repugnans, coactus. *L. filius famil. ff. de procur. & l. Invitus C. eodem l. invitum ff. de Servit.* Urb. *præd. l. in eo* §.1. *ff. de ritu nupt.* & obſerva juxta præfatos textus, quòd cogere, & compellere ad Invitos tantummodò diriguntur.

Titulus præfatæ diſtinctionis 74. ſub his terminis cantat. ibi.. *Quæritur de his, qui promoveri contemnunt. An Inviti ſint ſublimandi.*

Deploranda humanæ naturæ conditio, quæ ad malum prona,
relicto medio, in quo ſiſtit optimum, facile ad extrema dilabitur; 7
in quibus vitium prævalet, & extrema vitioſa dicuntur, prout declamat Textus *in l. ſolent* §. *Fin. ff. de offic. Proconſ.* Paulus de Caſtro per Textum ibi.. *l. continuus*. §. *Cùm ità l. ff. de verbor. oblig.*

Et licèt contemnere, ut dicit Titulus, minoris Injuriæ videatur,
quã deſpicere. Archidiac. & Jo. Andreas *in Cap.1.extr.de ſent. excom. lib.6.& eod.cap.Cupientes* §.*Si verò* 8

Ni-

Nihilominus contemnere ſemper
9 apud Grammaticos vilipendere Im-
portat. Regula tamen eſt 70. *ff. de*
Reg. Jur. in omnium ore recepta, ibi.
10 *Invito Beneficium non datur*, & fa-
ciunt Canonici Textus infrà alle-
gandi *Cap. ubi*, *& cap. Conſuluit*
74. diſt. & l. ſi pro re ff. man. &
l. fin. C. de neg. geſt. & concordan-
tibus pluribus. Sic invitus emanci-
pari & legitimari non poteſt *l. pen.*
C. de emancip. lib. l. fi. ff. de his,
qui ſunt ſui, vel alien. Jur. ſi ta-
men poſt mortem Patris, legitimari
ratificatio accedat, ſupplet de-
fectum omiſſi Conſenſus Dec. conſ.
55. col. 3. & plenè Barb. conſ. 34.
11 *lib. 2.* Undè hæc regula obſervan-
da proponitur, quoties intervenit
intereſſe dumtaxat, & utilitas in-
viti, quia à benefactoribus ingra-
to, vel quia ſibi eſt inimicus, vel
quatenùs contemnenti bonum, non
ſunt beneficia conferenda. Ad
Textum infrà *alleg.* Imo & regula
12 contraria datur 199. ibi *quòd nemo*
invitus cogitur deſcendere. Et hoc
eſt proptèr utilitatem officji. *Bald.*
in l. invitus C. de procu. Felin. in
rubr. de teſt. cogen. l. liber homo ff.
ad l. Aquil. Cæterum Invitum non
13 eſſe ſublimandum, limimitatur hæc
Regula, quoties interveniat utili-
14 tas alterius, ſivè privatæ, ſive pu-
blicæ perſonæ. Tunc bonum pu-
blicum poſcit, ne proximo deficia-
mus, Invitum quoque juvare. *ff.*
de mun. & hon. per totum propter
quod invaluit ad officia publica In-
vitos Sublimari. gloſſ. in l. dotem
15 *ad fin. ff. ſolut. matr. de quo Bald.*
in 2. ff. quòd quiſque Jur. & in l. ſi
quandò Col. 3. ad fi. C. de appell.
& in l. hi qui ad Civilia col. 3. & per
Felin. in rubr. de teſt. cog. Ita ut pro
invito cuicumque ſolvere liceat,
16 cùm hoc redundet in Creditoris
commodum, & vtilitatem *l. Solu-*
tionem, & l. ſolvere ff. de Solu. Et
differunt Bart., & Paulus de Caſt.
in l. Solvendo ff. de neg. geſt. Imo,
& ipſum Invitum in ſuam ſingula-
rem utilitatem laudabile eſt ivuare. 17
Card. in cap. 1. 83. diſt. dicens,
quòd medicus beneficium curatio-
nis infimo etiam invito, ſi poteſt,
tenetur impendere. Memorabili
exemplo de Angelis violenter ex-
trahentibus lot, totamque ejus fa-
miliam de Subverſione Sodomo-
morum, Geneſ. 19. & *Aug. ad Bo-*
nifacium, quòd furenti phreneti-
co, & in diſciplinato filio etiam in-
vitis medicus, & Pater ſubveni-
unt. Medicus curando. Pater li-
gando. *Cap. ipſa pietas 23. q. 4.*
Et hoc quià utilitati eorum proſpi-
citur, non voluntati, cùm ſint ſibi
inimici. *cap. & qui emendat 45.*
diſt. Officia verò publica utilitate,
& authoritate oblata, non poteſt 18
quis recuſare. *Felin. ſupra cit. &*
Doctores in l. dotem ff. ſolut. ma-
trim. Bald. in l. 2. ff. quod quiſque
Juris in l. ſi quandò Col. 3. ad fin.
C. de Appell. & in l. hi qui ad Civi-
lia. col 3. eod. tit. Invitum autem
non eſſe ad Eccleſiaſtica officia & 19
Dignitates extollendum canonica
Jura confirmare non negligunt.
Imo, & contrà facientes ſeverè
puniuntur *cap. 1. Epiſcopus 74. diſt.*

Undè contemnere in hoc Ca-
none extremè oppoſitê ſe habet ad
id, quod repræhenditur in *cap. Si*
Religioſus in 6. ubi hominis ani-
mus accuſatur, quia tendit ad alta, 19
adeoque illum Jura reprimere ne- a
ceſſe ſit. Hinc contemnere promo-
veri, & ad alta aſpirare duo extrema
ſunt ſecũdum canonicas Sanctiones,
& Regulas artis benè deſiderandi ab
humano pectore longè arcenda. Et
cùm modo ſupradixerimus inter ex-
trema, ſeù in medio Tronum vir-
tutis conſiſtere, ſic nec nimis remiſ-
sè, nec nimis avidè ad Eccleſiaſti-
ca Officia aliquem ſe habere, regulæ

præ-

præſcribuntur . ut infrà §. 2. per rotum.

Et in titulo pariter præfatæ diſtinctionis 74. videtur, quòd eumdem ſenſum faciant hæc verba . Nimirum, contemnens promoveri; & invitus ſublimari ; Dicitur enim. ibi . *Quæritur de his, qui promoveri contemnunt ; Et an Inviti ſint ſublimandi.* Undè pro utroque quæſito eadem præcepta in eadem diſtinctione per novem capitula diſponuntur.

Et in primis ad quæſitum abſolutè ſumptum, An Invitus ſit ad
19 publica officia, & dignitates pro-
B movendus, ibi. *Epiſcopum, qui Invitum aut reclamantem præſumpſerit ordinare, annuali pœnitentiæ ſubditus miſſas facere non præſumat.* Et gloſſ. verb. *Epiſcopus*, ibi *dicitur in hoc Capite, quod Epiſcopus non debet promovere Invitum, vel reclamantem, quod ſi fecerit, à celebratione miſſarum ſuſpenſus annua pœnitentia ſubjacebit.* Et incurrit etiam depoſitionis pœnam . *Cap. ubi iſta . eadem diſt.*

Et facit etiam Textus pro hac veritate . *Cap.2. Geſta eadem diſt.*
20 *ibi . Et ſicuti injuſtum eſt, ut nemo creſcere compellatur Invitus . ità cenſendum puto ſimiliter, ne quiſquam inſons ab Ordinis ſui Miniſterio dejiciatur injuſtè.*

Et gloſ. verb. creſcere hoc idem demonſtrat pluribus argumentis,ibi. *Quòd Monachis,vel Canonicis Invitis diſtrictior vita non*
21 *poſſit imponi.* Ità multò minus quis poterit gravari invitus Epiſcopatus Onere . Sicuti non debet promoveri ad majora, qui minoribus non eſt idoneus. *Cap.miramur.* 24. *q.*1. *& Cap. nulli Clerico licet diſt.* 44. ibi. *Si enim Clerico tabernam ingredi prohibetur; Quantò magis aliis miniſtrare in ea.* Nàm cui non licebit minus, nec licebit & majus.
22

d. cap. Geſta 74. *diſt., & cap. pœnale* 14. *qu.* 5. Undè Regula firmata remaneat, ad Dignitates Invitum promovendum non eſſe, quod & Juris periti recipiunt *l. Invito ff. de reg. Jur. & Canoniſta commendant. Calderinus conſ.*1.. *nu.*1.*in fin. de tranſl. Prælat. ac poſt. alios Paris de reſig. lib.*3. *cap.* 58. *nu.*10.

Hanc regulam tamèn ſecundùm Canones, & Jura ſupradicta
limitare docemur. Videlicet, niſi 23
utilitas, aut neceſſitas Invitos promoveri poſtulaverint. *Gloſſ. d.* 74. *diſt. ver. quæritur*, ibi. *Si antèm neceſſitas Eccleſiæ hoc exigat, cogitur juxta illud, quod habes infrà eadem diſt. cap.* 3. *&* 4. *& cap. diſplicet.* 23. *qu.*4. *Si autem exigat utilitas Eccleſiæ, tunc debet cogi juxtà id, quod habes infrà eadem diſt. cap. ult.*

Quid autem veniat nomine 24
utilitatis, & neceſſitatis Eccleſiæ. Satis innuimus ſupra *Reſ.* 10. *n.* 30. *ſeq.* ubi de neceſſitate ſpecifica, & numerica Miniſtrorum Eccleſię diſſeruimus.

Et quidem Eccleſiæ utilitas tunc intervenit, quandò Eccleſia
aliquos ad dignitates Sublimatos 25
recipit, etiam ſi ſuperſint alii, qui eaſdem dignitates etiam meritò occupare ſint idonei. Et hæc eſt neceſſitas quoad ſpeciem,quæ reſpicit tantummodò miniſtrorum idoneitatem; licèt ejuſdem habilitatis alii plures numero exiſtant; Nam certè inter Viros egregios & inſignes plures dabantur æquales ; & tamen Deus ad heroicum opus aliquos elegit, & non alios . *Gloſſ. ſuprà alleg. ver. quæritur*, ibi . *Prætereà quandò dices, quòd utilitas ſit, & non neceſſitas. Tùnc dico utilitatem eſſe tantùm, cùm Eccleſia indiget promotione aliquorum, qui nolunt promoveri, & tamen aliqui ſunt in eadem Eccleſia, qui promoveri poſ-*

ſunt. Ut infrà eadem cap. ultimo. Et inſuper eadem Gloſſ. addit infrà, ibi. *Quod utile eſt plures eſſe in Eccleſia in eodem offitio.*

Neceſſitas autèm eſt, quandò Eccleſia ita caret Miniſtrorum nu-
26 mero, ut de ipſis non detur copia, qui ejus indigentiam ſupplere poſſint. *Dicta Gloſſ.* ibi *Tùnc autèm dico neceſſitatem eſſe, quandò Eccleſia indiget promotione aliquorum, nec alii ſunt in Eccleſia, qui dignè poſſunt promoveri. ut infrà eadem diſt. cap.* 4. quod & replicat in fine, ibi. *Neceſſitas eſt cùm jam promotus non ſufficiat, vel non eſt aliquis promotus.*

Ex quibus Regula firma recipitur, Invitum licitè promoveri
27 poſſe, ſi Eccleſiæ adſit aut utilitas, aùt neceſſitas. Et ſenſus eſt, quòd in actu compoſito ſuæ renitentiæ, & dùm actu perdurat invitus, ſi dicta cauſa concurrat poſſit licitè promoveri.

Sed cùm electio, aùt promotio alicujus perſonæ ad dignitates perfici non poſſit, niſi electi, aùt promoti accedat conſenſus ex allegatis ſuprà *Reſ.* 15. *num.* 21. *& ſeq.* Quomodò procedendum erit, ut invitus obſtinatus in non conſentiendo, in conſenſum deſcendat, & de nolente reddatur volens; ut notat *ſupradicta Gloſſ. verb. quæritur,* ibi, *ut ſcilicet de nolentibus fiant volentes.* Et palam confirmant replicati Textus. *Cap. diſplicet* 23. *q.*4. *Cap. in Scripturis* 8. *q.* 1. *cap. vos* autem 16. *qu.* 1. *& cap. ante omnia* 40. *diſt. Gloſſ. verb. mihi*, ibi. *Et ſic aliquis poteſt cogi, ut fiat Epiſcopus, quod verum eſt, ſi ab initio cogitur, ut fiat de nolente volens.*

Reſpondemus Invitos ob uti-
28 litatem, aut neceſſitatem Eccleſiæ licitè promotos ad dignitates, & conſentire, aut acceptare detrectantes, per diverſa Coactionum remedia, & pœnarum inflictionem compellendos eſſe ad conſentiendum.

Et primò, quidem per attra-
ctionem corporis. ut memorat præ- 29
fata *Gloſſ.* ibi *Alii dicunt, quod per attractionem etiam corporis ſunt cogendi.* Nomine autem attractionis corporis intelliguntur non nullæ corporales pœnæ ad ſenſum Textus in *cap. diſplicet.* 23. *q.*4. ex Auguſtino ibi. *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Et tamen tàm multi, ut Epiſcopatum ſuſcipiant, tenetur inviti, perducuntur. Includuntur. Cuſtodiuntur; patiuntur quæ nolunt; donec eis adſit voluntas ſuſcipiendi operis boni.*

Secundò, per Suſpenſionem ad
Officia *cap. Si qui, & cap. placuit* 30
74. *diſt.*

Tertiò, per privationem ejuſdem *cap. ſi quis amodo* 81. *diſt.*

Quartò, per beneficii ſubtractionem *Cap.* Innovamus 60. *diſt.* *& Cap. Fortè* 23. *qu.*4. quæ omnia collecta, & adnotata inveniuntur in prædicta *Gloſſ.*74. *diſt. Ubi* & legitur, ibi. *Quòd diverſi Canones diverſas pœnas imponunt nolentibus promoveri, & eſt in arbitrio Epiſcopi, quam imponant.*

Quintò, Spe majoris lucri reportandi dicta *Gloſſ. diſt.* 74. ibi.
Sed promovendus ad ordines, vel 31
honores, ſuadente utilitate tantùm cogitur. Secundum quod habes infra eadem diſt. 74. *cap. ult. conſulit. Scilicet, quòd majores ſunt pluribus beneficiis honorandi.*

Sextò, Inſuper & coactio deſi-
gnata habetur intèr quinquaginta 32
Canones Apoſtolorum ex Dionyſiana verſione, in Eccleſia Occidentali receptos *Can.* 37. ut eruditè diſſerit R. P. Antonius Conſtantinus in ſua diſſertatione *cap.* 1. ibi *Si quis Epiſcopus non ſuſceperit Offi-*

cium

cium , & *Curam Populi ſibi commiſſam ; hic communione privetur , quo ad uſque conſentiat* &c. ſimile pronunciat *Cap. Si quis Epiſcopus* 92. *diſt.* ex Concilio Antiocheno *cap.* 17. ibi . *Si quis Epiſcopus per manus Impoſitionem Epiſcopatum acceperit, & ſibi commiſſum miniſterium ſubire neglexerit, nec aquieverit ire ad Eccleſiam* , ſibi *commiſſam; Hunc oportet Communione privari , donec ſuſceperit coactus Officium.*

Et *Cap. Si Diaconus* 81. *diſt.* ibi , *Si Diaconus crimen capitale commiſſerit , ſimul & ab Offitio , & à communione pellatur . & gloſ.* explicar ly à communione,dicens ibi. *A communione corporis Chriſti* eamdemque expoſitionem facit in Capitulo Viduæ 27. *qu.* 1.

At verò ultra prædicta coa-
33 ctionum remedia an excommunicationum Cenſuras , & rigoroſa obedientiæ præcepta in detrectantes, & invitos ad dignitates exaltatos , ut coactè de nolentibus volentes reddantur; exerceri approbatum veniat, in Sacris Canonibus non reperio deſcriptum . Licèt de hujuſmodi Coactionum] ſpecie plura facta , & exempla in ſuis tractatibus referant authores de quo infra §. *VII.*

Cæterum ex Juribus allatis
34 veram , & indubitatam ſententiam exiſtimo, Summum Pontificem , & Prælatos quoſcumque ad ſuæ Authoritatis Menſuram reſpectivè licitè poſſe coactionis media adhibere , coercere , & compellere , ut inviti & recuſantes dignitates acceptent , & recipiant . Præcipuè ſi aliqua gravis neceſſitatis , ſeù utilitatis cauſa concurrat . Calderinus *conſ.* 1. *de tranſlat Pralat. num.*4. *verſ. Imo plus dico* . Joan. Monachus & Abbas *in Cap. Et ſi unaniter n.*13. *verſ. & placet mihi. de poſtulat. Pralatorum . Et* ibi *latè addendum litt.B.* , *& idem* Calderin. *conſ.* 2. *eodem titulo de Tranſlation. Prælatorum. Cardinal.Tuſc. litt. B. Concl.* 52. *num.*5. *&* 8. dicens ſatis opportunè ad rem noſtram : Papam non poſſe exaltare Laicum Invitum ad Epiſcopatum ſivè Cardinalatum ; illa validiſſima ratione , quià Invitus non conſen-
tit mutationi Status.Quod non eve- 35
niret ſi eſſet Glericus ; Quià tùnc jàm ad talem Statum reperiretur voluntariè aſſumptus . Et quòd in eumdem ſtatum liberè conſenſerit . Et profundè , hoc diſcrimine examinato , & in terminis Epiſcopatus queſtione diſcuſſa,*ità reſolvitCard. de Lugo*;quòd ſi ad compellendum,
imponendum eſſet rigoroſum præ- 36
ceptum , magna tùnc Eccleſiæ utiliras deberet concurrere . Licèt exempla non deſint , Laicos quoque fuiſſe coactos ad Epiſcopatum aſcendere . Leontium , Nimirum ,
Burdigalenſem ut narrat *Greg. Tu-* 37
ronen. lib. 4. *Hiſtor. Franc.* Sidonium Avernenſem.Ut ipſe dicit *l.*5. *Epiſtol.*3. Paulinum Nolanum.*Idem Epiſt.*43. *ad Alpin.* Germanum Antiſiodorenſem . Sutius 3.Julii, alioſque plurimos quibus parcere brevitas poſcit, & enumerabimus *infrà* §. *VII.*

Et quidem ut diximus ſupra ſinè ulla juſta cauſa compellere invitum , ad acceptandas Eccleſiaſti-
cas dignitates , regularitèr loquen- 38
do , peſſimus Zelus eſt , & ſeverè puniendus eſſet ſuperior . Cùm hoc videretur erumpere ex ſola cauſa odii , & ingratitudinis enormitate . *Dicta Gloſ. diſt.*74. *& Cap. Epiſcopus ead.diſt.* ibi . *Epiſcopus , qui invitum , aut reclamantem præſumpſerit ordinare : Annuali pœnitentiæ ſubditus miſſas facere non præſumat . Et cap. Geſta* imò , & depoſitionis pœnam incurrit , *& cap.*

Ubi iſta eadem 74. *diſt. ſupra modo allegat.*

Licèt de plenitudine Ponti-
39 ficiæ poteſtatis, Papa etiam ſine
cauſa compellere poſſet. Suarez *de Relig. lib.3.de vot.obed.art.*2. Cùm Pontifici major tribuenda ſit authoritas in Ordine ad cogendum, quàm Imperatori reſpectivè ad publica munera. Et tamèn Imperator ſuos poteſt ſubditos cogere, ut Officia recipiant *l. ex omnibus & ſeq. C.de Decurion.lib.*10. quam allegat idem Suarez citatus, & Andreas Barbatia in ſuo tractatu de præſtantia Cardinal. & fuſius ſuprà.

Cum cauſa autem cogere lau-
40 davit Bernardus *Epiſt.* 155. *ad Innocent.II.* ibi. *Dilectum Deo, & hominibus Bernardum de Portis Pater Venerande, vocatione noſtra cogi ad opus, & onus Epiſcopale audivimus probabilis res, ac digna planè veſtro Apoſtolatui ponere in lumine lumen abſconditum, ne ſibi ſoli vivat. qui & alios ad vitam trahere poſſit.*

Facultas autèm cogendi Invi-
tos ea fundamentali ratione perſpi-
41 cua redditur, quià exigitur à ratione publici boni, & recti Eccleſiæ Regiminis, cujus eſt Pontificem poſſe reluctantes cogere, ut Eccleſiæ de idoneis operariis conſulatur, ad Officia Eccleſiaſtica ſubeunda; cùm nec ſimili facultate orbatam ſe videat ſæcularis, & prætoria poteſtas. Ad Textus *in l. ſi Magiſtratum 3. Cap. de Decurion.lib.* 11. *& toto titulo de excuſat. muner. eodem libro* de quo latè *ſupra num.* 18. *& Reſ.* 15. *n.*159. *ſeq.* Qua deficiente, illud irrueret nocivum, & damnabile abſurdum, quòd dum aptiores magiſque idonei ad Officia gerenda ſuæ proſpicerent commoditati, privatam vitam, & domeſtica otia potius, quàm publicam Reipublicæ Eccleſiæ utilitatem Sectantes; periret Eccleſiaſticus Ordo ex Auguſtino *& D.Th. in* 4. *diſt.*29. *ar.*4. *ad* 4. uti in caſu noſtro fecerunt plures aptiſſimi viri de quibus infrà §. *VII.* quod rectè novit *Card. de Lugo ſupracit. n.*6.
ibi. *Debet ergò eſſe Poteſtas in Ec-* 42
cleſia ad Invitos obligandum, ne careat Paſtoribus, & Prælatis. Cæteriſque Officialibus quantumvis perſpicuæ dignitatis etiam Cardinalatus. Divus Bernardus de conſideratione *lib.*4. ad Eugenium ſcribens, ibi. *Non volentes neque currentes aſſumito, ſed cunctantes, & renuentes etiam coge, & compelle intrare.* Et de viris ad dignitates coactis exempla infrà ad legentium eruditionem enumerare curabimus. §. *VII.*

Inſuper an Renitentes expe-
diat per rigoroſa precepta, & cen-
ſuras cogere, ut de nolentibus red- 43
dantur volentes ad Eccleſiaſtica officia acceptanda plurima exhibentur exempla. Sed Jura Canonica non invenio. Cardinali de Lugo referente *Reſp. moral. lib.*3. *dub.*5. *num.*8. plurium illuſtrium virorum facta narratione, qui ſolùm Pontificio præcepto coacti potuerunt induci ad Epiſcopales, & Cardinalitias Dignitates ſuſcipiendas, quorum nomina infrà tradémus *dicto* §.*VII.* & excommunicationis minæ in reſiſtentem Epiſcopale munus acceptare referuntur à Gaudentio in ſe ipſum *Bibliotec. Patrum edit. Pariſien. Colum.* 375. ſed ne eadem pluries repetamus horum notitiam remittimus infrà *d.* §.*VII.*

Sed quid Theologicis rationi-
bus dicendum veniat, an præceptis, 44
& cenſuris coercendi ſint inviti conſentire.

Dicimus, non expedire, quòd Summus Pontifex per rigoroſum præceptum compellat, & cogat invitos ad conſentiendum in Di-

gnitates, ad quas ſunt electi, & plu-
ribus fundamentis ducimur, ad ità
credendum. Quia cùm inviti ſint,
qui contra propriam voluntatem
aliquid aggredi conſtringantur, &
ægreferentes dicantur in ordine ad
illa, quæ ſibi gravia, oneroſa, mo-
leſta, & difficilia evadunt ad Text.
*in l.3 ff. ſi quis aliquem teſtari pro-
bibuerit*. Ideo facilè erit de hac
concluſione cunctos reddere per-
ſuaſos.

Invitum contra genium agere
45 cognovit antiquitas, quæ poſt mul-
tas varias genii explicationes re-
pulſas, unam non rejiciendam to-
lerabile exiſtimavit Budeus *lib.1.
de contemptu rerum fortuitarum*.
Ubi Hominum genius pro vi na-
46 turæ, aut ingenio uſurpati poſſe non
reprobavit. Ingenium verò propriè
naturam dici, quaſi cuicumque in-
genitam, vel eſſe vim quamdam
naturalem hominibus inſitam, &
ſuis viribus fretam, ut Jura tradunt
ad notata in Auth. *de exiben. Reis
S. Illud*; & Avorum ingenium Vir-
gil. memorat Georg., & Plinius
*lib.14. cap.*1. Imò & Ingenium na-
turam quoque ſignificat eorum,
quæ anima, & ſenſu carent *l.6.C. de
bon. proſcrip.* Unde arduum ſemper
opus dignoſcitur cōtra genium ire,
contra genium operari, atque ad-
verſus illum aliquid attentare, &
moliri.

Nec minor labor eſſet contrà
rerum inſtinctum velle aliquem de-
47 certare; qui in rebus animatis con-
ſiſtit in quadam æſtimatione, per
quam animalia cognoſcunt quid-
quid aut ſibi convenit, aut nocet.
S. Doct. *diſt.26. quaſt.1. ad* 4. ibi.
*Dicendum. Quòd ſicut animalia co-
gnoſcunt rationem convenientis, &
nocivi, non per inquiſitionem ratio-
nis, ut Homo; ſed per inſtinctum
naturæ, qui dicitur æſtimatio &c.
ita cognoſcunt futura &c. ex inſtin-
ctu naturali ſecundum quod agun-
tur ad aliqud agendum, vel ex im-
pulſu naturæ interioris, vel exterio-
ris &c.*

Hujuſmodi Genii, ingenia,
inſtinctus ſuo modo hominibus, qui 48
ſecundum commune proloquium
habent eſſe cum lampidibus, vive-
re cum plantis, ſentire cum Brutis,
intelligere cum Angelis, convenire
non dubitat, S. Thomas 1. *part.
quaſt.83. art.1. in corp.* ibi. *Ad cu-
jus evidentiam conſiderandnm, quòd
Homines quadam agunt abſque Ju-
dicio, ſicut lapis movetur deorſum.
& ſimiliter omnia cognitione caren-
tia. Quædam autem agunt Judicio,
ſed non libero, ſicut animalia bruta.
Judicat enim ovis videns lupnm,
eum eſſe fugiendum, naturali Judi-
cio, & non libero, quià non ex colla-
tione, ſed ex naturali inſtinctu*.
Quam diſcovenientiæ & averſionis
ſpeciē ab ovis Phantaſia, & æſtima- 49
tiva evellere omnis naturalis ratio
contrarium demonſtrat. Et diſcretè
Lector, ne mireris. Nam ità ali-
quando humanæ menti ſpecies ali-
qua infixa inhæret, ut eam dimove-
re nemo valeat. Cerne S. Petrum
Damianum ſuum Perſecutorem 50
Eugenium IV. vocantem, quià San-
ctus Pontifex illum conſtringere
non deſiſtebat, ad Cardinalatum
aſcendere: & Sanctus hoc ſibi non
convenire adeo firmiter cogitabat,
ut tanta promotio perſecutio ſibi
eſſet, non gratia. Taceo pro nunc
rectum dictamen, quo ità Damia-
nus ſe perſuaſum ſentiebat.

Hujus rationis vis tota conſi-
ſtit in eo, quòd inſtinctus, & incli- 51
natio paribus paſſibus ambulant, &
inclinatio, atque appetitus eamdem
naturam ſortiuntur. Uterque enim
ad ſimile, & conveniens protendit.
S.Thom. 1.2. *quaſt.8. art.1 in corp.*
ibi. *Appetitus nihil aliud eſt, quàm
quadam inclinatio appetentis in*

aliquid

aliquid ſimile, & conveniens, & neceſſe eſt, quòd omnis inclinatio ſit in bonum, vel in re, vel apparens.

Igitur huc uſque intelligere potuimus, quòd invitos ad aliquid faciendum cogere, eſt idem, ac
52 contra genium, contra ingenium, contra inſtinctum, contra inclinationem, contra appetitum, contra bonum, vel in re, vel exiſtimatum, Sibi conveniens conſtringere, compellere. Et commovere, cui violentiæ ſemper inviti natura reſiſtere conabitur. Et in caſu, quo compulſa, & coacta moveatur, poſt parvum tempus ad ſua conſueta redibit, quià in brevi defatigata ab omni motu ceſſabit. S. Thom. *Eruditè in 3. diſt.22.q.3.art.2.* ſed contra ibi. *Omnis motus violentus inducit laſſitudinem..... quià non eſt propria virtute mobilis, & hoc quià ad ipſum non inclinatnatura.*

Ex quibus manifeſtè convincitur, quòd Homo reſpectivè ad ea, quibus ſe ſentit invitum, non eſt aptus, nec idoneus ad illa exe-
53 qutioni mandanda. Cùm circa illa in brevi defatigatus langueſcat, ægrè toleret illa operari, aut torpore mentis confuſus obliviſcatur facere, quæ ex officio tenetur. Ad celebre factum Joab, qui juſſus à Rege numerare Populum, quia tamen invitus hoc munus ſuſcepit; duas omiſit tribus enumerare. 1.*Paralip. cap.21. num.6.*ibi. *Nam levi, & Beniamin non numeravit: eo quòd Joab invitus exequeretur Regis Imperium.* Obſerva lector, dictionem illam. *Eo quòd.* Quæ valet pro *Quià.* Cùm ponatur cauſativè, reddens cauſam, & rationem de præ-
54 cedentibus, ut in *l. hac actio ff. de Calumniatoribus, & in l. ſi quis animo, ubi notatur ff. de acquiren. poſſeſſ.* Ideoque cùm dicat Textus, quòd Joab omiſit numerare Populum, quià erat invitus; aut quia invitus munus numerandi ſuſcepit; concluditur, quòd eſſe invitum, reddit ſemper hominem ex aliquo capite, nimirum, vel ex averſione voluntatis, vel turbatione mentis, vel contraria inclinatione inhabilem, & ineptum ad illud, ad quod ex officio tenetur. Unde libens aliquid operari, præmium expectat.
Invitus autem tamquam ineptus excluditur ab officio. Apoſt. 1. Corinth.9.*num.*17. ibi. *Si enim volens hoc facio, ego mercedem habeo: ſi autem invitus, diſpenſatio mihi credita eſt.* 55

Sed profundè penetrantes naturalem radicem, ex qua provenit invitum ad aliquid ſecum deferre 56
contrarium genium, ingenium, averſam inclinationem, appetitum &c. non latet Philoſophos, cùm videant, diverſam eſſe in diverſis hominibus naturalem complexionem, quæ ex diverſis naturalium qualitatum combinationibus reſultat; & eſt radicale fundamentum, flectens homines in diverſas inclinationes, & rerum operationes, ſeu opificia, ſeu ſunt diverſi genii, ingenia, & inſtinctus, in quorum evidentia, conſpice Lector, fœminam naturalem genium, inclinationem, & inſtin- 57
ctum habere fovendi, & nutriendi comam. Hoc contrahit à ſua complexione naturalium humorum, prævalente humiditate. S.Thom. 1. Cor. 11. *lec.2. med. G.* 1. *ad tit. lec.2.med. D.*

Sic ex diverſa complexione cernimus, aliquos facile iraſci, alios concupiſcere, manſuetos alios, & 58
ſimilia. S. Thom. 1.2. *quæſt.9. à 5. ad 3.*ibi. *Aliquos eſſe habiles ad iraſcendum, vel concupiſcendum, vel aliquam hujuſmodi paſſionem; ſic ut ex complexione naturali plures homines ſequuntur paſſiones, quibus ſoli ſapientes reſiſtunt, &* 1. 2.

quæſt.46.

*quæſt.*46. *à* 5. *in corp.* ibi. *Ira ſe-*
quitur magis complexionem corpo-
ris ..... propter velocitatem Cole-
ræ.

Et 2. 2. *quæſt.*156. *à* 1. *ad* 2.
59 ibi. *Incontinens eſt ex impetu paſ-*
ſionis propter velocitatem, ut in
Colericis, vel propter vehementiam
ut in malaneonicis, qui propter ter-
reſtrem complexionem vehementiſſi-
*mè inſlammantur, & 2. 2. qu.*159.
à 1. *ad* 1. ibi. *Mulier non dicitur con-*
tinens, nec incontinens, quia raro ba-
bet firmum Judicium propter debili-
tatem complexionis.

Et 1. 2. *quæſt.*46. *à* 5. *ad* 1. ibi.
Homo eſt naturaliter manſuetus,
60 *quià eſt complexionis temperatiſſi-*
mæ, ideò mitigat Iram. Sic de cæ-
teris, ad virtutes, paſſiones, &
vitia ex complexionibus, & diſpo-
ſitionibus plura plures pronun-
ciant.

reſpeximus igitur unicum, &
validum fundamentum in Homine
61 præcipuè cujuſvis genii, ingenii,
& inclinatiouis ad aliquid ægte, vel
delectabiliter opetandum, eſſe na-
tutalem complexionem, ex qua ap-
petitus reſultant, tendentes natura-
liter in bonum ſivè verum ſivè ap-
parens, ſemper tamen ſibi conve-
niens, ita ut contra tales appetitus,
& inclinationes homines compelle-
re, ſit operari contra ingenitam
eorum naturam: & cùm nihil vio-
lentum durabile ſit, ſtatim laſſi-
tudinem incurrunt, & ad ſuum
ſibi conveniens natura reverti-
tur.

Non dubitamus hæc omnia
62 per rationem, & humanam liberta-
tem dirigenda eſſe, & per virtutum
regulas moderanda. Sed difficulta-
tes, quæ occurrunt ſuperare, licèt
Dei gratia non deſit, nihilominus
hoc opus, hic labor eſt. Præcipuè
ſi verſemur in aliqua re, de qua di-
ſputari poſſit; an licita ſit. Sicuti in
caſu noſtro. An invitus ſit cogen-
dus; hanc Sacri Canones ſuſcitando
quæſtionem, quorum plutes mili-
tant pro parte negativa: pro affir-
mativa verò alii Gloſſ. 74. *diſt.* ut
ipſamet diligenter obſervat, verbo
quæritur. An invitus ſit cogendus
dicens. ibi. *quod in quibuſdam*
Capitulis continetur, quòd non. In
quibuſdam, quòd ſic; & infra. ibi.
Et ideo dici poteſt, omnia hac refe-
rendo ad arbitrium Judicis. Igitur
non eſſet adeò irrationabile, quòd
invitus electus ad Dignitates, nul-
lam velit coactionem pati ad con-
ſentiendum in illas, & præcipuè in
Epiſcopatum; in quo caſu ſcrupu-
loſum evaderet, à Summo Pontifi- 63
ce per rigoroſum præceptum invi-
tum cogi. Primò quià videretur
injuriam facere libertati recuſantis,
quià non vult eſſe Epiſcopus. Se-
cundò quià, cùm inviti naturalis
genius, & inclinatio ægreferat di-
gnitates ſuſcipere, & multùm ab
earum pondere abhorreat, ideo
ex naturali averſione redditur ine- 64
ptus, & non idoneus illas tracta-
re, & ſuſtinete, & frequentius in
difficultates liberetur, & in pericula
deficiendi pro ſuo munere, & obli-
gatione adimplendis; & tunc culpæ
in ſuo officio commiſſæ magis co-
genti, quam ſibi eſſent imputandæ.
Quæ omnia ex principiis, & Juribus 65
cumulatis non obſcurè depræhen-
duntur.

Sed hæc concluſio, nimirum,
quòd invitum ad conſentiendum 66
in Prælaturas, & dignitates per ri-
gotoſum præceptum non expediat
conſtringi, non videtur deſpicien-
da (quidquid ſit an cogi poſſit pet
alias coactionis ſpecies ſupra *n.*28.
ſeq. enumeratas) Illa ptæcipuè ra-
tione pluries ponderata; quia culpa
quæcumque in exercitio ſui officii
commiſſa, prout in tali officio re-
petitur, non erit magis ipſi invito

impu-

imputanda, quàm cogenti: Et hoc
quia præfata culpa magis erit vo-
luntaria cogenti, quàm ipſi in-
vito.

67 Et hoc oſtenditur primò. Quia
V. G. dum Titius invitus, quia
coactus ex rigoroſo præcepto con-
ſentit in Epiſcopatum, talis con-
ſenſus, licèt ſit Titio ſimpliciter
voluntarius, eſt tamen involunta-
rius ſecundum quid; quia non exi-
ſtente præcepto, Titius non con-
ſentiret; eo ſimili & valido fun-
damento, quòd concurrit in metu,
ubi conſenſus ad projiciendum
merces in mare, pro vitando ſub-
merſionis periculo, eſt voluntarius
ſimpliciter, & involuntarius ſecun-
dum quid, quia non exiſtente tali
periculo, merces non projiceren-
tur, & ita dicitur voluntarius con-
ditionatus ex eo, quòd remota
conditione de periculo ſubmerſio-
nis non daretur conſenſus merces
illas projiciendi. Sic in caſu noſtro
conſenſus Titii inviti, & coacti
ex præcepto rigoroſo in dignitates;
licèt ſit conſenſus ſimpliciter vo-
luntarius; Eſt tamen involuntarius
ſecundum quid; quia remota tali
conditione præcepti non daretur
conſenſus Titii ſimpliciter in di-
gnitates.

68 E contra. Conſenſus coactus
Titii, cauſatus à Superiore me-
dianre dicto rigoroſo præcepto, eſt
actus, quem ipſe Superior abſolutè,
& ſimpliciter vult, ſine ulla involū-
tarietate etiam ſecundum quid, &
eſt actus fortiter cogendi Titium ad
præfatum conſenſum. Nam Supe-
rior per ſuum præceptum directè,
& formaliter intendit, & vult con-
ſenſum Titii, ſeu quòd Titius in-
vitus coactè conſentiat in dignita-
tem.

69 Sed magis voluntarium eſt,
quòd aliquis conſenſus ſit ſolita-
riè, abſolutè, & ſimpliciter & purè
voluntarius; quàm quòd ſit mix-
tus, ſeu ſimul voluntarius ſimpli-
citer, & involuntarius ſecundùm
quid, ut conſtat ex terminis. Ergo
conſenſus coactus Titii in dignita-
res magis volitus eſſet à cauſa co-
gente, hoc eſt à Superiore, quàm à
cauſa eliciente, & coacta, hoc eſt
à Titio. Quia talis conſenſus coa-
ctus elicitus à Titio, eſſet eidem
Titio mixtè voluntarius, & invo-
luntarius; nimirum voluntarius
ſimpliciter, & ſimul involuntarius
ſecundum quid. Superiori autem
cogenti eſset purè, abſolutè, &
ſimpliciter voluntarius, ſinè ulla
contraria voluntate etiam ſecun-
dum quid. Et hoc patet, quia ut
diximus, Superior cogens abſolutè,
& ſimpliciter vult, quòd Titius ſit,
& perficiatur Epiſcopus; Titius au-
tem remoto pręcepto non vult eſse,
Epiſcopus. Ex quibus emergit, 70
quòd cùm conſenſus Titii in Epi-
ſcopum ſit tamquam cauſa forma-
lis, qua Titius ſit, & perficiatur
Epiſcopus; ſic omnes actus, quos
faciet Titius ratione ſui Epiſcopa-
lis officii, ſivè bonos, ſivè malos,
propriè, & verè effectus ſunt præ-
dicti conſenſus coactè eliciti à Ti-
tio: & ita quantum eſt ex hac par-
re præfati actus boni, vel mali im-
mediatè imputandi ſunt Titio, ut
Epiſcopo, tamquam principio
quod, & dicto conſenſui coacto,
tamquam principio *Quo*.

Ex alia verò parte, quia di-
ctum conſenſum Titii coactum in 71
Epiſcopatum verè, & immediatè
cauſavit Superior, mediante dicto
ſuo rigoroſo præcepto; ſequitur,
quòd dictus conſenſus Titii coa-
ctus ſit immediatè effectus prædicti
præcepti: & quòd pędictum præce-
ptum, ſeu Superior pręcipiēs ſit ve-
ra, & immediata cauſa pędicti con-
ſenſus coacti, & conſequenter quòd
ſit cauſa, qua Titius ſit Epiſcopus.

Præ-

72 Præterea cùm Titius Epiſcopus faciat deindè multos actus pertinentes ad ſuum Epiſcopale officium ; ſequitur, quòd præfatus Superior, qui fuit cauſa immediata, quòd Titius eſſet Epiſcopus, ſit etiam cauſa mediata dictarum Titii operationum : ac proindè erit cauſa cauſæ, & cauſa cauſati ; & conſequenter omnes operationes factæ à Titio ut Epiſcopo ſivè bonæ, ſivè malæ imputandæ erunt immediatè Titio, & mediatè Superiori. Et magis Superiori, quàm Titio ; quatenus ſunt minus volitæ & voluntariæ Titio, quàm Superiori ex ratione jam dicta. Quia Superiori ſunt purè, & ſimpliciter volitæ. Titio autem ſunt mixtæ, volitæ nimirum ſimpliciter, & non volitæ ſecundum quid; ſed utrique tam Titio, quàm Superiori attribuendæ erunt ad dictum vulgatum Textum, quod eſt Cauſa Cauſæ, eſt Cauſa Cauſati *l. manumiſſione ff. de inſtit. & jur.* Bart. *in l.* 4. *§. Actor. num.2.ff.de re judic.*

73 Et quia Superior eſt cauſa cogens, quòd Titius ſit Epiſcopus, & actus facti à Titio ſunt effectus Titii, ut Epiſcopi coacti, ſic trahunt ſecum illam coactionis umbram, & primævam naturam ſuæ Cauſæ, Ut idem judicium ferendum ſit de cauſa, & cauſato. *L.quo minus ff. de fluminibus l. & ſi Amicis ff.ad l.Jul.de Adult.*

74 Et ſi Superior ſuo præcepto dicatur cauſa cogens, Titius dicetur Epiſcopus coactus. Nam cauſa dicitur talis, qualis eſt cauſa cauſans. Bald. *conſ.*86. *d. cauſa lib.*4., & ſemper cauſatum regitur à cauſa ſuæ cauſæ. *Rot. dec.*287. *num.*1. *apud* Farinac. *parte prima recent.* Ac proinde non mirum, quòd actiones Titii, ut Epiſcopi dicendæ etiam ſint mediatè, & in cauſa coactæ, in quantum Titius eſt Epiſcopus coactus. Quia cauſatum regulatur ſecundùm naturam cauſantis. Bald. *conſ.*81. *d.cauſa lib.*4. Et alienum à ratione non erit concludere, quòd ſi Superior Titium invitum cogeret ad conſentiendum in Epiſcopatum, mediante rigoroſo præcepto : operationes faciendæ à Titio, ratione ſui paſtoralis officii, ſivè bonæ, ſivè malæ magis imputandæ eſſent Superiori cogenti, quàm Titio coacto.

Et dicimus hujuſmodi culpæ 75
imputationem, aut attributionem (Imputatio enim attributionem importare declarat Text. Vulpian. *l.* 1. *§. Item quæritur, de Seperat.* ibi. *Sibi imputent, cur minus idoneum Fidejuſſorem acceperint*) provenire, ſi coactio fiat à Superiore mediante dicto rogoroſo præcepto. Quia hæc eſſet coactio ab homine, & ità datur, cui culpa imputanda ſit. Cæteræ autem coactiones ſupra recenſitæ *num.* 28. *ſeq.* cùm ſint à Jure, & ad arbitrium Superioris infligendæ, tanquàm pœnæ in reſiſtentes conſentire ; ut notat Gloſſ. ſuprà allegata 74.*diſt.* & non adeò rigidè invitum percutiant, tollerandæ videntur : quià datur optio, & relinquitur libertas invito, aut dictas coactiones ſuſtinere, ſi in conſcientia ſentiat ſe non poſſe licitè conſentire ; aut quieſcere & conſenſum præſtare.

Præceptum autem rigoroſum 76
non datur in pœnam, nec eſt pœna. Aliundè magis percutit; quià aut compellit ad conſenſum, aut peccati ſcrupulum, & periculum infert ; & ita non expedire invitum per præceptum rigoroſum compellere Tutiùs judicamus. Et quòd
Culpa magis cogenti,quàm coacto, 77
& invito ſit tribuenda demonſtrat ſuprà allatum exemplum de Joab coactè miſo à Rege David ad Populum deſcribendum ; Cùm Dei

vindicta tanti ſceleris non Joab, ſed in Regem ceciderit, ſacræ Paginæ referant. 1. *Paralipom. cap.* 21. Sed pro hac veritate inconcuſsè
77 a firmanda in recitando hoc anno 1708. Lectiones Feriæ V. majoris hebdomadæ ex tractatu D. Auguſtini ſuper *Pſalm.* 83. occurrit mihi mirandum, & convincens fundamentum ad dicendum, operationes coactas magis imputandas Cauſæ cogenti, quàm coactæ, ex Auguſtini inevitabili argumento De Pilato Chriſtum Dominum Judicante à Judæis coacto, & compulſo. Quod ſi Palatus reus fuit, etiam ſi coactus & invitus Chriſtum condemnaverit; quantò magis hoc ſcelus horrendum Judæis imputandum erat, qui Pilatum coegerunt, ut Dominum condemnaret. Auguſtinus, ibi. *Pilatus fecit tamen, ſed ſi reus, quià fecit vel invitus. Illi Innocentes, qui coegerunt, ut faceret? nullo modo.*

77 b Pilatus etiamſi coactus à Judæis Chriſtum per ſuam Sententiam occidendo, peccavit. Ergò multò pejori facinore peccaverunt Judæi, qui fuerunt cauſa cogens, quòd Pilatus hoc faceret. Imò & ipſi occiderunt, gladio linguæ, & percuſſerunt, quando crucifige clamarunt. Undè hoc valido Auguſtini argumento remanet invictè probatum, culpam magis imputandam cogenti, quàm coacto, etiam ad allegatos Textus *Supra Ref* 15. *n.* 181.

77 c Sed ex hac doctrina de non compellendis invitis per rigoroſum præceptum, non ſequitur, non eſſe per idem præceptum Patres Societatis cogendos. Nam cùm iſtis per votum voluntariè emiſſum, voluntarium evadat dictum præceptum, & voluntaria reddatur dicta coactio, utrumque prædicti Patres poſtulant per dictum votum. Et ita eorum præceptum non compellit invitos, & abſolutè nolentes, ſed potius volentes impellit, majus ad meritum comparandum, & ex cauſa virtutis ad dignitatem recipiendam. Tantò magis quia non ex voto de non ambiendo requirunt per ſe rigoroſum præceptum, ſed per accidens ex conjunctione, quam ad votum de miſſionibus habent. Ut latè diſſervimus ſupra *Præ.* 1. *num.* 107. *B. ſeq. & Ref.* 18. *n.* 20. *A. & Ref.* 15. *n.* 100. *K.*

Qua propter lector perſpicaciſſimè perpende altum, & arcanum 77 d
diſcrimen, quod verſatur inter invitum ad dignitates, & votum habentem de non conſentiendo in illas ſine rigoroſo præcepto. Nam Dignitas invito eſt ſemper de ſe moleſta, odioſa, gravis, & involuntaria. Votum autem habenti eſt cara, amabilis, non oneroſa, & voluntaria. Profectò dignitas dupliciter attendi poteſt, ut ſepè in hoc volumine ponderavimus. Vel primò ut illicitè ex proprio motu, & ambitionis culpa & cupidine comparatur. Vel Secundò pro ut non ex proprio motu & ambitionis vitio, ſed licitè ex amore virtutis & obedientiæ affectu recipitur; & ex Superioris præcepto acceptatur. Unde votum, quod fit, eſt de dignitate licitè, & amore virtutis dumtaxat recipienda. Et ſub modo illicito repellenda. Et dignitas licito modo inſpecta, non eſt moleſta, & odioſa voventi, ſed amabilis & voluntaria. Et inſuper votum, quod fit, eſt ſine dubio voluntarium voventi: & præceptum, quod poſtulatur, & coactio, quæ per ipſum cauſatur, ſunt voventi volita & voluntaria. Et in his omnibus nihil reperitur, quod conveniat cum ratione inviti. Eo magis in caſu, ſi ipſi invito rigoroſè præciperetur dignitatem acceptaret.

Quamobrem mirum non, erit, ſi
quando dignitas confertur invito,
malus exitus ſit magis inputandus
cogenti, quàm coacto. Cùm di-
gnitas tunc, conferendi modus, &
perdictum præceptum ſint invito
moleſta & involuntaria. Si autem
conferatur voventi. Cùm tunc vo-
tum, præceptum, & dignitas ſint
verè voventi voluntaria, malus
exitus non erit inputandus jubenti,
& ſuo modo per rigoroſum præce-
ptum cogenti, ſed dumtaxat vo-
venti, & tali modo coacto; Quia
omnia prædicta, & per quæ confer-
tur dignitas, quæ ſolùm licitè in-
ſpecta, eſt verè volita à vovente,
ſint voventi volita, & voluntaria.

Inſuper replicamus, non ex-
77 e pedire, Superiores imponere præ-
cepta, & Cenſuaras ad ſubditos
invitos cogendos, & compellen-
dos. Compellere enim, & co-
gere idem Sonant *l. 3. de lucr.*
advocati *lib. 12.* ibi *qui Provincia-
les cogebat ad penſitationes ſolven-
das*. Non expedire imquam, quòd
ſubditi per rigoroſum præceptum
recipiant & acceptent officia, & di-
gnitates in Republica ad commune
bonum, illamque utiliter guber-
nandam inſtitutas: licèt aliis coa-
ctionum ſpeciebus illos conſtrin-
gere permitti poſſit. Et ad caven-
dum ab omni ſiniſtro abſurdo, quod
Theologi cogitare poſſent ex hac
ſententia erumpere; Neceſſe eſt,
ad legentium inſtructionem, decla-
remus, nos ſoùlm aſſerere præce-
ptorum, & cenſurarum impoſitio-
nem non expedire ad hoc, ut co-
gantur inviti aſſumere aliquem ſta-
tum, ad quem non ſe ſentiunt incli-
natos, aut aliquod officium, ad
quod ex proprio genio, ingenio, &
natura non ſe vident diſpoſitos, &
aliquo modo vocatos: cùm tunc
ſequeretur, quòd culpa in tali ſta-
tu, & Officio pattanda magis vo-
luntaria eſſet, & cõſequentèr magis,
imputanda cogenri, quàm coacto.

Ex hac autem doctrina non
ſequitur, ſuperiores ſe etiam abſti- 77 f
nere debere à præceptòrum & cen-
ſurarum impoſitione in ſubditos,
nè committant aliquod delictum,
aut illicitum, & prohibitum actum
contrà ſtatum, & Officium, quod
non coactè, & inviti; Sed liben-
tèr, & liberè ſuſceperunt. Quia
tunc præceptum non poteſt eſſe
cauſa peccati; Quia ad illicitum
non poteſt dari præceptum ut ſæpe
per jura firmavimus *Reſ.16. nu.89.*
Sed potiùs eſt cauſa actus debiti, ad
quem tenentur ratione ſtatus &
Officii, quod liberè ſuſceperunt.
Et licèt de natura præcepti ſemper
ſit cogere, attamen in præſenri cum
non cogat ad ſuſcipiendum Offi-
cium, in quo homo ex ſe benè
vel malè operari poteſt, ſed ſolùm
cogat ad faciendum actum bonum:
ſic præceptum actus boni dumta-
xat erit cauſa. Et cùm majori per-
fectione & merito *S. Doct. Supra
Reſ.12.n.106. & Reſ.18.n.14.*

Undè ſemper convenit con-
ſiderate, præceptum rigoroſum co- 77 g
gere, vel ad aliquem particularem
actum faciendum; vel ad ſuſci-
piendum aliquem ſtatum, ſeù Offi-
cium. Homo Officialis poteſt mul-
tos actus efficere ſivè bonos, ſivè
malos. Si Superior per præce-
ptum primo modo cogat. Cùm
non poſſit cogere ad actum pra-
vum ſed ad licitum, ſic nullum in-
conveniens erit, quòd actus licitus
imputeturSuperiori cogenti. Si verò
Superior per præceptũ cogat ad re-
cipiendum officium. Cùm in quo-
cumque ſtatu, & Officio continge-
re poſſit ut efficiantur multi actus
commiſſionis, & omiſſionis boni vel
mali: ſic omnes hujuſmodi actus im-
putandi eſſent Superiori cogenti,
tamquam illi magis voluntarii, pro-

ut eſt cauſa cauſæ, ut dictum eſt. Sic Superiorem cogere per præceptum ad ſuſcipiendum Epiſcopatum, mali exitus attribuendi erunt magis Superior cogenti, quàm coacto.

78 Tandem ex Juribus duplex coactionis genus, aùt duo remedia ad cogendum invitos poſſumus obſervare. Unum ordinarium; extraordinarium alterum. Ordinarium eſt, quod continetur in Jure Scripto. *l. nullo modo ff. ad l. Cornel.* Alterum verò è contra. Undè cùm rigoroſum præceptum ad cogendum non enumeretur inter coactionis ſpecies in Jure deſcriptas, ut ſuprà recenſuimus *n.33.* Ideò coactio per rigoroſum præceptum erit ad cogendum extraordinarium remedium; Cujus eſt à lege non dependere; Sed dumtaxàt à Superioris arbitrio *l.12.ff. ut in poſſeſſ. legat.* Quod non eſt ex edicto Prætoris; ſed ex proprio, & arbitrario ejus decreto proficiſcitur *l.12.ff. ut leg. no caveat.* Sicuti extraordinaria pœna eſt, quæ Judicis arbitrio remittitur *l. qui injuriarum l. ult. ff. eodem.* Et extraordinariæ cognitiones ſunt, quas faciunt Prætores præter conſuetudinem ſui Officii. *l.2.ff. ex quibus cauſ. major. l. prim. §. Eſt autem ff. de exer. act.* Unde cùm aliquis aſſumptus ad Epiſcopatum poſſit tam ex malitia, quàm ex fragilitate aut naturali ineptitudine delinquere, & malum habere exitum, ſi contingat eſſe invitum, non videtur tutum, & rationi conſonum, dare manus ad extraordinaria rigoroſi præcepti remedia, ut conſtringatur Epiſcopatum, ſivè Cardinalatum acceptare. Et hujus ſententiæ exemplum dedit ſapientiſſimus & Beatiſſimus Pater, & Do-
79 ctor Clemens XI. Cùm in prima plurium Cardinalium promotione, inter quos Dominus Philippuccius acceptare detrectans; Declaravit nō voluiſſe compellere, ſed dumtaxat promovere, ne fortè inter promotos alius Damianus rediret, dicens ſibi Epiſcopatum non canonicè, ſed violenter fuiſſe collatum, ut infra *n.83.91.* Et hoc fortiùs contingit in caſu, quando quis redditur ad dignitates invitus ex contraria, quam habet ad illas conſuetudine, & ratione vivendi. Non enim rudem, & inermem Paſtorem, idoneum dumtaxat ad oves ducendas, contra Macedonem armis onuſtum provocabimus ad præliandum. Cùm numquam ſuæ fuerit profeſſionis, noviſſe enſem tractare, & decertare; & inter diſciplinatum militem, & ignavum Agricolam diſpar nimis ſemper ſit ratio in miniſteriis aſſumendis. Nam Ruſticus armorum pondere preſſus lorica, thorace indutus, gladio, & haſta munitus ad præliandum
expoſitus, infelicem exitum omi- 81
natur. Hujuſmodi enim armis David impeditus potius, quàm munitus, neque ambulare ſatis erat, Profectò *non poſſe ſic incidere* querebatur. Igitur ratio vivendi in homine, ſecundum diverſa, quæ habuit à prima ætate educationis præcepta, ad diverſos ſtatus, & profeſſiones aſſumendas directa; multum Officit, aut proficit; Proficit, ſi eamdem profeſſionem, & modum vivendi proſequatur; Officit verò ſi diverſos ſtatus aſſumere compellatur.

Lector cerne Damianum à
pueritia inter Monachos educatum, 80
in clauſtro incluſum, in Cella ſolitarium, ab omni prorſus humana converſatione elongatum, qui fortè præter ſe orantem ad Deum, neminem alloquebatur, licèt optimè ſcribere didiciſſet; ſacco indutum, capite inclinatum,

humi-

humilitate abjectum, nec amicos, nec ſocios, nec famulos oſtentantem, nocte orantem, die ſtudentem, quomodò potuiſſet de arcto cubiculo ad magnificas ædes, de Eremo ad Urbem, de ſolitudine ad ſocietatem, de ſilentio ad ſtrepitus, de contemplatione ad rumores, à Monachis ad Clientes informantes, ad Curiales in facto dicentes, ad Advocatos in jure allegantes, ad aulicos, ad ſervos, ad turbas, ad equos ad currus, ad purpuram, ad adorationes, ad obſequia, ad adulationes, ſimulationes, reverentias. Profectò non poſſe ſic incedere clamabat; pluries Pontificiam benignitatem ſancto, & ſuperno inſtinctu ipſum promoventem, & extraordinario remedio ad conſentiendum pulſantem, perſecutricem vocans, adeò invitus, & averſus honoribus repugnabat.

Nec proinde cùm hæc vera ſint, objiciendum eſſe cogiret ali-
81 quis de invaliditate noſtri voti, de non conſentiendo, nimirum in ſui electionem, niſi coacti obedientia, vel præcepto Summi Pontiphicis. Nam ſi verum eſſet non expedire, quod Pontifex cogat per rigoroſum præceptum invitum ad conſentiendum in dignitates, votum noſtrum redderetur nullum ex conditione quaſi impoſſibili, quam requirit de coactione ex obedientia, aut præcepto. Conditio enim impoſſibilis vitiat actum Ang. *in l. impoſſibilis. ff. de verb. oblig.*

Inſuper votum abſolutè de
82 non aſcendendo ad Epiſcopatum eſt nullum *Cap. Archidiaconus* 85. *diſt.* & teſtantur omnes Theologi, ut ſæpè diximus: ſed remota dicta conditione uti impoſſibili de rigoroſo præcepto; votum remaneret de non aſcendendo abſolutè in Epiſcopatum ergo.

Reſpondemus, quod licèt non expediret, Pontificem cogere per rigoroſum præceptum ad conſentiendum vovenrem indignitates, remanerent tamen aliæ viæ coactionem inferentes, nimirum præceptum virtuale, quod etiam cogit, timor præcepti; objectum, & aliæ, ut fusè demonſtravimus ſupra *Reſ.* 14. & 15. & ità etiamsì implicaret coactio ex rigoroſo præcepto, coactio tamen non deficeret ex multis aliis capitibus, pro ſolida ſubſiſtentia noſtri Voti. Cæterum non dicimus univerſaliter, & abſolutè non expedire per rigoroſum præceptum cogere ad acceptandas dignitates, ſed ſolùm reſtrictivè de nolentibus, Invitis, contrarii genii & inclinationis & ſimilibus. Non autem de illis quibus rigoroſum præceptum eſt voluntarium, ejuſque coactio volita, utpotè per votum volntariè emiſſum a voventibus poſtulata. Uti eſt Votum Patrum ſocietatis, quod vel per ſe vel per accidens requirit rigoroſum præceptum, ut fusè diximus ſupra *Præamb. I. nu.* 107. *B. & Reſol.* 15. *num.* 100. *K & Reſ.* 18. *n.* 20. *A ſeq. & modo ſupra hic num.* 77. *B*

Sed ut de hac coactionis natura in ſui confirmationem magis 83
nos erudiri poſſimus, aliquod inter plura adduci exemplum opportunum judicamus, & illud de Sancto Petro Damiano deſcribere mirum in modum juvabit.

Sanctus enim de ſe ſcribens aſſervit, ſe per vim paſſum a Stephano Papa, ut Epiſcopatum acceptaret, ipſumque Pontificem ſuum appellavit perſecutorem in epiſtola ad Nicolaum II. Scriptam his verbis. *Poſt S. Mem. D. Stephani, veſtri quidem Deceſſoris; mei autem perſecutoris obitum. Ego a me protinùs Epiſcopatum non canonicè traditum, ſed violenter injectum funditus abſcidiſſem*; Et pro-

motus

motus ad purpuram eaſdem ſæpè
iteravit querelas, & conteſtatus
fuit ſe invitum, ac renitentem
creatum fuiſſe, ut poſt leon. Ho-
ſtienſem *lib.2. cap.*102. Narrat Ba-
ronius anno 1057.*num.*17.*ut infra.*
Sed pondera lector, quòd invitum
torquere, ut conſentiat in dignita-
tes, eſt canonicas leges violare,
cùm ſanctus diceret epiſcopatum
non fuiſſe illi canonicè traditum.

Joannes Monachus de Petro
84 Damiano refert in ejus vita ibi..
*Sacerdotio cenſetur idoneus, atque
negotiis eccleſiaſticis, quàm maxi-
mè neceſſarius: perductus ad Sum-
mum Pontiphicem tunc Stephanum,
videlicet IX. alii X. ad ſuſcipien-
dum Epiſcopalem Cathedram, tam
ab Epiſcopis, cæteriſque eccleſiaſticis
viris, quàm ab ipſo quoque Summo
Pontifice compellitur. Ipſe verò non
immemor ſolitariæ quietis, in qua
divinæ lectioni, ac contemplationi
ſuavitèr vacare conſueverat, eam
amittere, civilemque ſtrepitum re-
petere nimium perhorreſcens, ſum-
mo, & omni conamine eorum com-
pellationibus reſiſtebat.*Nota lector,
quòd horrebat aſſuetus ſolitariæ
vitæ ſuam deperdere quietem, &
ad curiales ſtrepitus ſollicitari. *Qui
porrò cernentes nil prorſus ſuis co-
hortationibus,nil precibus proficere;
jam ei ceperunt excommunicationis
ſententiam, ſi obſtinatè reſiſtere ul-
trà decerneret, intentare. Quid
plura Domnus tandem Apoſtolicus
unum ſuperaddere ſtuduit, quod ab
eo contemni prorſus nequivit. Sub
Præceptum obedientiæ namque ſibi
præcipi Imperio; ut obtemperans
fratribus, placidè quod videbatur
aſſumeret. Moxque ipſius arripiens
dexteram annulo ſimul dotavit, &
virga, quibus videlicet arrhis, ho-
ſtienſem ſibi copulavit Eccleſiam,
licèt eremiticam quietem ſempera-
damans, extorſerit tandem à Ni-
colao II., eam repetendi, epiſcopa-
libus, & Cardinalitiis inſignibus
depoſitis,facultatem,centenaria pœ-
nitentiæ Pſalmum quinquageſimum
quotidiè verberibus adjunctis reci-
tandi libentiſſimè acceptata.*

Tamen ad ravennatenſem le- 95
*gationem Gregorius VII. iterum ex
eremo extraxit, cujus licèt jam ſe-
nior ut ipſe inquit. Ecce enim jam
oculi caligant, & ſolito amplius
phlegmatis humores abundant.Rugæ
ſubeunt, & dentium ruinam gingi-
væ minantur. Caput denique, quod
canis hactenus ſpargebatur; Cigneo
jam albore niteſcit. Vox raucet
virtus deficit, & heu, proh dolor!
Sola in me vitiorum radix ignorat
penitus ſenectutem: non recuſat
tamen laborem. Ravennatenſem
Populum Eccleſiæ Romanæ conciliat.
Et Ravenna ad Urbem proficiens,
Pontifici rationem omnium redditu-
rus; faventiæ febri correptus, ſan-
ctiſſimè ex hac vita migravit. Raro
exemplo humilitatis, & modeſtiæ.
Reſignationis, & obedientiæ, labo-
ris denique ejuſdem vitæ contemptu,
ad noſtram inſtructionem relicto.*

Ciacon tom.1. fol.816. in fin.
dicit, *quòd ſacro galero, & epiſco-* 86
*patu, duorumque cœnobiorum admi-
niſtratione ſe abdicavit. Cumque
à Nicolao ad eas interim dignita-
tes, & honorum inſignia cogeretur,
& ipſe conſtanter, & aliquanto for-
taſſe, quàm res ipſa, & Pontificis
majeſtas ferret, pertinaciter re-
nueret.Aſſenſit quidem Pontifex ejus
perſeverantiæ, ſed pœnam in eum
centenariam conſtituit, qua teneba-
tur ad recitandum per centum an-
nos quotidie verberibus adjunctis
pſalmum* 50. *Davidis &c.*

Et deindè ſubdit. *At an Petro
Nicolaus Pontifex aſſenſerit.Quam-* 87
*quàm plerique affirment. Videtur
tamen facere aliquam dubitationem
diploma Alexandri II.Cui ſub ſcri-*

bit

bit Petrus peccator oſtienſis Epiſcopus.

88 Alii ſcriptores apud Coriolanum in Breviario Cronologico ad annum Chripſti 1059. dicunt, quòd PerrusDamianus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, poſt quàm reluctans conſenſerat, & inſignia geſtaverat: in manibus Papæ annuentis Epiſcopatui & Cardinalatui renunciavit, eo ſolo fine, & cauſa, ut eremum peteret, & a curis mundanis ſe elongaret.

89 Arduino autem à porta juniori renunciare volenti, poſtquam infulatus officium acceptaverat, ut ad eremum rediret, Innocentius III. non permiſit, ſed denegavit. Ciacon. *tom.* 3. *Col.* 136. Quorum Pontificum diverſa diſpoſitio arguit, non ab humana ratione, ſed à ſpiritus ſancti impulſu ipſos illuſtrari.

90 Tandem Petrus Damianns, referente Baronio ad annnm 1047. *n.* 13. doctrina, & ſanctitate celebris, Clemenre Pontifice, & Henrico Imperatore Romam venire compulſus, dilectam ſibi coactus deſervit Eremum, non ſinè querimoniis: ſuos Monachos hortans, ne ſolitudinem derelinquanr, ſcribens ipſis epiſtolam ibi. *Che coſa ho da fare io con i Rè della Terra, e co' Sinodi? Baſtami d'inſiſtere a piangere i peccati miei, e d'eſſer morto al Mondo. Deh non vogliate o monaci, ſotto ſpecie di movervi à pietà della Chieſa, frequentare le corti de' Prencipi. Credete a chi ha eſperienza*. En genius, ingenium, inclinatio, inſtinctus, quibus Damianus ab adoleſcientia educatus, divinitus ferebatur. Et coram pontifice querebatur amarè, à ſolitudine fuiſſe divulſum. Sed expletis, quæ ſibi fnerunt commiſſa, ſtatim ad optatam Eremum redivit.

91 Sed non longè poſt Stephenus Pontifex iterum Damianum ab Eremo divellens, illum creavit Epum Cardinalem oſtienſem, ut ipſe reſtatur in ſua Epiſtola ad Nicolaum Pontificem: rogans illum, ut dignitatem ſuſceptam poſſet renunciare. Suas exponens querelas, dicens ſe fuiſſe violenria compulsũ a Stephano Papa, ut conſentiret: & vocans illum ſuum perſecutorem; quas inſtautias pluries Sumino Pontifici replicavit, & in ſuo ſupplicationis libello ſcripſit ſequenrem titulum. Domino ſuo Nicolao univerſali Papæ Petrus Monacus ſervitutem. Nolens in poſterum ſe vocare nec epiſcopum, nec Cardinalem. Inde Epiſcopatum deſerens, Urbem relinquens, ad ſuſpirarã Eremum revertitur, orationi aſſiduus, potius cochlearium artificio contentus, quàm Aulę rumoribus.

Iterum vocatus ab Alexandro Pontifice legatus mittitur in Galliam, ægrè nimis ſolitudinem derelinquens. Sed vix reverſus ad eremum properat. 92

Ad ConciliumRomanum profectus, ubi fuit abſolutum, ad ſolitudinem remear.

Iterum Ravennam miſſus, & diſſidiis compoſitis, in Monaſterio Matris Dei receprus, inhians ad eremum redire, inter Sanctos enumerandus ad Celeſtem Patriam feſtinar. 93

Ecce lector. Damianus ſingulare hominum illorum Archetypum, qui ab adoleſcẽtia aſſueti certę rationi vivendi, ſi ad alia diſtrahantur, illico detarigati, ſemper ad prima redire nituntur. 94

Examinavimus huc uſque conditionem, & naturam hominis inviti in ordine ad exaltari in eccleſiaſticas dignitates, circa quas nec minimum vulr habere conſenſum; imo illas moleſtè nimis, ægrè & dolenter ſuſtiner, nullam in eas propenſionem ſentiens, 95

tiens, utpotè ſibi odioſas, amaras & graves & involuntarias; & contrà ſuum genium, ingenium, inclinationem. Propter quod ineptum ad officia ſe oſtendens, haud vult promoveri. Et in caſu quo veniat promotus, ſtudet non eſſe cogendum. Quod ſi cogatur, per præceptum. Coactio & præceptum non ſunt illi volita, ſicut diximus de votum habente, ſed involuntaria, adeoque ſemper ille, qui eſt invitus nititur ſuadere, non debere extraordinariis remediis, præceptis ſcilicet & cenſuris ad conſenſum compelli. Hinc ſupereſt perquiramus, cujus naturæ, & qualitatis conſenſus in dignitates præſtandus ſit. Ne nimis audax procedat, aut procax, aut avidus, aut ambitioſus, aut contemnens, & injurioſus, ſed modeſtus, & virtuoſus. Pro quo ſit §.2.

§. II.

Demonſtratut iterum, cujus Naturæ, & qualitatis eſſe debeat conſenſus in Eccleſiaſticas Dignitates.

SUMMARIUM.

96 *Dictum Gregorii fugientibus non deſiderantibus dantur honores.*
99 *Qui ſit ſimpliciter requiſitus.*
100 *Qui ſit approbatus, & electus.*
101 *Datur terminus ad acceptandum.*
103 *Locus Regiminis deſiderantibus negandus, fugientibus conferendus.*
Invitatus debet recuſare.
Nullus dignè eligi poteſt, niſi à principio diſſentiat.
104 *Recuſatio debet eſſe ſincera, & cum timore, an ſit ſufficiens.*
105 *Diſſenſus non ſimulatus.*
106 *Conſenſus promptus ſi ſit electus.*
Electus nolens conſentire damnatur. ibid.
107 *Si electi recuſarent dignitates, extingueretur eccleſiaſticus ordo.*
108 *Conſenſus eſſe debet cum mœrore, & triſtitia, miti corde &c.*
Letus qui renunciat, triſtis, qui acceptat. ibid.
109 *Idoneus reputatus non debet recuſare eccleſiaſtica officia.* 114.
Labor non debet eſſe ſine fructu. ibid.
111 *Electus ad dignitates quibus verbis permiſſum ſit, ſe poſſe excuſare.*
Non debet obſtinatè reſiſtere.
Sed ſicut fœmina dicens, nolens volo, volens nolo.
Cujus operationes ſemper ſuā complexionem ſequuntur.
Fœmina in ordine ad Martyrium debet habere animum virilem. ibid.
113 *Conſenſus eſſe debet tepidus.*
114 *Idoneus recuſans peccat mortaliter.*
Electus non debet eſſe indifferens. ibid.

Examinavimus, & tetigimus ſupra *Præambulo* 1. *num.*108. *& ſeq.* cujus qualitatis eſſe debeat 96
conſenſus in dignitates, indicando ex juribus ibi datis, imitari debere conſenſum fœminæ, aut filiæ nup-

turæ

turæ ad obedientiam Patris, & electionem ſortiri rationem ſpiritualis matrimonii. Nunc fuſius hujuſmodi titulum explicaturi, mirum eſt, quàm à veritate aberraverint nonnulli moderni Scriptores, qui aliquando à timoratæ conſcientiæ viris inſtructi; quomodò circà eccleſiaſticas dignitates ſe gerere debuiſſent; nonparum ſiniſtrè, & confusè dictum illud Gregorii, *fugentibus*, nimirum, non *deſiderantibus dantur* honores, intelligentes: & ſanctorum exempla indiſtinctè ſectantes, pronunciarunt, dignitatibus ſemper eſſe reſiſtendum. Undè evidens dederunt ſignum, minimè callendi ſenſum ſacrorum Canonum, qui totam Artem deſiderandi conficiunt, quam Sancti Patres ſub diſtinctione in hac gravi materia poſteris inſtruendis tradiderunt, videlicet, quòd requiſitus, & invitatus ad eccleſiaſticas dignitates conſtanter recuſet. Approbatus verò ſimul & electus reverenter conſentiat.

97 Igitur hujuſmodi ponimus Paragraphum, ut noſtrum diſcamus ſecundum dictas rectas regulas Artis de bene deſiderando regulare conſenſum, quandò nimirum, negandus ſit, quandò concedendus. ne cum procacitate, aut nimia elatione effundamur in illum; aut irreverenter, & injurioſè, ſeù gravi eidem negligentia, & deſidia reſiſtamus, juxtà Auguſtini regulas *Cap. vos autem* 16. *quæſt*.1. infrà, allegando *num*.106. Regula enim eſt, ut nemo vel ultro ambiat, aut importunè ſe ingerat, vel cum pietate, & modeſtia ſe retrahat, vel inclinet, ne contingat caſus, quòd creſcendo decreſcat, vel aſcendendo deſcendat, ad textum Gregorii *epiſt*.110. *lib*.7. *relat. in cap. ſicut is* 1. *quæſt*.6. *de quo infrà in hoc* §.

98 Plura autem in præſenti dilucidanda aggredimur. Primum quòd ſimplicitèr requiſitus, provocatus, aut invitatus ad eccleſiaſticas dignitates, ut loquitur allegatus Textus *in dicto cap. ſicut is*, illas recuſet. Secundum; quòd approbatus, & electus acceptet; explicando cujus qualitatis eſſe debeat conſenſus.

Ille dicitur ſimplicitèr requiſitus, & invitatus, quando antequàm veniat legitimè per Superiores approbatus, & electus, fuerit ſollicitatus, aut interrogatus, an velit eſſe Epiſcopus. Idem dicito de Cardinalatu, cæteriſque dignitatibus *Cap. Archidiaconus* 8. *diſt*. Vel fuerit interpellatus, quare aliquam Eccleſiam ſibi non procuret, aut illam obtinere non ſtudeat: vel ſi quis illi offerret ſuam operam impenſurum Apud Superiores, ad hujuſmodi effectum impetrandum. 99

Ille dicitur approbatus, & electus, qui per ſuum legitimum Superiorem, cujus ſupra ſe recognoſcit authoritatem, & illum loco Dei veneratur *Cap. ſi Religioſus de elect. in* 6. ad aliquam in particulari ſublimatur dignitatem; ad quam præmiſſis debitis requiſitis, ſcrutinio, & examine de ejus probitate expletis, reperitur idoneus, & ita remanet approbatus, & deindè per ſpecialem actum idem Superior illum præceteris eligit. Undè neceſsè ſit, ut ſemper approbatio electionem præcurrat, & idem ad eamdem dignitatem, prius dicatur approbatus, deindè electus. 100

Simpliciter requiſitus, & invitatus nullum habet titulum ad dignitatem, ſed conſideratur ut nuda perſona, nullam habens relationem ad illam. 101

Approbatus, & electus non eſt nuda perſona, ſed reſpicitur terminare duas ſui legitimi Superioris actiones, approbationis, ſcilicet,

& electionis, quibus mediantibus denominatur ad talem dignitatem approbatus, & electus, ad formam Trident. *ſupra Reſol.* 15. *num.* 20., *& alibi ſæpe*. Et aliquem reſpectum recipit ad illam, & jus acquirit intrà aliquem terminum acceptandi, & conſentiendi in eamdem ex dictis ſupra,& edicendis infra *n.* 118.

102 Sed præventivè, & antequàm per ſingula deſcendamus: ſuppono indubitatum apud omnes juris Canonici, & civilis peritos, electionem alicujus factam per legitimum Superiorem ad aliquod officium, ſeù dignitatem, nullum habere effectum,& vacuam remanere, uſque dum accedat electi conſenſus. *Cap. Præſens*. 20. *quæſt*. 3. *Cap. licet de regular. & ſupra diximus Reſolut.* 15. cùm fiat ſponſus Eccleſiæ *Cap. ſicut alterius* 7. *quæſt*. 1. & hoc pariter intelligitur de quocumque officiali. *Gloſſ. ibi verſ. hoc non ſolùm*, cum pluribus allegatis ſuprà *Reſol.* 15. *n.* 21.

103 Et per ſingula incendendo, fuit in primis perpetua Sanctorum Patrum Sententia,locum regiminis, regulariter loquendo, deſiderantibus denegandum, & fugientibus conferendum. *Cap. in ſcripturis veſtris*. 8. *quæſt*. 1. Inde oritur Reſolutio, quòd ſi quis à Superioribus, vel à privatis perſonis nullum ex modo dictis præſeferens titulum, fuerit ſimpliciter interrogatus, & invitatus, an promoveri velit ad aliquam eccleſiaſticam dignitatem. Tunc iſte talis ſemper debet eſſe paratus ad reſiſtendum, & rotundè reſpondere, quòd non vult, ut ſe oſtendat ab omni dignitate alienum, ad vulgatos Textus, præcipuè *dicto Cap. ſicut* 15. 1. *quæſt*. 6. ibi .. *Is qui invitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris eſt altaribus admovendus. Qui ultro ambit, vel importunè ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus.* Quæ ſunt receptiſſimæ Regulæ ad Artem bene deſiderandi conſtituendam. Et nullus dignè eligi poterit, niſi à principio diſſentiat. *Gloſſ. in dicto Cap. In ſcipturis veſtris, verſ. fugientibus* ibi .. *Nam nullus eligendus eſt, niſi ab initio diſſentiat*.

Et quidem ex Juribus allegatis requiritur,quòd ſimpliciter invitatus ad Eccleſiaſticas Dignitates, ex vero & ſincero ſpiritu illas recuſare nitatur. Et ſeriò timere debet, an fortè ſit ſufficiens. *Cap. ante omnia* 40. *diſt.* & Gloſſ. *in d. Cap. ſicut is verſ. refugit*, & ſuas tenetur menſurare vires, an ad tantum onus ſit ſatis,adeoque pertimeſcere debet *Cap. non eſt putanda* 1. *qu.* 1. *in fin.* ibi. *Quiſquis vires ſuas cum hoc, quod eſt ſubiturus onere metiatur, ut ſi impar eſt, abſtineat, & ad id cum metu etiam cui ſe ſufficere exiſtimat accedat*. Ad ſenſum Gregorii *part.* 1. *cap.* 7. in Paſtorali loquens de Moyſe dicit ibi. *Quod ſuperbus fortaſſe eſſet ſi ducatum plebis ſua ſine trepidatione ſuſciperet*. Quibus dignoſcitur, quòd diſſenſus debet eſſe ſincerus. Cum timore inſufficientiæ. 104

Diximus quemlibet teneri ſincerè, & ex animo à principio honores recuſare. Nàm ſi nnum reconderet in corde, & aliud exterius propalaret in ore, ſinè dubio non eſſet dignus, ſed peccaret. *Cap. cum humilitatis* 22. *quæſt*. 2. etenim mentiri contigit, tam ſimulatis operibus, quam verbis. *Cap. cavete* 22. *quæſt*. 5. 105

Sed ſi poſtea quis fuerit approbatus, & electus, promptè conſentiat,& acceptet. Ex Gregor. *ead. gloſſ. in d. Cap. in ſcripturis veſtris. verb. caſus*. ibi. *Gregorius docet, quòd qui eliguntur ad dignitates non debent renuere*. Undè obſervandum venit, quòd aliud eſt eſſe ſimplici- 106

ter

ter invitatum; aliud eſſe electum. Invitatus tenetur recuſare, electus conſentire: ea potiſſima ratione, quia ſi tam ſimpliciter invitatus, nullum habens titulum, quàm approbatus & electus ex æquo tenerentur denegare conſenſum, damnabilis ille in Eccleſiam iterum ſub ſpecie devotionis introduceretur abuſus, quo electi ad Epiſcopatum conſenſum preſtare nolebant Gloſſ. *in Cap. vos autem.16.quaſt.1.verb. caſus.* ibi. *Quidam erant Monachi vel Canonici Regulares, qui quando eligebantur ad dignitates,reſpuebant omninò, quod dicit Auguſtinus non eſſe faciendam.* Nota verba illa *quod dicit Auguſtinus non eſſe faciendum.*

107 Et quidem in hoc loco non dicitur, quòd quis reſpuat dignitates, quando eſt electus. Nam licèt dum ſimpliciter requiſiti ſunt an velint fieri Epiſcopi, regula virtutis ſit recuſare; cùm aliàs eſſet nimis avidè dignitates appetere, quod Auguſtinus reprobat.Gloſſ. *in dicto Cap. vos autem.* ibi. *Sed avidè dignitates appetere non debent.* Non autem eſt eadem ratio, quandò quis titulum habet ad conſentiendum, quia nimirum prævia diſcuſſione meritorum inter cæteros dignior reputatur, & remanet per Superiorem electus. Tunc enim non decet dignitatem reſpuere, ut modo dictum eſt ex Auguſtino, ſed humiliter conſentiendo obedire, ut proſequitur. Gloſſ. *in dicto Cap.vos autem.* ibi. *Nec debent eas reſpuere, cùm neceſſe eſt, ſed miti corde obtemperare.* Et de hac veritate urget quoque validiſſima ratio. Quia ſi ſub devotionis ſpecie, aut ſub altiſſimis contemplationibus animum ad Deum elevandi, electi ad Epiſcopatum recuſarent devotum præſtare conſenſum, ut narrat Gloſſ. *in d. Cap. In ſcripturis veſtris.* ibi. *Quidam cum eligebantur ad Prælaturas, recuſabant eas, dicentes, ſe velle eſſe in contemplatione.* Extingueretur ſacrorum miniſtrorum propagatio, & Eccleſia periret Gloſſ. *in d. Cap. vos autem.* ibi. *Quoniam ſi otium veſtrum neceſſitatibus Eccleſiæ præponeretur, nullus inveniretur, per quem renaſceretur Eccleſia.* Ad ſenſum Auguſtini *in eodem Cap. vos autem.* ibi. *Si quam operam veſtram Mater Eccleſia deſideraverit.* Ecce quod Sanctus hìc deſcribit qualitatem conſenſus. *Nec blandiente deſidia reſpuatis,nec elatione avida ſuſcipiatis;ſed miti corde obtemperetis Deo. Nec veſtrum otium neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis; cui parturienti, ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini non inveniretis. Nec blandiente, inquit deſidia reſpuatis, nec elatione avida ſuſcipiatis. Cui conſonat dictum Gregorii ſcribentis* Philippo Comiti, ibi. *Nec ad appetendum locum procax exiſtat, nec ad repellendum contumax debet inveniri.*

Sed miti corde obtemperare dicit Auguſtinus, & intellige quoque, in ordine ad qualitatem conſenſus cum mærore, & triſtitia. 108
Nam quantum Superior cum hilaritate dignioribus Prælaturas conferre tenetur; tantum cum mærore recipi ratio tanti officii expoſcit. Et facit prophanum exemplum de Areobarzane Rege, hilariter ſuum Regnum filio meſto renunciante. *Valer. maſſ.lib.5.cap.7.*ibi.*quodque pæne fidem veritatis excedit: lætus erat, qui Regnum deponebat, triſtis cui dabatur.*

Sed amplius oſtenditur electum ſuum debere præſtare conſen- 109
ſum,non ſolùm ſincerum, non ſimulatum, miti corde, cum timore, mærore, ſèd etiam obſequioſum, fructuoſum & promptum, ac tepi-

dum, & non indifferentem, prout
exprimant Jura modo alleganda.
Nam magis idoneus inter cæteros
reputatus ſpecialiori titulo tenetur
operam ſuam Eccleſiæ miniſtrare.
Cùm hoc quoque de ſimplici Cle-
rico omnia Jura expoſcant. *Extrav.
de poſtul. cap. fin.*, & hoc compro-
batur ex ſtipendio, quod Eccleſia
ſuis operariis diſpenſat. *Cap. Cha-
ritatem* 12. *quæſt.*2. ibi. *Juſtum
namque eſt, ut illi conſequantur ſti-
pendium, qui pro tempore ſuum com-
modare reperiuntur obſequium, &
cap. adunati* 7. *quæſt.* 1. ibi. *Ut
etiam in vinea Domini labor non ſit
ſinè fructu. Nam ſi electis ad officia
Eccleſia parat ſtipendium, ſignum
eſt, quòd promptam eorum operam
deſiderat*; de quo ſupra *praamb.*3.
*num.*102.

Hoc autem non eſt intelligen-
110 dum de operibus quibuſcumque,
ſed ſpecialiter de concernentibus
Eccleſiaſticas Prælationes. Gloſſ.
*cit. in d. Cap. vos autem verb. ope-
ram* 16. *quæſt.*1. & electus eſt obli-
gatus conſentire, non ſecus ac ſi ſibi
de Eccleſia aliqua injungeretur ope-
ratio, quam teneretur acceptare.
Cap. nulli 4. *qu.*1. & obſervat Gloſſ.
in d. Cap. vos autem 16. *q.*1. *verb.
operam*.

Sed ſi quis fuerit magis di-
111 gnus, & idoneus approbatus, &
deindè electus, ex ſua devotione
cogatur in aliqualem erumpere diſ-
ſenſum, caveat, ne talis motus tran-
ſileat extra modeſtiæ regulas, &
curet, ne excedat verba illa ſolita
proferri, meliorem nimirum, inve-
niri, & ſe imparem eſſe, ad tantum
opus, & ſine meritis ſe reputare, ad
celebrem Textum *in Cap. honoran-
tur* 32. *quæſt.*2. ibi. *Vel ſi fortè di-
ceret, quòd non eſt dignus, etiam
liceret.* Gloſſ. *in d. Cap. in ſcriptu-
ris veſtris*, & poſſe ex Hugone
ſimulate, non eſſe idoneum *arg.*22.
*quæſt.*2. *Cap. utilem.* Sed abſit, quòd
obſtinatè, & immobiliter reſiſtere
attentet, cùm ad ſummum ſolùm
molliter, & veluti mulieris more ſe
retrahere, & excuſare permiſſum ſit;
ad vulgatam Gloſſ. atque notatu
dignam *in d. Cap. in ſcripturis ve-
ſtris*. 8. *quæſt.*1. *verb. fugientibus*
ibi. *Electus autem tepidè debet diſ-
ſentire ſicut fœmina*: cujus operatio-
nes ſemper ſuam complexionem ſe-
quuntur. Ut diximus ſupra hìc *n.*56.
ad tex. D. Tho. 1. *Corinth. lect.*11.
med. G. Quapropter non debet pro-
nunciare rotundè *nolo*, ſed medio
ore, & ſummis labiis *ſit nolens volo.*
Et concordat Textus. Quoniam lo-
quendo de dignitatibus ſuſcipien-
dis, ſufficit fœmineus diſſenſus,
hoc eſt verecunda fronte, & non
pleno ore prolatus. Si autem agen-
dum eſſet non de dignitatibus obti-
nendis, ſed de atroci martyrio ſu-
beundo, tunc aſſenſus etiam in pe-
ctore fœmineo deberet eſſe virilis,
ut de Heroica Machabeorum matre
ſacra ſcriptura erudivit æternitatem.
Machab. *lib.*2. *cap.*7. ibi. *fœmineæ co-
gitationi maſculinum* animum inſe-
rens, dixit ad eos &c.

Dixi, quòd conſenſus debet 113
eſſe tepidus, & muſſitando prolatus,
nolens volo, quòd ſi eſſet fortiter
perſeverans in rotundè recuſando,
curandum eſſet, ut de nolente fieret
volens. *Cap. diſplicet* 23. *q.*4. *Cap.
ante omnia* 40. *diſt.* & concordantes
plures.

Imò citra omne ambitionis & 114
præſumptionis periculum, ut Gre-
gorius *in d. Cap. in ſcripturis* aper-
tè ſignificat. Si quis idoneus repu-
tatur paſcendi dominicas oves, &
electionem recuſat, peccat morta-
liter; & Chriſtum non amat. ibi.
*Simon Joannis amas me? Paſce oves
meas*. Ex quibus verbis colligitur:
*Quià ſi quis valet & omnipotentis
Dei oves Renuit paſcere, oſtendit*

liter

ſe Paſtorem ſummum minimè amare & Gloſſ. *verb. minimè*. ibi. *Ergò qui ſe dignum credit, & Prælaturam ſibi oblatam non recipit, mortaliter peccat.* & in eodem *Cap. Gloſſ. verb. Caſus*. ibi. *Qui eliguntur ad dignitates, non debent renuere, ſi digni ſunt, quod tribus rationibus Gregorius probat.* Ex quibus manifeſtè oſtenditur, in electis non permitti indifferentiam ad conſenſum præſtandum. Idemque documentum inculcatur. *Cap. ſeq. qui Epiſcopatum deſiderat. 8. quæſt.* 1. ibi. *Quamobrem otium ſanctum quærit charitas veritatis. Negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. Quam ſarcinam ſi nullus imponit, vacandum eſt veritati; ſi autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem.* Nec diſſimiliter concluditur *dicto Cap. vos autem*. 16. *quæſt.* 1. & Gloſſ. *verb.* operam, ubi obligatur Clericus, quando ad aliquod miniſterium requiritur, & reperitur Idoneus, illud debet in favorem Eccleſiæ, executioni mandare. Gloſſ. ibi. *Si Clericus ſcit operas aliquas, illas tenetur præſtare Eccleſiæ.*

115 Cæterum quantum ad dictam neceſſitatem Regula Auguſtini eſt, quòd quando alicujus dignitatis ſivè officii Sarcina imponitur, non eſt veritatis contemplationi vacandum; ſed onus immediatè ſuſcipiendum, propter Charitatis ſtipendia. Allegatus Textus. ibi. *Negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas Charitatis. Quam ſarcinam ſi nullus Imponit, vacandum eſt veritati. Si autem imponitur ſuſcipienda eſt, propter Charitatis neceſſitatem.*

Juribus igitur in tanta copia 116 confluentibus, haud obſcurum remanet, quæ debeant qualitates concurrere pro digno conſenſu in Eccleſiaſticas Dignitates præſtando. ita ut ſemper curandum ſit, ut potius fugientis, quam deſiderantis naturam habeat. Non ultro, & ambitioſè affectantis. Nec importunè ſe ingerentis, non avidè, non ſuperbè, nec cum elata deſidia; ſed cum trepidatione, mærore, timore, triſtita, miti corde, ſincero animo, cum humilitate, modeſtia, & promptitudine, non cum indifferentia; & quantum poſtulat neceſſitas charitatis. Quæ omnia lector habes in hoc §. *Per totum & præcipuè à numero* 103. uſque in finem.

§. III.

Per electionem intimatam, publicatam electus antequàm conſentiat, recipit aliquam impreſſionem, ſeù idealem formam, per quam redditur melioris conditionis, & majori reverentia excipiendus, quàm anteà.

SUMMARIUM.

128 *Ad conſentiendum in Electionem præfigitur terminus* 132.b

130 *Candidati dicuntur quantum ad primordia gerendorum bonorum.*

Promotus dici poteſt etiam qui non eſt conſecratus, ſed ſolùm electus. ibid.

Epiſcopus ante conſecrationem non habet poteſtatem ordinis. habet tamen omnimodam admi-

mi-

Digitized by Google

miniſtrationem in temporalibus , & Spiritualibus . ibid.

Formula conſecrationis Epiſcopi . 133. ibid.

131 *Ante conſecrationem nemo dicitur promotus , ſed electus, & confirmatus .*

Epiſcopus electus , & publicatus eſt ſolùm in principio Epiſcopus . ibid.

Pronunciatio Papæ in Conſiſtorio ſolùm habet vim electionis , & confirmationis . ibid.

Papa creat Epiſcopos ſolo verbo . ibid.

Archiepiſcopus quis non appellatur , antequàm recipiat Pallium . ibid.

Electus in Imperatorem non dicitur Imperator , antequàm coronetur . ibid.

132 *Per electionem publicatam imprimitur in electo aliquod rationis ſignum , & Jus ad conſentiendum in termino præfixo , & elector non poteſt illam transferre in alium, durante dicto termino .*

132 a *Omnis electio imprimit jus in electo . ibid.*

132 b *Probabilius eſt , quòd imprimat .*

132 c *Aſſenſus præbendus eſt intrà terminum . Præfigitur terminus ad conſenſum in Electionem 128.*

132 d *Etiam collatio non acceptata imprimit Jus .*

Expectandus eſt conſenſus etiam in collatione intrà terminum .

133 *Formula creationis Epiſcopi .*

134 *In inſtanti electionis tota dignitas confertur in habitu .*

135 *Non decet ad altiorem ſtatum in inferiori remanere . ibid.*

Dixi in hujus Paragraphi titulo per electionem intimatam,ac publicatam,ad excluſionem electionis , quæ facta non reducitur,neque tranſmittitur formiter ad electi notitiam;ſed reſervatur in arbitrio eligentium illam intimare , & publicare . Cùm uſque dum non ſit publicata , poſſint illam electores variare , ex Juribus ſuprà cumulatis *Reſ.*15. *num.*18. Quæ variatio poſt publicationem non permittitur.ibi. *num.*19. Nam ſemel dato, quòd ab eligentibus aliquis approbatus eſt , reprobari prohibetur . *d. Reſ.*15. *num.*19. 206. & 233. 126

Inſuper recolere non erit inutile , quòd ad electionem publicatam , ut illa effectum ſortiatur , requiritur electi conſenſus , tam de jure naturali , quàm divino *Reſ.*15. *num.*21. 39. &c. Cùm electus fiat ſponſus Eccleſiæ . Ibidem *num.*31. & 230. Qui conſenſus eſt adeò neceſſarius,ut neque ab Eccleſia poſſit ſuppleri. Ibidem *num.*21. Adeoque electio ſinè conſenſu electi perfici non poteſt *d. Reſ.*15. *num.*21. 39. 225. , & indubitatum relinquitur , quòd electus , nullum jus acquirit in electionem, & in beneficium, niſi prius conſenſum præſtet *d. Reſ.*15 *num.*21. 127

Et obſerva , quòd licèt nullus ante electionem habeat jus in Beneficium : facta tamen electione, & publicata acquirit jus ad conſentiendum , in illam , ita ut nullus talem conſenſum impedire valeat : & elector non poſſit ſuam electionem mutare , illamque retrahere *dicta Reſol.*15. *num.*21. & ad hoc ut Electus indiſcretè ſuum conſenſum non audeat differre, præfigitur terminus *Reſ.*22. *num.*59. 128

In-

Inſuper obſervandum, quòd
129 hìc non reſolvimus quæſtionem illam, an Titius de facto evadat verè, & in re Epiſcopus, aut Cardinalis, per ſolam pronunciationem Papæ, factam in Conſiſtorio, antequàm ipſe Titius conſentiat, & acceptet; quod in ſequentibus decidemus. Sed dumtaxat examinamus, an ſola pronunciatio Papæ alicujus ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum, vel ad aliud quodcumque nobile officium ex ſua natura, & efficacia relinquat aliquam impreſſionem, ſignum, aut notam in Titio, antequàm conſentiat, per quam reddatur dignior, & diſtinctus à quocumque alio, qui non eſt pronunciatus, & majori honore, & reverentia tractandus.

130 Et dicimus, quòd præfata pronunciatio, licèt non reddat verè, & in re Titium Cardinalem, aut Epiſcopum, cùm ad hoc, ſecundum veriorem Sententiam requiratur ejus conſenſus, & acceptatio, ut dicemus infra §.4. Imprimit tamen in Titio aliquod rationis ſignum, per quod dignioris conditionis appareat, reſpectivè ad illos, qui non fuerunt ad tales eximias dignitates pronunciati. Illa enim pronunciatio manifeſtè oſtendit, pronunciatum dignitatibus, & honoribus quibuſcumque aptum, & capacem eſſe, eaque denique promerviſſe, & ab illis non diſtare: imo illa ſupra ſe trahere, & vocare. Non ſecus ac candidati, qui dicebantur tales, in quantum ad primordia gerendorum honorum, & Sententiæ in ſenatu dicendæ aſſumebantur. Lampridius in Alexandro Vulpian. eodem loco. Dio *lib.* 54. Vel ut explicat Jacobus Spiegel. Verb. Candidati, qui dicuntur illi, qui non dum ſunt aſſecuti honores, ſed eſt ſpes eos de proximo aſſecuturos. Undè pronunciatus à Papa Cardinalis, aut Epiſcopus, licèt in re non ſit talis. Eſt tamen ſignatus, ut de proximo talis evadat, ſi per ſuum voluerit conſenſum accedere. Et ad hoc propoſitum diſtinguere non dedignabitur Lector, quòd promotus etiam dici poſſit, qui adhuc non eſt conſecratus, ſed eſt ſolùm electus, & confirmatus. Ad Textum *in Cap. cùm in cunctis* §. *Inferiora verſ. hoc ſanè de electione*. Cùm epiſcopus ante conſecrationem, eſtò non habeat poteſtatem ordinis, habet tamen omnimodam, & plenariam adminiſtrationem tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus. *Cap. tranſmiſſam de elect.* quod manifeſtat formula, quam profert Pontifex; Quando in Conſiſtorio creat Epiſcopos, prout infrà *num.*33.

Nihilominus frequentius obſervatur; quòd ante conſecrationem nemo dicitur promotus ad Epiſcopatum, licèt ſit electus, & confirmatus. *Cap. eam te de reſcriptis*, & notant franciſcus Vercellen. Joan. Andreas *num.*3. Bellam. In principio, ver promotionem, Butrius. Sed qui eſt electus publicatus eſt ſolùm in principio talis honoris, nimirum, ille qui ante conſecrationem pronunciatus à Papa Epiſcopus, eo ipſo non eſt Epiſcopus abſolutè, ſed reſtrictivè tantùm, hoc eſt electus, & confirmatus. Abbas *in Cap. tua num.*2.*verſ. & idem die bodie de bis, quæ fiunt à Prælatis ſinè conſenſu Capituli*. Profectò pronunciatio Papæ in Conſiſtorio alicujus perſonæ ad Epiſcopatum ad ſummum habere poteſt vim electionis, & confirmationis. Innocent. *in cap. cùm olim in princ. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Abbas *dicto Cap. tua num.*2. *verſ. & idem die bodie de bis quæ fiunt à Prælatis, & Cap. cùm in Cunctis*. §. *Cùm verò num.*3.*verſ. ſed quæro* 131

de

de elect. Ubi quòd Papa creat Epiſcopos ſolo verbo, & talis creatio dicitur proviſio, quæ habet vim electionis, & confirmationis. Et conſonant Doctores, Archiepiſcopum non appellari, antequàm quis Pallium recipiat. Ad Text. *in Cap. niſi de authoritate & uſu pallii. Cap. quod autem de elect.* & Electus in Imperatorem non dicitur Imperator, priuſquàm coronetur *l. ante penult. ff. de militar. teſtam. l. benè* a Zenone *C. de quadr. præſcrip.*

132 Igitur optimè concluditur, quòd per electionem publicatam, factam à Pontifice, ſeu ab aliis electoribus in illo inſtanti, in quo fit, & antequàm electus conſentiat, Imprimitur in electo aliquod rationis ſignum, ſeu forma, per quam diſtinguitur ab omni alio, qui non eſt taliter pronunciatus. Primo quia illa pronunciatio declarat qualitates electi idoneitatem ad maximos honores:& dignitates,ac ad illas meritum, per quod proximitatem habet ad exaltationem recipiendam,& teſtatur, quòd præ cæteris ſit melior. Imo digniſſimus, ut requirunt jura ſupra *Reſ.*18. *n.*5. *& Reſ.*19. *n.*39. & dat illi jus ad conſentiendum in termino præfixo in dictam electionem taliter, quòd elector durante tali termino non poſſit illius conſenſum impedire, nec dictam electionem in aliam perſonam dirigere, mutare, & transferre.

132 a Profectò omnis electio confirmanda per Superiorem, cùm ſit propriè electio, in eodem inſtanti, in quo eſt,imprimit jus in electo ad beneficium, & immediatè ad conſentiendum in ipſam *cap. quia propter de elect.*, *& Cap. final. de translat. Epiſc.* & multis allegatis docet Garzia 4. *part. de benef. c.*3. *num.*3. Nam ſi Superioris confirmatione non indiget, non eſt electio, ſed potius beneficii collatio, & proviſio. Gonzales *gloſſ.* 19. *num.*11.

Licèt controverſia ſit inter Doctores, an electio ante conſenſum electi imprimat dictum jus in electo. Negant Mandoſius *Reg.*32. *quæſt.*15. *num.*6., *& alii*. Sed probabilius ab aliis exiſtimatur, quòd dictum jus imprimat, & concedat; ad claros Textus *in Cap. ſapientes §. Cæterum cap. quam ſit de elect. in 6.* ubi electus privatur jure,quod per dictam electionem acquirit, ſi infrà menſem, a die habitæ notitiæ ſuæ electionis non præbeat aſſenſum; quod eſt ſupponere electionem in inſtanti, quo eſt, dictum jus conferre, antequàm electus in conſenſum deſcendat. Tantò magis quia dicta electio eſt dimidiata collatio beneficii, quæ confirmatione, & approbatione completur. 132 b

Inſuper etiam collatio beneficii non dum acceptata tribuit, & imprimit jus ad beneficium. *Cap. ſi tibi abſenti de præbend. in 6.* quia facta collatione, conferens non retinet amplius in arbitrio, nec poteſt de jure retrocedere, ſed debet conſenſum collatarii expectare intra terminum datum ad conſentiendum. Non ſic in donationibus. Gonzales cum aliis *gloſ.*26. *nu.*14. Vaſq. *de Benef. cap.*2. §.2. *dub.*3. *& latius cap.*4. §.8. *dub.*1. licèt collatio etiam dici poſſit donatio ut dicemus. 132 c

Dixi quòd collatio non acceptata tribuit jus ad beneficium, quatenus mediatè beneficium reſpicit, & immediatè conſenſum in beneficium. Caſtropalao 2. *part. tract.*13. *de benef. diſp.*2. *punct.*13. *num.*1. 132 d

Ea autem, quæ in actu electionis, ſeu per ipſam ſolam electionem conferuntur electo in inſtanti antecedente ad ſuum conſenſum, clarè compræhendimus ex 133

for-

formula, quam pronunciat Pontifex, quando in Conſiſtorio creat Epiſcopos. Dicit enim hæc verba... *Authoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli ac noſtra Eccleſiam N. de Perſona N. providemus, ipſumque in Epiſcopum præficimus, & Paſtorem, & curam, & adminiſtrationem ipſius eidem in ſpiritualibus & temporalibus plenariè commitendam &c.* Ita refert Flaminius Paris', *de reſignat.* Benef. *lib.* 8. *quæſt.* 5. *numer.* 25. *&* 35.

134 Igitur in inſtanti, quo fit electio, & per conſequens in inſtanti antecedente ad conſenſum electi, tota dignitas confertur, non enim traditio authoritatis, & acceptatio ejuſdem poſſunt in eodem inſtanti naturæ ſeu rationis ſaltem verificari. Nam eligens verè beneficium confert. *Reſol.*22. *nu.*8. *&* 51., *& reſ.*23.*n.*46. Undè ad minimum in duobus inſtantibus immediatè ſucceſſive; uno poſt aliud, eligens dignitatem confert, & electus, ſi vult, ad ſummum in ſequenti acceptat, de quo ſupra *Praamb.* 1. *nu.*63. adeoque per ſolam electionem ante confirmationem totam dignitatem in habitu conferri authores non diffident, ut latè diſſervimus ſupra *Reſol.*22. *num.*50. & per conſequens pronunciatum in Conſiſtorio, aut Epiſcopum, aut Cardinalem in habitu, ſive in aptitudine eſſe talem, & dignum, atque præ cæteris digniorem, aut digniſſimum fuiſſe reputatum, & ſupra ſuum inferiorem ſtatum in habitu aſcendiſſe & ab omnibus recognoſci elevatum, & altioribus honoribus diſtinguendum, nec amplius ſecundum ſuum inferiorem ſtatum tractandum, non eſt, qui dubitet. Et licèt electi numquam conſenſerint; Nihilominus ſemper cum diſtinctione fuiſſe veneratos experientia docuit, & univerſus orbis obſervat. Nec decere ſacri Canones admonent, elevatum ad digniorem ſtatum in inferiori remanere. *Cap. ſi qui Clerici, & cap. placuit* 74. *diſt.*

Modò videndum ſupereſt &c. 135
An ſtatim ac Pontifex eligit Titium Epiſcopum, aut eumdem creat, & pronunciat Cardinalem, antequàm Titius conſentiat, & acceptet, dicatur, & ſit verè, & in re & in actu exercito conſtitutus Epiſcopus, & Cardinalis. Et ſit

§. IV.

Statim ac Pontifex eligit Titium ad Epiſcopatum, vel eumdem creat, aut pronunciat Cardinalem Titius non evadit in re, & in actu exercito talis, niſi prius ejus accedat conſenſus.

SUMMARIUM.

136 *Electio facit Imperatorem.*
Ad Cardinalatum dicunt non dari propriè electionem ſed collationem. ibid.
Differentia collationis ab electione. ibid.
137 *Poſſe Pontificem aliquos creare Cardinales in re, etiam*

ſi creatus ſit relučtans, & abſens.
Epiſcopus incipit vocari electus, & confirmatus ſtatim, ac Papa pronunciat formulam. ibid.
Invitus non poteſt conſecrari, nec contrahit matrimonium. ibid.
139 *Receptio baptiſmi in adulto non fit ſinè ejus conſenſu.*
141 *Creatio Cardinalium Taja, & Ricci.*
143 *Dignitas in re non recipitur ſine conſenſu.*
Conſtitutio Eugenii Quarti. ibid.
145 *DecretumPii V. derogat Conſtitutionem Eugenii.*
147 *Conſtitutio Sixti V.*
152 *Electio, & Creatio in quo differant.*
Collatio habere poteſt vim electionis. ibid.
Collatio dicitur donatio, & eſt liberalitas, quia non tenetur magis uni, quam alteri conferre ibid.
Non eſt gratia in conferendo, quod alicui tenemur dare. ibid.
In neceſſitatibus non eſt gratia, nec libertas. ibid.
Collatio beneficii non eſt actus ordinis ſed juriſdictionis. ibid.
Eſt duplex, neceſſaria & voluntaria. ibid.
153 *Inſtituere quid ſit,requiritur Conſenſus.*
161 *Cardinalatus non dat primum eſſe reale ſubſtantiale*
162 *Ad eſſendum ſubſtantialiter non datur indifferentia.*
163 *Baptiſmus dat primum eſſe in ratione vitæ æternæ.*
Eſt Janua fidei, & Sacramentorum. ibid.
Sine eo ſalus nō habetur.ibid.
Per eum remittitur omne peccatum originale, & actuale. ibid.
Peripſum ſignificatur pænitentia interior, quæ debet eſſe voluntaria. ibid.
164 *Puer rationis uſu carens, & in cunis validè ordinaretur Sacerdos.*
165 *Si perveniens ad rationis uſum contradicat, non tenetur ad Votum Caſtitatis.*
Cùm votum eſſe debeat voluntarium,ſemper requirit voventis conſenſum. ibid.
166 *Votum eſt ordini annexum.*
Eccleſia non poteſt invitum obligare ad votum continentiæ. ibid.
167 a *Quod non amatur,negligitur.*
Factum ſine voluntate non tenet. ibid.
167 b *Quodcumque officium imitatur formam connubii.*
168 *Pontifex ſola pronunciatione homines exaltat.*
Fictio idem operatur, ac veritas. ibid.
Paria ſunt eſſe talem, & haberi pro tali. ibid.
169 *Fictio juris naturam imitatur.*

Paragrapho antecedente firmavimus, quòd per electionem alicujus ad aliquam dignitatem, aut per ſolam Pontificis pronunciationem, antequàm ullus per electum præſtetur conſenſus; aliquod rationis ſignum imprimitur in electo, per quod majori honore redditur dignus. Modò quærendum occurrit. An ſola pronunciatio, vel electio alicujus in Epiſcopum, vel Cardinalem faciat, & conſtituat in re talem: vel debeat expectari ejus conſenſus. 136

Et nullum conſenſum eſſe ex-

ſpe-

ſpectandum prima Sententia docet.
& præter Doctores infra citandos,
videtur indicare Textus *in Cap.*
legimus 93.diſt. ubi refertur, quòd
A electio facit Imperatorem; ita ut
pro tanta dignitatis ſubſiſtentia
non expectetur electi conſenſus.
Undè in favorem hujus ſententiæ
quidam dicere haud formidarunt,
promotionem ad Cardinalatum
non eſſe propriè electionem, ut præ-
tendit Calderinus infrà allegan-
B dus, ſed potiùs collationem, ſeù
Inſtitutionem; Atque adeò ſicut
differt Collatio ab electione, in
quantum electio electi conſenſum
requirit, & Jus ad rem tribuit;
Collatio tamen non requirit pro-
moti conſenſum, neque accepta-
tionem, quia per ipſam acquiritur
quaſi Dominium, & Jus in re; ex
quo fit, quòd electus poteſt ante
confirmationem liberè beneficio
renunciare, abſque Superioris con-
ſenſu, quia non dum illud habet
ſupra ſe ipſum. Qui verò officium
per collationem ſuſcepit, jam illud
habet ſupra ſe, & ita neceſſariò
requirit beneplacitum Pontificis,
ad hoc, ut valida ſit renunciatio.

Et poſſe Summum Pontificem
137 abſentem, & reluctantem Cardina-
lem creare. D. Bernardus videtur
C non dubitare *lib.4. cap.4. ad fin.* de
conſideratione ad Eugenium; quo
loco, loquens de aſſumendis ad
Cardinalatus Dignitatem, dicit.
ibid. *Itaque nec volentes, nec cur-*
rentes aſſumito; ſed cunctantes,
& renuentes coge illos intrare.

Et idem ſentitur de Epiſcopo
128 electo in Conſiſtorio. Quia tunc
Pontifex iiſdem fermè verbis, qui-
bus creat Cardinales, Epiſcopum
conſtituit, ut modo dictum eſt ſu-
*pra num.*133. Quippè ſtatim ac à Papa
quis eſt per dicta verba pronuncia-
tus Epiſcopus, incipit ab omnibus
Epiſcopus electus, & confirmatus

vocari. Innocent. *in Cap. cùm olim*
in principio de cauſ. poſſeſſ. & fuſius D
Fagnan. *in Cap. eam te num.*15. *ſeq.*
reſcrip. quamvis antea renuerit.
Et licèt Invitus non poſſit conſecra-
ti, ac proindè non contrahat con-
jugium ſpirituale. S. Thom. *in* 4.
*diſt.*25. *quæſt.*2. *art.*1. *qu.*2. Nihi-
lominus ſola pronunciatio Papæ in
Conſiſtorio ſine ullo conſenſu electi
confert illico Epiſcopalem Dignita-
tem. Quare ſi ſic proviſus renuat E
conſecrari, debet renunciare; quod
poteſt facere etiam ſine Papæ licen-
tia; quia per hanc ceſſionem non
diſſolvitur conjugium. *Cap. quoniam*
quidam 100. *diſt. & cap. proximo.*
§. *Sed neque ſupra eodem*, & notant
Probus ad Joan. Monachum *in Cap.*
*generali num.*39. *de elect. in* 6. Fa-
gnan. *in Cap. quanto num.*10. *& ſeq.*
de translat. Epiſcoporum. Undè ſi
debet renunciare, ſignum eſt, quòd
officium poſſidet, non enim dimit-
titur, quod non fuit acquiſitum, &
receptum: nec ſolvitur, quod non
fuit ligatum ad Text. *in cap. diſſol-*
vendum de diſpenſ. Impuberum. Ad-
dito textu *in L. decem ff. de verb.*
oblig.

Adde quòd cùm per Cardina- 138
litiam dignitatem nullum contra-
hatur conjugium, ſed ſola dignitas
conferatur: ſic non requiritur pro- F
moti conſenſus. Imò ejus diſſenſus
nec officit, nec impedit, nec ullum
obicem interponit, quando Papa
vult reſolutè pronunciare, quòd Ti-
tius ſit Cardinalis; & de facto illum
in Conſiſtorio Cardinalem pronun-
ciat. Tunc enim verè Cardinalem
creat, & dignitatem Cardinalitiam
imprimit.

Augetur hæc ratio, quià Car-
dinalis efficitur quis per creationem, 140
adeoque, ut verè & in re Cardina-
lis exiſtat, ſufficit, ut ſit à Papa le- G
gitimè pronunciatus, non autem re-
quiritur, quòd ejus accedat con-

 ſenſus,

ſenſus; tanto magis, quià qui Cardinalis conſtituitur, non evadit Eccleſiæ ſponſus, ſicuti verificatur in illo, qui conſecratur Epiſcopus. Conjugium enim non perficitur ſinè contrahentium conſenſu. Imò ſi Epiſcopus ſine ſuo conſecraretur conſenſu, nulla eſſet conſecratio, quæ ſequitur leges de Adulto recipiente vel Baptiſmum, vel ordinem, quorum receptio dari nequit ſinè conſenſu recipientium ſecundum veriorem ſententiam ut infra.

Augetur ſecundò. Quià ſola
140 Pontificis pronunciatio alicujus in Cardinalem debet eſſe tantæ virtutis, & roboris ut dignitatem faciat, & imprimat ſine ullo conſenſu perſonæ pronunciatæ; non ſecus ac multi prætendunt de Baptiſmo, cæteriſque Sacramentis, quæ imprimunt characterem, aut de illo, qui faciem alicujus ſignat, in qua cicatrix remanet ſine ullo ſignati conſenſu. De quo latè infrà.

141 Augetur tertiò. Quià pro hac veritate facit id, quod aliqui referunt. Innocentium XI. cogitaſſe
H caſſare creationem duorum Cardinalium Ricci, & Tajæ, qui noluerunt Cardinalatus dignitatem acceptare, & in eam conſentire; Quod ſignum eſt, ipſos per ſolam pronunciationem evaſiſſe verè, & in re Cardinales, & non ſolùm acquiſiviſſe Jus, ad acceptandam talem dignitatem, illamque, in ſe recipiendi, ſed etiam ſtatim ac fuerunt pronunciati illam recepiſſe, & evaſiſſe tales tenendum eſt. Aliàs ſi Cardinales non evaſiſſent, non fuiſſet neceſſarium, eorum creationem delere.

142 Sed quid quid ſit de ſenſu præfatæ caſſationis, dicendum eſt, quòd cùm ſola pronunciatio ſine conſenſu pronunciati nihil operetur. Ità nihil delendum remanere. Inſuper dicendum, quòd prædicta cogitatio Innocentii XI. non tranſivit ad extra, nec executioni demandara; adeòque nullam probationem facit. Imò confirmat, dictam creationem ſemel factam, re bene conſiderata per Pontificem, non potuiſſe validè deleri, ſine expreſſa Juris renunciatione; nam cùm per ſolam pronunciationem verè, & in re Cardinales evaſerint, & dignitatem Cardinalitiam in ſe receperint, hæc auferri, deleri non potuiſſet abſque eo, quòd liberè admitteretur, illi formiter renunciando. Tandem dicunt, quòd ad illa officia requiritur I
conſenſus, quæ habent rationem conjugii, non verò ad cætera, ſicuti ad Cardinalatum.

Igitur ſupradictis rationibus in nihilo relevantibus, contrarium te- 143
nendum eſſe arbitror; Undè ſecunda ſententia eſt, officium, nimirum, & dignitatem quamcumque homini non inhærere verè, & in actu, niſi in illam feratur conſenſus, & expreſsè acceptata remaneat. Convincor ad ità dicendum ex prima conſtitutione Eugenii IV. hæc enim in §. Secundo diſponit per ſecretam in Conſiſtorio Romani Pontificis pronunciationem de alicujus perſona in Cardinalem, nullus Jus ſeù titulum re aut nomine acquiri, neque nominationem pro Cardinali competere, quouſque ſic pronunciati Cardinalatus eidem inſignia deferantur.

Itaque hæc conſtitutio probat evidenter, nullum prorſus Jus ac- 144
quiri pronunciato in Cardinalem, niſi prius conſentiat in delata inſignia liberè acceptanda. Undè ſequitur, quòd non conſentiens, & multo magis ſi diſſentiat, & inſignia recuſat, nullla tenus dignitatem Cardinalitiam acquirit. Sed ſolùm majori honore dignum reputari, Juxta ſupra dicta §. Antecedente. Secundum hanc Eugenii conſtitutionem,

dignitatem Cardinalatus in pronunciato de facto non recepitur, niſi realiter quis conſenſum præſtet, & acceptet. Sentiunt communiter Doctores Barbat. de præſtantia Cardinal. & Abbas *in Cap. ſi unamiter de poſtul.* Prælatorum. Calderin. *conſ. 1. de tranſ. Epiſcop.* & alii.

145 Omnis autem labor eſt inutilis, ſi quis prætenderet, præfetam Eugenii Conſtitutionem abrogatam remanſiſſe per decretum Conſiſtoriale S. M. Pii V. relatum à Cherubino Comment Bull. ad d. Conſtitutionem Eugenii *pag. mihi* 55. In quo ſtatutum fuit, ſic pronunciato Cardinali in Conſiſtorio ſecreto, etiam ſine delatione inſignium Cardinalatus competere Jus eligendi Romanum Pontificem. Et dicunt, intelligi non poſſe dictum Conſiſtoriale decretum de ferendo voto in electione Papæ ante delationem Inſignium, & bireti &c. niſi ille, qui fuit pronunciatus Cardinalis per aliam viam conſenſerit in ſui promotionem & Cardinalatum acceptaverit.

146 Nam contra ipſi adverſarii replicant, Eugenium Papam per ſuam Conſtitutionem ſanxiſſe, quòd pronunciatus Cardinalis ante receptionem Inſignium non evadat Cardinalis, nullumque Jus Cardinalitium obtineat. Præfatum verò Decrecum Pii V. contrarium ſtabilivit. Volens, quòd pronunciatus Cardinalis antè receptionem Inſignium ſuffragium ferat in electione Pontificis. Quæ electio ſolis Cardinalibus eſt commiſſa. Ergo decretum Pii V. ſuſtulit, & abrogavit Eugenii conſtitutionem.

147 Et pro ſuſtinendo hujuſmodi aſſumpio adducunt primo Conſtitutionem Sixti V. 50. §. 19. dicentis, quòd pronunciatus Cardinalis, recuſans acceptare rubrum biretum, Cardinalatus honore privatus remaneat; ſed privatio ſequitur ad formam, ergo ſola pronunciatio Cardinalis formam Cardinalitiam inducit, & Cardinalem verè, & in re facit, & conſtituit.

Secundo diximus ſupra, quod Innocentius in occaſione qua Riccius, & Taja Cardinales pronunciati noluerunt conſentire, nec recipere Inſignia, determinavit eorum creationem caſſare, quod eſt idem ac eos Cardinalitia dignitate Jam per ſolam pronunciationem acquiſita, privare. 147 a

Reſpondemus, decretum Pii V. pro conſenſu præſtando à Cardinali electo ſuſtuliſſe obligationem expectandi, & acceptādi Inſignia ad hoc, ut pronunciatus conſentiret & fieret in re Cardinalis. Non autem intellexit, quòd ſine ullo conſenſu Cardinalis evaderet. Imò pronunciatus Cardinalis per ipſum actum, quo ſe præparabat ad eundum in Conclave, & ad eligendum Pontificem neceſſe erat, quòd conſenſum ſaltem implicitum in Cardinalatum præſtaret. 148

Ad Conſtitutionem verò Sixti V., dicimus, quòd recuſans acceptare biretum, licèt aliunde in Cardinalatum conſenſerit, Cardinalatu privetur: non verò, quòd quis Cardinalis fiat ſinè ullo conſenſu. 148 a

Ad id, quod affertur de Innocentio XI. voluiſſe, nimirum, caſſare Creationem Tajæ, & Ricci nolentium in Cardinalatum conſentire, hoc aliud non eſt, niſi voluiſſe caſſare Decretum illud, quo voluit creare Riccium, & Tajam Cardinales, eorum ſuper venturo conſenſu, non quòd intellexerit, ipſos ſine conſenſu evaſiſſe Cardinales. 149

Unde firmiter tenendum juxtà 150

Euge-

Eugenii Conſtitutionem, nullum in re dignitatem acquirere, niſi prius in illam per ſuum conſenſum accedat. Nec Pius V. nec Sixtus per ſua decreta aliquid machinati ſunt contrà hanc diſpoſitionem.

151 Nec iterum replicent, Dignitatem Cardinalatus diverſam eſſe à quacumque alia, & ſpecialiter ab Epiſcopatu. Quia cùm illa fiat per Creationem à Summo Pontifice; Epiſcopatus verò per electionem; Illa ut perficiatur in homine, non requirit conſenſum, ſicuti requirit Epiſcopatus, qui fit per electionem & habet formam Spiritualis Matrimonii ex Juribus ſæpe allegatis.

152 Etenim hujuſmodi effugium ad excludendum conſenſum in Dignitates nullius eſt momenti.

Et in primis nomen electionis, & Creationis differunt, quo ad aliquas proprietates; Quatenus Creatio fit nullo præſuppoſito ſubjecto, aut merito; Et electio eſt unum ex pluribus capere *Reſol.* 15.*n.*18., & verè beneficium confert ad Jura allata *Reſ.* 22.*n.*8.51. Et tam de Epiſcopatu, quàm de Cardinalatu promiſcuè apud Doctores uſurpatur Nomen Creatio, & Electio. Imò, & Collatio habere poteſt vim electionis. Fagnan. *in Cap. nullus.n.*25. *de elect. lib.*4. Et dicitur donatio *Cap. Paſtulaſti* 15. *de conceſsione prabenda*, & *in Cap. Cùm acceſſiſſent de Conſtitutionibus*. Quia eſt quædam liberalitas. *Cap. relatum de Prabend. Et Cap.finali de Officio Vicarii in*6. Quod eſt verum reſpectu ejus, cui confertur. Non enim tenetur collator magis uni, quàm alteri conferre; Unde alicui conferendo, gratiam facit. At non eſt gratia ſimpliciter in dando ex eo, quia abſolutè tenetur alicui dare, & conferre; Et in neceſſitatibus non eſt gratia, nec liberalitas. *Cap. relatum in ver. liberalitas de prabend. Cardinal. Imol. & Abb. in dict. cap. Cùm acceſſiſſent*. Et collatio Beneficii non eſt actus Ordinis, ſed Juriſdictionis. Fagnan. *in Cap.vel non eſt compos n.*24. *lib.*1. Imò aliquando contingit, quòd collatio beneficiorum eſt duplex; neceſſaria, nimirum, quam collator facere tenetur. Altera voluntaria, quæ à mera voluntate dependet. Rebuſ. *in praxi benef.tit. de collat. nu.* 1. 2. Puteus *deciſ.* 100. *lib.* 3. Neceſſaria enim eſt, ut nominatis beneficia conferantur. Aut illi, qui inter probatos ab examinatoribus eſt electus tamquàm magis idoneo Parochiale beneficium detur. Aut præſentatos inſtituere, ut patet in *Cap. ex frequentibus. de Inſtitution.* quià tunc non exercetur aliqua liberalitas *l. rem legatam ff. de adimeu legat.*

Et inſtituere quid ſit, tradunt Canoniſtæ dicentes, quòd eſt 153 conferre Jus Canonicum in Eccleſia, aut Eccleſiæ beneficio *cap. ex frequentibus de Inſtit. Card. in Clement.* 1. *in* 6. *qu. in ſolut. n.*11. *de ſupplen. neglig. Pralat.*

Et quòd ad inſtitui requiratur conſenſus, & aſſenſus, non eſt 154 diſſidendum, ad dicta ſupra *Reſ.*23. & ſi quis ſcienter pateretur inſtitui in beneficium viventis, pellendus eſſet. *Fagnan. in cap.litteras n.* 28. *de conceſſione prabend. lib.* 3.

His perpenſis pro reſponſione ad ſupra facta argumenta. Et primo 154 a ad illa quæ ſignantur *litter. A.* parum refert, aſſerere promotionem alicujus in Cardinalem eſſe ſivè electionem, ſivè collationem, ſivè Inſtitutionem. Nam ſemper requirere conſenſum Jura cumulata concludunt: Per quæ ſatis reſpondetur ad dicta ſupra eadem littera A. & in his nolumus immorari, cùm

ex propriis terminis dilucidentur.

Ad authoritatem D. Bernar-
155 di ſuprà adductam *litt. C.* intelligendam eſſe dicimus ſecundum ea, quæ diſſeruimus in hac Reſolutione §. 2.

156 Nec contra facit, quòd aliquis ſtatim, ac eſt pronunciatus à Papa Epiſcopus ab omnibus vocetur talis. Primò quia ſolùm reputatur Epiſcopus cum addito, hoc eſt electus, quod eſt contra diſtinguere illum ab Epiſcopo in re, ut diximus ſupra *n.* 137.

157 Secundò, quià aſſerentes illum eſſe Epiſcopum ſupponunt, eumdem concomitanter conſenſiſſe. Et ita falſum remanet, quòd ſola pronunciatio Papæ faciat in re Epiſcopum vel Cardinalem; & in caſu, quòd facienda eſſet renunciatio; hæc non erit de dignitate jam acquiſita, ſed de ſolo Jure, quod per ſolam pronunciationem acquiritur ad poſſe conſentire, quandocumque voluerit, in termino tamen à lege vel à Superioribus præſcribendo, ut ſuprà dictum eſt *n.* 101.

Ad ea, quæ adducuntur ſupra
158 *litt.G.* Reſpondemus, nihil referre, quòd Cardinalis dicatur fieri per creationem ad inferendum, quòd pronunciatus ſtatim Cardinalis evadat ſine ulla dependentia à ſuo conſenſu, ex illa ratione, in quantum Creatio fieri debet ex nihilo ſubjecti, adeoque nullo exiſtente conſenſu.

Quoniam hujuſmodi Philo-
159 ſophiam verificari dumtaxat neceſſe eſt in creatione phiſica, & naturali, non autem in ſimilitudinaria, & Metaphorica, quæ ſolùm dicitur creatio quantum ad aliquam rationis ſimilitudinem, & contingit in pronunciatione Cardinalis, quæ dicitur per hoc, quòd Cardinalatus ſit Eminentiſſima dignitas, nec aliquem ad illam habeat Jus, ſic dicitur fieri ex nihilo Juris, & nulla Juris, præexiſtente ratione.

Cæterum, ut diximus, quan-
dò vulgaritèr tenemus Cardinalatum fieri per creationem, Tunc 160
non accipimus creationem ſecundum ſuum eſſe reale proprium phyſicum, naturale, & quatenus Res creata recipit à Deo primum eſſe reale, & ſubſtantiale; Sed quatenus analogicè, & ſimilitudinaliter ſecundum aliquid convenit cum vera, & reali Creatione. Et proindè pronunciationem Cardinalatus dici Creationem, quatenus fit nullo Jure nulla diſpoſitione nulloque præcurrente ſaltem proportionato merito ad illum.

Adeoque advertendum, nul- 161
lum huc uſque ſanæ mentis dixiſſe, Cardinalatum dare primum reale, & ſubſtantiale eſſe, ſed potius ex neceſſitate naturæ illud ſupponere, quia homini non adhuc nato, nec in rerum natura exiſtenti Cardinalatum ſupervenire reputatur chimera.

Quapropter, ſicuti ad primum 162
eſſe Creaturæ non poteſt dari indifferentia, & arbitrium ejuſdem creaturæ adeſſendum, nimirum, & non eſſendum; aut ad conſentiendum in illud. Nos enim non facimus nos. Cùm ſolus ipſe Deus nos faciat. Et non ipſi nos. Nam non eo ipſo, quòd Angelus ſivè homo creatus ſit, indifferentiam exercere poteſt ad exiſtere, & non exiſtere. Ita cùm creatio Cardinalis non det primum, ſed ſecundum eſſe accidentale, ideale, & rationis; Supponit in Creatura libera primum eſſe ſubſtantiale creatum; Adeoque etiam ſupponit humanum, & naturale arbitrium ad conſentiendum vel diſſentiendum in quamcumque ſupervenientem Dignitatem. Quem conſenſum, vel

d iſſeu-

diſſenſum poſſe naturaliter impediri, impoſſibile reputatur. Non ſecus ac diſcurrimus in omnibus ſecundis arbitrariis creationibus, dantibus aliquod ſecundum eſſe; Et ex neceſſitate ſupponentibus primum. Arbitrariis inquam tam ex parte dantis, quàm ex parte recipientis V. G. Baptiſmus in Adulto tam ex parte miniſtri conferentis, quàm ex parte recipientis eſt aliquod arbitrarium accidens, quod tam miniſter liberè confert, quàm ſuſcipiens liberè recipit, adeoque ſinè intenſione, & conſenſu tam dantis, quàm recipientis, nec datur, nec recipitur.

163 Et licèt Baptiſmus det primum eſſe in ratione vitæ Spiritualis, & æternæ. *Cap. quià paſſus circà fin. de conſecr. diſt.* 2. *& Cap. ad hoc diſt.* 4. *tit. eod.* Cùm ſit Janua Fidei, & Sacramentorum, *Cap. cum itaque in fin. de conſecr. diſt.* 4. Et quià per ipſum tàm originale, quàm actuale mortale, & veniale peccatum remittitur. *Cap. regenerante. Et cap. ſine pœnitentia dicta* 4. *diſt. de conſecr.* Semper tamen ſupponit in recipiente eſſe ſubſtantiale naturale, reale; Et ità non dat primum eſſe abſolutè, ſed ſecundum; Et conſequentèr Baptiſmus in Adulto non recipitur, ſecundum communem ſententiam, ut dicemus infra niſi præveniat recipientis conſenſus, cùm per ipſum in Adulto indicetur pœnitentia interior, quæ niſi ſit voluntaria non proficit. *Cap. omnis de conſecr. diſt.* 4. *cum duobus ſequentibus, & cap. ſinè pœnitentia ibidem.*

164 Et conſiderandum venit, quòd ſi non concurrente conſenſu quis Cardinalis evaderet, aùt in ipſo Cardinalitia dignitas reſultaret, onera tamen Dignitati copulata non exurgerent, ante quàm perveniret ad rationis uſum, & per aliquem Cardinalatus actum ratam Dignitatem haberet. Prò quò facit Sententia, quòd ſi Infans uſu rationis carens ordinaretur, Characterem reciperet; Imò etiam ſi eſſet in cunis validè ordinaretur Sacerdos. *Fagnan. Cap. tua litteræ de Cler. per ſalt. promot. lib.* 5. At ſi ordinatus antè uſum rationis, & perveniens ad talem uſum ſtatim contradixerit, non teneretur ad votum Caſtitatis. Quid quid dixerit Paludan. S. Antonin. Srephanus de Gaeta: cùm votum eſſe debeat voluntarium, propter quod ſemper requirit conſenſum voventis. *Cap. illud* 20. *q.* 1. *Cap. præſens q.* 3. *Cap.* 1. 27. *q.* 1. *Cap. cùm virum de Reg.*; *Et docet S. Th.* 2. 2. *q.* 88. *art.* 9. 165

Nèc quidquam facit impreſſio Characteris: quià votum eſt Ordini Sacro annexum ex Conſtitutione Eccleſiæ. *Cap. cùm olim.* Eccleſia autem non poteſt quemquam invitum obligare ad votum. *Cap. Integritas.* 32. *quaſt.* 1. *Cap. de his.* 28. *diſt.* ibi, *Quibus autèm voluntas propria Interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo licentiam auferre non poſſumus.* Et ibi Turrecramata *num.* 7. Sylveſt. *in verb. matrimonium* 8. *q.* 12. *ad fin.*, *Et in hoc conveniunt* Gloſſ. Innoc. Hoſtien. Antonius de Brutio. Card.; Et alii plures, *quos cit,* Fagnan. *lib.* 5. *de Cler. per Saltum Cap. tuæ litteræ.* Et favent ſpecialiter Coninch. *diſp.* 20. *de ordine dub.* 14. *n.* 135. Tolet. *lib.* 1. *Cap.* 61. Azor. *lib.* 13. *Cap.* 14. *qu.* 9. Henric. *lib.* 10. *Cap.* 14. §. 3., *Et* S. Tho. *addit.* 3. *par. q.* 39. *ar.* 2. *Et in* 4. *diſt.* 25. *artic.* 1. *q.* 2. Sot. *in* 4. *diſt.* 55. *q.* 1. *ar.* 1. Sanchez *de matr. lib.* 6. *diſp.* 30. Durando 166

exce-

excepto *in 4. diſt.25. q.2.* Cenſente in puero ordinem ſuſcepturo rationis uſum neceſſariò Requiri. Contrarium oſtendit Hoſt. *in Cap. vel non eſt Compoſ. n. 6*; Et S. Th. teſtatur *in 4. diſt, 25. qu.2. ar. 1,* Dicens ibi. *Alia Sacramenta in quibus Character imprimitur poſſunt pueri ſuſcipere, ut Baptiſmum, & Confirmationem. Ergo pari ratione Ordinem.*

167 Ad ea, quæ dicunt ſupra lit. I. Reſpondemus, quòd non ſolùm ad Dignitates, & Officia, quæ habent aliquam Conjugii ſpeciem, ut verè recipiantur, requiritur conſenſus, ſed etiàm ad quæcumque alia munera. Nàm cùm Officium quodlibet in Republica inſtitutum ſit ad aliquam ſingularem operationem communi bono utilem; ſempèr intèr dantem, & recipientem intervenir aliqua forma Contractus. Qui ſine conſenſu nunquam perficitur. ad Jura ſuprà allegata *Reſ.12.n.38. & Reſolut.15.num.235.*, & Officia inſtitui ad proximorum utilitatem replicata Jura decernunt. *vid. Reſol.8. num.39.96. ſeq.*

167 A Et ratio dictat, quòd Officium non libenter ſuſceptum nullum habet effectum. Et quod contrà voluntatem injungitur, inutiliter geritur, & contemnitur. Ea potiſſima Ratione. Quia bonum non datur, niſi voluntarium; Et quod quis per ſuum conſenſum non recipit, non amat; Et quod non amatur, negligitur. *Cap. præſens 20. qu.3.* ibi *Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit, & facilè contemnit. Nullum quippe bonum niſi voluntarium.* Qua propter factum ſine voluntate, & conſenſu non tenet, minuſque obligat. Potiuſque abolendum, quàm confirmandum, ad laudatum Textum ſæpè à Doctoribus allegatum *in Cap. licèt de Regular.*

167 B Unde cùm traditio cujuſcumque Officii, tàm temporalis, quàm Eccleſiaſtici imitetur formam Connubii inter conferentem & recipientem, inter ſubditum & Principem, aut Rempublicam; Et ſpecialiter in Eccleſiaſticis Dignitatibus, puta in Epiſcopatu *dicto Cap. ſicut alterius*, & etiam in quibuſcumque aliis. *Gloſſ. ibid. verſ. non ſolùm.* Abbas *in Cap. per venerabilem n. 21.* qui filii ſint legitimi. Et Conjugium deferat ſemper rationem contractus, & Contractus eſſe nequeat niſi inter duos. ad Text. *allegat. Reſol.12. n.38., & Reſol.15. n.235.* Ubi qui non conſentit contradicere videtur. Ideo de primo ad ultimum in hoc §. credimus concludendum, Epiſcopos, & Cardinales, & cœteros quoſuis Officiales à Principe legitimè pronunciatos, non eſſe verè, & in re tales, uſque dum per eorumdem liberum conſenſum Superioris, & Principis voluntas perficiatur.

168 Nihilominus ad totalem enervationem hujuſmodi difficultatis, non parcentes labori, nec arduos fugientes ſcopulos, quorumdam prætentionem examinare proficuum ducimus: Inſiſtentes Adverſarii ſolam Papæ verbalem pronunciationem alicujus in Cardinalem, vel Epiſcopum, aut in quamcumque aliam eximiam Dignitatem tanti eſſe roboris & virtutis, ut eadem ſine ullo prorſus conſenſu pronuncianti illum in tali Dignitate actu, & in re conſtituere ſatis valeat. Probant ex eo, quòd cùm poſt Deum in Orbe ſolus ſummus Romanus Pontifex potentia, & authoritate præpolleat, ſic cùm ſolo verbo Deus, unoque *fiat*, Cuncta mundi creaverit. *In Principio erat Verbum. Et omnia per ipſum facta ſunt. Jan. 1. portans omnia verbo virtutis* ſuæ. ad Hæbr. Cap. 1

Cœloſque ſolo verbo, & Spiritu Oris ſui confirmet. Hinc poſſe Summum Pontificem per aliquam ſimilitudinem, & analogicam proportionem, ſolà ſuæ vocis pronunciatione homines exaltare, & ſine ullo eorum conſenſu in Dignitatibus firmitèr ſtabilire. Tantò magis, cùm de Jure in multis Caſibus receptum ſit, fictionem idem operari, ac veritatem. *l. 1. ff. de adopt. L. cùm ex oratione. ff. de excuſat. tutor.* Et tantum fictionem operari in Caſu ficto, quantum veritatem in caſu vero *l. in princip. Cod. de rei Uxor act. l. 1. §. Hoc Senatus Conſul. ad Trebellian. cap. ad Audientiam de Cleric. non Reſiden. Quià paria ſunt eſſe talem, & haberi prò tali. Undè ſi ſtatutum dicat aliquem habendum eſſe prò Cive, erit verè Civis & realitèr, quando concurrit poteſtas in diſponente ſicuti in ſtatuentibus, ut poſſint creare Civem verum illum, qui non eſt Civis. Paris Conſ. 71. Conſultatio abſoluta n. 5. lib. 1. Cornel. Conſ. 189. in hac Conſultatione n. 5. lib. 2.*

Et ratio eſt quia quando ver-
169 ba proferuntur ab eo, qui habet
poreſtatem faciendi, licèt ſonent
in fictionem, quòd ſcilicèt habeatur prò tali, tamen faciunt verè talem. *Caſtrens conſ. 6. col. fin verſ. Cùm igitur lib. 1.* Nàm fictio Juris naturam imitatur, in quantum poreſt, *l. adoptio. ff. de adoption.* Bartol. *in L ſi is, qui pro emptore. ff. de uſu cap.*; Et paritatem hujus ſententiæ facere poſſunt de veris, & realibus caſibus, quos Chriſtus Sacramentorum auctor fecit, efficiendo ſolo verbo realiter Sacramenta, Characterem, & gratiam, ſine ullo recipientium conſenſu, paritatem inquam facere ad Ideales, & Rationis effectus, quos facere poreſt Pontifex de creando, & conſtituendo homines in Dignitatibus. Ità ut ſicuti Chriſtus Dominus ſolo verbo Sacramenta inſtituit, & reales effectus puta dictam gratiam, & Charitatem cauſavit, quod & quotidiè ejus virtute facit Sacerdos, & facere poteſt Laicus quicumque reſpectivè ad Baptiſmum. Ità Summus Pontifex ſola ſua pronunciatione de facto facit Titium eſſe Epiſcopum, aùt Cardinalem antecedentèr ad omnem ſuum conſenſum, & independenter ab eodem.

Nihilominus hanc paritatem
de Deo, qui ſoloverbo omnia facit 170
ad humanos Principes etiam per analogiam transferre ardua nimis res eſt. Attamen in caſu noſtro paritas de Baptiſmo non tenet, cùm & ipſe Deus in Baptiſmo adulti, conſenſum adulti requirat.

Sed adverſarii volentes per
ſolam Principis pronunciationem 171
alicujus, puta Titii perſonæ ad aliquam Dignitatem, & Officium, illico Titium verè & in re talem Dignitatem recipere, abſque eo quòd ullum ſuum præſtet conſenſum; Et hoc deducere prætendunt à paritate exempli de Baptiſmo, cui unicè innituntur, mordicùs defendentes, Baptiſmum validè conferri, ſuoſque effectus plene producere nullo interpoſito Adulti conſenſu. Ideo nos ad funditus hujuſmodi opinionem evertendam, Capiendæ veritatis amore, & cum aliqua digreſſione ſequenti §. vera à falſis ſeparando, Baptiſmum in adulto ſine ejus conſenſu non recipi demonſtrare conabimur.

§. V.

Adultus Baptiſmum validè non recipit, niſi ſuum interponat Conſenſum.

SUMMARIUM.

172 *Character eſt ſignaculum, quo aliquid inſignitur ad aliquem finem.*

173 *Character eſt ſignum ſpirituale indelebile.*

174 *Si mortuus ordinatus reſurgat non poteſt iterum ordinari.*

175 *Character imprimitur immediatè à Deo.*

176 *Confert eſſe figuram ad modum denarii.*

177 *Quid ſit facere Injuriam Sacramentis.*

178 *Sacramentum dirigitur ad homines.*

Sacramenta divinitus operantur. ibid.

179 *Baptiſmus eſt Sacramentum intrantium &c.*

180 *Sacramentorum ſubjecta quæ ſint, deſcribuntur.*

181 *Mortuos poſſe baptizari ſecundum hæreticos.*

In utero materno nemo poteſt baptizari. ibid.

184 *Homo in duplici ſtatu vivere poteſt.*

186 *Sine baptiſmo ſalus non habetur.*

187 *Infantes ſunt capaces recipien. Bap. ſine conſenſu.*

Referuntur effectus batiſmi, & prærogativa. ibid.

Circumciſio dabatur omnibus Pueris, & Adultis. Ibid.

188 *Opiniones referuntur. An requiratur. Conſenſus.*

192 *Probatur Concluſio. Affirmativa.*

193 *Diverſitas formalis infantis & Adulti.*

Baptiſmus eſt cauſa neceſſaria, & non reſpicit rationis uſum 206. ibid.

194 *Voces accipiendæ ſecundum principalia ſignificata.*

195 *Verba debent aliquid operari.*

201 *Uſque ad quem annum Puer dicatur.*

Pueri peccata committunt.

202 *Pueri non faciunt quid quid faciunt Adulti.*

203 *Puer & Adultus differunt in modo eſſendi & operandi.*

203 *Puer non poteſt ſe regere nec gubernare. 163. A. L.*

205 *Si Adulto dormienti applicetur Baptiſm.*

Baptiſmus eſt Cauſa neceſſaria. ibid.

206 *Sex ſunt hominis ætates.*

207 *Infans & Adultus dupliciter differunt materialiter & formaliter.*

208 *Infans non differt ab irrationali.*

Dantur Infantes optimè diſcurrentes, & Adulti ſtolidi. ibid.

209 *Puer quinque annorum rationis compoſ. ibib.*

210 *Malitia ſupplet ætatem.*

211 *Baptiſmus aliquando non reciperetur nec tanquam in Puero, nec tanquam in Adulto. 212. & ſeq.*

214 *Puer non tenetur reſpondere per ſe ipſum, ſed per alium.*
215 *Baptiſmus eſt optio.*
Baptiſmus datus per vim eſset injurioſus. ibid.
217 *Homo incipiens habere uſum rationis incipit eſse ſuus.*
Nullus compelli debet ad fidem. ibid.
Filii hebræorum non baptizandi invitis parentibus. ibid.
220 *Baptizans infantem remejus utiliter gerit.*
Pupillus eſt cujus ætas nihil decernere poteſt. ibid.
Pueri quàm citius baptizandi. Et eſt peccatum differre. ibid.

172 INter ſeptem Eccleſiæ Sacramenta dantur tria. Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo; Quorum quodlibet confert homini particularem ſtatum, figuram, & eſſe reſpectivè ad aliquem finem, & operationes vitæ ſpritualis faciendas, æterna gloria dignas S.Thom. *3.p. q.4.art.2.* ibi *Caracterem propriè eſſe ſignaculum quoddam, quo aliquid inſignitur, & ordinatur ad aliquem finem, proptèr quod unumquodque ex his Sacramentis particulari ſigno hominem contraſignat,*
173 quod Theologi nuncupant Characterem *Trid. ſeſſ. 6. de Sacram. Can.9.* ibi *Characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam Spirituale indelebile*; Et ita indelebile, ut ſemel impreſſum, nec per mortem, aut ſeparationem Animæ à Corpore, nec per damnationem æternam poſſit abradi corrumpi, & auferri; *Cap. quod quidam 1. q.1. Gloſſ. penult. in Cap. 1. qui Clerici; vel voven. Archidiac. in Cap. oſtenditur 4. diſt., Silveſter in verb. degradatio num. 9. Nàm ut inquit. Bald. cap. bona momoria, il primo num.3.de poſtul. Prælator. Mortificari quidem poteſt, ſed non funditùs mori. Trid. Can.4. ſeſſ. 23. de Sacram. Ordin.* ita ut ſi mortuus reſurgat, cùm primus Character indelebilis ſemper in Anima perſiſtat; non poteſt iterùm ordinari. Fagnan. *in 2. Cap. non poteſt n. 5. de Sent., & re Judic. pag. mihi* 182. Character enim non confertur per
miniſterium, ſed imprimitur in 175
Anima immediatè à Deo. §. *Verum 32.diſt.Sanct.Thom. 2.2.q.39. art. 3.* Sylveſter *in verb. Schiſmaticus n.3.*Fagnan.*in primo.cap.1.n.31* eſt enim quædam Figura intellectualis, indelebilis animæ infixa, per quam ſic inſignitus à non inſignito in Die Judicii diſcernitur *cap. fin. de Sacram. non iteran.* & ibi Innocen. Hoſtien.Jo.Andreas, & communiter canoniſtæ. Et patet ex definitionibus Concil.Florentini in decreto Fidei Eugenii IV. §.*V.* ibi *Qua Sacramenta Characterem, ideſt Spirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctivum imprimunt in anima indelebile.* Unde Characterem ſignarionem importare non eſt dubitandum. *S.* Thom.
cit. 3. p. q. 4. art. 1. & in Reſponſ. 176
ad ſecundum. Et conferre rei, cui imprimitur, eſſe, figuram, & imaginem. S.Thom. *modo cit.art.4.* ibi *Character imprimitur Anima rationali ſecundum Imaginem. Et dicta quaſt. art. 2. dicit*; quòd eſt ſicuti Character, quò inſignitur denarius. Ad uſum commutativum. profectò character addit novum eſſe donario in ordine ad alium finem. Quo exemplo in ſimili utitur Bald. *conſ.*38. Dom.Thomas.In fine *lib.1. dicens* ibi. *Forma non eſt aliud, quàm impreſſio materia, ſicuti figura Cæſaris, impreſſa ferro.* Nàm ſicut nummus habet Charagma Cæſaris; ſic homo habet Charagma Dei. Palea 88. *diſt., & Gloſſ.*

in

in Cap. 2. verſ. injuriam de Apoſtat. quærens, quid ſit facere injuriam Sacramentis per iterationem. Reſpondet, quòd eſt ſupra imaginem, & picturam jam impreſſam, aliam ſuperinducere; Quod eſt figuram primam obſcurare. ibi. Per *Characterem inſigitur anima quædam Imago, ſive pictura, vel Character, inde ſi alia imago ſuper poneretur, illa prima pictura obſcuraretur; Et ità videretur offuſcari primum Sacramentum*. Et Auguſtinus hoc idem in terminis advertit *cap. quod quidam* 1. *q.* 1.

178 Sed difficiliùs eſt, proprium cuilibet Sacramento aſſignare ſubjectum ſuſceptivum ejuſdem. Et in primis indubitatum recipitur, quòd cùm Sacramenta à Deo directa fuerint, non ad Angelos, ſed ad homines; homo dùmtaxat erit generale ſubjectum ſuſceptivum eorundem. Et quia Sacramenta a deo preparata fuerunt ad ſuccurrendum quamplurimis hominum neceſſitudinibus, & indigentiis, quas homo patitur in hac vita prò æterna comparanda ſalute; Sacramenta enim ſub ſenſibili corpore recondita, à ſecretis, vel Sacris virtutibus dicta; hominum ſalutem divinitus operantur. *Cap. multi. circa med.* 1. *q.* 1. Inde fit, quòd particulare ſubjectum cujusvis Sacramenti erit particularis homo, proùt ſtat ſub hac, vel illa indigentia, ſeu tali, vel tali hujus vitæ infirmitate, per tale Sacramentum reparanda.

179 Hinc Sacri Canones deſcribendo generale ſubjectum reſpectivè ad quodlibet Sacramentum dixerunt; Baptiſmum eſſe Sacramentum intrantium *Cap. nulla præter* 4. *diſt.* Extremam unctionem Sacramentum exeuntium. *Cap. ab infirmis* 26. *q.* 7. Confirmationem pugnantium. *Cap. Spiritus Sanctus de conſecrat. diſt.* 5. Euchariſtiam progredentium. *Cap. qui recedunt* 26. *quæſt.* 6. Pœnitentiam redeuntium, *Cap. his, qui* 26. *q.* 7. Ordinem verò, & matrimonium propagationis Sacramenta, ſivè ad naturalem, aut Eccleſiaſticam progeniem multiplicandàm fuiſſe inſtituta. *Cap. uos autem* 12. *q.* 2.

Ex quibus evidentèr panditur diverſitas, quam ſibi Sacramenta circà ſubjectum proprium aſciſcunt. Puer ex alvo Matris erumpens, intrando Mundum, intrat ad Fidem. Et datur Baptiſmus. Homo ægritudinibus oppreſſus ab hac vita egreſſurus extrema unctione fovetur. Item pericula tuendæ Fidei evitare contendens, contrà illa pugnaturus Confirmatione roboratur. Ad ulteriorem vitæ Spiritualis perfectionem pervenire ſollicitus, Cœleſti Pane Euchareſtiæ recreatur. Commiſſa crimina deteſtans ad Eccleſiam redire per pœnitentiam accelerat. Mundum hominibus propagare, & Sacras ædes de Sacris Miniſtris providere Matrimonium, & Ordinem frequentèr celebrari curamus. Sic ſubjectum Baptiſmi eſt homo nudus intrans ad Fidem. Subjectum extremæ unctionis eſt Homo baptizatus infirmitate gravatus, qui de vita exire compellitur. Subjectum Confirmationis eſt Homo Miſteria Fidei propugnare paratus. Subjectum ſuſceptivum Euchareſtiæ eſt homo ad vitæ Spiritualis perfectionem aſpirans. Subjectum Pænitentiæ eſt homo præterita plangens, & ad Juſtitiam redire vocatus. Subjectum Ordinis & Matrimonii; eſt homo naturalem progeniem, & Altaris miniſtros multiplicare intendens. Et licèt prænarratæ, & diverſæ qualitates in Homine reduci poſſint ad diverſos effectus, & fines cujuſvis Sacramenti. Nihilominùs ſempèr diverſificare 180

poſſunt

poſſunt ſubjecta, quatenùs ſubjectum dicere debet aptitudines ad illa, quæ quatenùs diverſa ſunt, diverſas aptitudines retinere neceſſe eſt.

181 Et ad ſubjectum Baptiſmi redeundo prò ejus declaranda, quam habet ab omni alio diverſitate, diximus eſſe hominem prout exit ab alvo materna, & intrat mundum ad Myſteria Fidei addiſcenda, & præcepta obſervanda. Tanquam de neceſſitate ſalutis Joan. 3., & ſolùm homines viventes eſſe capaces Baptiſmum recipiendi ad dementiam Cataphrigiorum deteſtandam, blaſphemantium mortuos ſinè Baptiſmo adhuc poſſe in ſuis corporibus utilitèr baptizari. Caſtro *verb. Baptiſmus. hereſi* 3. ex Philaſtrio. Aut poſſe inter homines unum prò alio, hoc eſt hominem vivum prò Defuncto Baptiſmum recipere. Marcioniſtæ ex Theophila. Et Caſtro, quod Cartaginenſe Concilium Tertium damnavit. In utero Materno unde-
182 quaque clauſos non poſſe baptizari communitèr receptum eſt. *Cap. ſi, ad Matris*, & duobus ſequentibus; *Et Cap. ſi baptizata diſt.* 4. Ubi dicitur, quod baptizata muliere prægnante, fœtus in ea non baptizatur. Licèt quidam dixerint, quòd ſi poſſibile eſſet, clauſum in utero, aqua tangi, utique baptizaretur, quos citat meus Averſa *de bap. q.* 67. *de miniſtro baptiſmi ſec.* 1.

183 Habes ergò Lector ex hucuſque collectis, quæ faciant ſubjectum capax, & quæ nullum ſubjectum reddant ad validum recipiendum Baptiſmum.

Tandem conſiderandum occurrit, hominem in duplici ſtatu vivere poſſe. In pueritia, nimirum, omni rationis uſu orbatum, & in Adoleſcentia rationis uſum exer-
184 centem. Unde cùm Baptiſmus non ſolùm dirigatur à Chriſto ad Infantes, ſed adultos etiam; inde ſequitur, quòd Baptiſmus præbendus homini adulto diverſam eſſentialitèr conditionem in ſubjecto requirat, quàm Baptiſmus Puero conferendus. Nam Baptiſmus recipiendus in Adulto requirit conſenſum in illo, per quem Adultus in ratione Adulti formaliter conſtituitur. Recipiendus verò in puero talem conſenſum non optat, quia formaliter pueritia omnem repellit rationis uſum.

Unde magna hac in re Authores torquet diſſentio; propter quod 185
quidam dixerunt Infantes, tàm cum rationis actu, quàm ſine, nullo modo eſſe capaces recipiendi Babptiſmum. Petrus Bruſius, & quidam Henricus apud Bernardum *Epiſt.* 240., & Anabaptiſtæ, quorum Author fuit Balthaſſar Pacimontanus; Alii verò protulerunt, quòd ut validus eſſet Baptiſmus in Infante, ſemper requirebatur ejus conſenſus.. Luterus *lib. de captivitate Babylon. Cap. de baptiſmo.* Melanchton, & alii apud Vaſquez *diſput.* 154. *Cap.* 2. vel ſaltem requiri conſenſum parentum. Duradus *in* 4.*diſt*.4. *q*.6. Palud. *q*. 4. & alii apud Averſam *q*.68. *ſec*.1. contrariùm tamen communiter recipitur, Infantes eſſe perfectiſſimè ca- 186
paces recipiendi validè baptiſmum ſine ullo prorsùs conſenſu tàm parentum, quàm proprio, ita & perpetuò amentes; quos Eccleſia ſemper ad Baptiſmum recipit. Ita Doctores omnes, & Patres apud Averſam loco modo allegato; Et faciunt centum ſacræ Scripturæ Textus. *Gen.* 17.14. *exod*.4.*n*.24. *Matth.* 11. *num*.26. *Marc*.10.14. *Luc.* 18. 15. *Ioan*.3. 3. *Act*.2. 39. *Cor.* 1. 16. Quia ſine eo ſalus non habetur. *Cap. firmiſſimè de Conſecr. diſt.* 4., & quià per ipſum remittitur peccatum

Origi-

Originale, quod ſine voluntate
contrahitur. *Cap. regenerante de*
Conſecr. diſt. 4., *& cap. ſine pænit.*
& Cap. majores Innocen. III., &
quia eſt fundamentum, & Janua
aliorum Sacramentorum. *Cap. cùm*
itaque in fine de conſecr. diſt. 4. pro-
prer quod Baptiſmus ſine cæteris
valet., non cætera ſine ipſo. *Cap.*
ſi quis per ignorantiam 1. *qu.* 1. *&*
ſeq., ejuſque virtutem non mini-
ſter, ſed Chriſtus ipſe operatur. *Cap.*
Baptiſmus de conſecr. diſt. 4., ita ut
etiam ſi parvuli non recta intentio-
ne offerantur, adhuc omnem utili-
tatem, & fructum reportant, & æter-
nam ſalutem conſequuntur. *Cap.*
non illud de conſecr. diſt. 4., ac pro
187 inde univerſalitèr, & ſine ulla ex-
ceptione validè ſemper confertur
Infantibus, ſine ullo rationis actu,
ſive proprio, ſive alieno, & rationis
uſu carentibus. Nihil relevante
contraria ſententia. Doctores com-
munitèr apud Averſam *quæſt.* 68.
ſect. 1. cum Sancto Thoma; ea po-
riſſima ratione, quia cogitare, pue-
ros habere poſſe aliquem ratio-
nis, & voluntatis actum, eſt ir-
rationabile figmentum & veritati
reluctans. Cajet. *art.* 10. Joan. An-
dreas cæterique cum Fagnano
lib. 3. *cap. majores de Baptiſmo.*
n. 1., *&* 40. ex paritate Circum-
ciſionis, quæ ſicuti olim ex præce-
pto Domini conferebatur tàm
Adultis, quàm parvulis, ſic hodie
Babtiſma utriſque eſt conceden-
dum. Trid. *ſeſſ.* 5. in decreto de
peccato Originali Can. 4., *& ſeſſ.* 7.
de Baptiſ. can. 12. 13., *&* 14. &
quæ ſuprà dixi *Reſolut.* 25. & re-
quiri voluntatem in Adulto optimè
exponit Fagnan loco modo *cit.*
n. 80. damnans coactionem abſo-
lutam, & permittens conditiona-
lem ad validè Baptiſmum recipien-
dum.
188 Unde An requiratur conſen-
ſus in Adultis prò Baptiſmi validi-
tate, quid ſentiendum ſit, triplex
circumfertur opinio. Aliqui di-
cunt Adultum, nec conſentientem,
nec diſſentientem, ſed merè paſſi-
vè, & indifferenter ſe habentem
validè recipere Babptiſmum, quæ
opinio tribuitur Cajetano, putans
habere fundamentum *in cap. majo-*
res in fin. ibi *Characterem tunc Sa-*
cramentalis imprimit operatio, cùm
obicem voluntatis contrariæ non in-
venit obſiſtentem. Quæ verba ad
rectum ſenſum reducit Fagnan.
in 3. *cap. majores de Baptiſmo n.* 78.
Alii dicunt non ſolùm hoc eveni-
re, ſi indifferenter ſe habeat Adul-
tus, ſed etiam ſi poſitivè reſiſtat, &
expreſsè contradicat, ita ut per vio-
lentiam, & per vim, & abſoluta
coactione baptizaretur: veluti ſi quis
reclamans immergeretur. Sic refert
S. Th. *in* 4. *diſt.* 6. *qu.* 1. *art.* 2. *q.* 3.
in corp. vel ſecundum Joan. Andr.
in cap. ſacris n. 15. *ver.* exemplum,
ſi Judæum, vel Paganum Chriſtia-
ni per vim ad fontem portent, &
baptizent. Quia plus eſt expreſsè
contradicere, quàm minimè con-
ſentire, ut ponderat Fagnan. modo
alleg. *n.* 82. *de quo* §. *ſeq.* ubi In-
nocentius ſententias refert.
Tandem communis opinio eſt
adultum non eſſe ſubjectum capax; 189
aptum, & diſpoſitum ad validè re-
cipiendum Baptiſmum, niſi forma-
liter ſuum in illum præbeat conſen-
ſum: ad differentiam Pueri, quem
rationis uſu orbatum Baptiſmum, &
Characterem recipere, coſtanter
aſſirmat.
Ex quo infertur, quòd ſi in
Adulto prò Baptiſmo validè reci- 190
piendo indiſpenſabiliter requiritur
conſenſus, hoc non oritur ratione
Sacramenti ſecundum ſe indepen-
denter, & præciſivè à ſubjecto con-
ſiderati, ſed reſpectivè ad illud, ita
ut Baptiſmus relatè ad Puerum,

non

non requirat cõſenſum:ralatè tamen ad Adultum requirat. Sicuti eadem forma frigoris in homogeneis congelat: In etherogeneis diſſolvit. Aut ſponſalia contracta inter impuberes altero diſſentiente ſolvuntur. Inter puberes, niſi uterque diſſentiat, ſolidantur.

Sed probatio hujus Concluſionis eſt. Quià, quæ requirunt
191 formæ ratione ſubjecti, ut in illo recipiantur, & exiſtant, ſi non ad ſint; ſubjectum dicitur incapax, & indiſpoſitum, & formæ non recipiuntur; ſed Baptiſmus in Adulto recipiendus exigit conſenſum ſubjecti. Ergo ſi conſenſus deſit Baptiſmus non recipitur. Minor in qua eſt difficultas oſtenditur.

Primò. Quia Puer, & Adultus licèt ſecundum corporis molem
192 ſint materialiter diverſa ſubjecta, diverſitate tamen formali non in alio diſcernuntur, niſi quia Puer eſt rationis expers: Adultus verò rationis compos. Ergo Baptiſmus recipiendus in Puero rationis uſum non quærit. In Adulto verò actum rationis expoſcit.

Reſpondent, quòd Baptiſmus
193 in puero, & Adulto cùm ſit cauſa neceſſaria reſpectu utriuſque non reſpicit differentiam de rationis uſu. Unde utrique applicatus ſuum neceſſariò ſortitur effectum: nihil obſtante illa materiali differentia de Corporis mole inter Puerum, & Adultum.

Sed contra eſt; & ſiſtendo in
194 dicta differentia de rationis uſu inter puerum, & Adultum. Nulla prorſus eſt ratio, quare Adverſarii nolint ullo modo attendere ad illam; ſed ſolùm ſecundum materialem diverſitatem inſpicere puerum, & Adultum. Et quare ita diſcurrere velint uſque modo in Eccleſia neſcierunt videre Patres, & Doctorum Turbæ. Quando è contrà omnis ratio dictat, voces accipiendas eſſe, non materialiter, ſed ſecundum eorum formalia, principalia &, diſtinctiva ſignificata. *L. cum lege ff. de teſtam. L. 1. §. Quod autem ff. de aleator. Cap. ad Audientiam 12. de decim.* Unde quis dubitare poterit differentiam de rationis uſu inter Puerum, & Adultum eſſe propriam, & principalem inter utrumque, & primariò, formaliter attendendam, non verò illam de ætate, & corporis magnitudine, quæ eſt materialiſſima, utpote in quocumque reſidens animali; ex S. Th. infrà *n. 163. A. O.*

Inſuper ſi Adultus, & Puer 195
ſolùm materialiter accipiendi eſſent in ordine ad recipiendum Baptiſmũ, nihil referret tot ſepientiſſimis Authoribus nominare utrumque, nimirum Puerum, & Adultum. Sed quia verba debent ſemper aliquid operari, ne ſuperflua judicentur. *L. 3. in princ. ff. de Jure Jurand. L. ſi quando 109. de legat. 1. L. fin. ff. ne quid in loco public. Cap. ſi Papa in fin. de privileg. in 6.* Ideò faciendo Doctores paritatem inter Puerum, & Adultum non conſiderant illam materialem, & brutalem differentiam de ætate, & corporis magnitudine, ſed ſolùm ſpecialiſſimam, & ſpiritualem qualitatem de uſu & exercitio rationis, quam in actu ponit prò recipiendo baptiſmo Adultus, & non Puer S. Th. 2. 2. q. 10. a 12. ibi. *Puer quamdiu uſum* 196
rationis non habet. Non differt ab animali irrationali.

Et hanc Chriſti Domini mentem fuiſſe cum dixerit Apoſtolis. Matth. 15. ibi. *Ite in Mundum Univerſum prædicate Evangelium omni Creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit &c.* Nam ly prædicare importat intelligentiam, & rationis actum in audiente; & ly crediderit deſignat

actum

actum liberum credendi; talia autem non in puero, ſed in Adulto dumtaxat poſſunt verificari.

197 Nec proficit, ſi replicent, Adultum Baptiſmum recipere, & Characterem, etiam ſi non credat, nec habeat animum, & propoſitum credendi, ac legem, & præcepta obſervandi: tunc enim licèt illicitè, & cum fictione baptiſmum recipiat, nihilominus remanet validè baptizatus, ut communiter Doctores.

198 Reſpondemus, præfata Chriſti verba à nobis fuiſſe adducta, ad oſtendendum, quòd per audire & credere non potuerit intelligere Chriſtus de Pueris, ſed tantummodò de Adultis, ac proinde non juxta illorum materialitatem, ſed dumtaxat de rationis uſu, qui ſolùm in Adultis, & non in pueris reperitur.

199 Item inutiliter replicarent, ſi dicerent, quòd in Sacramentis, in quibus non requiruntur pro materia actus ſuſcipientis, uti ſunt Pœnitentia, & matrimonium &c. neque requiritur alius voluntarius actus, nullum eſt inconveniens, Chriſtum producere, & imprimere poſſe cuicumque abſque ullo rationis actu, & conſenſu ſuſcipientis aliquem realem effectum. Sic à pari in Baptiſmo, ordine, & Confirmatione poſſe Chriſtum Characteres imprimere abſque ulla ſuſcipientium voluntate. Adeoque poſſe Principem per ſolam declarationem conſtituere, Subditum in quacumque Dignitate, non expectato ejus conſenſu.

200 Reſpondemus, Chriſtum hoc facere potuiſſe, non dubitamus, ſed quæſtio eſt, an ita de facto fecerit, quod omnino negamus ob rationes adductas. Et quia cùm Sacramenta inſtituta fuerint ad hominum utilitatem reſpectivè ad vitam æternam, tamquam ad finem ultimum, quæ ſine propriis actibus ſecundum præſentem providentiam comparari non poteſt. Ita & Sacramenta, quæ ſunt media ad illam, ſine voluntate ſuſcipientium recipi non permittit. Quæ voluntas licèt non eſſet neceſſaria ex neceſſitate Sacramenti præcisè ſumpti, ut dictum eſt, eſt tamen neceſſaria ex neceſſitate ſubjecti, quando ſubjectum uſum rationis habet, ad *Text. in cap. 1. de Cleric.* per ſaltum promotis; Et poſt Sanctum Thomam, Sanct. Bonaventura, Scot., & alii relati à Fagnan. *in 1. de tempor. ordin. cap. vel non eſt compos.*

Sed uſque ad quem annum Quis Puer vocari poſſit, ad 14. reſpondent Juris conſulti. Præcipuè prò Beneficiis obtinendis, ut habiles reddantur ad illa miniſtranda. *Cap. Pueri 22. q. 5. Cap. Indecorum, & Cap. ex ratione de ætate, & qualitate. Gloſſ. 1. hic Butrius num. 5. licèt hac Gloſ. verſ. quia ergo* Videatur intelligere de pueris ante Septennium, quia tunc diſcretionem non habent. Ego verò dicerem, quòd in ordine ad recipienda Sacramenta poſt Septennium eorum ſit requirendus conſenſus, cùm tunc ſint doli capaces, & peccata committant, furta, mendacia, perjuria &c. quibus plena eſt puerilis ætas, & ut commeminit Textus. Cap. Pueris de delictis Puerorum. 201

Licèt verum ſit, quòd ſecus ac Adulti Pueri teſtari non 202 poſſunt *L. 1. ff. de teſtam. Nèc Juramento obligari. Cap. Pueri 22. q. 5.*, nec matrimonium contrahere. *Cap. Puberes de ſponſal. Impuberum.* Neque Spirituale matrimonium facere, & profeſſionem emittere. *Cap. ad noſtram. Cap. ſignificantum Cap. virum de reg. in 6.*

Unde multò magis poſt annum decimum quartum erunt habiles ad perfectum præſtandum conſenſum. *Cap. cum vinum*, *& Cap. 1. de Reg. in 6.* licèt Pueritiam uſque ad annum 17. extendi vellet Ulpian. *L. 1. ff. de poſtulat.*

203 Cæterum Adultos ad validè Baptiſmum recipiendum in conſenſum erumpere debere multum conducit ponderare ultra allatas differentias inter Puerum, & Adultum, quòd in modo eſſendi, & operandi Adultus ſubſtantialiter diverſificatur à Puero. Et in ratione ſubjecti Adultus tales qualitates habet, quæ Puero convenire non poſſunt. Puer enim in modo eſſendi non poteſt ſe ipſum nec regere, nec gubernare; Licèt regere dicatur in ordine ad alios: gubernare ad ſe ipſum. Nihilominus gubernare, ut notat Brutius *n. 2.* reſpicit partem œconomicam. Regere reſpicit politicam. Sed certè ſi verbum Regere referatur ad ſe ipſum, non reſpicit œconomicam, ſed monaſticam, quæ eſt prima pars ethicæ, ut ipſe docui Ethicæ Lector in univerſitate Sapientiæ, & ſentit Joannes Monac. in præfatione ſexti *n. 3. verſ. nam cùm*. Monaſtica enim agit de regimine ſui ipſius: œconomica de Regimine Domus: Politica de Regimine Civitatis. Ariſt. 6. & hic. *cap.* 8. & Joan. Andr. *in proem. decretal. n.* 29. dicens. ibi. *eſt autem ethica, quæ habet mores informare, & virtutibus ornare, & dividitur in tres partes. Eſt ethica monaſtica, quæ curam ſui gerens, ſe virtutibus exornat, nihil in vita committens, quo non gaudeat. Nihil faciens pœnitendum. Economica docet Patrem familias bene regere familiam ... Politica ad rectores Urbium ſpectat, docens Rempublicam bene regere. Nam Reipublicæ curam ſuſcipiens, cunctorum ſaluti medetur ſua prudentia ſolertia, Juſtitiæ libra, fortitudinis ſtabilitate, ac temperantiæ patientia*: Regere autem, & gubernare multi ſynonima eſſe volunt, tam in ordine ad ſe ipſum, quàm ad alios. Sed Regere ad ſe ipſum referri, Philoſophus ait de Regimine Principum. *Se ipſum regere Summa Sapientia eſt*. Gubernare autem refertur ad alios. Convincunt Textus *in Cap. penult. de Cleric. ægrotantibus* ibi *Eccleſiam ſibi commiſſam ſalubritèr gubernarent. Cap. in ſingula de præbend. in 6. & alibi ſæpè*.

Sed quomodocumque ſit, Puer 204
ſe nec regere novit, nec gubernare. *Cap. Judeorum de ætat.*; *& qualit.* itaut, ſi famelicus Puer panem petat, fame perit, cùm non ſit, qui frangat. Unde ſi Audultus ſe gubernat, & regit, neceſſe eſt, quòd in ordine ad Sacramenta, ea bene, vel male ſuſcepturus velit, & intelligat. Quos actus ſi ſimulare prætenderit, cùm ipſa pretenſio ſit ei voluntaria, voluntaria etiam redditur ſimulatio: ſicuti de ſimulato Contractu dicitur *L. 3. cod. plus valet, quod agitur*; Et vide Cœpolam *in tractatu de ſimulat. contractibus*. Et hæc ſimulationis voluntas in foro externo ſufficit, ut Sacramenti ſuſceptio voluntaria præſumatur.

Nequè dicas, quòd ſi Adul- 205
to non cogitanti, & dormienti applicetur materia, & forma Babptiſmi, cùm hæc ſint cauſa neceſſaria ſuum effectum, & Characterem producerent; quia nullus ex parte ejus requiritur conſenſus. Reſpondemus, quòd Cauſa quantumvis neceſſaria, ſi non inveniat ſubjectum aptum, formam non cauſat. Adultus verò quoad modum eſſendi, & operandi eſt diverſum ſubjectum à Puero; Ac proinde Sacramentum reſpectu Adulti, nihil operaretur, ſi inveniret Adultum ſine

ullo

ullo conſenſu, ac ſi eſſet Puer. Puer ergo ad differentiam Adulti non valet ſe ipſum nec regere, nec gubernare. Adultus verò rationis uſum aſſecutus, ſe ipſum gubernat, & regit.

206 Sed nota, quod ſex ætatibus Mundi generatio, & hominis ſtatus complentur. Gloſſ. *verſ. perfectus. in Cap. Sacroſanctæ in Proœmio lib. 6.* Inter quas prima eſt Infantia uſque ad ſeptimum annum. Secunda Pueritia uſque ad duodecimum, vel decimumquartum. Tertia Adoleſcentia uſque ad vigeſimumquintum. Quarta Juventus, vel virilitas uſque ad 50. Quinta Senectus uſque ad 70. Sexta Abinde. Quænam ex his uſu rationis polleant præter Infantiam, cæteras pollere non dubitamus.

Et credimus Infantem, &
207 Adultum in duplici differentia verſari, una quæ eſt omnino materialis, & per accidens, quæ conſiſtit in ætate, & Corporis mole per exiguitatem, ut videmus in parvulis, & per magnitudinem, ut experimur in Adultis. Dixi, quòd hæc differentia eſt omnino materialis, & per accidens, imo & brutalis ex S. Doct. 2. 2. *q.* 10. *art.* 12. ibi *Puer quamdiu uſum rationis non*
208 *habet non differt ab animali irrationali.* Etenim inveniemus parvulum optimè diſcurrentem. Adultum verò ſtolidum, atque rationis uſu carentem. Quod præter experientiam. in Sacris Canonibus exempla
209 demonſtrant, de puero quinque annorum Jurante, deſtante, blaſphemante. Hoſt, & Joan. Andreas *in Gloſſ. verſ. grandjuſculi. in Cap. Pueris, de delictis Puerorum.* Et Gregorius Papa in ſuo Dialogo mentionem facit, & terrorem incutit, dicens à Diabolo talem puerum raptum fuiſſe; Et quòd rationis uſus aliquando infantiles annos

excedat, convincit vulgare dictum, 210
quòd malitia ſupplet ætatem, ita ut parum juvet corporis exiguitas, & parva ætas. Si malitia ſuper excreſcat: ut leges omnes admittunt Gloſſ. *ver. pubeſcere in dicto Cap. Pueris de delict. puerorum; Et Cap. de illis. de Sponſal. impub., & cap. ultimo, & alibi pluries.*

Alia differentia inter Puerum,
& adultum dicitur formalis eſſen- 211
tialis, atque Conſtitutiva utriuſque ſtatus. Nam Infans, ſeu Puer conſtituitur per carentiam rationis uſus, quæ conſiſtit in defectu tàm potentiæ proximæ, quàm actus intelligendi, & volendi. Tunc enim cùm Infans habeat Organa imperfecta Superioris potentiæ impediuntur operationes, nec poſſunt in ſuos erumpere actus.

Adultus verò perficitur in ſuo eſſe, & conſtituitur per rationis po-
tentias, & actus, & perfectum uſum, 212
& exercitium earundem. Ita ut ſi miniſter aliquis applicaret materiam, & formam Baptiſmi alicui Adulto, non habenti rationis actum, Baptiſmus non reciperetur in illo, quia in hoc caſu Adultus non eſſet formaliter Adultus, quia deficeret à conſtitutivo formali adulti.

Ita è contra. Si Baptiſmus dic-
ctus ſit ad Infantem, carentem ratio- 213
nis uſu, & Infans reperiatur talis, utique Baptiſmum validè recipiet. Si verò contingat caſus ſuprà allatus, quòd Infans annorum quinque, rationis uſu prædictus ſit, & malitia creverit ſuper ætatem, tunc Baptiſmus non recipietur in illo tanquam in Infante, cùm talis Infans per accidens non ſit ratione orbatus. Sed potius recipitur in illo tanquam formalitèr Adulto, cùm uſu rationis polleat. Sicuti è contra in adulto carente uſu rationis per accidens etiam reciperetur baptiſmus tanquam in Puero.

Hanc differentiam inter Pue-
rum, & adultum cognoverunt Pa-
tres, volentes Puerum loqui ne-
ſcientem, non teneri reſpondere ad
interrogata. Adultum verò per ſe
ipſum teneri. pro quo facit Augu-
ſtini Textus de Baptiſmo. ibi *Cùm
pro paruvlis alii reſpondent, ut im-*
214 *pleatur erga eos eelebratio Saera-
menti, valeat utique ad eorum
Conſeerationem, quia ipſi pro ſe
reſpondere non poſſunt. Si pro eo,
qui reſpondere poteſt, alius reſpon-
deat, non itidem valet. Ex qua
Regula illud Evangelii dictum eſt.
ætatem babet, ipſe pro ſe loquatur.*
per quod ſolidum remanet, ſi adul-
tus, qui poteſt ſuum voluntatis
actum exercere pro recipiendo
Babptiſmo non exercet; Babptiſ-
mus non tenet. Infans, dum reſpon-
dere non valet, ſi alius reſpondeat,
validè Baptiſmum recipit. Ad quod
Doctores communiter advertunt.
Fagnan. *in* 4. *Cap. tuæ frater nitati
de Sponſal., & matrim. n.*8. *ibi-
dem ſuadetur exemplo Baptiſmi,
nam qui fari poteſt, non baptizatur,
niſi ipſemet Reſpondeat. Cap. eùm
pro parvulis de Conſecrat, diſt.* 4.
Sylveſter *in verb. Baptiſmus* 4.*n.*12.
Sed ut clarius adhuc fiat, quomo-
do adultus, ſi non conſentiat, non
recipiat Baptiſmum, & infans reci-
piat.

Attendat, quæſo Lector. Baptiſ-
215 mum eſſe optionem altioris vitę ſpi-
ritualis in ordine ad æternitatem,
& importare obligationem ſervan-
di multa Dei mandata ſub graviſſi-
ma pœna: adeoque eſſe de re ad-
modum relevante, & Baptiſmum
dari non debere Adulto per vim, &
ſine conſenſu recipientis, aliàs illi
maxima fieret injuria.

Diximus eſſe optionem vitæ
ſpiritualis, hoc eſt electionem
216 Optare enim idem eſt aç eligere.
*L.*3. §. *Item ſi optare ff. ad exhib.*
Diximus fieri non debere ſine con-
ſenſu Adulti recipientis; aliàs illi
maxima fieret injuria; quod eſt non
Jure fieri. *L.*1. *ff. de injur.*, & eſt fieri
damnum injuria datum. *L.*1., *& L.*5.
ff. ad Leg. Aquil. & eſt iniquitatem
efficere, & injuſtitiam. *L.*1. *in prin.
ff. de injur., & fam. libel. L.*45.
§. *Procurator ff. de procurat.* Unde
talis baptiſmi attentatio eſſet nimis
Adulto injurioſa; ut notat Juris-
conſul. contra. *L. ultima ff. de offic.
procurat.*

Recipiens enim Baptiſmum ſi 217
ſit Adultus habet libertatem reji-
ciendi illum, S.Doct.2.2.*quæſt.*10.
*art.*12. ibi. *Quia homo poſtquàm
ineipit babere uſum liberi arbitrii,
ineipit eſſe ſuus, & poteſt quantum
ad ea, quæ ſunt Juris Divini, & na-
turalis ſibi ipſi providere: & tunc
eſt indueendus ad fidem non coa-
ctione, ſed perſuaſione.* Jus autem,
& injuria diverſa ſunt, & non poſ-
ſunt ſtare ſimul. *L.*1.§.1. *ff. ſi quod,
paup. fee. dic.*

Diximus Baptiſmum dari non
debere Adulto per vim, & ſine con- 218
ſenſu recipientis; etenim ad fidem
nemo cogendus eſt; *Cap. ad fidem*
23. *quæſt.*5., *& Cap. ſicut de Jud.*
& Gloſſ. *verſ. nota*. ibi. *Quòd Ju-
deus non eſt eompellendus invitus
reeipere Baptiſmum ... quia ſi ab-
ſolutè compellatur, non reeiperet
Cbaracterem, & verſ. Cbriſti Fidem*
ibi. *Quod nullus compelli debet ad
fidem, quia fides ex neceſſitate eſſe
non debet. Cap. quid autem* 45.*diſt.*
Et quod majus eſt, neque invitis
parentibus filii Baptizandi ſunt.
S.Th.2.2. *quæſt.*10.*a.*12. 3.*p.q.*68.
*art.*10. ibi. *Quòd Eeeleſia uſus nun-
quam babuit, quòd Judeorum filii
invitis Parentibus baptizarentur.*
de baptiſmate. *Cap. Majores.* Quia
repugnat Juſtitiæ naturali. Nam fi-
lius naturaliter eſt aliquid Patris, &
natus continetur ſub Parentum Cu-

ra. *Et*

ra. *Et in argumento ſed contra* dicit, *nemini faciendam eſſe injuriam.* Fieret autem Judeis injuria ſi eorum filii baptizarentur eis invitis, quia ammitterent Jus Patriæ poteſtatis in filios. Per quod concluditur, quòd ſi fieret injuria baptizare filios invitis parentibus; non minus injurioſum eſſet Baptizare Parentes ipſiſmet invitis. Ecce quomodo, quòd ſi Adultus non conſentit, Baptiſmum quocumque modo illi datum non recipit, quia Adultus ſine conſenſu non eſt aptum ſubjectum ad recipiendum Sacramentum.

Quòd Infantes verò baptiſmum illis ritè applicatum validè,
219 & licitè recipiant, nulla difficultas occurrit, quia de ratione Infantis, ut ſit aptum ſubjectum Baptiſmi, ſufficit, quòd ſit nudus, & omnis qualitatis expers, & non habeat nec velle, nec nolle, & merè paſſivè ſe gerat, in ordine ad quaſcumque formas recipiendas, & hoc ex ſpecialiſſimo Dei beneficio, volentis illos ſalvare, cùm ſollicitè pronunciaverit Chriſtus Matth. . . . . . *Sinite parvulos venire ad me.* Aliàs illa ætas remaneret omni remedio deſtituta, cùm præter baptiſmi beneficium nil aliud pro pueris ſalutis remaneat. *Cap. nulla de conſecr. diſt.* 4. ibi. *Nulla præter Baptiſmum Chriſti ſalus promittitur Infantibus.* Et Eccleſia hunc morem ſemper retinuit, & à Chriſto recipiſſe credendum eſt. Eò vel magis, cùm Baptiſmus, ut diximus ſupra *n.* 163. non inferioris conditionis exiſtat, quàm circumciſio, quæ tam Adultis, quàm parvulis conferebatur, ut meminit Fagnan. *in 3. Cap. majores de Baptiſ.*

Ex altera verò parte quilibet
baptizans rem infantis utilter gerit, 220
& eſt quaſi Tutor illius, & defenſor ejuſdem. *L. 1. de tutelis.* Et Pupillus eſt, cujus neque ſcire, neque decernere ætas poteſt. Paulus *in L. Pupillus ff. de acquirend., vel omitt. hared.* Unde debent alii, & Eccleſia ipſis providere de mediis neceſſariis ad ſalutem, S. Th. *in 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 1. quæſt. 2.* Imo laudabile omnino erit, quòd quàm citius baptizentur S. Thom. *med. cit.*, & peccatum committitur ſi differatur, ut idem Sanctus obſervat.

§. VI.

Eadem veritas de Baptiſmo magis Probatur, & oſtenditur Ab Innocentio III. *Cap. majores de Baptiſmo*,

SUMMARIUM.

221 *Ad Baptiſmum non requiritur conſenſus.*
222 *Ad Baptiſmum ſufficit indifferentia. Cajet.*
223 *Suſcipiens Sacramenta, quorum materia ſunt actus ſuſcipientium, debet eſſe rationis compos.*
224 *Baptizandus non poteſt impedire, quòd aqua non mede faciat, ſic quòd non imprimatur Character.*
226 *Baptiſmus enumerat inter Dei filios.*
227 *Quod non eſt de neceſſitate in uno, nec debet eſſe in alio.*
229 *Sola Charitas remittit peccata.*
231 *Originale propria voluntate non contrahitur, ſic neque deleretur. Sicuti è contra actuale.*
232 *Unum peccatum non poteſt ſine altero remitti. Originale ſine actuali, & è contra.*
234 *Eſt contra Religionem compellere aliquem ad Baptiſmum.*
235 *Plus eſt expreſsè contradicere, quàm non conſentire.*
236 *Tunc Characterem Sacramentalis imprimit operatio, cùm obicem contraria voluntatis non invenit.*
238 *Sacramenta non ſunt Inſtituta ad Injuriam faciendam.*
239 *Natura libertatis eſt faciendi quodcunque placet.*
Alias injuriam pateretur voluntas. ibid.
241 *Baptiſmus non dirigitur ad Angelos &c.*
Diverſitas ſubjectorum reſpectivè ad diverſa Sacramenta ibid.
245 *Baptiſmus cum fictione receptus etiam cauſat Characterem.*
246 *Fictio eſt mortale peccatum.*
Ad Baptiſmum validè requiritur voluntas. ibid.
Contraria non ſe compatiuntur in fin. ibid.
247 *Baptiſmus requirit conſenſum. ſaltem ratione annexi tranſit de ſtatu ad ſtatum.*
252 *Quid & quot ſunt ſtatus.*
253 *Quid ſit obligatio.*
257 *Pro Baptiſmo ſufficit generalis Intentio vel propria, vel ſuppleta 214. 216.*
263 *Epiſcopus fieri non poteſt ſine conſenſu.*
264 *Receptio Baptiſmi non eſt paſſio coacta.*

ANte quàm mentem Summi Pontificis declaremus, ſententias, quas ipſe refert in *dicto cap.* 221
majores recognoſcamus ad noſtram eruditionem neceſſe eſt. Ipſe enim dicit, aliquos ſuppreſſo nomine mordicus defendere abſolutè, & univerſaliter ad baptiſmum non requiri conſenſum nec in parvulis nec in dormientibus, nec in amentibus nec in furioſis, nec in pueris aut infantibus, nec in adultis. Imo baptiſmum recipi non ſolùm in diſſen-

tientibus; ſed etiam in contradicentibus & omnimodè invitis.

Sed ſententiam non minus
222 falſam, licèt mitiorem tenet Cajetanus *3.parte quæſt.68. art.7.* dicens, in baptiſmo non requiri adulti conſenſum, ſed ſufficere, quòd aliquis ſe habeat merè negativè ſeu neutraliter, aut indifferenter, aut quod non ſit nec conſentiens, nec diſſentiens ad illum. Et ejuſdem mentis eſt Martinus Ledeſma, & nonnulli recentiores Thomiſtæ, inter quos ſerra hìc *art.7.dubio unico*.

Cæterum Sententia Cajetani & ſequacium, Baptiſmum non requirere in adulto formalem, & poſitivum conſenſum probatur *loco citat.* §.*His excurſis* .. ibi .. *per hæc verba, ad Baptiſmum ſufficere in adulto non inveniri obicem voluntatis contraria ex authoritate Innocentii III. in Cap.Majores.Ibi enim mota quæſtione de ſuſcipientibus characterem, & relata opinione quorumdam, dicentium, characterem imprimi etiam in invitis*, concludit per hæc verba in calce, *tunc ergò characterem Sacramentalis imprimit operatio, cùm obicem voluntatis non invenit obſiſtentem*. Quorum verborum germanum ſenſum infra dilucidabimus.

Promovetur tamen ab adver-
223 ſariis hæc ratio, volentes, quòd licèt ſuſcipiens baptiſmum debeat eſſe homo, non tamen requiri ex neceſſitate baptiſmi, quòd ſit rationis compos, aut expers, ſivè quòd debeat eſſe ſuſcipiens liber, aut neceſſarius. Nam licèt dicendum ſit, quòd ſuſcipiens Sacramenta, quorum materia ſunt actus ſuſcipientis, uti ſunt matrimonium ex Pœnitentia. S. Doctor *in 4. diſt.25. quæſt.2. art.1.* debeat eſſe rationis compos, non tamen hoc dici debet de aliis, quæ habent externam materiam, cui quando forma copulatur, habent vim efficacem, & neceſſariam ſignandi, & imprimendi in ſubjecto quantumvis nolente, reſiſtente, & invito characterem ſaltem, reſpectu cujus homo non poteſt eſſe indifferens ad recipiendum illum, aut potens ad illum repellendum, & recuſandum. Diſcurrunque pari paſſu de effectu naturali baptiſmi, ac de ſupernaturali. 224

Nam dicunt, quòd ſicuti baptizandus non poteſt impedire, quòd aqua ſeu ablutio juncta cum verbis ſupra ſuum caput effuſa non madefaciat caput: ita impedire non valet, quòd ſupernaturalem characterem producat, & imprimat. Non ſecus ac ſi alicui applicaretur ignis, fieri non poſſet, quin ipſum combureret. Et hoc ex divina omnipotentia, quæ ſolo verbo, omnia facit, omnia creat, atque divina diſpoſitione. Nam ſive Petrus, ſive Paulus ſive Judas baptizet, Chriſtus eſt, qui baptizat. Joan. 1. *ver.33.* & ad Corinth. 1.13. Auguſt. *tract.6. in* Joan. *ante med.*

Unde ſicuti non datur in ho- 225
mine baptizando quantumvis libero, nec poſſe nec indifferentia nec tempus ad deliberandum, nec malitia ad impediendum, quòd aquæ effuſio Titium non madefaciat, ita quòd aqua copulata verbis in anima characterem non imprimat.

Cæterum ſi Titius eſſet cauſa 226
libera potens, & indifferens ad repellendam, & impediendã ſpiritualem characteris productionem, Baptiſmus non eſſet cauſa efficax, & prævalens, ad vincendam hominis reſiſtentiam, atque ad ſignandum illum, ut in Dei populum, & ut inter Dei filios enumeratus veniret. S.Thom. *in 4. diſt.4. quæſt.2.art.3. quæſt.4.ad ſecundum*.. ibi.. *Per characterem homo configuratur, ad hoc, quòd ſit de Cœtu fidelium & particeps Hierarchicarum actionum*. Et

non

non eſt poſſibile, quòd cauſa libera impedire poſſit cauſæ neceſſariæ debitè applicatæ influxum, puta combuſtionis, vel madefactionis, ſi ignis aut aqua ſibi debitè approximentur.

227 Hinc non requiri conſenſum in adultis; Probant ex eo. Quia tota efficacia Sacramenti baptiſmi ſiſtit ex parte ipſius Sacramenti, & ſolùm requirit ex parte patientis capacitatem, ſine contrarietate. Ut videmus in parvulis. Et ſic quòd non eſt de neceſſitate in uno, nec debet eſſe de neceſſitate in alio, hoc eſt, quod non eſt de neceſſitate baptiſmi reſpectu parvuli, nec debet eſſe de neceſſitate reſpectu Adulti. Ita Authores apud Cajetanum *loc. citat. 3. par. q. 68. à 7. de quibus infrà.*

228 Et ad venerandum, quid ſenſerit Sancta Sedes, hoc in arduo negotio, non parum conducet conſiderare, quæ fusè deſcripſit Innocentius Tertius in dicto *Cap. Majores*, pro ſtabilienda veritate, in adultis ad baptiſmum validè ſuſcipiendum conſenſum requiri.

229 Et primò, *in d. Cap. Majores præfatus Pontifex*, referens ſententiam Hæreticorum, Parvulis, nimirum, non eſſe conferendum baptiſmum: Cùm Baptiſmus ex Sacris Scripturis ſolùm per charitatem peccata remittat. Jacobi. *Charitas operit multitudinem peccatorum*, & Lucæ 7. *remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et parvuli, qui nec ſentiunt, nec conſentiunt, charitatem non habent.

230 Reſpondet ibi Pontifex præfatas authoritates, ut hæreticos confundat, ſolùm intelligendas eſſe in adultis, qui propria voluntate pollentes, habent multitudinem peccatorum, & charitatem ſolùm ſentientibus, & conſentientibus infundi. Ergo Potifex ſentit, adultos pro baptiſmo validè ſuſcipiendo, teneri per propriam voluntatem illum comparare.

Secundò, Innocentius ut ſupra diximus, *num. 164. probat in dicto cap.* Adultos debere conſentire ex paritate peccati originalis, & actualis, quòd ſicut illud propria voluntate non contrahitur, ita propria voluntate non remittitur. Actuale verò, ſicut propria voluntate committitur, ita ſolùm propria voluntate deletur. Et ita adultos teneri in baptiſmum conſentire, ſi fructu remiſſionis velint gaudere. Nam baptiſmus pro illa parte, qua actuale peccatum delet, naturam Sacramenti pœnitentiæ imitatur, quæ ſine voluntaria retractatione peccata non diluit; licèt Cajetanus dicat, hoc baptiſmum non habere rationem ſui, ſed per accidens. At cùm Baptiſmum ex vi ſuæ inſtitutionis etiam actualia peccata delere neceſſe ſit, non per accidens, ſed per ſe hoc facere tenendum eſt. 231

Tertiò, Probat Pontifex, quòd quia amentes, & dormientes non conſentiunt, ſic illis non confertur baptiſmus. Et dicit unum peccatum ſine altero non poſſe remitti, nec originale ſine actuali, nec actuale ſine originali. Et Deus, qui totum hominem fecit in Sabbato, opus imperfectionis non novit. Et ob hoc peccata non ex parte, ſed in totum remittit. 232

Quartò, Probat quod Amentes, & dormientes baptizantur validè, ſi ante ſomnum, & amentiam ſuſcipiendi baptiſmum habuerint voluntatem. 233

Quintò, Probat obſervando, aliquos Authores ſenſiſſe, quòd Sacramenta, quæ per ſe ſortiuntur effectum, ut ſunt Baptiſmus, confirmatio, & ordo dari poterant Invitis, & contradicentibus ut ſupradictum eſt *num.* 177. ſaltem quantum 234

ad

ad characterem. Ad hoc reſpondet Pontifex, hoc eſſe contrarium Religioni Chriſtianæ, quòd ſemper invitus, & pœnitus contradicens ad baptiſmum compellatur. Unde ſentit, quòd baptiſmus in adulto ſemper pro ſua validitate, ſuſcipientis voluntatem requirit.

235 Et infra dicit, *ille verò, qui numquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem nec characterem ſuſcipit Sacramenti. Quia plus eſt expreſsè contradicere, quàm non conſentire dormientes, aut amentes ſi priuſquàm in amentiam incurrerent, aut dormirent in contradictione perſiſterent; quia in eis intelligitur contradictionis propoſitum perdurare, ſi fuerint ſic immerſi, characterem non ſuſcipiunt Sacramenti. Secus autem ſi prius catechumeni extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptiſmi recipiendi.*

236 Tandem concludit; *Tunc ergo* characterem *Sacramentalis imprimit operatio, cùm obicem voluntatis contraria non invenit obſiſtentem.*

237 Quorum verborum ſenſu utitur Cajetanus *loco citat.* ad firmandum in adultis non requiri poſitivam voluntatem, ſed ſufficere non habere contrariam. At fallitur. Quia remedium non habendi contrariam voluntatem, & illam repellendi ſi adſit, ſolùm eſt habere poſitivam voluntatem.

Unde volendo Pontifex, quòd adultus non habeat contrariam voluntatem, vult & includit, quòd voluntatem ſimplicem retineat.

238 Inſuper cùm Sacramenta inſtituta fuerint à D. noſtro Jeſu Chriſto non ad injuriam hominibus inferendam, ſed maximam ipſis utilitatem diſpenſandam S. Thomas *in 4. diſt.7. quæſt.3. art.2.* Reſpondendeo dicendum ad primam quæſtionem .. ibi .. *Sacramentum confirmationis non neceſſitatis, ſed utilitatis*, & ita alibi ſæpiſſimè. Ideo cùm pueri ſint rationis uſus incapaces. Et adulti ſint proprii juris, & uſum rationis exercentes, iſtis injuria fieret, ſi eorum libera non concurrente voluntate, ſe ad aliquem ſtatum quantumvis utilem obligatos invenirent. Cùm natura libertatis humanæ, & poteſtas ſit faciendi quodcumque placet. *Extravag. cap.3.* ad conditionem de verborum ſignificatione .. ibi .. *Libertas eſt naturalis facultas ejus, quod cuicumque facere libet*, alias injuriam, & vim pateretur voluntas in *d. l. libertas de quo latiùs ſupra Reſ.14.num.27.* Ideo in adulto Sacramentorum characterem inducentium impreſſio, uti ſunt Baptiſmus, confirmatio, & ordo, injurioſa reputatur, ſi ſine recipientium conſenſu fieri attentetur. Non ſecus ac maxima injuria irrogatur parentibus, ut dictum eſt ſupra *num.163. A.T.* & ſequentibus, ſi ipſis invitis eorum filiis conferatur Baptiſmus. Idem Cajet. *3. par. q.68. art.7.* & non eſſet minor injuria adulto, ſi quis illum invitum baptizare attentaret. Propter quod in pueris, & in adultis diverſa videtur conſtituenda diſpoſitio. Ita ut in pueris, ne eorum utilitas differatur, intentio Eccleſiæ ſufficiat; In adultis verò, ut omnis excludatur injuria, propria ſemper intentio expectetur S. Thomas *3. parte quæſt.21. art.3. ad 3. & in 4. diſt.6. quæſt.2. art.3. quæſt.2. ad 4.* ibi .. *Diſpoſitio ſufficiens ad ſuſcipiendam gratiam baptiſmalem eſt fides, & intentio vel propria ejus qui baptizatur, ſi ſit adultus, vel ipſius Eccleſiæ, ſi ſit parvulus.*

239 240 Præterea probatur ex ratione ſubjecti; Quia Baptiſmus non dirigitur ad Angelos, ad Bruta ad Plantas, ad lapides, & cætera in ſenſi- 241

bilia, ſed ad hominem ſolummodo, non utcumque, ſed ſecundum diverſas rationes, & ſtatus formaliter, quos habet, & in quibus poteſt reperiri; ſicut extrema unctio dirigitur ad hominem non utcumque, ſed ad ipſum ut infirmum, & prout eſt curatione indigens. S.Th. *in 4.diſt.25. quæſt.2. art.1.* .. ibi .. *Sicuti in extrema unctione exigitur quòd ſit infirmus, ut ſignificetur curatione indigens.* Pœnitentiæ Sacramentum non dirigitur ad hominem quomodocumque ſe habentem, ſed ad ipſum actu, & formaliter, & venialiter ſaltem peccatorem. Matrimonium non reſpicit hominem ſub quacumque conditione repertum, ſed ſemper naturalia impedimenta dirimentia excludentem; uti ſunt defectus conſenſus; Perſonæ error; ligamen, impotentia ſaltem naturalis, & perpetua.

242 Baptiſmus reſpicit hominem ſecundum omnes, & diverſos ſtatus, in quibus vivere, & exiſtere poteſt, & cum diverſa lege, & diſpoſitione ad illos: ita ut ſi ſit puer ſine ulla retardatione conferatur illi baptiſmus. Cùm nulla dari poſſit in puero conditio in contrarium reſiſtens, niſi aliàs prius eſſet baptizatus. Si verò ſit adultus neceſſe eſt, quòd non ſit contrariæ voluntatis,& reſiſtens; ſed poſitivè voluntarius: Cùm adultus in hoc formaliter diſtinguatur à puero, ut patet; ſtatus autem hominis precipuè in præſenti conſiderandi duo ſunt, nimirum, ſtatus pueritiæ, rationis uſu carens, & ſtatus adoleſcentiæ uſu rationis præditus: & compos mentis, *qui ſani animi eſt leg.3. Cap. de curat. furioſ.*

243 Unde de ratione Baptiſmi eſt reſpicere tale, vel tale ſubjectum reſpectivè ad ſuum ſtatum contradiſtinctè à quocumque alio, videlicet reſpectivè ad ſtatum pueri & ad ſtatum adulti: nam prout puer diſtinguitur, à ſeipſo prout eſt adultus, & prout puer eſt; omnia recepta in illo ſunt involuntaria. Secus autem ſi ſit adultus.

Et licèt Baptiſma pro materia reſpiciat aquam, & ablutionem ad characterem cauſandum & ad originale adæquatè delendum; In ordine tamen ad mortale actuale cum Sacramento pœnitentiæ cohæret, quod remiſſionem non impartitur, niſi voluntarius concurrat dolor, qui eſt ejuſdem Sacramenti diſpoſitio, & materia; reſpectu autem Baptiſmi in adulto, cujus materia eſt aqua, dolor erit conditio, & diſpoſitio tantùm ſine *qua non*, hoc eſt ſine qua, Baptiſmus mortalibus exiſtentibus in adulto, redderetur infructuoſus, nec originale remitteret; Cùm originale, & actuale mortale, ſi ſimul coexiſtant, unum ſine altero non poſſit auferri ex Innoc. *ſupra num.189.* 244

Nec dicant Baptiſmum cum fictione receptum, & ſine dolore, validè fieri, & characterem cauſate. Et tamen tunc non intervenit dolor, nec voluntas recipiendi Sacramentum. 245

Nam contra eſt. Profectò, licèt baptiſmus in adulto receptus ſine requiſito dolore, & cum fictione ſit cum peccato mortali receptus (quia fictio eſt mortale peccatum S. Doctor *in 4. diſt.4. quæſt.2. art.1.quæſt.1.ad 3. & 3.par.qu.69. arg.9.* .. ibi .. *Sed cùm fictio ſit peccatum, ſicut peccatum mortale eſt peccatum ſimpliciter, ità facit ſimpliciter fictum, & totaliter impedit effectum baptiſmi quantum ad remiſſionem culpæ*: & rurſus licèt per fictionem non interveniente dolore, impediatur ex hac parte voluntas recipiendi in Sacramento effectum gratiæ, non autem characteris) at- 246

ta-

tamen ſemper requiritur aliqua alia voluntas ad validam receptionem Sacramenti S. Doctor expreſsè in 4. *diſt.*4. *quaſt.*3. *art.*2. *quaſt.*1. ibi *Dicendum, quòd duplex eſt effectus baptiſmi. Primus eſt res, ſcilicet character, qui non imprimitur ad præparandum hominis voluntatem, ut aliquid bene fiat. Ideò hunc effectum voluntatis indiſpoſitio non impedit, dummodo* (Nota) *aliqualis ſit voluntas recipiendi Sacramentum; Alius effectus eſt ſcilicet gratia, per quam hominis voluntas præparatur, ut bene velit, & ideo ad hunc effectum percipiendum non ſufficit qualibet voluntas Sacramentum recipiendi, ſed requiritur voluntas talis, à qua removeatur omnis indiſpoſitio contraria gratiæ baptiſmali: Quia contraria non ſe compatiuntur. Unde remanente contraria diſpoſitione, baptiſmus ultimum ſuum effectum habere non poſſet.*

246 A Quibus dilucidè declaratum remanet, & quòd in adulto recipiente baptiſmum cum fictione duplex requiritur voluntas ſaltem virtualiter diſtincta. Una ad recipiendum baptiſmum validè quoad characteris effectum: altera ad recipiendum baptiſmum licitè, quoad effectum gratiæ. Dixi virtualiter: quia forſan in adulto ſolus dolor eſſet ſufficiens ad validam, & licitam baptiſmi ſuſceptionem; validam quippe, quia reddit illam voluntariam. Licitam verò, quia retractat peccatum, & hoc in adulto peccatore requiri, non eſt dubitandum. Auguſtinus in libro de Baptiſmo .. ibi .. *Tunc valere incipit ad ſalutem Baptiſmus, cùm ab illo fictio veraci confeſſione receſſerit, quæ corde in malitia, vel ſacrilegio perſeverante, peccatorum ablutionem non ſinebat fieri.* Quod & perſpicuè S.Thomas declarat 3. *par. quæſt.*69. *art.*10. *in corp.* ..ibi.. *Baptiſmus eſt quadã ſpiritualis regeneratio. Cùm autem aliquid generatur ſimul cum forma recipit effectum formæ, niſi ſit aliquid impediens ..... & ſimiliter quando aliquis baptizatur, accipit characterem quaſi formam, & conſequitur proprium effectum, qui eſt gratia remittens omnia Peccata. Quæ impeditur quandoque per fictionem; unde oportet, quòd remota ea per pœnitentiam, baptiſmus ſtatim conſequitur ſuum effectum.*

Moveor etiam ad dicendum, Adultum non validè baptizari, niſi ejus concurrat voluntas; ex ea potiſſima ratione, quòd quando aliquid in ſubjecto requirit conſenſum, vel ex ſe, vel ratione alterius connexi, non poteſt ſtare ſine conſenſu. Sed Baptiſmus in Adulto ſaltem ratione annexi requirit in ſubjecto conſenſum. Ergo. Probatur minor. Nam tranſire de non Baptiſmo ad Baptiſmum, eſt tranſire de ſtatu ad ſtatum, nempe à ſtatu veteris generationis ad primæ regenerationis ſtatum S. Thomas 3. *part. quæſt.*69. *art.*8. *in corpore*; atque de morte ad vitam, aut de veteri vita ad vitæ novitatem S.Thom. *in* 4. *diſt.*4., *quaſt.*3. *art.*2. *quæſt.*2. *ad* 1. ibi .. *Quicumque ad Baptiſmum accedit, oſtendit ſe veteri vitæ abrenunciare, & novam inchoare; &* 3. *part, quaſt.*68. *art.*7. ibi..*Reſpondeo, quòd per Baptiſmum aliquis moritur vitæ veteri peccati, & incipit quamdam vitæ novitatem, ſecundum illud ad Rom.*6.. Sed hoc fieri non poteſt ſine libero voluntatis conſenſu. S.Thom. *expreſsè loc. modo cit.* ibi.. *Ad hoc, quòd homo moriatur veteri vitæ, requiritur, ſecundùm Auguſtinum in habente uſum liberi arbitrii voluntas, qua intendit vitæ novitatem. Cujus principium eſt ipſa ſuſceptio Sacramenti, e ideò ex parte Baptizati requiritur voluntas, ſive intentio ſuſcipiendi* 247

Sacramentum . Nihil clarius de Sancti Doctoris mente.

Ex cujus authoritate per con-
248 formitatem ad illam, quam modo ſupra *num.203. allegavimus in 4. diſt.4. quæſt.3.art.2.quæſt.1. in corpore* de duplici actu requiſito in adulto recipiente Baptiſmum, intentionis ſcilicèt, & doloris. Comprobatur, quòd Baptiſmus in adulto pro illa parte, quà habet delere peccata actualia, & vitam præteritam emendare, & novam incipere, habet rationem Sacramenti Pœnitentiæ, Cujus non eſt remittere actuale peccatum, niſi mediante voluntaria retractatione; aliàs ſicut Sacramentum Pœnitentiæ eſſet nullum, ſi non adeſſet dolor, qui ejus materia eſt; ita Baptiſmus infructuoſus eſſet, ſi pro illa parte, quà habet actualia delere in adulto, non haberet dolorem; cùm non poſſit originale ſine actuali peccato remitti.

249 Et ponderanda veniunt verba D.Thom. nempe *veteri vita abrenunciare*, quod in adulto verificari non poterit, niſi per voluntariam deteſtationem, ut ſanctus manifeſtè ſe explicat, ſecundùm Auguſtini mentem, dicendo. *Quod in habente uſum liberi arbitrii, requiritur voluntas, qua intendat vita novitatem*.

Et quòd per Baptiſmum homo
250 transferatur de ſtatu ad ſtatum, quatenus eripitur à ſervitute, & poteſtate Demonis ad vitæ libertatem. Docet S. Th. *3. part. qu.71. art.2. in corp.* Necnon à ſtatu perverſitatis, ad ſtatum, ubi fidelium cætus conſiſtit. Nec non ad ſtatum Hierarchicarum operationum; narrat S. Doctor *in 4. diſt.4.quæſt.2.art.3. quæſt.4. ad 2.* Quæ ſingula, cùm ſint annexa Baptiſmo, & ſine actu voluntatis verificari non poſſint, hinc fit, quòd Baptiſmus in adulto, ſaltem ratione annexi, actum voluntarium importat.

Cæterum ſecundùm jura, & juris peritos ſtatus perſonarum 251
conditionem ſignificat, per quam aliqui ingenui dicuntur, alii libertini, alii ſervi *tit. de ſtatu hominum*, liberti enim habentur, qui deſierunt eſſe ſervi. *L. 4. de juſt., & jur.* Libertinus verò, qui ex manu miſſione libertatem eſt conſecutus. Ingenuus tamen eſt, qui ſtatim ac de ventre genitricis erumpit, fruitur libertate. *Inſtitut. de libertin. in princip.*

Unde ſtatus propriè pertinet 252
ad libertatem, vel ſervitutem in temporalibus, vel ſpiritualibus; quia ſignificat, obligationem perſonæ. S. Thom. 2. 2. *quæſt.183. art.1. & art.4. in corp., & qu.184. art.4., & quæſt.186. art.6. corp.*

Obligatio verò eſt. *Juris* 253
vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicujus ſolvenda rei. Juſtinianus *inſtitut. de obligat. in princip.* obligatio enim eſt generale nomen. Nam obligatio, vel liberè ab aliquo in ſe ſuſcipitur, vel ab uno alteri imponitur, puta vel à Superiore, vel à Principe, vel à Lege. Et dividitur in eam, quæ vel oritur à contractu, vel ex delicto, vel quaſi.

Obligatio, quæ ab aliquo li- 254
berè in ſe ſuſcipitur, oritur ſemper, vel ex contractu, aut promiſſione, voto, aut Juramento, aut pacto, cum ſpe aliquod ſpeciale bonum, aut utilitatem, nec non meliorem ſtatum conſequendi. Et fit etiam in ſcriptis ut patet *inſtit. de liter. oblig.* Unde & obligationem ex facto naſci, colligit Vulpi. *in L. actionum genera §. Actionum autem ff. de act., & obligat.*

Et dicitur naturalis ex jure
gentium, quæ ſemper per conſen- 255
ſum oritur, *L. ſi unus §. Pactus ne peteret ff. de pact.* & obligatus dicitur,

tur, qui exceptione ſe tueri non poteſt *L. vel obligatus* §. 1. *de lib. Cauſ.*

Obligatio verò, quæ ab uno alteri imponitur, oritur in pœnam, ex patrato delicto, vel ut delictum non committatur, & eſt quando ſub pœna aliquid prohibetur.

256 Recipiens autem baptiſmum obligationem contrahit vitæ veteris ſtatum deteſtandi, & novæ vitæ ſtatum incipiendi, cum proteſtatione, & pacto, & promiſſione, *ſi vis ad vitam ingredi ſerva mandata*. Quæ omnia ſine expreſſo conſenſu verificari non poſſunt. Unde ad validam Baptiſmi ſuſceptionem in adulto conſenſus deeſſe non permittitur, vel proprius ſcilicèt, ſi ſit rationis compos, & adultus; aut per Eccleſiam ſuppletus, ſi ſit infans rationis expers, ad jura modo dicta. *L. Si unius*. §. *Pactùs nè peteret ff. de pact.*

257 Et Intentionem, & conſenſum, vel proprium, vel alienum, docuit S. Th. *ſupra allegatus in* 4. *diſt.*6. *quaſt.*2. *art.*3. *quaſt.*2. *ad* 4., & debere eſſe ſaltem generalem, non eſt hæſitandum, ex eodem S.Th. 3.*part. quaſt.*68. *art.*8. *ad* 3. ibi.. *Ad tertium dicendum, quòd etiàm non habens rectam fidem circa alios articulos, poteſt habere rectam fidem circà Sacramentum Baptiſmi, & ita non impeditur, quin poſſit habere intentionem ſuſcipiendi Sacramentum. Si tamen etiam circa hoc non rectè ſentiat, ſufficit ad perceptionem Sacramenti generalis intentio, qua intendit Baptiſmum, ſicut Chriſtus inſtituit, & ſicut Eccleſia tradit.*

258 Et intentionem debere eſſe propriam, vel per Eccleſiam ſuppleram, firmat D. Th. 3. *part q.*68. *art.*9. *ad* 1. ibi.. *Non obſtat, quòd in pueris non poſſit eſſe intentio ſuſcipiendi Baptiſmum. Quia ſicut in utero matris nutriuntur. Ita cùm uſque dum ſunt ſine uſu rationis in matris Eccleſiæ utero reconduntur; ſic per alimentum Eccleſiæ nutriuntur.*

Unde videtur, poſſe concludi, quòd cùm Baptiſmi ſuſceptio, ſit 259 novi ſtatus conſecutio, quæ in adulto ſine conſenſu perfici non poteſt; inde fit etiam, ut conſecutio Baptiſmi abſque conſenſu recipientis non detur.

Nec dicant in Baptiſmo ſuſcipientis intentionem non eſſe requi- 260 rendam, cùm ſatis eſſe poſſit, quòd ſuſcipiens ſit merè patiens. Ad differentiam conferentis, cujus debet eſſe intentio.

Nam contra eſt. Quia in juſtificatione, quæ fit per baptiſmum 261 in adulto, non debet eſſe paſſio ex neceſſitate, ut contingit in puero; ſed voluntaria prout in hoc adultus à puero diſtinguitur. S. Thom. 3. *part. quaſt.*68. *art.*7. *ad* 1., & credendum eſt, ſuſcipientem habuiſſe intentionem, non minus ac creditur conferentem habuiſſe, cujus defectu baptiſmus eſſet repetendus S. D. *cit. ad* 2.

Et Baptiſmum originale, & 262 actuale mortale delere, ut ſæpe diximus, nemo unquam fuit auſus dubitare S.Thom. *in* 4. *diſt.*4. *quaſt.*2. *art.*1., *quaſt.*1., & 3. *part. qu.*69. *art.*9. ibi.. *Baptiſmus quantum eſt de ſe tollit omnem culpam originalem, & actualem, non ſolùm mortalem, ſed etiam venialem.*

Deinde, quæ modo de Sacramentis, & ſpecialiter de Baptiſmo 263 uberrimè, & forſan cum aliqua, licèt non inutili digreſſione diſſervimus, cùm potuiſſemus illa ſtrictius ſcrutari, ad noſtrum propoſitum trahentes, atque applicantes. An nimirum requiratur conſenſus prò dignitatibus recipiendis, conformiter ad ea omnia quæ ſupra diſ-

ſe-

ſeruimus nunc ruiſus dicimus, quòd ſi dignitas à Principe alicui puero conferatur, verè, & in re eſſet collata, abſque ullo ejus conſenſu, cùm ſit rationis expers. Si verò ſit adultus, dignitatis non redditur capax, nec idoneum ſubjectum, & notanter de Epiſcopatu S. Thom. ſcriptum reliquit *loc. cit. in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 1. qu. 2.* ibi.. *Sed ad Epiſcopatum, ubi in corpus miſticum recipitur poteſtas, requiritur actus ſuſcipientis curam paſtoralem, & ita eſt etiam de neceſſitate conſecrationis Epiſcopalis, quod uſum rationis habeat. Et conſenſus, ſinè uſu rationis eſſe non poteſt.*

264 Cæterum quando dicunt, quòd materia, & forma Baptiſmi applicata adulto dormienti, cùm ſint cauſa neceſſaria, eorum non poteſt effectus impediri, ſicuti impediri non poteſt, quòd aqua effuſa madefaciat.

265 Reſpondemus, quòd licèt de cauſis naturalibus, & neceſſariis hoc dici poſſit in ordine ad earum naturales effectus, utì eſt madefactio, ſi effundatur aqua. Hoc tamen non currit de cauſis naturalibus elevatis, & inſtrumentalibus, quæ moventur tranſeunter ad nutum, & motionem Dei principalis agentis, ejuſque diſpoſitionem, & concurſum; nam ſicuti poteſt cauſa libera per ſuam malitiam impedire, ne ſacramentum in ipſam effectum gratię cauſet, ita ex divina diſpoſitione cauſa libera nolens conſenſum præſtare in Baptiſmum, impedire poteſt Characteris productionem, quod etiam impedimentum efficit, ſi miniſter effundendo aquam, & proferendo verba, baptizandi intentione careret; ſicuti ſpecialis voluntas Dei eſt, quòd aqua, & verba ſimul juncta cauſent in homine diſpoſito characterem, & gratiam, ita ejuſdem Dei voluntas eſt, quòd in puero non requiratur conſenſus, benè autem in adulto.

Tandem placet dictum Gonet in ſuo Clipeo *tom. 5. diſput. 2. pag. mihi 143. dicentis ex* S.Th. *à nobis ſupra allegat. num. 219.*, quòd re- 266
ceptio Baptiſmi non eſt paſſio coacta, & mortuo modo, ſed verè, & formaliter libera, & voluntaria, ita ut baptizatus non ſit merè paſſum naturale, veluti ſtuppa dum incenditur, ſed paſſum reale, voluntarium, & liberum. Quia Deus, ut diximus, Baptiſmum non dirigit ad bruta, aut lapides, ſed formaliter ad homines, prout formaliter reperiuntur in diverſis ſtatibus. Eſt ideo pro baptiſmo recipiendo requiritur in adultis intentio, non quidem agendi ſicuti requiritur in miniſtro) ſed liberè recipiendi, quia ita diſpoſuit Deus, & omnis congruitas ſuadet. Et jura convincunt. Quæ omnia deducta ad paritatem de dignitatibus recipiendis præcipuè in adultis manifeſtè Concluditur, quòd per ſolam Principis, & Summi Pontificis declarationem alicujus ad aliquod officium, dignitatem, epiſcopatum aut Cardinalatum, ille verè & in re talis non efficitur, niſi per ſuum non accedat Conſenſum.

Et quia ad majorem horum impreſſionem multa conducere poſſunt illuſtrium virorum exempla. Ideo ſit.

§. VII.

Multa adducuntur Illuſtrium Virorum exempla, quomodo ſe geſſerint in ordine ad dignitates reſpuendas.

SUMMARIUM.

265 *Jura potius quàm exempla attendenda ſunt.*
Ab exemplis non arctantur jura. ibid.
266 *Electio ad dignitates tribus modis ſe habere poteſt in ordine ad illas.*

ÇATALOGUS I.

271 Qui fuerunt electi, & non fuerunt coacti, ſed relicti in ſua libertate.

Vulgrinus electus, & non acceptavit. ibid.
Plures Cardinales ab Urban. VI. creati & noluerunt conſentire. ibid.
272 *Joannes Gropperius ſimiliter.*
273 *Gulielmus Peti ſimiliter.*
274 *Ferdinandus de Toleto.*
276 *An laici compelli poſſint ad recipien. Eccleſiaſticas dignitates.*

ÇATALOGUS II.

280 De laicis Invitis, qui fuerunt coacti ad acceptandas Eccleſiaſticas dignitates.

Ambroſius. ibid.
281 *Gregorius Thaumaturgus.*
282 *Præfectus Sancti Prætorii.*
283 *Sampheus vir uxoratus.*
284 *Sanctus Remigius.*
285 *Gaudentius.*

CATALOGUS III.

286 De his qui contra eorum voluntatem facti ſunt Cradinales.

287 *Gregorius Magnus.*
288 *Petrus Damianus.*
289 *Petrus Aldobrandinus.*
290 *S.Bernardus Ubertus.*
291 *S.Guarinus Guarini.*
292 *S. Bonaventura.*
293 *Fr.Hieronimus Aſculanus.*
294 *B.Nicolaus Albergatus.*
295 *Ardicinus à Porta.*
296 *Antonius à Sancta Severina.*
297 *Federicus fregoſus.*
298 *Joannes Gropperius.*
299 *Gulielmus Sirletus.*
A *Hieronimus Soeberus. ibid.*
300 *Paulus de Eccleſia.*
301 *Ferdinandus de Toleto.*
302 *Franciſcus Toletus.*
303 *Cæſar Baronius.*
a *Robertus Belarminus. ibid.*
304 *Fr. Antonius Barbarinus.*
305 *Petrus Berulli.*
306 *Joannes de Lugo.*
307 *Sfortia Pallavicinus.*
308 *Joannes Petrus Carafa.*
309 *Bembus.*
310 *Jo.Bona. Fr.Vincentinus Orſinus, Jaja, Riccius, Philipuccius.*
313 *Qui conſenſerunt ſolùm vigore rigoroſi præcepti.*
316 *Quare quidam Pontifices recuſantes compulerunt præceptis, & non alii.*
Peccant qui dignitates non acceptant. ibid.

CA-

CATALOGUS IV.

317 De his, qui ad ſummum Pontiphicatum fuerunt contra eorum voluntatem elevati.

S. Clemen. ibid.
318 *S.Bonifacius.*
319 *S.Gregorius Magnus.*
320 *Benedictus III.*
321 *Nicolaus I.*
322 *Adrianus II.*
323 *Gregorius VII.*
324 *Victor III.*
325 *Paſqualis II.*
326 *Honorius II.*
327 *Nicolaus IV.*
328 *Cæleſtinus V.*
329 *Nicolaus V.*
330 *B.Pius V.*
331 *Joannes Franciſcus Albanus dictus Clemens XI.*
332 *RenunciatioDominiPhilippucci.*
333 *Votum Eminentiſſimi Cardinalis de Carpinea.*

265 EEempla de viris Sanctis, qui coactè conſenſerunt in dignitates non nulla cumulavimus *Præamb.I. num.*87. Sed non per rigoroſum præceptum. Nihilominus licèt exempla reſpicere proficuum ſit, ad regulanda præcepta de Arte bene deſiderandi; jura tamen ſemper attendenda eſſe, leges ipſæ præſcribunt *dicto Praamb.I. n.*100. exempla enim ſunt argumenti ſpecies ad homines ſenſibiliter ſuadendos, illos tamen convincere, legibus præcipuè conceſſum eſt *d. Praamb. I. num.*101. Ab exemplis enim jura non arctantur, ſed in ſua relinquuntur amplitudine ex dictis ibid. & ex *Reſol.*16. *num.*84.

Cæterum qui fuerunt electi ad
dignitates tribus modis ſe habere 266
poſſunt in ordine ad illas.

Primus modus eſt illorum, qui fuerunt electi, & nulla reſiſtentia in illas præbuerunt conſenſum. Cùm eaſdem ſolùm ex prompta obedientia acceptaverint, nullam coactionem expectantes, ſive per rigoroſum præceptum, ſive per Cenſuras.

Secundus modus comprehen-
dit illos, qui electi noluerunt ac- 267
ceptare, & nullo coactionis genere fuerunt conſtricti conſentire, ſed in eorum libertate relicti, ad acceptandum vel reſpuendum.

Tertius modus enumerat eos;
qui promoti ad dignitates fortiter 234
reſtiterunt, & ſolùm deinde aliquo coactionis genere compulſi exhibuerunt conſenſum, & dignitatem acceptarunt, vel mediante formali, & rigoroſo præcepto, vel Cenſuris, vel utroque medio, vel timore utriuſque.

Primus modus de illis, nempe
qui electi ad dignitates promptè 235
conſenſerunt eſt omnium illor de quibus major eſt numerus, & de quibus nulla ſpecialis mentio ab Authoribus celebratur.

De illis verò, qui electi ad dignitates noluerunt acceptare, &
non fuerunt coacti, ſed in ſua liber- 236
tate relicti: inter cæteros ſequens Catalogus adduci poteſt.

CA-

CATALOGUS I.

Eorum, qui fuerunt promoti ad dignitates, & nolentes acceptare, non fueruntcoacti, ſed in ſua libertate relicti.

VUlgrinus Eccleſiæ Carnutenſis Cancellarius electus fuit Epiſcopus Eccleſiæ Dolenſis, & noluit Epiſcopatum recipere, & remanſit in ſua libertate, quia à nemine fuit coactus; etenim Juonis Carnutenſis Interceſſione Paſcalis II. illum cogere prætermiſit. Baron. *an.*1107. *in princ.*

271 Urbanus V. in quarta Creatione ſex Cardinales creavit; & ſinguli dignitatem acceptare detrectarunt, & nulla apparet Papæ voluntas illos cogendi. Ciacc. *tom.*2. *num.*37.

272 Joannes Gropperius Archidiaconus Colonienſis à Paulo IV. anno 1555. Cardinalis eligitur, & Cardinalatum recuſans, purpuram Pontifici remiſit, nullaque coactione acceptare conſtringitur, ob validas rationes ab ipſo Pontifici expoſitas. Romam vocatus, ſemimortuus pervenit. Pontifex exiſtimans, ut quem litteris non inflexerat fœcundia ſuperaret. Spondan. ann. 1559. *num.*34. Pallavicin. Hiſtor. Concil. *lib.*4. *cap.*6. *n.*11.

273 Frater Gulielmus Peti ab eodem Paulo IV. Cardinalis effectus reſtitit conſentire, & ſola rationum inſinuatione Papa illum ad aſſenſum compellere eſt aggreſſus, ſed in ſua libertate reliquit.

274 Ferdinandum de Toledo ad Cardinalatum promotum, & acceptare renuentem Gregorius XIII. non conſtrinxit, ſed ſua frui libertate conceſſit Ciaccon. *tom.*4. *col.*65. Sed de his qui plura exempla deſiderat Authores legere non negligat. Prædicti enim ſatis ſunt ad noſtram diviſionem probandam, modo ſupra deſcriptam *num.*1. *& ſeq.*

Secundi autem & tertii modi comprehændetis illos, qui detrectantes dignitates acceptare, præceptis & cenſuris percuſſi, in illas deſcenderunt coacti; Exempla regerimus tam de laicis, quàm de eccleſiaſticis. 275

Et quidem de laicis quæſtio inter Theologos agitatur, An habiles, & idonei, concurrente gravi Eccleſiæ neceſſitate, poſſint compelli ad acceptandas eccleſiaſticas dignitates, præcipuè Epiſcopatum. Et non de facili pars affirmativa amplexanda compareret, propter grave onus; quod eorum libertati, & ſtatui ſecum ducit dignitas Epiſcopalis. 276

Unde verior videtur opinio docens, quòd Papa non poteſt indiſtinctè, & promiſcuè quemcumque cogere tam Clericum, quàm laicum ad acceptandum Eccleſiaſtica munera. Et hoc multo magis ſine ingenti Eccleſiæ utilitate, pro quo faciunt allegata ſupra *num.*34. Calderinus *conſ.*1. *num.*4. *verſ. Imò plus dico in fin. de transl. Prel. & conſ.*2. *eodem tit.* & Abbas *in cap. ſi unanimiter num.*13. *verſ.* & placet mihi *de poſtulat. Prelat. nec non Adden. litt. B.* Atque Cardinalis Tuſcus *litt.B. Concluſ.*52. *nu.*6. *&* 8. dicens, quòd Pontifex nō poteſt laicum invitum facere Epiſcopum. Ea potiſſima ratione; quia non conſen- 277

tit mutationi ſtatus, ſecus ſi jam eſſet Clericus. Quod & reſolvit Card. de Lugo *reſp. moral. lib.3, dub.5. num.8.*

Nihil obſtantibus rationibus
278 in contrarium. Quòd ſicuti politicum temporalis Reipublicæ gubernium poſcit, ut principes cogere teneantur juxta diverſos miniſtrorum ordines homines ad operandum, Ruſticos nimirum ad prædiorum culturam, Milites belli tempore pro defenſione Patriæ, Juris Peritos ad Juſtitiæ adminiſtrationem, Medicos ad Infirmorum valetudinem, Sic Eccleſiæ Prælati ex Chriſti inſtitutione magis habiles, & idoneos ad Eccleſiaſtica officia ad majorem fidelium utilitatem promovere obligantur. Quæ congruè dicta ſint, ad ſciendum, quid de Jure tenendum ſit..

Sed quid in facto ſucceſſerit
non niſi ab exemplis poſſumus eru- 246
diri : & ſit quoad laicos exaltatos.

CATALOGUS II.

De Laicis, qui fuerunt coacti ad ſuſcipiendum Eccleſiaſticas Dignitates.

AMbroſius Laicus Mediolani
280 Præfectus, ut à ſe dimoveret Prælatorum mentem, volentium illum Epiſcopum creare, inhumanum, & crudelem in puniendo ſe demonſtrabat. Imo & ſe inhoneſtum ſimulans, ſuſpectas fæminas ad ſe introduci non verebatur. Item fugam arripiens, & unius integræ noctis defatigatus itinere, non longè à Mediolani mænibus albeſcentem facto die ſe reſpexit, Unde coactus fuit ſuccumbere, Paulino referente, Epiſcopali Dignitati.

Gregorius Taumaturgus ſæ-
281 cularis non diſſimiles protulit reſiſtentias, & tandem ceſſit, Baron. *ann.233. num.55.*

Præfectus Sancti Prætorii Lai-
282 cus contra ſuam voluntatem percuſſus rigoroſo præcepto à Sancto Proculo Patriarcha Conſtantinopolitano Epiſcopatum ſuſcepit.

Sanpheus vir uxoratus onuſtus
283 filiis, electus Epiſcopus fortiter reſiſtens; ut animum eligentium à tali conatu dimoveret, poteſtatur ſe non dimiſſurum nec uxorem, nec filios, nec ludos domeſticos, nec peripateticas opiniones de æternitate Mundi: & univerſalem mortuorum reſurectionem, diemque Judicii ſemper improbaturum, Nihilominus Prælati congregati, ſcientes hæc omnia artificioſè ſimulare, illum Epiſcopum unanimiter præfecerunt, & coactus obedivit; eluſas videns ſuas artificioſas inventiones, ut ipſe teſtatur in ſua *epiſt.*105. ad fratrem ſuum Eutropium tranſmiſſa.

De Sancto Remigio Laico
idem proferunt humanæ Hiſtoriæ. 284
Surius 13. Januarii.... Idemque de virone Laico, facto Epiſcopo in Scotia, Surius 8. Maji, & in Nicephorum Laicum eadem vi Epiſcopum creatum eaſdem violentias narrat Baronius *anno* 808. *num.3.* Nec non in Ottonem ſæcularem Cancellarium Imperatoris, qui fugiens, & Romam veniens, ne Epiſcopatum acceptaret, ab Urbano II. percuſſus præcepto conſentit. Baron. *an.*1103.*nu.*1. *&* 3. & hæc aliis pluribus ommiſſis, ſufficiant.

Gaudentium Laicum Juvenilis 285

ætatis

ętaris celebrare fas erit,qui arduo in orientem itinere arrepro, ut ſui electionem adEpiſcopatumBreſcianum eluderet: tandem cedere fuit adſtrictus,ut ipſe reſtatur in ſua oratione, in actu ſuæ ordinationis habita ad Populum. ibi. *Imperitiæ meæ conſcius, & ætatis immaturæ ad Sacerdotis dignitatem pudore deterritus, merito ſilendi licentiam à ſummis Sacerdotibus poſtulatam. Unde cùm imparem me veſtro deſiderio per omnia ſentiam, onus iſtud totis viribus conatus ſum declinare.*

CATALOGUS III.

De his, qui contra eorum voluntatem, ad Eccleſiaſticas Dignitates fuerunt ſublimati.

HIc de Cardinalibus præcipuè
erit ſermo, in ſequenti verò
de Summis Pontificibus aggrediemur
differere.
286 Eminenriſſimus Cardinalis de
Lugo *lib.3. reſp.moral. dub.5.nu.7.*
plura de his referr exempla. Quorum
quodlibet hìc prærer alia
quamplurima rrademus.
Sed qui primus omnium Car-
287 dinalatum acceptare niſus eſt,
fuit Gregorius magnus, qui poſtea
& Pontificarum obtinuit. Ciac.
*tom.1.col.*410. ibi.. *Gregorium Invitum,
& renitentem Cardinalem
fuiſſe creatum.*
288 Beatum Petrum Damianum,
de quo ſupra *num.*83.Invitum Cardinalem
pronunciavit Stephanus X.
dictus IX. *ann.*1058. *Ciac. tom.*1.
*col.*816.
Gregorius VII. Cardinalem
289 effecit invitum B. Petrum Aldobrandinum
Monachum,cognomenro
Igneum *ann.*1073. *Ciac. tom.*1.
*col.*874.
290 Ab Urbano II. Inter Cardinales
coactus cenſuris, ur ad Urbem
accederer, aſſumitur S. Bernardus
Ubertus *ann.*1092. *Ciac. tnm.*1.
*col.*892.
S. Guarinus Guarini ætatis
291 ſuæ annorum 95. fuit invitus Cardinalis
creatus anno 1144. à Lucio
II. Ciac. *tom.*1. *col.*1024.
S. Bonaventura Cardinalis 292
exaltatus à Gregorio X.anno 1273.
ut dignitarem non coactus eſſet acceptare,
aufugit in Galliam. Ciac.
*tom.*2.*col.*199.Luc. Wading.*annal.
minor. tom.*2.
Cardinalarum recuſavit frater 293
Hieronymus Aſculanus Ordinis Minorum
Generalis à Nicolao III.
Pontifice oblatum an.1278.ſed coactus
præcepto conſenſum præbuit.
Ciac. *tom.*2. *col.*228.
B. Nicolaum Albergati Mona- 194
chum Carthuſianum Cardinalem
Creavit Martinus V. ann.1426. ille
inexorabilis digniratem repellit.
Pontifex immurabilis anathemate
percutit. Sic ille pileum rubrum ſuſcipiens
in ſepulchri lapide hoc carmen
celare fecit. CARDINIS ECCLESIAE
COMPULSUS PONDERA SUMPSI. Ciac. *to.*2.
*col.*854.
Ardicinus à Porta Junior ab 295
Innoc. VIII. ann.1489. Invitus ad
Cardinalatum promovetur: Petro
Delphino ſcribente. *Mirabar autem
parum verum fore, ut Cardinalis
noſtra ætate Eremita factus diceretur.*
Ciac. *tom.*3. *col.*126.
Antonius à Sancta Severina, 296
an.1527.nec prima tonſura initiatus
ad Cardinalatum impellitur;rarumque
caſum admiratur mundus:

Ciac. *tom.3. col.488. dicens raro aut fortaſſe numquam eveniſſe, ut unus idemque non dum Clericus Cardinalitia dignitate decoratus. Sæpe renunciatus, bis publicatus, ſemel atque iterum inſignitus Cardinalitiis ornatus fuit.*

Federicum Fregoſum Pau-
297 lus III. Cardinalem extollit anno 1529., non modo abſentem ſed neſcientem. Nam mundo mortuus, & crucifixus, res humanas faſtidiens, ad ſacram Purpuram recipiendam cogi minimè potuit, niſi Summi Pontificis Eccleſiaſticis impulſibus, quibus humeros oneri ſuppoſuit. Ciac. *tom.3. 661.*

Gulielmus Sirletus coactus
299 Cardinalis efficitur à Pio IV. anno 1565., & incredibile eſt, quot fuerit coactionibus impetitus, ut aſſenſum præſtaret. Ciac. *tom.3. col.912.*

Hieronymus Socherus à clau-
299 ſtro ad Cardinalatum invitus transfertur à Pio V. an.1568. ipſi verò fortiter detractanti Pontifex ſcribit, quòd, ut facias in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus. Ciac. *tom.3. 1035.*

Paulus de Eccleſia Cardinalis creatus ab eod Pio V. eod an. prius
300 purpuram recuſavit, poſtea ſuſcepit. Ciac. *loc. mod. cit.*

Ferdinandus de Toleto Hiſpa-
301 nus Cardinalis ſublimatus per Philippi II. nominationem à Gregorio XIII. an. 1578. purpuram Pontifici remiſit cum gratiarum plenitudine, imparem tanto muneri faſſus. Ciac. *tom.4. col.66.*

Franciſcus Toletus Hiſpanus
302 Societatis Jeſu ad Cardinalatum evetus à Clemente VIII. an.1593. ſupplicat Pontificem, tantam dignitatem renunciare permittat. Papa autem ſub præcepto formali obedientiæ, ut quieſcat reſpondet. Ciac. *tom.4. col.278.* Bart. *hiſt. li.3. pa.410.*

Cæſarem Baronium ab eodem 303
Pontifice Cardinalem exaltatum, reclamantem, reſiſtentem, anathemate, & præcepto acceptare Pontifex compellit. Ciac. *tom.4. col.403,* & Epiſcopo Eduen. *hiſt. tom.p.574. num.4.*

Roberto bellarmino Soc. Jeſu 303
anno 1598. Cardinalitia dignitate collata, præcepto formali Papa prævîſam illius reſiſtentiam devincit.

Fr. Antonius Barbarinus Cap- 304
puccinus Urbani VIII. frater oblatam purpuram recuſat, ſed Pontifex, illius ſpreta reſiſtentia, Cardinalem creat Ciac. *tom.4. col.431.*

Petrus Berulli Gallus votum
habens non ignotum Pontifici, de 305
numquam ullis ſuſcipiendis dignitatibus. Hoc non obſtante, & illius reſiſtentia neglecta, nominatus fuit à Galliarum Rege an.1627. & literas, in forma brevis pridie ante ejus creationem à Papa Urbano VIII. expeditis, non ſolùm illum à tali voti impedimento liberavit Pontifex, ſed etiam ejus reſiſtentiam contumaciæ nota damnavit. & Cardinalis creatur. Ciac. *tom.4. col.562.*

Joannes de Lugo Soc. Jeſu re-
reſiſtens, obedientiæ præcepto per- 306
cuſſus Cardinalatum ab Urbano VIII. delatum an.1643. acceptat Ciac. *tom.4. col.624.*

Sfortia Pallavicinus ejuſdem
Societatis ab Alexandro VII. an- 207
no 1658. ad Cardinalatum promotus, ſolo obedientiæ præcepto aquievit. Lug. *reſp. moral. lib.3. dub.5. num.7. col.740.*

Joannes Petrus Carafa à Pau-
lo III. Cardinalis factus, conſenſum 308
non dedit, niſi tertiò conſentire compulſus. Ciac. *tom.3. col.602.*

Bembus etiam à Paulo III. Cardinalis publicatus, ſola vi præcepti,
dignitatẽ admiſit. Ciac. *to.3. fol.656.* 309

Nec

310 Nec minus ſe præbuerunt invitos fr. Joannes bona. Fr. Vincentius Maria Orſinus Dominicanus. Dominus Jaja, Abbas Ricci & noviſſimè Dominus Philippuccius, cujus infra datur, quam fecit in ſcriptis recuſatio, ne Cardinalatum reciperent.

311 Huc uſque tradidimus exempla de his, qui in re, & de facto per Summos Pontifices Cardinales pronunciati, nolentes acceptare fuerunt coacti.

312 Extant etiam nonnulli de quibus Pontifex animum ſolùm expreſſit Cardinales illos efficiendi, & reſiſtentes, atque adverſos inventos eorum promotionis diſtulit effectum. Inter quos enumerantur Ferdinandus de Toledo S. Franciſcus Borgia Ciac. *tom.*4. *col.*778. P. Bartol. in vita ejuſdem Sancti. Sanctus Philippus Neri, quem Gregorius XIV., & Clemens VIII. volentes illum ad Cardinalatum exaltare ſed ille ſumma Conſtantia reſpuens, & detrectans, promotionem prætermittere deliberarunt. Ut in ejus vita *lib.*2. *cap.*16.

313 Sed recapitulando illos, qui in dignitates noluerunt conſentire, niſi vigore rigoroſi præcepti: præter jam enumeratos repetere ſufficiet, quos Cardinalis de Lugo recenſet. *Reſp. moral. lib.*3. *dub.*5. *num.*7. & ſunt etiam relatè ad epiſcopatum.

314 B. Laurentius Juſtinianus, B. Nicolaus Albergati de quo ſupra *num.* 231. Sanctus Antoninus, qui tandiù infulam florentinæ Eccleſiæ rejecit, donec ab Eugenio, & anathemate, & præcepto adactus, humile dorſum obedientiæ Jugo ſupponeret. Scot. in ejus vita. Paulus Aretius ſanctitate conſpicuus ſolo formali præcepto Eccleſiam placentinam acceptavit. Quod & de Franciſco Taurinio, qui non priùs Eccleſiam Avenionenſem recepit, ac fuerit aſtrictus rigoroſo præcepto. Sanctus Anſelmus Epiſcopus Bellvacen, & literas, & mandata Pontificis declinabat, ſe Romam accitus, omnibuſque excuſationibus à Pontifice parvi penſis, Pontificio præcepto ſuccumbit.

De Cardinalibus verò ad conſentiendum Juſſis, & Cenſuris reſpectivè coactis, ſupra habes S. Bernardum Ubertum *num.*257. fr. Hieronymum Aſculanum ſupra *n.*130. Nicolaum Albergati *num.*231. Federicum Fregoſum *num.*234. Hjeronymum Socherum ſupra *nu.*236. Franciſcum Toletum *num.* 239. Cæſarem Baronium *num.* 240. Robertum Belarminum *num.*240. Petrum Berulli *num.* 142. Joannem de Lugo *num.*243. Sfortiam Pallavicinum *nu.*244. Petrum Carafam *n.*245. Bembum *n.*246. & alios ſupra recenſitos. 315

Quòd iſtos autem, & non cæteros Summis Pontificibus placuerit præceptis, & cenſuris pulſare, ut conſenſum in dignitates præberent, non eſt ratio inquirenda. Gregorius enim dixit, quòd potius congruum erat ſuadere, quàm cogere. Baronius modo ſupra allegatus *an.* 595. *n.*83. ibi.. *cùm tamen certum ſit ab aliis Summis Pontificibus, alios ad id ſæpe coactos eſſe*. Sed ſecundum Apoſtolum alius quidem ſic, alius *verò* Sic. Putandum eſt in diverſis caſibus in diverſa à divino Spiritu duci dictamina. In moralibus enim diverſæ circumſtantiæ diverſa inducunt Judicia. Et caſus offerri poteſt, quòd ſit tanta publica utilitas, ut quis electus epiſcopus ſeu Cardinalis propter ſuas ſingulares dotes reipublicæ apprimè neceſſarius judicetur, ut peccatum ſit, illum non cogere, atque peccatum ſit ipſum promptè non obedi- 316

dire. Cùm contra charitatem delinquat S.Doct.2.2. *quæſt.*185. *à* 2. Imo, & contra Juſtitiam ut docent Patres S. Proſper. quòd non ſolùm contrà charitatem, ſed etiam contrà Juſtitiam *faciunt hi, qui merito ſuæ eruditionis electi, otioſum ſtudium fructuoſæ utilitati regēdę multitudinis anteponunt; & eum poſſint laboranti Eccleſiæ ſubvenire, operoſæ adminiſtrationis laborem, fruendæ quietis contemplationis refugiunt*.

Ad complementum hujus tractatus de Arte benè deſiderandi repræſentatis tot Sanctorum, & Illuſtrium virorum deſideriis, perquæ adeo ſe à dignitatibus eccleſiaſticis elongaverant, ab Epiſcopatu præcipue atque Cardinalatu: reſtat nunc, ut eorum, qui à Summo Pontificatu vehementer, ac ſinceré fuerunt alieni, plurima atque heroica exempla enarrare non pretermittamus. Et ſit, 316

CATALOGUS IV.

De his, qui, ad Summum Pontificatum contra eorum voluntatem ſublimati leguntur.

317 Sanctus Clemens ad Pontificatum evectus enixè recuſat Baron. *an.69. n.69.* licèt ſecunda vice ad Pontificatum revocatus, poſt multas reſiſtentias acceptaverit.

S. Bonifacius reluctans Pon-
318 tifex conſecratur. Baron. *an.*419. *n.*44.

S. Gregorius magnus electus Pontifex alieno veſtitu incedens,
319 Silvarum Saltus, Cavernarum latibula penetravit. Sed fulgidæ columnæ detectus portento, ad vaticanum invitus trahitur, & conſecratur. In ejus vita *lib.*1. referente Joanne diacono. Et martilogium Romanum die 3. Settembris de eodem ſingulare elogium texit dicens ibi .. *Romæ ordinatio incomparabilis viri ſancti Gregorii magni in Summum Pontificem, qui onus illud ſubire coactus è ſublimiori Throno clarioribus ſanctitatis radiis in orbe refulſit* Baron. *annal.*590. *num.*3. *&* 4.

Benedictus III. flens, & relu-
320 ctans, Pontifex creatur. Baron. *an.*855. *num.*37. Ciac. ſupra *col.*540.

Nicolaus Primus fugiens, & inventus ad Lateranum perducitur, & ordinatus Pontifex. Baron. *annal.*858. *num.*11. Ciac. ſupra *col.* 321
645.

Adrianus II. ad Lateranenſem Eccleſiam renitens defertur, & 322
Pontifex omnium votis recipitur. Baron. *anal.*867. *num.* 139. Ciac. *col.* 659.

Gregorius VII. Sola eligentium voluntate non ſua, ſed reluctans fit Pontifex Baron. *an.*1073. 323
*num.*2. Ciac. *col.*847.

Victor III. Indutus Pontificalibus, & poſtquam triduum Roma 324
eggreſſus, Ardeam, & Terracinam petiit: ibique Crucem, Clamidem, & cætera pontificia ornamenta deponens, Pontificem ſe eſſe nolle declarat, Montemque Caſinum revertitur. Et poſt annum præfata reaſſumens inſignia, Principibus, Epiſcopis, & Cardinalibus obſecrantibus, pontificatui conſentit, Baron. *an.*1086. *n.*1. Ciac. *col.*874.

Paſqualis II. Invitus eligitur 325
Baron, *An.*110. *n.*3. Ciac. *col.*899.

Ge-

Gelaſius II. coactus ſublimatur. Baron, *an.*111. *num.*5. Ciac. *col.*929.

326 Honorius II. reſiſtens efficitur Pontifex, Poſt duodecim dies convocatis Cardinalibus inſignia pontificia dimittit. & à tanto ſe abdicat honore; ſed Cardinalibus obedientiam præſtantibus, in Pontificatu perſiſtere cogitur. Baron. *an.*1269. *n.*3. Ciac. *tom.*2. *col.*173.

327 Nicolaus IV. *annal.*1288. electus Pontifex, & reluctans: tertiò Cardinaliũ obſecrationibus aquievit Ciac. *col.*259.

328 Cæleſtinus V. Suæ electioni ægrè conſentiens, poſtea amore ſolitudinis oneri pariter, & honori voluntariè ceſſit. Ciac. *tom.* 2. *col.*274.

329 Nicolaus V. maximè ſuæ electioni contrarius Pontifex creatur. Ciac. *tom.*2. *col.*949.

330 B. Pius V. nolens, & recuſans ad Pontificatum exaltatur. Ciac. *tom.*3. *col.*989.

331 Sed inter tot à primordiis naſcentis Eccleſiæ, per ſingulas ætates uſque adhæc tempora admiranda ſanctorum virorum exempla, qui ad Pontificatum contra eorum voluntatem fuerunt exaltati; Illud nulli ſecundum, de Joanne Franciſco Albano, proſapiæ nobilitate, morum integritate, litterarum ſublimitate conſpicuo, maximè celebrandum occurrit. Qui anno 1700. præſentiens à Cardinalibus in Conclavi exiſtentibus ad Pontificatum ſublimatum iri: tanto Cordis impetu, tantaque vi per plures dies reſiſtere conatus eſt, ut in lacrymas, & ſuſpiria effuſus, ejus debilitata, & deficiente natura, in lecto decumbens, febrique laborans potius mori, quàm exaltari clamabat. Interim Cardinales in ſuo voto perſiſtentes, ſcientes ad mentem Euſebii, meriti prærogativam eſſe honoris repulſam, & magis dignum effici, ut dicebat Pontius, qui ſe ab eo, quod meretur excuſat. Et nullius momenti putantes voces illas, quibus ſe tanto muneri imparem pronunciabat. Quæ omnia potius in ejus ſingulare vertebantur eloginm, teſtante Hieronimo *ep.*3. eò digniorem aliquem reddi, quò ſe magis Clamar indignum. Invicta omnium Cardinalium Conſtantia devictus, Nazianzeni eruditus oraculis, oratione prima. Cordis occupationem erumpens: voces illas efflavit. *Victus ſum, idque agnoſco, & fateor. Subditus ſum domino. Et oravi eum; propterea non renitor, nec contradico*. Et Cardinales ad Scrutinium feſtinantes, eum in Pontificem elegerunt.

Quià prima ſuæ exaltationis die Calamitatibus obſeſſus, & tentatus, Conſtantiam in tolerando non perdit, Juſtitiam in judicando non violat, Pietatem in gubernando non minuit. Impetitus anguſtiis, miſeriiſque, temporum vicibus non dejicitur, non vincitur, non cedit. Faxit Deus, ut in tot tantiſque, ac tam periculoſis rerum eventibus, & infortuniis, ſuperno aſpirante favore, ſuis una cum populis ovibuſque perpetua imperturbata, foelici glorioſaque tranquillitate Paſtor amantiſſimus, & Sanctiſſimus perfruatur. Et Roma ranto Heroi Summo Pontifici Clementi in ejus vigilantiſſimi animi, & ſtrenuiſſimæ curæ, atque ſollicitudinis Conteſtationem triumphales erigat arcus; & in ejuſdem virtutis monumentum ſimulacra conſtituat ſempiterna. Sperans ſub tanti ſideris fauſtiſſimis radiis, quod ejus refulget in ſtemmate, totum Chriſtianum orbem non minus gloriaturum, quàm Romani, tẽpore magni Gregorii Baron. *an.*595. *n.*16. 17. 18., aliorumque præſtantiſſimorum Pontificum gloriati fuere, quorum virtutes,

exem-

exempla doctrinam, & ſacram eloquentiam in agendo, in docendo, in Concionando per ſanctiores & ſolemniores anni dies in noſtro hodie fœliciter regnante Beatiſſimo Pater Clemente fulgere ſuſpicimus omnes, Deumque laudemus.

Renunciatio Domini Philippucci qui fuit Cardinalis electus à Santiſſimo Domino Clemente XI. 17. Maii 1706.

BEATISSIME PATER.

332 *INvaluit rumor, Santitatem Veſtram inter Cardinalitia dignitate decorandos, me quoque adſeribere deliberaſſe. Fateor ingenuè me hujuſmodi rumorē non modò vanum prorſus, & inanem, ſed etiam uti ſumma prudentia Santitatis Veſtræ injurioſum, ſemper habuiſſe, & adhuc habere, cùm reverà me nulla ex his qualitatibus præditum agnoſcam, quibus ad tanta dignitatis culmen paratur acceſſus; verùm quia ſumma, & innata bonitas, quæ in Santitate Veſtra reſidet, his omnibus poſthabitis, vera adhuc efficere poſſet, quæ falſo, ut dixi à fama enunciata fuiſſe exiſtimavi. Id circò in hoc caſu humillimè provolutus ad pedes Santitatis Veſtræ, majori qua poſſum ſubmiſſione, aliiſque quàm plurimis rationibus, prætermiſſis, pono antè ejus clementiſſimos oculos gravem meam ætatem, quæ poſtremis hiſce diebus omninò indiget pace, & quiete, non autem agitationibus, quas ſecum ferunt negocia eidem dignitati annexa. Spero itaque Santitatem Veſtram benignè admiſſuram eſſe eam, quam poſt diuturnas ad Deum effuſas preces ſponte, libera, & matura pravia deliberatione nunc facio, & in qua, Deo dante, conſtantiſſimè (quoad vixero) perſeverabo, recuſationem, vel potius non acceptationem, ſeù etiam ſi opus fuerit repudiationem, aut renunciationem Cardinalatus, cùm præventivè tamen facultate, quatenùs opus ſit, ſi ità placeat ſumma bonitati Santitatis Veſtræ retinendi pro mea honeſta ſubſtentatione Canonicatum, quem nunc obtineo in Eccleſia S. Joannis in Laterano eum penſionibus unam ſcilicèt ſuper altero Canonicatu ejuſdem Eccleſiæ, aliam ſuper Canonicatu Baſilica S. Petri, & reliqua ſuper dignitate Cathedralis Aeſinæ, nec non alia officia quæ modo ſimiliter obtineo. Venerabundus deoſculor pedes Santitatis Veſtræ deprecans à Deo Optimo Maximo omne bonum.*

Humill., & Obſequioſs. Subditus
Gabriel Philippuccius.

Votum Eminentiſſimi D. Cardinalis Carpinei deſuper Renunciatione D. Philippucci.

Al preſente dubio, che ſi propone -- *An & quomodo ſit admittenda renunciatio*. Quale per altro 333 include molte queſtioni, io ſarei di parere per hora di riſpondere -- *Renunciationem non eſſe admittendam*-- Non già perche intenda con ciò di fermare, che il Cardinal Filippucci debba forſarſi da Noſtro Signore, ma perche caminando con gl'eſempii de'Pontefici Predeceſſori oſſervo, che in qualunque caſo, non ſi è mai venuto, o al paſſo della coattione, o all'altro dell'accettatione del diſſenſo del Promoſſo,

ſe

ſe non doppo fatte eſquiſite diligenze, per indurre il medemo à recedere dal ſuo diſſenſo.

Queſte diligenze credo bene, che in parte ſiano ſtate fatte; ma con tutto ciò vorrei, che foſſero replicate dentro un tempo più congruo, medianti Perſone d'authorità, le quali faceſſero conoſcere al Promoſſo l'obligatione, che da'Sacri Canoni, e da'Santi Padri vien'impoſto di conſentire à quelle dignità, alla promotione delle quali l'ha ſtimato degno di chiamarlo il Pontefice, non tanto per il merito proprio, quanto per il bene univerſale della Chieſa: e di riceverle, doppo haverle modeſtamente ricuſate. Et anco v'interponeſſe Noſtro Signore la ſua autorità con farlo chiamare a ſe, vedendo eſſerſi così praticato con molti altri, potendo crederſi, che la preſenza, e la riverenza dovuta al Sommo Pontefice induca il promoſſo à ſacrificarſi alla volontà di Dio, & ad accreſcere al merito dell'umiltà quello dell'obidienza, e che adoprando Noſtro Signore tutti quei argomenti, de quali ſi ſono ſerviti i Predeceſſori per eſpugnare le durezze d'altri huomini grandi, e Santi, che hanno nutrito gl'iſteſſi ſentimenti di repugnanza alla dignità, poſſa renderlo perſuaſo, à deſiſtere dal ſuo diſſenſo, ſicome quelli col rimanerne perſuaſi ciecamente obedirno. Il che tanto più pare doverſi ſperare dal Cardinal Filippucci, perche alle cauſe, che al preſente ha allegato della ſua rifutazione, altre volte in caſi ſimili è ſtato opportunamente riſpoſto, e ſicome quelle riſguardano più toſto il proprio utile, e la carità verſo la propria Perſona, così non poſſono ne doverebbero preponderare al motivo, che ſi ha da credere habbia havuto Noſtro Signore nella ſua promozione del beneficio univerſale della Chieſa, e delle cauſe riſguardanti la carità verſo il Proſſimo.

E vero, che ſua Santità eſpreſſe nel Conſiſtorio la ſua volontà di non volerlo forzare, come diſſe haver pur praticato nei Veſcovi. Ma queſti mezzi in ſe ſteſſi non ſono coattivi, ma più toſto modi perſuaſivi, che rendendoſi più efficaci quando provengono dalla bocca medeſima, & autorità del Papa, doverebbe ſupplicarſi à non laſciare di praticarli.

Quando poi fatto ciò, ancor perſiſteſſe. In tal caſo, e doppo ſcorſo molto tempo laſciarei di perſuadere la coattione, o per via di precetto, o di comminazione di cenſure, poiche ſe bene la poteſtà del Pontefice di forzare alla accettazione della dignità, uno maſſimamente già iniziato negl'ordini, ſia ammeſſa dalla più commune opinione de Theologi, ſpecialmente quando non vi concorre giuſta cauſa di diſſentire, o pure vi concorre non tanto. la rifleſſione del merito proprio del Proſſimo, quanto il motivo del publico utile. E perciò vediamo, che in molti eſempj hanno li Pontefici eſercitato tal poteſtà, hora ſub Anathematis interminazione, hora ſub præcepto obedientiæ, come ſi è veduto ſopra nelli narrati eſempj di Nicolò Albergati, Federico Fregoſi Baronio &c. o come ſcrivono Pontificis Imperio conforme nelli ſopra numerati Cardinali Girolamo Sirleti, de Lugo, Bembo &c. contuttociò eſſendovi anco il caſo di Ferdinando di Toledo che per non haver voluto accettare il Cappello, Gregorio XIII. lo dichiarò diſſoluto dal vincolo della creazione. E lo ſteſſo era in procinto di praticare la Santa Memoria d'Innocenzo XI. riſpetto ai Cardinali Taja, e Ricci,

ſe eſſi non ſi foſſero volontariamente piegati all'efficaci perſuaſioni di Perſone autorevoli, ſicome da ciò ſi comprende eſſer nel mero arbitrio del Pontefice di forzare, o non forzare il Proſſimo, ed eſſerſi i Pontefici ſerviti dell'una, e l'altra Poteſtà, ſecondo le contingenze de caſi, e molto più ſecondo le cauſe, che forſe han potuto havere nel promovere tali ſuggetti, così non ſarei per conſultare la coattione, la quale ſolo deve dipendere dal puro impulſo, che ne habbia Noſtro Signore nella ſua mente, tanto più dopo d'haver inteſa la dichiaratione del ſuo animo, di non procedere alla coattione del Soggetto.

Onde tralaſciata la coattione, praticarei quell'iſteſſo, che fu praticato in tempo di Gregorio XIII. nella promozione del ſudetto Ferdinando di Toledo, e che parimente era preparato a praticare Innocenzo XI. con i ſuderti Cardinali Taja, e Ricci, cioè d'aſſolverli nel Conciſtorio ſecreto dal vincolo contratto per la loro creatione ſenz'altra rinuncia. Del qual'atto in tempo di Gregorio ne porto appreſſo di me una copia, eſtratta dagl'atti Conciſtoriali, e dell'altro ne poſſo io medeſimo rendere teſtimonianza, poichè il Papa ſolo deſiſtè di farlo per le difficultà propoſtele dal Cardinale Ludoviſio Decano, e dall'humili mie perſuaſioni di trattenerlo, come ſeguì con buon ſucceſſo per eſſerſi poi l'uno, e l'altro ridotti ad accettare.

Ne mi pare doverſi praticare quelle formalità ſolite nella rinuncia di quelli, che hanno già aſſunte le Inſegne, e ſono trattati da Cardinali; ma eſſer baſtante, che per atto publico coſti, o ſia confermato il diſſenſo da riferirſi inConciſtorio, con eſprimere il voto del Sacro Collegio, e con interporſi il decreto dell'abolizione dell'atto della Creatione, ſi perchè in queſti termini abbiamo l'eſempio eſeguito da Gregorio XIII., dopo che il detto Ferdinando manifeſtò per lettere il ſuo diſſenſo,oltre l'altro eſempio, che fu in procinto ad eſſeguirſi da Innocenzo XI. sì perchè la Creazione da il Jus al Pronunciato per accettare le dignità,ma avanti l'accettazione non credo poſſa dirſi coſtituito in tal dignità, in modo, che egualmente, come quelli debba rinunciare con le medeſime formalità, non ſolo per le regole communi,che l'officio,o dignità rimane vacuo, e ſenza effetto, quando non vi concorrre il conſenſo dell'eletto, come in termini preciſi deVeſcovi,e Cardinali ferma l'Abbate, in Cap. & ſi unanimiter de poſtul.prælar. & il Calderin Conſ. 1. de tranſlat. Epiſc. i quali ſolo limitano la regola, nel caſo della promozione ſeguita *ex cauſa ſimpliciter* neceſſaria, e publica, e di uno, che non habbia altri egualmente da promoverſi. Ma ancora, perchè habbiamo la conſtituzione prima d'Eugenio IV., dove eſpreſſamente ſi dice, non dirſi creati Cardinali, e pronunciati *uſque dum Cardinalatus Inſignia non ſuſceperint*.

Contro queſta Bolla ſi opponeva la derogazione del decreto Conciſtoriale di Pio V.riferito dal Cherubin in Compend.ad dictam Conſtitur.Eugenii IV.,ma il decreto revoca ſolo quella parte della Conſtituzione,ove ſi parla della voce dell'elezione del Papa, o d'altro atto prima dell'aperizione oris, ma per altro ſuppone, anzi conferma la neceſſità del coſenſo del promoſſo. ibi. *Ut poſtquam aliquis S. R. E. Cardinalis creatus fuerit, honoremque acceperit, & conſenſum ſuum*

de-

dederit, is ſtatim vocem &c.

Nè perche nelle Bolle, & in tempo di Gregorio XIII. ed Innocenzo XI. Si ſtabiliſce, e ſi pratica, o era per praticarſi l'abolizione del decreto della creazione ne naſce, che la creazione foſſe perfetta ſenza il conſenſo dell'eletto, perchè l'abolizione è neceſſaria, per togliere all'eletto quel Jus, che potrebbe havere *quandocumque acceptandi*, ma non perchè l'atto da per ſe ſi dica prefetto. *Etiam quoad electum*.

Seguita poi queſta abolizione, laſciarei alla prudenza, e modeſtia dell'iſteſſo Cardinal Filippucci di prender quelle riſoluzioni del ſuo ſtato, che puol credere più adequate per il decoro, e ſua quiete &c.

INDEX
RERUM NOTABILIUM

Primus numerus Reſolutionem indicat; Secundus rem notabilem denotat.

Et quando idem numerus marginalis replicatur, apponuntur litteræ Alphabeti ad diſtinguendum illos.

A

Abbatiſſa.

DE jure Canonico non habet juriſdictionem Ref.12.nu.88. ſed habet juriſdictionem temporalem ſufficientem. ibid. & nu.110.

Moniales peccarent contra Votum non obediendi Abbatiſſæ in his, quæ ſecundum regulas ſpectant ad Civilem gubernationem. ibid.

Abbatiſſa & quicunque Rector poteſt obligare Moniales, & Scholares ad obedientiam ex vi præſtiti juramenti & Voti ibid.

Hæc obligatio in Monialibus oriri non poteſt ſine traditione. Reſ.12. num.89. Moniales faciunt Votum de obediendo Abbatiſſæ quo ad res Civiles & domeſticas. Reſ.12. num.89.

Abbatiſſa pollet poteſtate Civili & domeſtica. Et eſt tanquam mater familias. Reſ.12. num.90.

Poteſt imponere temporalia præcepta ſub mortali. Reſ.12. num.90.

Nolle abſolutè obedire Abbatiſſæ & parentibus in re gravi eſt mortale. Reſ.12. num.90.

Abbatiſſa etiam ſi nulliter præcipiat Moniales ex voto tenentur obidire Reſ.12. num.110. 115.

Abbatiſſa habet ſolùm Civilem poteſtatem in ordine ad bonum temporale Monaſterii, & poteſt imponere temporalia præcepta. Reſ.12. num.110.

Abbatiſſa non poteſt facere præcepta Spiritualia in virtute Sanctæ obedientiæ Reſolut.12. num.110.

Azorius tenet, Abbatiſſam habere ſpiritualem juriſdictionem. R.12. num.110.

Moniales faciunt Votum obediendi ſuis Superioribus & Abbatiſſæ reſpectivè. Reſ.12. num.112.

Abbatiſſa non eſt propriè Prælata. Reſ.12. num.112.

Solùm habet quoddam maternum regiminis genus ibid.

Abbatiſſa de poteſtate abſoluta Papæ poteſt ſpiritualia præcepta facere & ferre cenſuras. Reſ.12. num.114.

Abbatiſſa habet Juriſdictionem in Moniales à confirmante regulam. Reſolut.12. num.14. 88. ſeq.

Abſolutio.

Pro abſolutione peccati & excommunicationis requiritur certa forma. Reſ.20. num.11.

Peccati remiſſio non fit ſine voluntaria retractione. Reſ.25. nu.163. in med.

Abuti.

Re eſt peccatum. Præamb.3. nu.16.

Acceptare.

Dignitates nolentibus Pontifex non debet præcipere. Præambul.1. num.125.

Pontifex non debet cogere Epiſcopatum acceptari ſub mortali præcepto. Præamb.1. num.97.

Non acceptantes ſolùm rationibus ſunt cogendi Præamb.1. num.97. ſeq.

Votum de non acceptando Epiſcopatum oblatum non eſt de non acceptando Epiſcopatum actu traditum. Præamb.1. num.66.

Epiſcopatus oblatus eſt recuſandus. Collatus eſt acceptandus. Præambul.1. num.94.

Invitatus recuſet. Electus acceptet. Præamb.1. num.95.

Acceptare eſt rem accipere. Reſolut.14. num.8.

Acceptare eſt in rem oblatam, & de futuro conſentire. Reſolut.14. num.9.

Non debet acceptari onus cum periculo ſalutis. Reſolut. 16. num.87.

Datur terminus ad acceptandum. Reſolut.25. num.101.

Officia publica non acceptantes puniuntur. Reſol.15. num.159.

Minus dignus acceptans beneficium & impediens digniorem peccat, & tenetur ad reſtitutionem. Reſol.4. num.3.

Acceſſorium.

Stare non poteſt ſine ſuo principali. Reſol.8. num.44.

Uno conceſſo conceditur utrumque. Reſol.8. num.44. 74.

Acceſſorium corruit ſublato ſuo Principali. Reſolut.8. num.44.

Sequitur naturam ſui Principalis Reſolut. 8. num. 44. Reſolut. 7. num.15.

Acceſſoria dupliciter appeti poſſunt. Cauſa ſui, & cauſa alterius. Reſolut.7. num.3. 14.

Acceſſoria requiruntur ut Epiſcopus ſibi & ſuis provideat. Reſolut.7. num.20.

Acceſſoria, puta Honor, Divitiæ &c. appeti debent mediatè, per aliud, & cauſa alterius, ad quod nata ſunt ordinari. Hoc eſt ad ſuum principale. Reſolut.8. num.57.

Principalia appetuntur immediatè, per ſe, & cauſa ſui. ibid.

Acceſſoria ſi appeterentur cauſa alterius non ſunt contra Evangelica conſilia. ibid.

Si appeterentur cauſa ſui eſſent contra. ibid.

Licitus eſt ex Divo Thoma Appetitus ſecundariò de Honore &c. Reſol.8. num.57.

Acceſſoria non poſſunt intendi ſine primariò. Reſol.16. num.89.

Acceſſoria habent naturam ſui principalis. Reſol.16. num.95.

Actus.

Quando ex una ſpecie eſt licitus, & ex altera eſt illicitus, tunc ex genere ſuo non eſt nec licitus, nec illicitus, ſed indifferens. Reſol.8. num.79.

Actus à principio nullus, nullum producit effectum. Reſolut.12. num.107. A.

Actus declarat mentem agentis ibidem.

Semper judicatur à principali intentione agentis. ibidem.

Quando Actus poteſt fieri ex pluribus Capitibus, cenſetur factus ex utiliori, & firmiori. Reſolut.12. num.107. A

Omnis eſt admittenda interpretatio

ad

ad actum ſuſtinendum, ut non remaneat inanis. ibidem.
Actus qui ſequitur declarat intentionem praecedentem. Reſol.15. num.35. A.
Actus geminati inducunt majorem firmitatem. Reſol.15. nu.35. A.

Adminiſtrans.

Beneficium ante expeditionem litterarum incidit in pœnas, etiam ſi à privata perſona ſciat ſe fuiſse approbatum. Reſol.15. num.27.

Affectus.

Imponit nomen operi Praeamb.1. num.3.

Agens.

Naturale haud nititur facere id, quod eſt ſupra ſuam virtutem. Reſol.1. num.8.
Vitioſum eſt, quod homo imperfectæ virtutis attentet facere quod perfectæ virtutis eſt. ibid.

Alimenta.

Clericorum, Epiſcopi &c. Praeamb.2. num.66.
Ab actibus ſpiritualibus non ſeparantur Corporis alimenta ibidem & Reſol.8. num.93.
Qui bene praſunt presbyteri duplici honore habeantur. Reſolut.7. num.8.
Non obturas os Bovi trituranti. ibid.

Altare.

Qui altari ſervit de altare vivere debet Praeamb.2.n.66. Praeamb.3. num.103. 104.

Amare.

Quod non amatur negligitur. Reſolut.25. num.167. A.

Ambitio.

Ambire grammaticaliter ſumptum eſt idem ac circumdare. Reſol.1. num.1.
Ambitionis Vitium eſt inordinatus appetitus honoris. Reſol.1. nu.3.
Ambitio ſemper eſt peccatum. Reſ.1. num.3. 6.
Ambitionis honor non redundat in utilitatem proximorum Reſol.1. num 3.
Ambitionis effectus eſt proprio motu tendere in dignitates. Reſolut.1. num.4.
Qui pro ſe rogat, preces ſunt pro indigno. Reſol.1 num.5. Reſol.10. num.41.
Quod multum ambimus, facilè eventurum exiſtimamus. Reſol.1. num.6.
Praſumptio eſt appetitus aggrediendi aliquid ſupra ſuas vires. Reſolut.1. num.7. Vid. praſumptio.
Vitioſum eſt, quòd homo imperfectæ virtutis attentet quod perfectæ virtutis eſt Reſol.1. num.8.
Homo de ſua natura tendit ad alta. Reſol.1. num.9.
Ambitio tirannica paſſio. Reſol.1. num.10.
Torquet Saculares, & Eccleſiaſticos Reſol.1. num.11.
Ambitio maledictionem cauſat. Reſolut.1. num.12.
Ambitioſus Epiſcopus deſtruit gregem. Reſol.1. num.13.
Ambitio multa mala ſecum affert. Reſol.1. num.14.
Quot modis in materia ambitionis contingat peccare. Reſol.1. n. 15.
Quantum ab Ambitionis Vitio antiqui Eccleſiaſtici ſe perſeverare ſtuduerint Reſol.2. per totum.
Ambitio definitur. Reſolut. 10. n. 44
Appetitus inordinatus eſt ambitionis peccatum. Reſol.16. num.94.
Ambitio eſt ambientis Actio. Reſol.1. num.1. A.
Sumitur pro favore & gratia, ibid.
Ambire eſt ſine merito quarere honores. ibid.

Ambitio non dat nec bonum principium, nec finem ibid.
Ambire eſt circumdare populum pro honoribus ibid.
Boni prælationem non ambiunt, ſed præponunt digniores. Reſolut.4. num.3.
Voluntas habens votum de non ambiendo cogitur non ambire tam ex communi lege, quàm ex lege voti. Præamb.1. num.75.
Quò magis quis ſe ſtat ab ambitione, eò eſt dignior. Reſol.6. num.20.
Ambitio damnatur, Præamb.2. num.30.
Quid ſit Ambitio. Reſol.8. num.28.
Non eſt ambitio ſi quis quærat honorem. Reſol.5. num.10.
Et prodeſt inſtantia. ibid.
Non eſt ambitio ſervire ſpe ſtipendii, & quæſtus. Reſol.5.num. ....
Circumdat, ut faciebant canditati Romæ ibid.
Ad honorum faſtigia non ambitioſi ſed probatæ vitæ exaltantur. Reſol.4. num.3.
Caſum quærit, qui ambitioſè aſcendit Reſol.4. num.3.
Ambitioſus obedientiæ meritum non cognoſcit. Reſol.4. num.6.

Animus.

Hominis tendit ad alta, ideo illum reprimunt Jura. Reſolut. 14. num.2.
Anima ſine corpore corporaliter vivere non poteſt. Reſolut.23. num.15.
Ambitioſus à prælatione, etiamſi aliunde Sanctus eſſe poſſit, arcendus eſt. Reſol.1. num.1.

Annexa.

Et Connexa quæ ſint. Reſolut.11. num.6.

Antecedens.

In omni materia Clauditur in conceſſione conſequentis. Reſolut.19. num.20. vide conſequens.

Apoſtoli.

Non juverunt poſt Chriſtum vocati per rigoroſum præceptum. Reſ.11. num.32.
Chriſtus vocans Apoſtolos non præcepit; ſed Invitavit. Reſol.11. num.33.

Appellare.

Eſt alicujus gratiam, & favorem implorare Reſol.10. num.4.
Eſt ab inferiori ad Superiorem provocare. Et in judicio adverſarios convenire. Reſolut.10. num.4.

Appetere.

Nullus debet aliquid ſupra ſuas vires. Reſol.10. num.7.

Approbatus.

Semel: amplius reprobari non poteſt. Reſol.15. num.19. 206. 233.
Niſi adſit nova cauſa. Reſolut.15. num.19. 206.
Qui ſit approbatus, & electus. Reſol.25. num.98. 99. 100.

Arare.

Qui arat, ſemper arat ad fructus percipiendos. Præamb.3.nu. 103.

Arbitrium.

Non debet eſſe effrænatum. Præambul.3. num.47.

Archiepiſcopus.

Quis non appellatur, antequàm recipiat Pallium. Reſolut.25. num.131.

Argumentum.

A contrario ſenſu optimè concludit. Reſol.10. num.21.
Argumentum à ſufficienti partium enumeratione eſt validiſſimum. Reſol.17. 81.

Argumentum à paritate rationis eſt validum. Reſol.17. num.81.

Aſpera.

Neceſſe eſt habeant in ſe aliquid jucundum. Reſol.16. num.14.

Augmentum.

Et diminutio ſunt contraria. Reſ.10. num.6.

B

Beneficium.

QUomodo Eccleſia vocet ad beneficium poſtulandum Reſolut.11. num.16.

Beneficiati dicuntur fures ſi de ſuperfluis non faciunt eleemoſinam. Praamb.3. num.103. & tenentur ad reſtritionem.. Praamb. 3. num.103.

Beneficium acceptans. Vide acceptare.

Bonifacius VIII. fuit author Cap. ſi Religioſus Reſol.2. num.12.

Baptiſmus.

Receptio illius in Adulto non fit ſine ejus conſenſu. Reſol.25. n.139.

Baptiſmus dat primum eſſe in ratione vita eterna. Reſol.25.n.163.

Eſt Janua fidei & Sacramentorum. Reſol.25. num.163.

Sine eo ſalus non habetur. Reſol.25. num.163.

Per eum remittitur omne peccatum originale & actuale. Reſol.25. num.163.

Per ipſum ſignificatur pænitentia Interior. qua debet eſſe voluntaria Reſol.25.num.163.

Opinio Cajetani non requirit Conſenſum in Adulto pro recipiendo validè Baptiſmo. Reſol.25. nu.188.

Opinio,baptiſmū recipi etiam in Contradicentibus Reſol.25. num.188.

Baptizandus non poteſt impedire quod effuſio ſupra ſe Aquæ ipſum non madefaciat. Reſol.25.n.224. 264.265.

Sivè Petrus, ſive Paulus baptizet Chripſtus eſt qui baptizat Reſolut.25. num.224.

Innocentius Cap. majores quid ſentiat de baptiſmo Reſol.25. n.228.

Naturam Sacramenti Pœnitentiæ imitatur Reſol.25. num.231.

Baptizare filios invitis parentibus, fit ipſis injuria Reſolut.25.n.240.

In Baptiſmo eſt attendenda ratio ſubjecti Reſol.25. num.241.

Bamtiſmus non dirigitur ad Angelos, bruta, aut lapides Reſolut.25. num.241.

Baptiſmus reſpicit homines diverſo modo reſpectivè ad illorum diverſos ſtatus Reſol.25. num.242.

Fictio in baptiſmo eſt peccatum, & non impedit Characterem. Reſolut.25. num.246.

In adulto ſi non adſit dolor, requiritur alia voluntas recipiendi validè baptiſmum. Reſolut.25. num.246.

Suſcipere baptiſmum eſt trantire de ſtatu ad ſtatum Reſol.25. n.247.

Abrenunciare non poteſt fieri ſine voluntaria retractatione. Reſolut.25.num.249.

Baptiſmus transfert de ſtatu ſervitutis ad libertatem. Reſolut.25. num.250.

Recipiens baptiſmum ſemper obligationem Contrahit Reſol.25.n.256.

Pueri baptizati per alimentum Eccleſiæ nutriuntur. Reſolut. 25. num.258.

Pro receptione baptiſmi in adulto paſſio non debet eſſe neceſſaria, ſed voluntaria. Reſol.25. num.261.

Baptiſmus delet originale, & actuale Reſol.25. num.262.

Defectu intentionis baptiſmus eſt nullus. Reſolut.25. num.261. & repetendus.

Ad Baptiſmi ſuſceptionem requiritur Conſenſus vel proprius, vel ſuppeletus per Eccleſiam. Reſolut.25. num.257. & 256.
Diſpoſitio ad baptiſmum eſt fides & intentio vel propria vel Eccleſiæ Reſol.25. num.256.
Receptio Baptiſmi in adulto non eſt paſſio coacta ſed libera Reſol.25. num.261. 264.
Fides & intentio requiruntur in adulto ad Baptiſmum recipiendum. Reſol.25. num.262.

Bonum.

Ex Integra Cauſa. Reſol.10. n.14.
Comm une bonum prævalet privato. Reſolut. 19. num.9. Reſolut. 21. num.23.
Neque per privilegium vacillare poteſt. Reſol.19. num.9.
Paſcere Chriſti oves pertinet ad Cōmune bonum. Reſol.19. num.10.
Monachus in Clauſtro inſiſtit bono privato, docens extra, inſiſtit bono communi. Reſol.21. num.23.

Bos.

Bovi trituranti non debet ligari os. Præamb.3. num.103.

Brevitas.

Deſideratur. Præamb.1. num.13.

Bulla.

Urbani VII. Reſol.24. num.6.

C

Candidati.

Dicuntur quantum ad primiordia gerendorum honorum. Reſol.25. num.130.

Capacitas.

Idem eſt ac meritum, & Idoneitas ad dignitates Reſol.21. num.18.
Nullus poteſt a ſe abdicare Capacitatem ad illasReſolut.12. num.1. ſeu ad ſanctos honores Reſol.21. num.17. vide Honor.

Cardinalis.

Ad Cardinalatum non datur propriè electio, ſed Collatio. Reſolut.25. num.136.
Pontifex poteſt creare Cardinalem in re etiam reluctantem Reſol.25. nu.137. ſecundum unam ſententiam.
Cardinalium creatio Taja & Ricci. Reſol.25. num.141.
Cardinalibus quantus eſſe debeat honor Reſol.5. num 14.
De Cardinalibus conſtitutio Eugenii IV. Reſol.25. num.143.
Decretum Pii V. de Cardinalibus. Reſol.25. num.145.
Conſtitutio Sixti V. de Cardin. Reſolut.25. num.146.
Cardinalatus non dat primum eſſe ſubſtantiale. Reſol.254. nu.161.
Carolus V. reverentia excipit Cardinales. Reſol 5. num. 14.

Cauſa.

Non influente nullus erumpit effectus. Reſol.12, num.109.
Quod eſt Cauſa Cauſæ,eſt Cauſa cauſati Reſol.25. num.72.
Cauſatum regitur à Cauſa ſua Cauſa ibid. ſeq.
Culpa Crucifigendi Dominum noſtrum Jeſum Chripſtum magis Judæis quàm Pilato imputanda fuit. Reſol.25. num.77. a ſeq.
Idem judicium eſt de Cauſa & de Cauſato Reſol.25. num.73.
Cauſa datur talis, qualis eſt Cauſa Cauſans Reſol.25. num.74.
Cauſa neceſſaria applicata, nihil prodeſt libertas ad ejus vitandum effectum. Reſolut.25.n.264.
Cauſſa cadere. Reſol.10. num.2.
Cauſſa ſignificat arduum negotium. Reſol.10. num.2.

Cauſ-

Cauſſa litem ſignificat. Reſolut.10. num.2.

Cælibatus.

Quid ſit. Reſol.23. num.43.

Charitas.

Negotium ſanctum ſuſcipit Charitac veritatis. Praamb.2. num.2.
Negotium juſtum ſuſcipit neceſſitas Charitatis. Reſol.1. num.20.
Niſi quis certò ſciat ſe babere Charitatem. An D.Thom. intellexerit de certitudine morali vel phiſica Reſol.10. num.15.
Certitudo phiſica Charitatis non datur in hac vita. Reſolution. 10. nnm.18.
Sed ſolùm moralic ibid. num.19.20.
Duplex datur Certitudo moralis Charitatis, communis & ſpecialis. Reſol.10. num.24.
Specialis certitudo Charitatis differt à communi. Reſol.10. nu.26.
De certitudine phiſica Charitatis nemo poteſt judicare. Reſolut.10. num.27.
Cum certitudine phiſica charitatis licitè deſiderari poſſunt dignitates, & Epiſcopatus. Reſolut. 10. num.28.

Charitas.

Poſcit, ut exponcmur proximorum utilitati Reſol.19. num.9.
Charitatis eſt non recuſare juſtitia labores Reſol.19. num.9.

Chriſtus.

Nullum praceptum impoſuit. Praamb.3. num.90.
Nec lex evangelica. ibid.

Clemens.

Objurgatus ab Apoſtolo, quia recuſavit epiſcopatum acceptare, Reſol.9. num.16. Reſol.16. num.56.
Clemens Undecimuc voluit promovere ad Cardinalatum, non compellere. Reſolut.25. num.79.
Deſiderantibus & petentibus nolebat dignitates conferre, ſed neque nolentibus. Reſolut.15. num. 100. K.
Pontifex mitis invitat non cogit Reſolut.15. num.111.
Fœliciter regnaturus. Reſol.15. §.9. num.172.
Admirandum Sanctorum exemplum, invitum ad Pontificatum trahi. Reſol.25. §.7. num.331.

Clerici.

In primitiva Eccleſia babitabunt in Civitatibus. Reſol.2. num.1. monachi extra urbem ibidem.
Non poſſunt ſe ſubmittere laico. Nec Regulares epiſcopo. Reſolut. 15. num.194.
Non debent diteſcere. Reſolut.16. num.8.
Clerici in primitiva Eccleſia babitabant in civitatibus. Monachi verò ſolitarii extra urbes. ibid.
Clerici vivere debent de patrimonio Jeſu Chripſti. Cujus obſequio deputantur. Reſolut.5. num.11. Fagnan.lib.1.pag.mibi 655.n.90. ſeq.& Praamb.3.num.103.
Clerus in communi vivebat. Praamb.3. num.11. 101.
Nullus Clericus in Eccleſia bonis dominium habebat. Praamb. 3. num101.
Vide Eccleſiaſticus. Beneficiatus.

Clerus.

Sacularis babet Collegia ad ſui educationem, & ſcientias Comparandas Reſol.18. num.8.

Coactio.

Provenit vel ſine pracepto, vel cum pracepto virtuali vel rigoroſo. Praamb.1.num.50.
Coacta ſervitia deo non placent. Praamb.1. num.107.
Cogenti imputatur maluc exitus rei

Praamb.1. num. . . . . Reſol. 25. num.77. A.
Quamdiu homo non Cogitur non poteſt judicare, an melius ſit Epiſcopatum acceptare. Reſolut.10. num.38.
Coactio vel abſoluta vel Conditionalis Reſol.13. num.2.
Coactio obſoluta eſt impetus majoris rei, cui non poteſt reſiſti. Reſolut.13. num.3.
Abſolutè coactus potius patitur, quàm agat Reſol.13. num.3.
Abſolutè coactus formam dormientis habet Reſol.13. num.4.
Abſolutè coactus non meretur nec demeretur Reſol.13. num.4.
Coactio abſoluta non poteſt intervenire in prolatione verbi. Reſolut.13. num.6.
Cogi quis non poteſt ad juramentum verbale, bene autem ad actuale. Reſol 13. num.7.
Coactio Conditionata eſt idem ac Metus Reſol.13. num.11.
Coacta voluntas, voluntas eſt. Reſolut.13. num.12.
Coactionem pati poſſunt potentia, qua ſunt affixa organis corporeis. Reſol.13. num.14.
Cogi poſſunt ab objectis potentia ſpirituales. Reſol.13. num.15.
Intellectus veritate devictus cogitur aſſentiri. Reſolut.13. n.15.
Voluntas cogitur à fine ultimo Reſolut.13. num.16.
Coactio inferri poteſt non ſolùm à Cauſa efficiente in paſſum, ſed etiam ex objecto. Reſol,13.n,20.
Coactio ex prompta obedientia & ex timore pracepti incidunt in idem Reſol.15. num.5.
Dari poteſt modica Coactio. Reſolut.15. num.7.50. & ſufficit. Reſol.15. num.50. levis timor eſt modica Coactio ibid.
Opera ſupererogationis non poſſunt fieri Coactè. Reſol.15. num.91.
An ſit idem Conſentire Coactè, ex prompta obedientia, & ex timore pracepti. Reſolut.15. num.97.
Regula ad dignoſcendum, quando aliquid ſit Coactè. Reſol.95. num.100.l.
Aliud eſt ſpontè, aliud Coactè effici. Reſol.15. num.111.
Per Votum de prompta obedientia, Cogitur Homo Reſol.16. num.31.
Cogere debet Pontifex rigoroſo pracepto electum Conſentire, niſi aliqua ratione repugnet. Reſol.19. num. 2.
Cogere & compellere ſolùm ad invitos diriguntur Reſol.25. nu.6.
Clemens XI. voluit promovere ad Cardinalatum non Cogere Reſolut.25. num.79.
Cogere eſt idem ac Compulſare Reſol.25. num.77. C.
Cogere non praeceptis ſed rationibus. Praamb.1. nu.98. Reſolut. 9.n.8.
Coactio ex timore pracepti accidit Romualdo Reſol.15. num.77.
Sufficit veniale praeceptum ad Cogendum Praamb.1. num.107.
Vide violentia, dignitas. Votum.

Collatio.

Differentia inter Collationem & electionem Reſol.25. num.136.
Collatio habere poteſt vim electionis Reſol.25. num.152.
Collatio dicitur Donatio & liberalitas Reſol.25. num.152.
Non eſt gratia in Conferendo, quod alicui tenemur dare Reſolut.25. num.152.
In neceſſitatibus conferre non eſt gratia nec liberalitas. Reſol.25. num.152.
Collatio Beneficii non eſt actus ordinis ſed juriſdictionis. Reſol.25. num.152.
Eſt duplex, neceſſaria, & voluntaria. Reſol.25. num.152.
Cujuſcunque officii Collatio quamdam habet ſpeciem Connubii. Reſol.25. num.167. B.

Communia.

Non ſunt propria Praeamb.3. nu.11.
Omnia de jure naturali ſunt Communia. Praeamb.3. num.15. & de jure gentium appropriata ibid. vid. elemoſina.

Compenſatio.

Quid ſit. Praeamb.1. num.107. m.

Complexio.

Ex Complexione aliqui facile iraſcuntur, concupiſcunt, ſunt manſueti. Reſol.25. *num.58.*
Homines ex ſua Complexione ſequuntur paſſiones; quibus ſapientes reſiſtunt Reſolut.25. *num.58.*

Concedere.

Conditio, quam princeps ſolet concedere eſt poſſibilis. Reſolut.23. *num.72.*
Etiam ſi difficillimè illam concedat Reſol.23. *num.73.*
Idem eſt Concedi ſolitum, ac pluries concedi. Reſol.23. *num.74.*
Ad ſolitum concedere ſufficit bis. Reſol.23. *num.75.*
Exempla de conceſſione conditionum Reſol.23. *num.76.*

Conceptus.

Mentis per verba explicamus Reſolut.15. *num.81.*
Et interiora per exteriora ibid.
Conceptus rei adveniunt rei. Reſol.15. *num.66.*

Conditio.

Impoſſibilis habetur pro non ſcripta. Reſol.15.
Conditio eſt duplex realis & arbitraria Reſol.17. *num.40.*
Particula ſi *Conditionem importat.* Reſol.23. *num.24.*
Conditio formam ſubſtantialem inducit. Reſolut.23. *num.25.*
Ad hoc quod Conditio obliget, oportet, quòd exiſtat. Reſolut.23. *num.26.*
Geſta contra Conditionem, ſeu contra formam ſunt ipſo jure nulla. Reſol.23. *num.26.*
Impedita conditione, res promiſſa non habet effectum. Reſolut.23. *num.27.*
Si ante eventum Conditionis ſupervènerit impedimentum, praetenſa gratia non ſuffragatur Reſolut.23. *num.27.*
Particula ſi *ſolùm aliquando ſervit ad determinandum tempus.* Reſolut.23. *num.28.*
Affectus voventis aliquando non eſt in rem promiſſam, ſed in Conditionem Reſol.23. *num.29.*
Conditio ſuſpendit obligationem voti, donec eventat Reſol.23.*n.30.*
Conditio pendens à Principis voluntate eſt impoſſibilis. Reſolut.23. *num.68.*
Conditio, quam Princeps ſolet concedere eſt poſſibilis. Reſolut. 23. *num.72.*
Etiam ſi difficillimè illam concedat Reſol.23. *num.73.*
Idem eſt concedi ſolitum, ac pluries concedi Reſol.23. *nnm.74.*
Ad ſolitum ſufficit bis. Reſolut.23. *num.75.*
Conditionis natura ſolùm eſt ſuſpendere effectum. Reſol.23.*num.80.*
Conditio ſuſpendit effectum uſque ad tempus habile Reſol.23. *n.83.*
Exempla de Conditionum Conceſſione Reſol.23. *num.76.*

Conferre.

Plus eſt dare quàm confirmare Reſol.15. *num.263.*
Qui confert donat. Reſolut. 15. *num.263.*
Conferre dare eſt voluntatis, & ſapit gratiam. Reſol.15. *n.264.*
Nemo dat quod non habet Reſol.17. *num.23.*

Confirmatio.

Non poteſt habere vim virtualis præcepti Reſol.15. *num.*14.

Confirmationem ſolus Papa Confert Reſol.15. *num.*147.

Confirmatio non habet rationem virtualis præcepti Reſolut. 15. *num.*262. a

Confirmatio nihil facit, ſed roborat Reſol.15. *num* 262. a

Plus eſt Conferre, quàm Confirmare Reſol.15. *num.*263.

Confirmatio eſt neceſſitatis, & ſapit Juſtitiam. Reſol.15. *n.*264.

Confirmatio nil minimum novi juris addit. Reſol.15. *num.*265. *electio dat jus electo. ibid.*

Confirmatio relinquit rem ſanam, vel infirmam prout illam reperit Reſol.15. *num.*265.

Per Confirmationem aquiritur exercitium, ſed nihil novi juris comparatur. Reſol.22. *num.*51.

Confirmatio electionis non eſt gratia, ſed juſtitia Reſol.22. *num.*53.

Quando Papa eligit non requiritur Confirmatio Reſol.22. *num.*63.

Quid ſit confirmatio Reſol.22. *n.*70.

Confirmatio in forma communi nihil novi juris addit. Reſol.22. *n.*73.

Confirmatio in forma ſpeciali quid faciat Reſol.22. *num.*73.

Electio ante quam Confirmetur debet eſſe acceptata. Reſolut. 22. *num.*73.

Superior Confirmando non confert beneficium. Reſol.22. *num.*73.

Conformatio.

Ad Superioris voluntatem, ſtat loco præcepti Reſolut.16. *num.*88.

Connexio.

Connexa ejuſdem Juris ſunt Reſolut.23. *num.*15-17.

Pronunciatio uno verbo ſequuntur alia quæ habent Connexionem cum illo. Reſol.23. *num.*18.

Qui renunciat uni, renunciat omnibus connexis cum illo. Reſol.23. *num.*18.

Prohibito uno, prohibetur omne connexum cum illo. Reſol·23. *n.*19.

Uno admiſſo, admittuntur connexa Reſol.23. *num.*20.

Conſenſus.

In Epiſcopatum debet eſſe ſicut femmina nolens volens. Præamb. 1. *num.*108. Reſol.25. *mum.*111.

Conſenſus & vocatio ſunt termini correlativi. Reſol.11. *num.*11.

Conſenſus in Epiſcopatum non poteſt eſſe abſolutè coactus, ſed solùm conditionatè. Reſol.13.*num.*10.

Consensus in Episcopatum eſt coactus coactione conditionali; & voluntarius ſimpliciter. Reſolut. 13. *num.* 13.

Consensus eſt actus intellectus & voluntatis. Reſol.13. *num.*17.

Consensus ſe habet ad inſtar ſententiæ. Reſol.13.*uum.*17.

Consensus electi requiritur ad electionem. Reſ.15. *num.*21.39.42.44.225.

Conſenſus electi ſupleri non poteſt ab Eccleſia. Reſol.15.*num.*21.

Qui non consentit, contradicere videtur. Reſol.15.*num.*21.

Niſi prius consentiat electus nullum jus acquirit in electionem & Beneficium. Reſol.15.*num.*21.

Electus non poteſt conſentire, niſi prius ſibi innoceſcat electio. Reſolut.15.*num.*22.25.

Reſpectu *ejusdem numero electionis debet poſſe dari consensus coactus, & non coactus.* Reſolut.15. *num.*23.59.

Præceptum *de conſentiendo debet innoteſcere electo.* Reſolut. 15. *num.*22.25.

Consensus electi eſt totalis electionis finis. Reſol.15.*num.*21.39.

An ſit idem conſentire coactè, & ex eſt prompta obedientia, & ex timere

mere præcepti. Reſol.15.*num.*97.
Conſentire promptè, & coactè formaliter ſunt diverſa. Reſol.15. *num.*99.
Facilitas & reſiſtentia in conſentiendo dignitatibus repræbenditur. Reſol.15.*num.*113.Reſol.14. *num.*11.
Conſenſus non debet redire in eligentem. Reſol.15.*num.*239.
Quid ſit Conſenſus & vocatio ex prompta obedientia. Reſolut.16. *num.*1.
Licitum eſt conſentire in proſpera ex prompta obedientia. Reſol.16. *num.*19.
Ad conſentiendum in proſpera non requiritur rigoroſum præceptum. Reſol.16.*n.*20.
Quem finem habeat conſentiens, Deus ſcit. Reſol.16.*num.*34.
Conſenſus ex prompta obedientia præſtitus non cauſat ſcandalum. Reſol.16.*num.*75.
Perfectius *eſt præſtare conſenſum ex prompta obedientia, quàm expectare rigoroſum præceptum.* Reſol.16.*num.*80.
Reputatus *idoneus, ſi non conſentiat peccat.* Reſol.16.*num.*80.81.
Ut matrimonium reſurgat, requiritur contrahentium conſenſus. Reſol.22.*num.*51.55.
*Ex conſenſibus obligationes oriuntur.*Reſol.22.*num.*51.
Conſenſus electi eſt neceſſarius. Reſol.22.*num.*66.
Nemo eſt cogēdus ut conſentiat.ibid.
Datur terminus ad conſenſum præſtandum in electionem & dignitates. Reſol.25.*num.*101.
Conſenſus debet eſſe promptus in electionem. Reſol.25.*num.*106.
Debet eſſe cum merore triſtitia &c. Reſol.25.*num.*108.
Idoneus reputatus debet conſentire. Reſol.25.*num.*109.
Conſenſus debet eſſe ſicut fæmina. Reſol.25.*num.* 111. Præamb.1. *num.*108.
Conſenſus in dignitates debet eſſe tepidus. ibid.
Ad martirium verò debet eſſe virilis. Reſol.25.*num.*111.
Idoneus non conſentiens peccat mortaliter. Reſol.25.*num.*114.
Dignitas in re non recipitur ſine conſenſu recipientis. Reſol. 25. *num* 143.
Conſenſus ſine uſu rationis eſſe non poteſt. Reſol.25. *num.*263.

Conſequens.

Eſt triplex illativè, prout conſonat, & prout eſt conforme reſpectivè ad antecedens. Reſol.19.*n.*13.
Id quod probibet conſequens, & antecedens probibere neceſſe eſt. Reſol.23.*num.*52.

Conſilia.

Evangelica ſunt tria Præamb.4. *num.*24.
Conſilium & præceptum differunt. Præamb.3. *num.*76. Reſolut.11. *num.*34.
Conſilium eſt voluntatis. Præceptum *neceſſitatis.* Reſol.12.*n.*32.
Præceptum *induciт neceſſitatem, conſilium arbitrium & libertatem.* Reſol.12.*num.*32.
Sine prudentum Conſilio non debet aſſumi opus periculoſum. Reſ.16. *num.*22.
Conſilium eſt petendum. Reſol.16. *num.*28.

Conſumare.

Eſt Incoactum perficere. Reſol.15. *num.*98.

Conſtare.

Eſt palam reddi &c. Reſol.7.*n.*25.

Contemnere.

Minus eſt, quàm deſpicere. Reſ.25. *num.*8.

Contractus.

Celebrati ſolo conſenſu & re promiſſa, vel rei interventu. Pręam. 1 *num.* 63.

Contractus fieri non poteſt ſine conſenſu duorum. Reſol. 12. *num.* 38. Reſol. 15. *num.* 235.

Criminoſus.

Rejiciendus ab Epiſcopatu. Praa. 2. *num.* 71. *vid. Epiſcopatus.*

Contradictio.

Impoſſibile eſt verificari contradictionem de eadem re. Reſ. 17. *n.* 3.

Neque Deus poteſt illam componere. Reſol. 17. *num.* 4.

Contraria.

Adverſantur, & ſe mutuò eliduunt Reſol. 8. *num.* 43.

Nata ſunt eſſe circa idem. Reſol. 10. *num.* 23.

Non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubjecto. ibid.

Contraria qualitates non poſſunt eſſe in eodem ſubjecto, & Potentior vincit. Reſol. 15. *num.* 139.

Convicium.

Convicio repellitur. Praamb. 1. *num.* 107. *n.*

Correlativa.

Uno deſtructo deſtruitur aliud. Praamb. 3. *num.* 64.

Culpa.

Pœna ſine culpa non datur. Reſol. 15 *num.* 163.

Quis non poteſt licitè vovere facere culpam. Reſol. 15. *num.* 163.

Votum de culpa non tenet. Reſol. 15. *num.* 164.

Culpa cogentibus eſt imputanda. Reſ. 15. *n.* 181. 233. Reſ. 25. 77. *a.*

Perſeverare in Culpa punitur magis. Reſol. 15. *num.* 164.

Culpa Crucifigendi Dominum Jeſum Chriſtum potius hebræis quam Pilato imputanda. Reſol. 25. *num.* 77. *a.*

Eſt magis voluntaria Cogenti, quàm Coacto. Reſol. 25. *n.* 67. 65.

D

Damianus.

Eugenium vocat perſecutorem Reſol. 25. *num.* 50. 83.

Reſiſtit acceptare Cardinalatum. Reſol. 25. *num.* 50.

Damiani exemplum. Reſol. 25. *num.* 80.

Dicit Epiſcopatum ſibi non Canonicè traditum, ſed violenter injectum. Reſol. 25. *num.* 83. & Reſol. 18. *num.* 20. *g.*

Verbum.

Debet *non importat neceſſitatem Praamb.* 3. *num.* 48.

Debitum legale. Praamb. 3. *num.* 94.

Declarare.

Qui declarat, nihil dat, ſed ſignificat. Reſol. 15. *num.* 263.

Definitio.

Per definitionem rerum claritas demonſtratur. Reſol. 12. *num.* 1. Reſol. 15. *num.* 87. *a.*

Definitio rem demonſtrat. Praamb. 3 *num.* 91. B. Reſol. 17. *num.* 126.

Rei natura non Cognoſcitur, niſi per definitionem. Reſol. 19. *num.* 7.

Definitio rei ſubſtantiam demonſtrat Praamb. 3. *num.* 91. B. Reſol. 22. *num.* 2.

Differentiæ rerum non cognoſcuntur, niſi per definitionem. Reſol. 22. *num.* 2.

Quando definitiones ſunt diverſæ, etiam & definita. Reſ. 22. *num.* 2.

Et unum alterius apellatione venire

non

Digitized by Google

non poteſt. Reſol.22.num.2.

Deus.

Scrutator Cordis. Reſol.16.num.43.
Deus non obliviſcitur operis noſtri. Reſol.19 num.27.
Deus ſolo verbo facit omnia. Reſol. 25.num.168.ſeq.

Differentiæ.

Rerum non cognoſcuntur, niſi per definitionem. Reſol.22.num.2.

Difficile.

Fieri, eſt rarò effici, & pro laborioſo uſurpatur. Præamb.3.num.87.

Dives.

Eccleſiaſtici non debent diteſcere. Reſol.16.num.8.
Dives & inopſa nativitate non diſtinguuntur. Præamb.3.num.13.

Dignitas.

Via aſcendendi ad dignitates ſunt tres, electio, nominatio, & poſtulatio. Præamb.1.num.25.
Coactio objectiva ſufficit ad licitum conſenſum in dignitatem. Præam. 1. num.78.
Qui habet votum non eſt magis cogendus ad conſenſum in dignitates, quàm qui non habet. Præam.1. num.80.
Quid ſit dignitas eſt adminiſtratio cum praeminentia ſecum deferens juriſdictionem. Reſol.15.num.10.
Dignitas eò maior, quò majorem juriſdictionem habet. ibid.
Vicariatus eſt dignitas. ibid.
In illas nullus nimis avide debet aſpirare. Reſol.15.num.104.
Facilitas, & reſiſtentia in conſentiendo dignitatibus reprehenditur. Reſol.15.num.113. & Reſol.14.num.11.
Procurare ſibi dignitatem eſt aviditas. Reſol.15.num.188.k.
Dignitates fugere dictum Clementis XI. Reſol.15.num.100. K.
Dignitas eſt honor alicui impenſus propter merita beneficio Principis vel legis. Reſol.18.num.2.
Dignitates ſunt Religionum ornamentum. Reſol.18.num.19.
Dignitates Religioſus non debet deſiderare, ſed facere opera dignitatibus digna. Reſol.18.num.19.
Dignitates non dantur petentibus, ſed fugientibus. Imo nolentibus. Reſol.15. num.100.K.
Dantur plures viæ ad obtinendas dignitates Eccleſiaſticas. Reſol. 22.num.3.
Generalis via eſt Proviſio. Reſol.22. num.4.
Promotio etiam eſt generalis via. Reſol.22.num.4.A.
Nominatio & præſentatio ſunt ſinonima. Reſol.22.num.4.A.
Dignitas in re non recipitur ſine conſenſu recipientis. Reſol.25.n.143.
Si conferatur Puero non requiritur conſenſus. Reſol.25. num.263.
Quis ſit verè dignus. Præamb.1. num.107. d.
Quid ſit dignitas. Præamb. 1. num.107.d.

Diſpenſatio.

Non eſt ſine Cauſa concedenda, aliàs eſſet diſſipatio. Reſol.15. nu.100. num.268.
Diſpenſatio eſt relaxatio obligationis. Reſ.15.num.268.
Cauſa diſpenſandi ibid.
Diſpenſare ſine Cauſa eſt peccatum. Reſol.15.num.268.
Quid ſit diſpenſatio. Reſol.19. n.8. Reſol.23.num.81. Reſol.24.nu.12.
Cauſa licitè diſpenſandi quæ ſint. Reſol.19.num.8.10.
Altera eſt commune bonum. ibid.
Induci poteſt etiam tacità diſpenſa-

tio . Reſol.19.num.20.
Quando Cauſa eſt juſta Pontifex tenetur diſpenſare . Reſol.19.n.37.
Evidens meritum eſt cauſa diſpenſandi . Reſol.19.num.38.
Neceſſitas numerica non indiget diſpenſatione . Reſol.19.num.45. in voto .
Tacita diſpenſatio , Praeceptum tacitum , & tacita licentia ejuſdem rationis ſunt . Reſol.20.num.1.3.
Tacitum & expreſſum eumdem effectum operantur. Reſol.20.num.3.
Superiore vidente , & non contradicente præſumitur approbatio , & diſpenſatio . Reſol.20.num.4.
Probatur exemplis . ibid. num.5.
Nulla præſcribitur forma pro diſpenſatione . Reſol.20.num.11.
Princeps ſcienter admittens aliquam ad actum prohibitum , cenſetur tacitè diſpenſare. Reſol.20. num.11.
Explicatio de lege Barbarius . Reſol.20.num.12.
Authores de tacita diſpenſatione in quo differant inter ſe . Reſol.20. num.15.
Prælatus inferior cenſetur etiam diſpenſare , & ſi Cauſa cognitionem non præmittat. Reſol.20.num.20.
Neceſſitas ſpecifica & neceſſitas numerica in ordine ad diſpenſandum quid ſint . Reſol.19.num.30. ſeq.
Neceſſitas & utilitas in ordine ad diſpenſandum quid ſint.Reſol.19. num.32.ſeq.
Aliquando eſt magis utile diſpenſare , quàm legem obſervare . Reſol.23.num.82.

Diſpoſitio.

Non debet eſſe inutilis . Reſol.15. num.236.37.

Diſſentire .

Officiorum electioni eſt culpa & puniuntur . Reſol.15. num.162 ſeq. 165. A.

Diſtare.

Quod parum diſtat, nihil diſtare videtur . Præamb.3.num.29.93.

Diviſio.

Per diviſionem res melius intelliguntur . Reſol.12.num.1.

Doctrina.

Sine doctrina non poteſt hæreticis obſiſti in Conciliis . Reſol.21. n.4.
Doctrina Chriſtiana non jus civile requirit ad oves Chriſti regendas . Reſol.21.num.4.
Sine doctrina paſtores ſunt à grege arcendi . Reſol.21. num.5.
Doctrina debet eſſe à Deo , & à Spiritu Sancto . Reſol.21.num.5.
Debet conſiſtere in ſacris paginis . ibid.
Non continetur In codicibus humani juris ibid & num.6.
Officium debet habere doctrinam adjunctam ne cum bove Homo conveniat . Reſol.21. num.24.
Sola doctrina cæteris dotibus æquipollet. Reſol.21.num.24.
Sine doctrina non poſſumus bene gubernare . Reſol 21.num.24.

Dominari .

Quid ſit . Præamb.2. num.32.
Chriſti poteſtas non in deſtructionem , ſed in ædificationem conceſſa paſtoribus . Præamb.2. n.34.
Dominari repugnat primæ intentioni naturæ . Reſol.8.num.78.
Dominari ſemper dicit præeſſe ; ſed præeſſe non ſemper eſt dominari . Reſol.3.num.9.20.
Dominari eſt ſibi ſervum ſerviliter ſubjicere , quod prohibet Chriſtus. Reſol.3.num.20.
In Eccleſia nullus debet eſſe dominativus in Clerum . Reſol. 3. num.13.25.
Ubi eſt propria ratio Dominii, ibi eſt

pro-

propriè ſervitus. Reſol.3.n.29.
Ratio *dominii excludit benignitatem, & includit rigorem*. Reſol.3. *num*.31.
Inducere ſervitutem hominis ad hominem repugnat naturæ. Reſol.3. *num*.32.
Sed non eſt contra ſecundam intentionem næ. Reſol.3.*num*.33.
Epiſcopus non debet punire delinquentes eminentia dominativa, ſed dignitatis. Reſol.3.*num*.35.

Donatio dare.

A Creatura nihil Deo donari poteſt Præamb.1.*num*.60.
Donare non eſt offerre. *Præamb*.1. *num*.63.
Donare dare eſt traditio rei de præſenti. *Præamb*.1.*num*.63.
Nemo dat quod non habet.Reſol.17. *num*.27.

E

Eccleſia Eccleſiaſtici.

Nil prodeſt inſervire Eccleſiæ, ſi laici proficiantur. Reſol.5. *num*.11.
Licitum eſt ſervire Eccleſiæ ſpe ſtipendiorum. Reſol.5.*num*.11.
Et quod Clerici alimenta quærant. Reſolut.5. *num*.11.
Præſidentia in Eccleſia debet eſſe ut miniſter. Reſol.3.*num*.14.24.26.
Eccleſiarum bona; ſunt bona Pauperum. *Præamb*.3.*num*.1.
Si nullus miniſtrare vellet, Eccleſia periret. Reſol.11.*num*.13.
Eccleſia quomodo vocet ad beneficia poſtulanda. Reſol.11.*num*.16.
Eccleſia non eſt privanda dignis operariis. Reſol.15. *num*.112.
Indiget litteratis hominibus. *ibid*.
Eccleſia non coactè inſerviendum. Reſol.15.*num*.122.
Eccleſiaſtici non debent diteſcere. Reſol.16.*n*.7.
Succurrendum eſt parturienti Eccleſiæ per digniorum electionem & promotionem. Reſol.18. *num*.15.
Eccleſia non eſt privanda perſonarum idonearum copia. Reſol.19. *num*.11.
Duplex eſt neceſſitas, quam habet Eccleſia de Miniſtris, quò ad eorum qualitates, & quò ad numerum. Reſol.19. *num*.31.
Qui recuſant inſervire Eccleſiæ reprabenduntur. Reſol.19.*n*.40.
Neceſſitas ſpecifica Eccleſiæ eſt ſufficiens Cauſa ad diſpenſandum. Reſol.19.*num*.43.
Quò digniores ſunt plures, eo perfectiori modo providetur Eccleſiæ. Reſol.19.*num*.44.
Eccleſiaſticis non prohibetur ſtudere diſciplinis forenſibus. Reſol.21. *num*.6.
Eccleſia ſemper eſt deteſtata ſucceſſionem ad Eccleſiaſticas dignitates. Reſol.22.*num*.61.
Quid ſit utilitas & neceſſitas Eccleſiæ.Reſol.25.*num*.23.24.*ſeq*.
In Eccleſia debet eſſe poteſtas coactiva. Reſol.25.*num*.42.
Eccleſiaſtici an de ſuperfluis teneantur eleemoſinam facere. *Præam*.3. *num*.100.
An ſuorum redditauum ſint verè domini. *Præamb*.3.*num*.100.
Clerici in primitiva Eccleſia vivebant in communi.*Præam*.3.*n*.101.
Non habebant dominium in rebus Eccleſiaſticis. *ibid*.
Redditus & bona Eccleſiaſtica diviſa fuerunt in quatuor partes. *Præam*.3.*num*.101.
Sententia eſt, remanſiſſe dominos. *ibid*. *Præamb*.3.*num*.100.102.
An quilibet Eccleſiaſticus reddatur ſuæ portionis Dominus, aut ſimplex diſpenſator.*Præam*.3.*n*.102.

Rationes probantes remanſiſſe verè Dominos ratione laboris. Praam.3 num.102.
Qui Eccleſiæ ſervit, de Eccleſia vivere debet. Praamb.3.uum.103.
Qui ad onus Eccleſiæ eligitur, non eſt repellendus à mercede. Praamb. 3.num.103.

Eccleſiaſtici.

Tenentur de pauperibus inquirere. Praamb.3.num.92.
Eccleſiaſticis; probibitum eſt ditéſcere. Reſol.16.num.7.
An Eccleſiaſticus teneatur ex juſtitia de ſuperfluis facere eleemoſynam. Praam.3.num.100.
In primitiva Eccleſia in communi vivebant. Praam.3.num.101.
Partitione facta de redditibus an quilibet eſſet ſua portionis Dominus. Praam.3.num.102.
Beneficiati fructus reddunt ſuos. ibid.
An redditus Eccleſia tranſeant in Eccleſiaſticum cum onere dandi eleemosynam. Praam.3. nu.103.
Eccleſiaſtici dicuntur fures, ſi non dent de ſuperfluis eleemoſynam, & tenentur ad reſtitutionem. Praamb.3.num.103.
Licitum eſt ſpe ſtipendiorum Eccleſia deſervire. Praamb.3.num.103.
Aſſignatio redditaum eccleſiaſticorum confert dominium. Praam.3. num.105.

Effectus.

Eſt poſterior Cauſa. Praamb. 1. num.43.

Electio.

Electio facit Imperatorem. Praam.1. num.71. Reſol.15.num.34. Reſ.22 num.51. Reſ.25.num.136.
Pura electio non eſt virtuale praceptum. Praam.1.num.84. ſed eſt ipſa electionis intimatio, qua eſt contingens, ibid.
Pura electio Papa eſt retractabilis. Praamb.1.num.85.
Electio eſt ſpirituale matrimonium. Praamb.1.num.109.
A' carnali ad ſpirituale matrimonium valet illatio. Praam.1.109.
Pontifex non debet pracipere reſiſtentibus. Praamb.1.num.125.
Electio publicata non poteſt variari. Praamb.2.num.69.
Invitatus ad Epiſcopatum recuſet, electus acceptet. Praamb.1.n.95.
Electio & vocatio non ſeparantur. Reſol.11.num.4.6.
Electus cauſaret nauſeam Pontifici, ſi vellet obligare illum ad rigoroſè pracipiendam. Reſol.15. n.4. 100. I.
Electio fit non ſolùm de epiſcopatu, ſed etiam de Cateris dignitatibus Reſol.15. num.10.
Electio ad dignitates non ſolùm fieri poteſt per Summum Pontificem, ſed etiam per inferiores pralatos. Reſol.15. num.12.
Electionis Titulus exulavit ab Aula. Reſol.15. num.13.
Quando electio fit ab inferioribus pralatis & capitulis alicujus ad Epiſcopatum, non eſt ex jure divino, ſed ex Indulgentia Romani Pontificis. Reſol.15. num.12.
In Germania Capitula retinent jus eligendi Reſol.15. num.14.
Electus à Capitulo & habens Votum non poteſt conſentire ex ſe, ſed coactus à Papa per praceptum. Reſol.15. num.14.
Idem de eo, qui eſt electus Vicarius. Reſol.15. num.14.
Electio appellatur vocatio. Reſolut.15. num.18. 130.
Electio ſemper requirit publicationem. ibid.
Eligere eſt unum ex pluribus Capere. Reſol.15. num.18. 130.
Electio ante publicationem dicitur inchoata. Et variari poteſt Reſolut.15. num.18.

Ele-

Electio poſt publicationem dicitur conſumata, nec poteſt amplius variari. Reſol.15. num.19.
Semel ab eligentibus aliquis approbatus amplius reprobari non poteſt. Reſol.15. num.19. 206. 233.
Niſi adſit nova cauſa. Reſol.15. num.19. 206.
Electio ſi fiat ab uno, vel à pluribus ſemper facienda ad formam Trident. Reſol.15. num.20.
Pro electione Epiſcoporum quanta diligentia adhibenda. Reſol.15. num.20. 13.
Ad electionem requiritur conſenſus electi tam de jure naturali, quàm divino. Reſol.15. num.21. 39. 42. 44. 225.
Electus ſit ſponſus Eccleſiæ. Reſol.15. num.21. 230.
Electi conſenſus ab Eccleſia ſuppleri non poteſt. Reſol.15. num.21.
Qui non conſentit in electionem contradicere videtur. Reſol.15. num.21.
Electus nullum Jus in electionem & beneficium acquirit, niſi prius conſentiat. Reſol.15. num.21. *Et ſolùm habet Jus ad conſentiendum intra terminum* Reſolut.15. num.21. 264. 265. Reſolut.22. num.8. 50. 59. Reſol.25. nu.128. 132. 101.
Facta electione habet Jus ad illam. Reſol.15. num.21.
Electus non poteſt conſentire, niſi prius ſibi innoteſcat electio. Reſolut.15. num.22. 25.
Reſpectu ejuſdem numero electionis debet poſſe dari à votum habente conſenſus c o a ct u s, & non coactus. Reſolut.15. num.23. 59.
Electionis notificatio duplici modo poteſt fieri electo. Reſol.15. n.27. *vel de mandato Papæ, vel per privatam perſonam.* ibid..
Electio notificata de mandato Papæ ſufficit ad Coactè conſentiendum. Reſolut. 15. numer. 28.
Papa eligendo titium Epiſcopum, vult poſitivè Titium Epiſcopum, eſſe Reſol.15. num.32.
Deus quos voluit elegit, & predeſtinavit. Reſol.15. num.32.
Quomodo electus judicare poſſit, eſſe Papæ voluntatem, quòd ipſe conſentiat. Reſol.15. num.31.
Papa non eligiſſet Titium Epiſcopum, ſi noluiſſet, illum eſſe Epiſcopum. Reſol.15. num.34.
Electio non debet eſſe de vento, ſine conſenſu. Reſol.15. num.35. 37. ſeq. 108. 226. 236.
Quid requiratur ad hoc, ut electio, & aligens non ſint ſimulati, ſed veri. Reſol.15. num.40.
Electio ex natura ſua ordinatur ad conſenſum electi. Reſolut.15. num.39.
An electus peccaret, ſi non conſentiret virtuali præcepto. Reſol.15. num.51.
Electus habet optionem conſenti end per unam aut aliam viam. Reſolut.15. num.52.
Et leviorem ſibi eligere poteſt. Reſolut.15. num.52. 212.
Dupliciter pervenire poteſt ad aures electi, quòd fuerit electus. Reſ.15. num.63.
Conſenſus in electionem poteſt habere duplicem coactionem. Reſolut.15. num.63.
Id quod efficit coactionem, eſt aliquod ſuperveniens electioni. ibid. n.64.
Electio intimata duplex poteſt munus extollendi ad dignitates, & ſignificandi. Reſol.15. nu.65. 131. 158. & toto §.8.
Sollicitè eligendum quod magis Deo placet. Reſol.15. num.105.
Electus conſentiat, ne Eccleſia detrimentum patiatur ex Auguſtino Reſol.15. num.108.
Electus non debet dicere abſolutè volo aut nolo. Reſolut. 15. num.113.

Electi

Electi non debent expectare rigoroſum præceptum. Reſolut.15. num.121.
Intimata ſecundum adverſarios non habet rationem virtualis præcepti. Reſol.15. num.139.
Electio intimata non eſt indifferens. Reſol.15. num.131.65.151.158. 162.
Electio reperiri poteſt in triplici ſtatu. Inchoato conſumato & præcepti. Reſol.15. num.232.
Conſenſus in ſimplicem electionem ſeu inchoatam eſt contra votum. Reſol.15. num.133.
Electio Papæ habet rationem virtualis præcepti. Reſol.15. num.149.
Electi ad officia, ſi non acceptent illa, ſunt puniendi. Reſolut.15. num.159.
Papa per electionem intimatam non remanet indifferens. Reſolut.15. numer.151. 65. 131. 158. 151. 162.
Electi ad officia ſi reſiſtant compellendi. Reſol.15.num.159.208. S.8.
Eligere Petrum Epiſcopum, eſt idem ac dicere volo Petrum eſſe Epiſcopum. Reſol.15. num.223.
Electio ſine conſenſu electi perfici non poteſt. Reſol.15. num.225.21. 39.42.44.
Non eſſet vera electio, nec verus elector, ſi electio non reſpiceret conſenſum electi. Reſolut. 15. num.226.
Electio eſſet de vento. ibid. n.226. 236.
Electio ſine rigoroſo præcepto eſſet de vento. Reſolut.15. num.236. 226.
Electio revertitur in eligentem. Reſ.15. num.229.
Per electionem fit Jus quæſitum electo. Reſ.15. num.264. & *eſt debita confirmatio ibid.*
Electio dat Jus electo. Reſolut.15. num.265.
Matrimonium fit cum electo. Reſolut.15. num.230. 21. 45.
Electio ſine præcepto eſſet dare panem indentatis. Reſolut. 15. num.236.
Eſſet expectare prolem à ſterili & impotente. Reſ.15. num.236.
Electio eſt manifeſtatio voluntatis eligentis, quòd electus conſentiat. Reſol.16. num.53. 57.
Electio eſt vocatio alicujus perſonæ idoneæ ad dignitatem. Reſol.18. num.2.
Superior tenetur eligere meliorem. Reſol.18.num.5. *Imo digniſſimum ibid.*
Et illum, qui à pueritia in Eccleſia Dei militaverit. Reſol.18. n.8.
Electio digni prædigniori ſuſtinetur in foro externo, non quantum ad Conſcientiam. Reſolut.18. num.9.
Eligere dignum prædigniori eſt peccatum. Reſol.18. num.10.
Ille eſt melior, qui habet omnes dotes & omnia requiſita quæ habent cæteri, & inſuper habet votum. Reſolut.18. num.11.
Superior debet impartiri licentiam electo, ut conſentiat. Reſol.18. num.12.
Succurrendum eſt parturienti Eccleſiæ per digniorum electionem, & promotionem, ex Auguſtino. Reſol.18. num.15.
Juſtitia poſcit, ut dignior elegatur. Reſol.18. num.15.
Quomodo electus ſeu promotus, ſi habeat impedimentum ad conſentiendum, debeat ſe gerere. Reſolut.18. num.23.
Facultas eligendi non debet eſſe fruſtranea. Reſol.19. num.17.
Honor Dei eſt electio optimi. Reſolut.19. num.39.
Electus ad dignitates non objiciat votum, ut ſe excuſet. Reſol.21. num.32.
Per electionem transfertur jus in-

Electum. Resol.22. *num*.8. 50.
Eligens verè beneficium confert. Resol.22. *num*.8.
Jus eligendi non convenit laicis. Resol.22. *num*.11.
Definitur, eſt optio, ſeu vocatio &c. Resol.22. *num*.45. 47.
Electio ante Confirmationem dat jus ad rem. Resol.22. *num*.48.
Et compelli poteſt Superior ut confirmet. Resol.22. *num*.48.
Per electionem ante confirmationem confertur tota dignitas in habitu, & electus habet jus in re, dummodo conſentiat. Resol.22. *num*.50.
Eligens beneficium confert. Reſ.22. *num*.51. 8.
Electio facit Imperatorem. Resol.22. *num*.51.
Ut matrimonium resurgat, requiriritur contrahentium consensus inter Eccleſiam & electum. Resolut.22. *num*.51.
Ex contenſibus obligationes oriuntur Resol.22. *num*.51.
Electores prælaturam conferunt. Resol.22. *num*.51.
Per solam electionem ſit verum matrimonium. Resolut.22. *num*.55.
Electio non poteſt eſſe niſi de uno. Resolut.22. *num*.59.
Ad consensum præſtandum in electionem præfigitur tempus. Resolut.22. *num*.59. *à die intimatæ electionis ibid.* & Reſ.25.*nu*.128. 132. *b.* & 101.
Electores ſi non intimant, redduntur suspenſi Resol.22. *num*.59.
Electus Religiosus, *ut consentiat, debet obtinere licentiam à suo Superiore*. Resol.22. *num*.59.
Ad electionem requiritur major pars Capituli supra dimidium. Resol.22. *nnm*.60.
Electionis via semper eſt dignior, etiam ipsa ſucceſſione. Resol.22. *num*.61.
Prælati Eccleſiaſtici solum per electionem promovendi. Resol.22. *num*.61.
Principes Seculares electionem ſucceſſioni prætulerunt. Resolut.22. *num*.61.
Adoptio eſt species electionis. Resolut.22. *num*.61.
Electio debet eſſe de digniori. Resolut.22. *num*.61.
Ad membra pertinet electio capitis. Resolut.22. *num*.62.
Ad providendum de Paſtoribus semper servata fuit electio. Resolut.22. *num*.62. *A.*
Ad electionem Paſtoris concurrebat Plebs. Resol.22. *num*.63.
Etiam Apoſtolorum tempre Eccleſiæ miniſtri per electionem fiebant. Resolut.22. *num*.63.
Papa nunc creat & eligit. Resol.22. *num*.63.
Quando Papa eligit non requiritur confirmatio. Resol.22. *num*.63.
Eligendi jus non competit laicis. Resol.22. *num*..65.
Jus eligendi eſt potentius jure præsentndi. Resol.22. *num*.65.
Electio dirigitur electo, eique intimanda. Resol.22. *num*.66.
Electi consensus eſt neceſſarius. Resol.22. *num*.66.
Nemo eſt cogendus, ut in electionem consentiat. Resol.22. *num*.66.
Tripliciter contingere poteſt electio. Resolut.22. *num*.68.
Electio facta per Inferiorem indiget confirmatione. Resol.22. *num*.69.
Electio antequam confirmetur, debet eſſe acceptata. *Reſolut*. 22. *num*.73.
Superior ſi inveniat, electum eſſe indignum, non confirmat, ſed repellit. *Reſ*.22. *num*.73.
Electus Jus habet confirmationem petendi, & compellendi negantem illam. *Reſ*.22. *num*.73.
Electio eſt aſſumptio. *Nominatio eſt exhibitio*. *Reſolut*. 23. *num*.46.
In Epiſcopatu alius eſt electus,

altius eſt ſimpliciter requiſitus . Reſ.25. num.99.
Quis ſit approbatus & electus . Reſol.25. num.100.
Datur terminus ad acceptandam electionem. Reſ.25. num.101. vide terminu.
Invitatus debet recuſa re. Reſol.25 num.103.
Nullus dignè eligi poteſt, niſi à principio diſſentiat . Reſolut. 25. num.103.
Recuſatio debet eſſe ſincera , cum timore &c. Reſ.25. num.104.
Diſſenſus non ſimulatus. Reſol.25. num.105.
Conſenſus promptus in electionem Reſ.25 num.106.
Electus nolens conſentire damnatur. Reſ.25. num.106.
Si electi recuſarent extingueretur Eccleſiaſticus Ordo . Reſolut.25. num.107.
Conſenſus in electionem debet eſſe cum merore, triſtitia, miti corde. Reſol.15. num.108.
Latus , qui renuntiat , aut reſignat officium: triſtis, qui acceptat. Reſol.25. num.108.
Idoneus reputatus non debet recuſare Eccleſiaſtica officia.Reſolut.25. num.109. 114.
Electus ad Dignitates , quibus verbis permiſſum ſit ſe excuſare. Reſol.25. num.111.
Non debet obſtinatè reſiſtere . ibid.
Sed debet ſe gerere ſicut femina dicen , nolens volo &c. ibid.
Conſenſus in electionem debet eſſe tepidus . Reſ.25. num.113.
Electus non debet eſſe indifferen . Reſ.25. num.114.
Conſenſus in martirium debet eſſe virilis . Reſ.25. num.111.
Per electionem publicatam Imprimitur in electo aliquod rationis ſignum & Jus ad conſentiendum in termino præfixo. Eligens & non poteſt durante tali termino , alium eligere. Reſol.25.num.132.
In iſtanti electionis tota dignitas confertur in habitu . Reſolut.25. num.134.
Non decet electum ad altiorem ſtatum in inferiori remanere.Reſ.25. num.134.
Omnis electio imprimit Jus in electo Reſ.25. num.132.A.
An electio imprimat Jus ante electi conſenſum . Et probabilius eſt , quod non imprimat . Reſolut.25. num.132.b.
Etiam collatio non acceptata imprimit Jus . Reſ.25. num.132.d.
Aſſenſus prebendus inſtra terminum Reſol.25. num.132. c. 128.
Expectandus eſt conſenſum etiam in collatione intra terminum . Reſolut.25. num.132.d.
Facit Imperatorem . Reſolut. 25 num.136.
Ad Cardinalatum non datur electio , ſed collatio . Reſolut.25. num.136.
Differentia Collationis ab electione . Reſolut. 25. num. 136. 152.
Collatio habere poteſt vim electionis Reſol.25. num.152.
Si detegantur demerita electi canones dant remedia . Reſolut.15. num.206.
Electio facta dat Jus Principi ad puniendum detractantes.Reſ.25. num.209.
Electio pro conſenſu obtinendo non debet dependere ab alto , quàm ob electo.Reſol.15. num.229.ſeq.

Eleemoſyna.

Vid. Epiſcopus .
Quid veniat ratione eleemoſynæ . Præamb.3. num.2.
Opera miſericordiæ quatuordecim . Præamb.3. num.3.
Mortale eſt negligere mortuos ſepellire . Præamb.3. num.5.
Tenemur ex divino præcepto . Præam-

Praambul. 3. numer. 5.

Denegantes puniuntur. Praamb. 3. num. 8.

Idem crimen eſt habenti tollere, & indigenti deuegare. Praamb. 3. num. 8.

Nemo naſcitur dives. Praambul. 3. num. 9.

Quod eſt commune non poteſt diei proprium. Praamb. 3. num 9.

Non eſt iniquus Deus dans uni, & non alteri. Praambul. 3. num. 9.

Superflua non ſunt boua propria, ſed communia. Praambul. 3. num. 10.

Quidquid ultra neceſſitatem quis retinet pauperibus rapit. Praambul. 3. num. 10.

Si non paviſti occidiſti. Praamb. 3. num. 11.

Cibaria omnia ſunt communia tempore neceſſitatis. Praambul. 3. num. 11.

Omnia ſunt communia neceſſitatis temporem. Praamb. 3. num. 11.

Neceſſitas non habet legem, & illicitum reddit licitum. Praamb. 3. num. 11.

Meum & tuum non erant in mundo Praamb. 3. num. 11.

Meum & tuum multorum cauſa malorum. Praamb. 3. num. 11.

Violenter aufertur quod non datur. Praamb. 3. num. 11.

Negantem eleemoſynam Eccleſia poteſt cogere. Praamb. 3. num. 11.

Dives & inops à nativitate non diſtinguntnr. Praamb. 3. num. 13.

Meum & tuum denotant proprietatem. Praamb. 3. num. 14.

Omnia de Jure nali ſunt communia & de Jure gentium appropriata. Praamb. 3. num. 15.

Intereſt, Reipublica quecumque uti bene divitiis. Praambul. 3. num. 16.

Dirigitur ad ſublevandam pauperis neceſſitatem. Praamb. 3. num 17.

Triplex eſt pauperis neceſſitas. Praamb. 3. num. 18.

Neceſſitas una poteſt tranſire in aliena. Praamb 3. uum. 18.

Diviſio neceſſitatum eſt adequata. Praamb. 3. num. 20.

Neceſſitas non conſiſtit in indiviſibili Praamb. 3. num. 21.

Communi neceſſitati providetur à communi hom nũ pietate. Praambul. 3. num. 21.

Divitibus de pauperatis potiori Jure eſt danda eleemoſyna. Praamb. 3. num. 23.

Non nobili ac rudi eadem eſt eleemoſyna facienda. Praambul. 3. num. 24.

Nedeſſarium eſt triplex. Praamb. 3. num. 26.

Charitas non praeipit ut alium liberem à periculo; idem ſupra me periculum traham. Praamb. 3. num. 26.

Quid ſit communis neceſſitas. Pr*aamb. 3. num. 27.*

Quod è proximè futurum nihil diſtare videtur. Praambul. 3. num. 29.

Major Indigentea praſectur minori Praamb. 3. num. 31.

Materia eleemoſyna ſunt ſuperflua. Pr*aamb. 3. num. 32.*

Quod nobis eſt neceſſarium non tenemur aliis dare. Pr*aambul. 3. num. 33.*

Reſpectu P*auperis communiter Indigentis non eſt praeceptum faciendi eleemoſynam.* Pr*aamb. 3. num. 38.*

Conditio pro facienda eleemoſyna de pracepto requiritur, quod appareat evidens, & urgens neceſſitas nec ſit in promptu qui ſubveniat. Praamb. 3. num. 39.

Cõditiones ad eleemoſynam de pracepto ſunt, quòd concurrat neceſſitas extrema vel gravis, aut ſigna. Pr*aamb. 3. num. 41.*

Neceſſitas communis non è vera ne-

ceſſitas. Præambul.3. numer.43.
In quocumque virtutis ſpecie datur duplex actus de conſilio, & de præcepto, communiter factus, & heroicus. Præamb.3. num.74.
Heroicus habet aliquid divinum. Præamb.3. num.75.
Præceptum eſt de neceſſariis ad ſalutem. Præamb.3. num.76.
Pauperes communis neceſſitatis importuni. Præamb.3. num.86.
Eccleſiaſtici Epiſcopi tenetur de pauperibus inquirere. Præamb.3. num.92.
An ſit facienda ex Juſtitia. Præambul.3. num.94.
Ex eadem re non poteſt omnibus ſatisfieri Præamb.3. num.46.
Superflua non debent in aliud converti, quàm in pauperum indigentias. Præamb.3. num.47.
Arbitrium non debet eſſe effrenatum Præamb.3. num.42.
Verbum debet *non importat neceſſitatem. Præamb.3. num.48.*
In eleemoſina conſiderandum ſemper aliquid ex parte dantis, & aliquid ex parte recipientis, Præamb.3. num.54.
Fieri debet ex ſuperfluo, & de quo poſſidetur. Præamb.3. num.54.
Dans & recipiens unum ſine altero ſtare non poteſt. Præambul.3. num.61.
Miſericordia non eſt Juſtitia. Præamb.3. num.65.
Eleemoſyna non eſt Juſtitia per ordinem ad convivendum. Præamb.3. num.66.
Ad finem fornicandi non eſt vera eleemoſyna. Reſol.8. num.91.
An Eccleſiaſticus teneatur ex Juſtitia facere eleemoſynam. Præambul.3. num.100.
An ſint Domini ſuorum redditutum. ibid.
An redditus Eccleſiaſtici tranſeant in Eccleſiaſticum cum onere faciendi ex Juſtitia eleemoſynam. Præamb.3. num.103.
Benefactores dicuntur fures ſi non dant eleemoſinam. Præamb.2. num.103.

Ens.

Non entis nullæ ſunt qualitates. Reſol.15. num.276.
Nemo dat quod non habet. Reſ.17. num.23.
Ex negatione entis non remanet ens ſed nihil Reſol.17. num.91.
Ex nihilo nihil fit. Reſolut.71. num.91.

Epiſcopatus.

Eſt bonum opus. Præamb.1. nu.10. & Præamb.2. num.1.
Semper vergit in favorem Religionis & omnes ſunt æquales. Præamb.1. num.56.
Illum appetere ſecundum temporalia eſt peccatum. Præambul. 1. num.57.
Epiſcopatus oblatus, quid veniat nomimine oblationis, Præamb.1. num.60.
Oblatio conſideratur tripliciter ſpiritualiter, gramaticaliter, & legaliter. Præamb.1. num.60.
Oblatio ſpiritualis non eſt donatio. ibid.
Quid ſit donatio. Præambul.1. ibid.
A creatura nihil Deo donari poteſt. ibid.
Oblatio gramaticaliter quando verificetur. Præamb.1. num.62.
Oblatio legaliter quando Præamb.1. num.63.
Offerre non eſt dare ibid.
Dare eſt traditio rei de præſenti. ibid.
Offerre eſt aliquem paratum eſſe dare. Præamb.1. num.64.
Oblatio habet locum pœnitentiæ. ibid.
Oblatio ſtare poeſt abſque eo, quòd acceptetur. Præamb.1. num.66

*Votum de non acceptando Epiſcopatum oblatum, non è de non acceptando Epiſcopatum actu traditum. Praamb.*1. *num.*11.
*Pecunia oblata non ſufficit pro clauſula, refectis expenſis. Praamb.*1. *num.*67.
*Proprio motu appetere Epiſcopatum eſt ambitio. Praambul.*1. *num.*74.
*Epiſcopatum oblatum recuſans, collatum acceptans. Praambul.*1. *num.*94.
*Invitatus recuſet, electus acceptet. Praamb.*1. *num.*95.
*Pontifex non debet cogere Epiſcopatum acceptari mortali pracepto. Praamb.*1. *num.*97.
*Recuſantes Epiſcopatum ſolùm rationibus ſunt convincendi. Praambul.*1. *num.*97. 98.
*Si quilibet recuſaret, non progagaretur Eccleſia Dei. Praambul.*1. *num.*98.
*Pericula qua reperiuntur in Epiſcopatu per virtutem ſuperanda. Praamb.*1. *num.*106.
*Epiſcopatus eſt dignitas. Reſol.*15. *num.*10.
*Principalis finis eſt operatio & animarum cura. Praamb.*2. *num.*3.
*Eſt bonus, non tamen ejus deſiderium Praamb.*2. *num.*38.
Eſt immediatè Inſtitutus à Chriſto. R*eſolut.*1. *num.*16. & *Reſol.*10. *num.*12.
*Epiſcopatus praeminentia & pralatura dupliciter conſiderari poſſunt. Praamb.*2. *num.*45.
*Ab Epiſcopatu praeminentia tripliciter ſeparatur. Praambul.*2. *num.*48.
*Non avidè ſuſcipiendus. Praamb.*2. *num* 59.
Datur fugientibus. Praambul. 2. *num.*59.
Non ſuſcipiendus ad propria commoda. P*raamb.*2. *num.*64.
Neophiti reiciendi ab Epiſcopatu. Praambul. 2. *numer.* 70.
*Criminioſi etiam. Praamb.*2. *nu.*71.
*Epiſcopatus licèt ſit bonus habet tamen annexa honorem divitias, pericula. Praambul.*4. *num.*19. & *Reſolut.*6. *num.*19. 20. 22. 24.
*Quid dicat D.Th. de his, qua reperiuntur in Epiſcopatu. Reſol.*8. *num.*56.
In appetitu Epiſcopatus tria Inveniuntur. R*es appetita, Ratio appetendi, & ipſe appetitus. Reſ.*8. *num.*64.
*Epiſcopatum appetere dantur dua ſententia. Reſol.*6. *num.*5.
*Ad Epiſcopatum promovendus debet habere qualitates deſcriptas ab Apoſtolo. Reſol.*6. *num.*20.
Quas nemo poteſt de ſe praſumere. ibid.
*Epiſcopatus non eſt occaſio peccati. Reſol.*9. *num.*8.
*Magis periculoſum eſt confeſſarii munus & Votum caſtitatis. Quàm Epiſcopatus. Reſol.*9. *num.*17.
*Promoti ad Epiſcopatum ad labores vocantur. Reſol.*9. *num.*20.
*Ad Epiſcopatum requiritur longa probatio. Praamb.*2. *num.*79.
*S.Petrus reprehendit recuſātes quia incumbunt propria utilitati. Reſolut.*9. *num.*8.
*Epiſcopatus non eſt cauſa peccati. Reſol.*9. *num.*14.
*S. Petrus non praecepit Clementi ut Epiſcopatum acceptaret, ſed ſolùm fuit Hortatus. Reſol.*9. *nu.*16. *Reſ.*16. *num.*56.
*Caſus pracepti accipiendi Epiſcopatum raro contingit. Reſolut.*9. *num.*18.
*Eſt idoneus ad Epiſcopatum, qui per omnem atatem Eccleſia ſervierit. Reſol.*9. *num.*19.
Epiſcopatus Angelicis humeris formidandus. Reſolut. 9. *num.* 3. 19.
Promoti ad Epiſcopatum ad labores

vocantur. Reſolut.9. numer.20.
Promotus ad Epiſcopatum poteſt in ſumma humilitate conſervari. Reſol.9. num.21.
Votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum prohibet etiam actus licitos, Reſol.9. num.23.
Impugnatur. Reſol.9. num.26.
Promovendus ad Epiſcopatum debet eſſe ætate antiquus; longa probatione irrepræhenſibilis. Reſol.10. nnm.6.
Laici non admmittantur ad Epiſcopatum, Reſol.10. num.6.
Ad Epiſcopatum nullus eſt idoneus, Reſol.10. num.11.
Qui Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſidderat, ſed non bene. Reſolut.10. num.12. Preamb.2. num.38.
Epiſcopatum acceptare ſit neceſſarium ex Superioris præcepto. Reſol.11. num.18.
Epiſcopatus eſt ſpirituale matrimonium, Reſol.15. num.45. Reſol.16. num.83.
Licèt Religioſus non teneatur ex ſuis Regulis acceptare Epiſcopatum, tenetur tamen ex lege communis boni. Reſ.15. num.93.
Fpiſcopatus videtur continere aliqua proſpera. Reſol.16. num.2.
Quot contineat in illis verbis Petre amas me, Reſol.16, num.3.
Epiſcopatus quid ſit ex Chriſti inſtitutione. Reſol.16. num.3.
Epiſcopatus eſt martyrium. Reſ.16. num.3. 12. ſeq.
Ad ſerviendum & ad incommoda inſtitutus. Reſol.16. num.3.
Epiſcopatu nil difficilius, Reſol.16. num.4.
Ad Epiſcopatum non debent promoveri homines mali, & ſuo abdomeni ſervientes, & quibus perfunctorie officium tractant. Reſolut.16. num.5.
Perfunctoriè eſt levi cura aliquid gerere. Reſol.16. num.6.
Epiſcopatus non fraudolenter agendus, neque mercenariorum more, ibid.
Epiſcopatus quo ad altitudinem gradus non ſublimat ſed humiliat Reſol.16.
Votum de non querendo Epiſcopatu eſt validum. Reſolut. 16. num.10.
Epiſcopatum quærere eſt effectus ignorantiæ. Reſol.16. num.11.
Neceſſe eſt inter aſpera dari aliquid Jucundum. Reſol.16. num.14.
Epiſcopatus etiam ſi eſſet inter proſpera ejus vocationi, eſſet prompte conſentiẽdum. Reſol.16. n.15.19.
Temporalia Epiſcopatus dupliciter Intelligi poſſunt. Reſolut. 16. num.17.
Epiſcopatus eſt opus difficilè & periculoſum. Reſol.16. num.22.33. 53.56.
Epiſcopatus defert ſecum pericula. Reſolut.16. num.22. 33. 56. 54.
Epiſcopatum nullus debet finaliter recuſare. Reſol.16. num.54.
Pericula Epiſcopatus ſuperari poſſunt. Reſ.16. num.56. Praamb.4. num.19. Reſ.6. nu.19.20.22.24. Reſol.16. num.56.
Exiſtimare ſe idoneum ad Epiſcopatum non eſt laudabile, ſed arrogantia. Reſol.16. num.59.
Sanctiſſimi Viri illum renunciarunt Reſ.16. num.59.
Clemens objurgatus quia recuſavit Reſolut.9. num.16. Reſolut.16. num.56.
Epiſcopatus eſt expoſitus periculis propter opes & honores &c. Reſolut.16. num.59.
Epiſcopatus eſt Matrimonium, Reſolut.16. num.83. Reſolut.15. num.45.
Redditus Epiſcopatus ſolum in congruam ſuſtentationem impedendi. Reſolut.16. num.96.
Epiſcopatus non licitè appetitur. Reſol.21. num.17.

Neque

Neque cætera officia. ibid.

Ad Epiſcopatum aſſumptus & confirmatus obtinet Juriſdictionem. Reſolut.23. num.47.

Ad Epiſcopatum alius eſt ſimpliciter requiſitus alius electus. Reſol.25. num.99.

Quis ſit ſimpliciter requiſitus. Reſolut.25. num.99.

Quis ſit approbatus, & electus. Reſol.25. num.100.

In Epiſcopatu datur terminus ad acceptandum illum. Reſolut.25. num.101.

Ad Epiſcopatum ſuſcipiendum requiritur actus ſuſcipientis. Reſol.25. num.263.

Homo rectus poteſt licitè appetere Epiſcopatum. Reſol.8. num.76. 83. 94. ex D. Th.

Epiſcopus.

Non dormire, ſed evigilare tenetur Præamb.2. num.3.

Omnia patienter ſuſtinere debet. Præamb.2. num.5.

Aliorum mala ſuper ſe trahere. Præamb.2. num.8.

Animam ſuam dare pro ovibus ſuis. Præamb.2. num.9.

Adeò verba expectanda. Præamb.2. num.10.

Debet habere omnium perfectionum cumulum. Præamb.2. num.11.

Debet eſſe ſine crimine, & exemplum. Præamb.2. num.12.

Vigilare, Præambul.2. num.14. & num.3.

Gratis Evangelium Dei miniſtrandum. Præamb.2. num.16.

Fidelitas in bonis temporalibus. Præamb.2. num.18.

Neceſſaria ſalutis docere. Præambul.2. num.20.

A vitiis ſe abſtinere. Præambul.2. num.23.

Corrigere peccantes, Præambul.2. num.24.

Scandala vitare. Præamb.2. nu.25.

A negotiis ſe retrahere. Præamb.2. num.26.

Divitias repellere. Præambul.2. num.27.

Non litigare. Præamb.2. num.28.

Humilem ſe præbere. Præambul.2. num.29.

Epiſcopus placeat proximo ad ſalutem. Præamb.2. num.37.

Epiſcopus eſt Paſtor, Præambul.2. num.45. 49.

Ex propria culpa ſe vilem reddit, Præamb.2. num.48.

Opera facienda per Epiſcopum. Reſol.14. num.22.

Epiſcopus ex propria culpa ſe vilem reddit. Præamb.2. num.48.

Epiſcopum non facit nomen. Præambul.2. num.52.

Debent coercere ab Eccleſia homines malos. Præamb.2. num.53.

Subditorum peccata ipſis imputantur. Præamb.2. num.53.

Poſſunt excommunicare Principes. Præamb.2. num.53.

Non ex vendicta corrigant. Præambul.2. num.53.

Non contemnendi etiam ſi ſint mali. Præamb.2. num.54.

Sunt Duces & Paſtores. Præamb.2. num.56.

Malum Prælatum dari propter peccata Populi. Præambul.1. num.58.

Criminoſus Epiſcopus dicendus eſt Canis. Præamb.2. num.58.

Suo exemplo trahit ad inferos. Præamb.2. num.58.

Non debent ſpernere minorum exempla. Præamb.2. num.59.

Eorum ambitio deteſtanda. Præambul.2. num.59.

Doctrina quanta, Præambul.2. num 60.

Propter illetteraturam rejiciendus. Præamb.2. num.60.

Ignorantia ſcripturarum ignorantia Chriſti eſt, Præambul.2. num.60.

Episcopus debet eſſe ſimplex ſimplicitate contraria dolo. Præamb.2. *num.61.*
Ignorantia ejus damnatur. Præambul.2. *num.62.*
Ejus ſuppellex modeſta . Præamb.2. *num.64.*
In quibus abundant pauperibus erogandum eleemoſina . Præamb.2. *num.64.*
*Conſanguineis non diſpenſet.*Præambul.2. *num.64.*
Non eſt Dominus ſed diſpenſator . Præamb.2. *num.64.*
*De propriis teſtare poteſt.*Præamb.2. *num.64.*
De bonis Eccleſiæ *tribuat ſibi juxta ſuas indigentias .* Præambul.2. *num.66.*
Qui altari ſervit de Altari vivat . Præamb.2. *num.66.*
Clerici vivunt de patrimonio Jeſu Chriſti . Præamb.2. *num.66.*
Epiſcopus ſciat ſe præsbyterum eſſe , non Dominum . Præambul. 2. *num.67.*
Ep*iſcopus , ſe ſedente , presbyterum non permittat ſtare .* Præamb.2. *num.67.*
Epiſcopus *ſponſus* Eccleſiæ . Præambul.2. *num.69.*
Pro *ſpirituali matrimonio conſenſus requiritur electi . Præambul.2. num.69.*
Debet retinere apud ſe ſocios pro teſtimonio ſuæ vitæ . Præambul. 2. *num.71.*
Electus *, qui teſte probabile longam continentiam non convincitur habuiſſe,caſſatur electio.* Præamb.2. *num.71.*
*Quam à vitiis immunis.*Præamb.2. *num.71.*
Vitiis irretitus non debet promoveri . Præamb.2. *num.73.*
Criminoſus poſt peractam pœnitentiam recipitur , Præambul. 2. *num.73.*
Epiſcopus *probibetur eligi , qui non eſt in Sacris .* Præambul. 2. *num.74.*
Epiſcopi electio caſſatur per pſalmorum Imperitiam . Præambul.2. num.75.
Requiſita pro eligendo Epiſcopo. Præamb.2. num.75.
Indignus rejiciendus . Præambul.2. num.75.
Integritas præſidentium ſalus eſt Subditorum . Præamb.1. num.77.
Ætas . Præambul.2. num.75. 76. 78.
Irreprahenſibilitas & longa probatio . Præamb.2. num.79.
Per temporis proceſſum quandoque purgatur vitium . Præambul.2. num.79.
Epiſcopus tenetur eleemoſynam facere . Præamb.3. num.1.
E*t tenetur divino Jure . ibid.*
Illam defraudare eſt facinus . ibid.
Bona Eccleſiarum *ſunt bona pauperum . ibid.*
Tenetur de paupribus inquirere . Præamb.3. *num.92.*
Epiſoopus *indiget temporalibus , ut ſibi & ſuis conſanguineis provideat . Reſol.7. num.20.*
Epiſcopus *,* & Eccleſiaſtici *ſecundum conditionem ſui ſtatus conſanguineis ſuccurrere debent. Reſolut.7. num.21.*
Epiſcopus *de bonis Eccleſiæ ſibi ſubveniat . Reſol.7. num.24.*
Qui altari ſervit de altari vivat . Reſol.7. num.24.
De Epiſcopo *dici poteſt , quod dixit Ambroſius de Noe,quod non generationis nobilitate ſed Juſtitia & perfectionis merito laudatur.Probati enim viri Genus virtutis proſapia eſt . Quia ſicut hominum Genus homines , ita animarum genus virtutes ſunt . Etenim familiæ hominum ſplendore generis nobilitantur , animarum autem clarificatur gratia ſplendore virtutis*

tutis S. Ambroſius de noe & Area c. 1. circa med. ſexageſima lect. 2. nocturni.
Epiſcopus ambitioſus deſtruit gregem. Reſol. 1. num. 13.
Epiſcopus non debet punire delinquentes eminentia dominativa, ſed dignitatis. Reſolut. 3. num. 35.
Epiſcopus tenetur oves Chriſti paſcere. Reſol. 9. num. 20.
Quæ requiruntur ad Eccleſiæ paſtores. Reſol. 9. num. 19.
Epiſcopus non ad Commoditates ſed ad laborem vocatur. Reſolut. 9. num. 20.
Querere aliquando Epiſcopatum non eſt malum, ſed meritorium. Reſ. 9. num. 22.
Pro Epiſcoporum electione quanta diligentia adhibenda. Reſol. 15. num. 20. 13.
Epiſcopo conceduntur, quæ ſufficiunt pro ſua congrua. Reſolut. 16. & ſui non diteſcant ibid.
Epiſcopi incommoda, & adverſa. Reſol. 16. num. 9. 11. 3.
Eſt inconveniens, quod nullus velit eſſe Epiſcopus. Reſolution. 16. num. 56.
Clemens objurgatus ab Apoſtolo, quia nolebat acceptare Epiſcopatum. Reſol. 16. num. 56.
Epiſcopus ſtrictam rationem redditurus. Reſol. 16. num. 96.
Epiſcopus ſua authoritate non poteſt dimittere unam Eccleſiam ſponſam, & accipere aliam Reſol. 22. num. 55.
Non poteſt ſine Papa licentia Religionem ingredi. Reſolut. 22. num. 55.
Epiſcopus, qui adhuc non eſt conſecratus poteſt dici promotus. Reſ. 25. num. 130.
Epiſcopus ante Conſecrationem non habet poteſtatem Ordinis, ſed adminiſtrationem in temporalibus Reſol. 25. num. 130.
Formula Conſecrationis Epiſcopi. Reſo. 25. num. 133.
Ante Conſecrationem ſecundum aliquos nemo dicitur Promotus. Reſol. 25. num. 131.
Electus, & publicatus eſt ſolùm in principio Epiſcopus. Reſolut. 25. num. 131.
Pronunciatio Papæ de Epiſcopo in Conſiſtorio habet ſolum Vim electionis, confirmationis. Reſ. 25. num. 131.
Papa creat Epiſcopos ſolo verbo. Reſol. 25. num. 131.
Incipit quis vocari Epiſcopus electus, & confirmatus ſtatim, ac Papa pronunciat formulam. Reſ. 25. num. 137.

Æquiparatio.

Non debet fieri in omnibus Reſol. 20 num. 3.

Error.

Nullum Sancta Sedes poteſt permittere errorem Reſol. 15. n. 186. 198. 177. 173.

Eſſentia.

Oritur ex prædicatur eſſentialibus, & in illis collocatur. Reſolut. 22. num. 2.
Nihil eſt antequam incipiat eſſe. Reſo. 22. num. 55.
Quando deeſt initium, deeſt etiam Initiatum. Reſo. 22. num. 55.
Ad eſſendum ſubſtantialiter non datur indifferentia. Reſ. 25. n. 162.

Ethimologia.

Nominis oſtendit naturam rei. Præamb. 2. num. 1.

Evangelium.

Nullum præceptum continet, quod non ſit Juris naturalis. Præam. 3. num. 90.

Excellentia.

Excellentia vnius ad aliorum utilitatem ordinanda eſt. Reſolut.8, num.39. Vide Honor.

Exceptio.

Dicitur actionis exclusio. Reſol.17, num.10. 31.95.

Excommunicatio.

Pro ſua abſolutione requirit determinatam formam. Reſolut. 20. num.11. & non ſufficit tacita. ibid.

Excommunicatus non cenſetur abſolvi niſi adhibita conſueta verborum forma. Licet à Superiore ſcienter ad divina admittatur. Reſo.20. num.19.

Excuſare.

Ex Cauſam afferre. Reſol.21.n.32.

Exempla.

Non ad operantem, ſed ad externos diriguntur. Reſo.10. num.43.

Exempla de Viris Sanctis, qui coacti conſenſerunt Praamb.1. num.87. ſed non per rigoroſum praceptum. Praamb.1. nu.87. Reſol.25. §.7.

Exempla reſpicimus, ſed jura ſequimur. Praamb.1. nu.100.

Exempla ſunt argumenti ſpecies. Praamb.1. num.101.

Non exemplis, ſed legibus judicandum. Praamb.1. num.101. Non arctant regulam ibid., & Reſ.16 num.84.

Exemplum Congregationis Concilii. Praamb.4. num.5.

Exemplum Patris Joſephi Calaſantri. Praamb.4. num.5.

Extrema.

Sunt inedentificabilia, & idem non poteſt eſſe principium, & terminus ejuſdem rei. Reſolut.15. num.231.

Extrema vitioſa dicuntur. Reſ.25. num.7.

F

Factum.

Sine voluntate non tenet, nec obligat. Reſol. 25. num. 172.

Facile.

Sine reſiſtentia. Reſol.11. num.29.

Fallere.

Nemo ſciens alium fallere à Jure permittitur. Reſol.15. num.237.

Fæmina.

Naturalem inſtinctum habet nutriendi comas. Reſol.25. num.57.

Electus indignitates debet ſe gerere ſicut fœmina dicens noles volo Reſol.25. num.111.

Fictio.

Idem operatur, ac veritas. Reſol.25. num.168.

Paria ſunt eſſe talem, & haberi pro tali. Reſol.25. num.168.

Fictio Juris naturam imitatur. Reſolut.25. num.169.

Fictio in baptiſmo eſt peccatum, & non impedit characterem. Reſ.25. num.246.

Fictio tantum operatur in caſu ficto quantum veritas in caſu vero. Reſol.25. num.168.

Fides.

Quod non eſt ex fide peccatum eſt. Reſol.10. num.32.

Fine.

Prohibito vel promiſſo, cætera ad illum cenſentur quoque vel permiſſa vel prohibita. Reſolut.14. num.7.

Finis eſt attendendus quando habet

nec ef-

neceſſariam connexionem cum principio. Reſol.15. *num*.39.
Mediis contemptis nullus conſequitur finem. Reſol.15. *num*.227.
Obligatus ad finem tenetur adhibere media ad illum. Reſol.19. *nu*.5.
Qui tenetur ad finem, media ducentia ad illum negligere prohibetur. Reſol.19. *num*.16.
Finis in qualibet obligatione attentè Inſpiciendus Reſol.19. *num*.16.
Fine permiſſo, permittuntur omnia, per quæ pervenitur ad illum.ibid.
Excluſus à medio, excluditur à fine ibid.
Cui injungitur finis injunguntur media. Reſol.19. *num*.18.
Cui conceditur hauſtus ad fontem, conceditur etiam acceſſus ad illum. Reſol.19. *num*.18.
Prohibito fine prohibentur omnia quæ ducunt ad talem finem. Reſolut.23. *num*.9.
Finis reſpectu unius, poteſt eſſe medium reſpectu Alterius.

Formulæ.

Præcipiendi quæ ſint. Reſolut.12. *num*.96.
Examinantur formulæ noſtri voti. Reſol.15. *num*.188. *A*
Nulla praſcribitur formula pro diſpenſatione concedenda.Reſol.20. *num*.11.
Requiritur *determinata formula pro abſolutione peccatorum,& excommunicationis*. Reſol.20.*n*.11.

G

Genius.

Q*Uid ſit*. Reſol.25. *num*.46.
Arduum opus contra genium ire. Reſol.46. *n*.47. *in fin*

Genus.

De ratione generis eſt repræſentari idem in omnibus ſpeciebus. Reſol.8. *num*.81.
Copula Carnalis de ſuo genere eſt indifferens. Reſol.8. *num*.81.
Occidere de ſuo genere eſt indifferens. Reſol.8. *num*.82.
Genus non infert genus; ſed ſpecies genus. Reſol.17. *num*.27.
Genus continet ſpecies. ibid.
Remoto genere, removentur & ſpecies. Reſ.24. *num*.14.
Argumentum negativum de genere ad ſpecies eſt validum. Reſol.24. *num*.14.
Generalis diſpoſitio omnes ſpecies claudit. Reſol.24. *num*.14.
Vox generica & univerſalis limitatur per ſuam ſpeciem. Reſol.24. *num*.16.
Generalitas verbalis & realis quando verificetur. Reſolut.24. *num*.17.

Gentiles.

Apud hebreos abominabiles erant. Reſol.3. *num*.6.

Gratia.

Stare non poteſt cum mortali. Reſol.10. *num*.6.
Reſpectu *ejuſdem num.gratiæ, quæ ſit per electionem ad Epiſcopatum debet à votum habente poſſe dari conſenſum Coactum, & non Coactum. Sic corrige errorem verbo* Electio.

Gubernare.

Gubernare vid Honor.

H

Habitus.

Creſcunt & decreſcunt per ſuum contrarium. Reſol.10. *num*.6.

Hæretici.

Per *ſuos errores & fallacias impetunt contra* Eccleſiam.Reſ.21.*n*.4.

Quomodo ſine litteris obſiſtendum hæreticis. Reſol.21. num.4.
Doctrina Chriſtiana, non Jus civile requiritur contra hæreticos. Reſol.21. num.4.
Hæretici latratu canum & baculo deterrendi. Reſol.21. num.5.

Homo.

Homo facilè fallitur in iis, quæ ad ſe ipſum pertinent. Præamb.1. num.114. Reſol.10. num.29.
Vitioſum eſt, quòd homo imperfectæ virtutis attentet facere, quod perfectæ virtutis eſt. Reſolut.1. num.8.
Homo de ſui natura tendit ad alta. Reſolut.1. num.9. Reſolut.25. num.9. Reſol.11. num.23.
In propria cauſa Homo iudicare non poteſt. Reſol.10. num.29. 36.
Homo carens motu & ſpiritu non eſt homo. Reſol.15. num.240.
In homine ſemper germinat affectus ad commoditates & honores. Reſol.16. num.35.
Homines quædam agunt abſque Judicio. Reſol.25. num.48.

Honor.

Confertur nolentibus. Præambul.4. num 8. *Vid. Dignitas*.
Non quicunque honor eſt ſuperbia mundi. Præamb.4. nu.25. Reſ.8. num.26.
Licitum eſt ſecundariò appetere honores. Reſolut.8. num.92. & 57.
In dignitates & honores proprio motu aſpirare convincitur de ſuperbia. Reſol.4. num.2.
Locus Superior etſi adminiſtretur ut decet, indecenter appetitur. Reſolut.4. num.3.
Proprio motu aſpirare in honores eſt præſumptio. Reſol.4. num 4.
Promovendus ad Honores debet eſſe invitus. Reſol.4. num.6.
Sponte accedens ad gubernandum Rempublicam non excuſandus. Reſol.4. num.6.
Bona honoraria ſunt quinque. Reſ.5. num.1.
Inter perſonas habenda eſt diſtinctio in exhibendis honoribus. Reſolut.5. num.2.
Magis honorandus eſt, qui majorem habet Juriſdictionem. Reſolut.5. num.5.
Per honores homines provocantur ad bona. Reſol.5. num.7.
Honor non propriè convenit homini ſed Deo. Reſol.5. num.8.
Eſt præmium virtutis. Reſolut.5. num.9.
Honor dandus eſt meritis. Reſol.5. num.10.
Licitum eſt ſecundariò honores quærere. Reſol.5. num.11.
Servare ſibi honorem non eſt ambitio, ſed prodeſt inſtantia. Reſol.5. num.10.
Honor Cardinalibus. Reſolut.5. num.14.
Honor aliquando ſumitur pro remuneratione. Reſol.7. num.8. Reſ. 8. num.58.
Honor alius pravus alius Sanctus & Cæleſtis. Reſol.8. num.26.
Honor homini iniquo non ſervatur. Reſol.8. num.26.
Contra perverſum honorem votum validè datur. Reſol.8. num.26.
Non omnis honor eſt ſuperbia mundi ibid.
Datur honor licitus & illicitus. ibid.
Honoris liciti conditiones. Reſolut.8. num.29.
Honor inordinatus. Reſolut. 8. num.36.
Honor & excellentia unius ad aliorum utilitatem ordinanda eſt. Reſol.8. num.39.
Honor major majori virtuti & ſeniori deferendus. Reſolut. 8. num.48.

Nullus

Nullus honor eſt ſufficiens præmium virtutis. Reſol.8. num.81.
Licèt ſit virtutis teſtimonium. Reſ.8. num.41.
Honor & omnia ſecundaria & acceſſoria appetuntur mediatè, per aliud & cauſa alterius: hoc eſt ſui principalis. Reſol.8. num.57. Reſol.11. num.31.
Principalia appetuntur immediatè, per ſe & cauſa ſui ibid.
Acceſſoria puta honor divitiæ &c. ſi appetuntur cauſa alterius, & in ordine ad aliquod principale non ſunt contra Evangelica conſilia. ibid.
Acceſſoria honor divitiæ ſi appeterentur immediatè, per ſe, & cauſa ſui eſſent contra Evangenlica conſilia, quorum eſt honores fugere. ibid.
Licitus eſt ex D. Th. appetitus ſecundariò de honore, & reverentia. Reſol.8. num.57. 92.
Honor interdum accipitur pro remuneratione, & aliquando pro dignitate. Reſol.8. num.58.
Honor, onus, & lucrum non ſeparantur. Reſol.8. num.58.
Principes infelices ſi officiis onerant, & commodis non honorant. Reſ.8. num.60.
Oneratus in uno in alio relevandus eſt. Reſol.8. num.61.
Multi non laborant & lucra reportant. Reſ.8. num.61.
Honor ſi moderatè appetatur eſt actus virtutis magnanimitatis. Reſol.8. num.86.
Licitum eſt ſecundariò appetere bonores. Reſolut.8. num.92. 57.
Vetitum eſt Religioſis proprio motu tendere in honores & dignitates. Reſol.2. num.9.
Requirebatur Superioris licentia. Reſolut.2. num.8.
Nullus debet appetere aliquid ſupra ſuas vires. Reſolut.10. num.7.
Honor non deſiderandus ratione ſui. Reſ.11. num.31.
Honor non eſt actus elicitus à perſona honorata. Sed honorante. Reſolut.21. num.8.
Aliquis etiam invitus honorari poteſt. Reſol.21. num.8.
Homo non poteſt facere votum, quòd non honoretur. Reſol.21. num.9.
Virtutes ſunt merita honorum. Reſol.21. num.11.
Et honores ſunt præmia virtutum. ibid.
Meritum honorum eſt duplex, virtus, & officium. Reſolut. 21. num.11.
Honor eſt duplex ſæcularis & Sanctus. Reſol.21. num.12.
Honor propter plures cauſas alicui præſtari poteſt. Reſol.21. nu.13.
Honor ſanctus cui conveniat. Reſolut.21. num.14.
Honori ſæculari renunciant Religioſi. Reſol.21. num.16.
Non eſt licitum abdicare à ſe capacitatem ad Sanctos honores. Reſol.21. num.17.
Honor Sanctus eſt Eccleſiaſticus honor. Reſol.21. num.17.
Honorem Sanctum à ſe abdicare non ſpectat ad ſanctitatem Religionis ibid.
Eſt repræhenſibile removere à Religioſis honorem ſanctum. Quando Religio inſtitutum habet prædicandi & docendi. Reſolut.21. num.17.
Honores non ſunt impediendi ſub prætextu vitandi peccatum. Reſol.21. num.24.
Quando honoratur peccator. Culpa extenditur in exemplum. Reſ.21. num.26.
Honor Sanctus non eſt denegandus quando culpa eſt occulta. Reſ.21. num.26.
Major honor debetur Prelato malo, quàm ſubdito bono. Reſolut.21. num.26.

Honor alis artes. Reſolut. 21. num.29.
Improbum eſt impedire voventes ab honoribus conſequendis, ſub voti prætextu. Reſol.21. num.31.
Fugientibus non deſiderantibus dantur honores Gregorius. Reſol.25. num.96.
Locus regiminis deſiderantibus negandus fugientibus conferendus. Reſol.25. num.103.

I

Ideo.

Eſt dictio cauſalis & illativa. Reſol.10. num.16.

Ingenui.

Qui ſint ingenui & libertini. Reſ.25. num.251.

Idoneus.

Nemo poteſt ſe præſumere Idoneum. Reſol.9. num.4.
Eſt idoneus ad Epiſcopatum ſi per omnem ætatem Eccleſiæ ſervierit. Reſol.9. num.19.
Non eſt idoneus qui certò non ſcit ſe habere Charitatem. Reſolut.10. num.2.
Chriſtus commiſit Petro Officium paſtorale, quià cognovit ab illo amari. Reſol.10. num.2.
Idoneus eſt, qui habet omnes virtutes. Reſol.10. num.9.
Ad Epiſcopatum nullus eſt Idoneus. Reſol.10. num.11.
Ad Superiorem ſpectat facere Judicium de idoneitate. Reſolut.10. num.38.

Jeſuitæ.

Emittunt duo Vota. Præambul.1. num.107.f.
Et eorum votum de non ambiendo requirit præceptũ rigoroſum. ibid.

Ignorantia.

Vid. Epiſcopus.

Illatio.

Quæ abſurdum continet ſemper eſt vitanda. Reſol.15. num.188. c.

Illicò.

Excludit tempus. Reſolut. 11. num.29.

Impedimenta.

Vid. matrimon. ſponſal.

Imperator.

Non dicitur antequam coronetur. Reſol.25. num.131.

Imputare.

Attributionem importat. Reſol.25. num.75.

Inclinatio.

Omnis inclinatio eſt in bonum reale vel apparens. Reſolut.25. num.51.

Inferiora.

Nata ſunt Superioribus inſervire. Reſolut. 7. num. 8. Reſolut. 1. num.17.
Inferiora per ſuperiora elevantur. Reſol.7. num.17.

Ingenium.

Eſt natura. Reſolut.25. 46.

Ingratus. Ingratitudo.

Ingrato non ſunt beneficia conferenda. Reſol.25. num.11.

Inſeparabilitas.

Vid. connexio.
Terminorum ubi reperitur non poteſt fieri votum de uno & non de alio. Reſol.8. num.43.

Inſtin-

Inſtinctus.

Quid ſit. Reſol.25. num.47.
Inſtinctus naturalis eſt femina nutrire tomam. Reſol.25. num.57.

Inſtituere.

Ad nominationem ſequitur Reſol.22. num.38.
Inſtitutio eſt triplex. Reſolut.22. num.41.
Ejus eſt deponere, cujus eſt ordinare. Reſol.22. num.44.
Inſtituere quid ſit, requiritur conſenſus. Reſol.25. num.153.

Inſtitutio.

Fieri non poteſt ſine conſenſu nominati. Reſol.23. num.14.
Nominatio & Inſtitutio ſunt termini connexi. Reſolut.23. num.15.
Hæc ſinè illa non provenit. ibid.
Conſenſus in inſtitutionem refunditur in nominationem. Reſol.23. num.21.
Inſtituere quid ſit, requiritur conſenſus. Reſol.25. num.153.

Intentio.

Secunda intentio advenit rei. Reſolut.15. num.66.
Intentio alleganti probanda eſt. Reſol.15. num.80.
Quod eſt in intentione per exteriora explicamus. Reſolut. 15. num.81.
Intentio non verbis, ſed verba intentioni deſerviunt. Reſolut.23. num.12.
Quando de intentione non conſtat, ſtandum eſt communi verborum ſenſui. Reſol.23. num.12.
Deus reſpicit Juramenta ſecundum intentionem praſtantis, non recipientis. Reſolut.12. num.102. fin.
Bona intentio non excuſat opus malum. Reſol.12. num.103.
Mala Intentio opus bonum non facit. ibid.
Deus plus reſpicit intentionem, quàm actum. ibid.

Interpellatio.

Rationem admonitionis habet. Reſoli 15. num.65.

Interpretatio.

Facienda in eo, quod prodeſt. Reſ.15. num.188.
Litteralis ſenſus ſervandus. ibid.
Ab omni abſurdo abhorrendum. ibid.
Facienda ſecundũ ſenſum magis utilem & benignum. Reſol.16.n.51.
Solùm eſt de re obſcura & ambigua. Reſol.16. num.50.

Interſtitia.

Servada ſunt. Præamb.2. num.79.
Quàm malum ſit non ſervari. Præamb.2. num.79.
Eſt in præjudicium eorum, qui ab adoleſcentia Altari Inſerviunt. Præamb.2. num.79.
Qui ſervit Altari, Pontificatum ſperet. Præamb.2. num.79.
Interſtitia Cuſtodienda. Reſolut.2. num.3.

Intimatio.

Eſt virtuale præceptum. Reſol. 14. num.20. Reſ.15. num.48.
Intimatio electionem confirmat. Reſol.15. num.33.
Et ſe habeat dupliciter. Reſol.15. nu.48.
Intimatio ſi non cogeret per viam timoris, cogeret ſaltem per viam virtualis præcepti. Reſolut.15. num.57.
Intimatio eſt aliquid ſuperveniens electioni. Reſol.15. num.65.
Intimatio de ordine Papæ æquipollet præcepto. Reſolut. 15. num.62.

Intimatio,ſeu denunciatio idem ſunt Reſolut.15. num.64.

Invitatus.

Invitatus ad Epiſcopatum recuſet. electus acceptet. Præamb.1.n.95. Reſol.25. num.99.ſeq.
Invitatus debet recuſare. Reſol.25. num.103.
Nullus dignè eligi poteſt,niſi à principio diſſentiat. Reſolut. 25. num.103.
Recuſatio debet eſſe ſincera. Reſ.25. num.104.
Diſſenſus non ſimulatus. Reſol.25. num.105.

Invitus.

Vid. Coactio.
Nemo invitus poteſt eſſe bonus. Præamb.2. num.110.
Pro regulandis invitis plura dantur artis præcepta. Reſolut.25. num.4. A.
*Quid importet vox Invitus.*Reſ.25. num.4. B.
Agere Invitus nemo compellitur. Reſol.25.num.5.
Invitus eſt, qui per vim aliquid facit. Reſol.25. num.6.
Cogere & compellere ſolùm ad invitos dirigitur. Reſol.25. num.6.
*Invito beneficia non dantur.*Reſ.25. num.10.
Juvitus non poteſt emancipari nec legitimari. Reſol.25. num.10.
Nemo Invitus cogitur deſcendere. Reſol.25. num.12.
*Invitus non eſt ſublimandus.*Reſ.25. num.13. 20.
Invitus eſt Juvandus ob publicum bonum. Reſol.25. num.14.
Invitus eſt ſublimandus. Reſol.25. num.15.
Pro invito cuicunque ſolvere licet. Reſolut.25. num.16.
Invitum laudabile eſt Juvare. Reſol.25. num.17.
Medicus tenetur infirmo invito beneficium curationis impendere. Reſolut.25. num.17.
Lot violenter extrahitur ab incendio. Reſ.25. num.17.
Furenti filio Pater ſubvenire debet, & medicus ligando. Reſolut.25. num.17.
*Ad Eccleſiaſtica officia invitus non eſt extollendus,ſed puniendus.*Reſol.26. num.19. 22.
Nemo Invitus compellitur creſcere. Reſol.25.num.20. 13.
Utilitas & neceſſitas poſſunt Invitum promovere. Reſol.25. nu.23.
Quid veniat nomine utilitatis & neceſſitatis. Rſol.25. num.24.
Invitus reſiſtens electioni de nolente debet reddi volens. Reſolut.25. num.27.
Inviti ſunt cogendi per diverſa coactionum genera; ſeu media. Reſol.25. num.28.
Coactio inviti ad conſentiendum in dignitates per cenſuras & præcepta non invenitur deſcripta inter canones. Reſol.25. num.33.
Prælatus poteſt compellere Invitum; ut acceptet. Reſol.25. num.34.
Papa ſecundũ aliquos nõ poteſt exaltare Laicum Invitum ad Dignitates Eccleſiaſticas. Reſolut.25. num.35.
Invitus non conſentit mutationi ſtatus. Reſol.25. num.35.
Invito ut imponatur præceptum debet concurrere magna utilitas Eccleſiæ. Reſol.35. num.36.
Laici inviti promoti ad Eccleſiaſticas Dignitates. Reſol.25. nu.37.
Srperior puniendus ſinè juſta cauſa compellens invitum. Reſolut.25. num.38.
Papa ſinè juſta cauſa poteſt compellere Invitum ad Dignitatem. Reſol.25. num.38.
Imperator poteſt compellere ſubditos Invitos ad acceptanda officia. Reſol.25. num.38.
Cum cauſa cogere Invitos eſt laudabile.

dabile. Reſolut.25. numer.39. 40.

Poteſtas ſæcularis poteſt cogere invitos. Reſol.25. num.41.

Inviti coacti præcepto. Reſolut.25. num.43.

Non expedit, quòd Pontifex præceptis cogat invitos ad acceptandas Dignitates. Reſol.25.77. D.

Invitus contra genium operatur. Reſol.25. num.45.

Invitus eſt qui ægrè fert. Reſol.25. num.44.

Invitus coactè agens, in brevi de fatigatur. Reſol.25. num.52.

Invitus non eſt idoneus exemplo Joab. Reſol.25. num.53.

Invitus obliviſcitur facere quæ tenetur. Reſol.25. num.53.

Libens operari præmium expectat. Reſol.25. num.53.

Quare invitus aliquibus rebus ſit contrarius. Reſolut.25. num.56.

Invitum cogere per præceptum ſcrupoloſum eſt. Reſolut. 25. num.63.

Invitus ex averſione redditur ineptus ad Dignitates. Reſolut.25. num.64. 53.

Culpa magis cogenti, quàm coacto invito imputandæ ſunt. Reſol.25. num.65.

Culpa eſt magis voluntaria cogenti, quàm coacto invito. Reſolut.25. num.67.

Non expedit Superiorem cogere invitum ad accipiendum aliquem novum ſtatum, & officium, bene autem quòd cogat invitum, ad faciendum actum debitum. Reſ.25. num.77. D. 44.

Invitus non poteſt conſecrari, nec contrahit matrimonium. Reſ.25. num.137.

Promovendus ad honores debet eſſe invitus. Reſol.4. num.6.

Invito præceptum eſt odioſum & involuntarium, & etiam eſt odioſa coactio, & quæcumque dignitas & officium. Non ſic votum habenti. Cui præceptum, coactio, & dignitas eſt voluntaria. Reſol.25. num.77. C. ſeq.

Irreprænhenſibilitas.

Importat carentiam lætalis culpæ. Reſol.10. num.3.

Importat obſervantiam mandatorum. Reſol.10. num.4.

Dedecet, quòd qui Reprehenſibilis eſt reprehendat alios. Reſol.10. num.5.

Excludit omnem culpam actualem & habitu, & omne vitium. Reſolut.10. num.6.

Irreprahenſibilitatis Judicium ad ſolum Superiorem ſpectat. Reſ.10. num.25.

Reprehendere & corrigere ex officio ſolius Superioris eſt. ibid.

Ex irreprahenſibililitate oritur certitudo Charitatis. Reſolut.10. num.31.

Irreprahenſibilitas eſt qualitas ædificativa ad extra. Reſolut.10. num.43.

Jubeo.

Significat decernere. Reſolut.11. num.33.

Judicium.

In Judicium deducere quid ſit. Reſol.10. num.4.

Juramentum.

Eſt actus Religionis. Præamb. 1. num. 54.

Non minoris ponderis ac Votum. ibid.

Fractio voti eſt ſpecies infidelitatis. ibid.

Obligatio voti ex una parte eſt major ac Juramenti. ibid.

Juramentum oritur ex reverentia Dei . ibid.
Habet infallibile teſtimonium Dei . ibid.
Juramenti violatio eſt duplex iniquitas . ibid.
Magis obligat ex una parte quàm votum . Preamb. 1. *num.* 55.
Juramentum Archidiaconi de non accedendo ad Epiſcopatum *reputatur ab aliquibus nullum , inductivum peccati.* Reſol. 6. *num.* 8.
Contra Evangelica *conſilia eſt peccatum veniale vel morlale .* Reſol. 6. *num.* 9.
Firmat propoſitum . Reſolut. 6. *num.* 22.
Juramentum eſt præſidium virtutis. & non vinculum iniquitatis . Reſol. 18. *num.* 17.
Non poteſt obligare contra commune bonum . ibid.

Juriſdictio .

Derivatur à Pontifice erigente & approbante Religionem.Reſol. 12. *num.* 44. 45.
Perſonæ , quæ ſubjiciuntur alicui Principi nequeunt Juriſdictionem ſupra ſe alteri dare . Reſolut. 12. *num.* 45. *Vide ſubditus .*
Juriſdictionis poteſtas in non ſubditum nihil operatur . Reſolut. 12. *num.* 53.
Juriſdictionis defectus reddit actum nullum . Reſolut. 12. *numer.* 53. 108.
*Cauſa urgens non ſupplet defectum Jurisdictionis.*Resol. 12. *num.* 54.
Ad diſpensandum valida requiritur Jurisdictio . Resol. 12. *num.* 54. 122.
Jurisdictionis defectus eſt insanabilis . Resol. 12. *num.* 108. 53.
Quid nomine Jurisdictionis & poteſtatis dominativæ ſignificetur . Resol. 12. *num.* 61. *A.*
In ſtatu Religioſo requiritur in Prælato poteſtas gubernativa à poteſtate Juriſdictionis ſeparabilis . Reſol. 12. *num.* 61. *b.*
Subjectio ad Spiritualem Juriſdictionem non eſt conditio neceſſaria ad ſtatum Religioſum ſed proprietas . Reſol. 12. *num.* 61. *c.*
Abbatiſſa in moniales habet ſufficientem Juriſdictionem præcipiendi etiam in vi voti præſtiti . Reſol. 12. *num.* 88. 89. *ſeq.*
Poteſtas & Juriſdictio præcipiendi in Superiore limitatur ſecundum regulas . Reſol. 12. *num.* 48.
Dominus in ſervos, Parentes in filios Dux in milites, Rector in ſcholares &c. habent ex officio ſufficientē Civilem & naturalem poteſtatem ſuis inferioribus præcipiendi. Reſol. 12. *num.* 87.
*Duo dantur Juriſdictionis genera ſpirituale & temporale.*Reſol. 12. *num.* 7.
Nec una debet alteri præjudicare . Reſol. 12. *num.* 7.
In diverſis juribus fundantur . Reſol. 12. *num.* 7.
Juriſdictio provenit à confirmante regulam . Reſol. 12. *num.* 14. 88. *ſeq.*

Jus .

Naturale omnibus convenit inſtinctu naturæ . Reſol. 12. *num.* 8.
Hoc reſidet in Parentibus erga filios . Reſol. 12. *num.* 8.
Ex hoc oritur Patria poteſtas. Reſolut. 12. *num.* 9.
Verſatur circa domeſtica . ibid.
Filii non debent reſilire à paterno conſenſu . ibid.
Jus civile dicitur proveniens à Principe . Reſol. 12. *num.* 14.
Sub Jure ſpirituali continetur Eccleſiaſticæ poteſtas , quæ eſt major ſæculari . Reſol. 12. *num.* 15.
Jus præcipiendi limitatur ſecundum regolam . Reſ. 12. *nu.* 48. 50. 63.

Ibi eſt idem Ius ubi eſt eadem ratio. Reſol.12. num.150.

Nemo ſciens alium fallere à Iure permittitur. Reſol.15. num.235.

Iuſtitia.

Duæ dantur ſpecies: declinare à malo, & facere bonum. è contra injuſtitiæ facere malum, & declinare à bono. Reſol.6. num.4.

Iuſtitia legalis. Preambul. 3. num.94.

L

Labor.

NOn debet eſſe ſine fructu. Reſol.25. num.109.

Lex.

Quid Lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum. Præamb.1. num.4. 36. 66.

Si lex voluiſſet obligare, potuiſſet exprimere. Præamb.1. nu.34. 36. 66. 37.

Lex univerſaliter loquens, univerſaliter intelligenda. Præamb.1. num.4. 36. 66. 38.

Et ubi non diſtinguit, non diſtinguendum. Præamb.1. num.4. 36. 66. 38.

Lex potens prohibere, & non prohibens, cenſetur nolle prohibere. Præamb.1. num.4. 36. 39.

Per legem quod non è prohibitum, cenſetur permiſſum. Præamb.1. num.4. 36. 39.

Leges ſunt Principum animus. Reſol.15. num.161.

Leges non ſunt de mendacio arguendæ. Reſol.15. num.161.

Curandum in lege, quod de Principis intentione relucet. Reſol.15. num.162.

Leges Pontificem non ligant; & de ipſo excipiunt. Reſol.15.nu.195.

Leges divinitus factæ. Reſolut.15. num.212.

Leviorem quis eligere poteſt. Reſolut.15. num.212.

Legum correctio odioſa. Reſolut.15. num.213.

Ab antiquis Iuribus non recedendum. Reſol.213. num.215.

Leges non obſervatæ cedunt in ludibrium. Reſol.15. num.215.

Quæ contra leges fiunt pro infectis habenda. Reſol.15. num 215.

In legibus ſequi debemus planum vocabulorum ſenſum. Reſol.23. num.39.

Lex non obligat ſi non publicetur. Reſolut.24. num.21.

Lex quæ voluit dixit, quæ noluit non dixit. Reſol.24. num.21.

Incluſio unius eſt excluſio alterius. Reſolut.24. num.21.

Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda. Præamb.1. nu.4. 36, Cap. dilectiſſimi 2.qu.1. Gloſſ. k. ver. conjuges.

Non eſt cum reſtrictione diſtinguendum, ubi lex non diſtinguit. Præamb.1. num.4.

Lex humana dividitur in Eccleſiaſticam & Civilem. Reſ.12.nu.14.

Lex non eſt valida, niſi recta ratione conſtet. Reſol.12. num.14.

Qui illam transgreditur, peccat. ibid.

Lex ut valida ſit quas conditiones requirat. Aliàs nulla. Reſol.12. num.14.B.

Debet eſſe ad commune bonum. Aliàs nulla. ibid.

Leges aliquæ non obſervandæ. Reſolut.12.num.14. D.

De lege Barbarius explicatio. Reſ.20 num.12.

Libertas.

Ad factum non datur libertas. Præamb.1. num.41.

Libertas hominis eo major, quò omnem excludit obligationem. Præama.3. num.88.

Liber eſt, qui eſt cauſa ſui. Servus, qui eſt cauſa alterius. Reſolut.2. num.11.
*Libertas non violatur, niſi vi vel præcepto, Reſol.15. num.*100. *C.*
Libertas grande hominis beneficium Reſol.15. num.111.
Magis pugnat cum libertate rigoroſum præceptum, quàm coactio cum prompta obedientia. Reſolut.15. num.129.
Quid ſit libertas. Reſolut.14. num.129.
Libertas nihil prodeſt ad impediendum effectum cauſa neceſſaria applicata. Reſol.25. num.264.
Qui ſint libertini, & ingenui. Reſolut.25.num.251.
Quando præcepta prævalent, libertas reſtringitur, Præambul.3. num.88.

Licentia.

Licentia tacita, tacitum præceptum, tacita diſpenſatio ejuſdem rationis ſunt. Reſol.20. num.1. 3.
Tacitum & expreſſum eumdem operantur effectum. Reſolut. 20. *num.3.*
Adducuntur exempla. ibid. nu.5.6.
*Pontifex offerendo prælationem, dat licentiam illam acceptandi. Reſol.*20. *num.1.*
*Tacita licentia in quo conſiſtat. Reſol.*20. *nam.4. ſeq.*
Authores in quo differant. Ref.20. num.15.

Licitum.

Liciti prætextu non debet illicitum committi. Reſol.15. num.106.

Ligatum.

Quod non eſt ligatum, ſolvi non poteſt. Reſol.24. num.12. Reſol.10. *num.45.*

Liquere.

De adverſariorum prætenſione non liquet.

Lis.

*Lis denotat controverſiam. Reſ.*10 *num.2.*
*Lis tanti æſtimanda, quanti res, de qua eſt lis. Reſ.*10. *num.2.*
*Lis ſupponit actionem in re. Reſ.*10. *num.3.*
*Lis conteſtata quid, Reſolut.*10. *num.4.*
*Quid ſit facere litem ſuam propriam. Reſol.*10. *num.4.*

Littere.

Litteras probbanas qui quærit, peccat. Præamb.1. num.12.

Locutio.

Generalis comprahendit omnia. Reſ.15.num.188. C.
Et generaliter accipienda ibid.
Comprahendit etiam minima. ibid.
Qui dicit genus animal non intelligitur, an dicat hominem, vel equum. ibid.
Loqui obſcurè eſt fallere. Reſol.15. num.237.

Lot.

Violenter extrahitur ab incendio. Reſ.25. num.17.

M

Magnanimitas.

Eſt ad omnia pericula ſuperanda. Reſol.9. num.7.
Non contrariatur humilitati. Reſ.9. *num.21.*

Martirium.

Conſenſus fœmine in martirium debet eſſe virilis. Reſ.25. *num.*111.

Matrimonium ſpirituale. Sponſalia.

Vid. elect. Vid. Epiſcopus.
Natrimonium ſit eum electo. Reſ.15. *num.*230.21.45.
Ut matrimonium reſurgat, requiritur contrahentium conſenſus. Reſolut.22. *num.*51. 55.
Matrimonium non celebratur, niſi inter duo Reſ.22. *num.*59.
Prohibito matrimonio, prohibentur ſponſalia. Reſ.23. *num.*52.
Impedimenta ad matrimonium ſunt etiam ad ſponſalia. Reſolut.23. *num.*52.
Impedimentum inſolitum diſpenſari reddit nulla ſponſalia. Reſol.23. *num.*66.
Sponſalia ſunt valida relata ad tempus, quo ceſſat impedimentum. Reſ.23. *num.*79.
Conſanguinei per verba de præſenti contrahentes ſub conditione ſi Papa diſpenſaverit legitimè contrahunt. Reſol.23. *num.*84.
Conditiones, quæ admittuntur & rejiciuntur, admittuntur eſt rejiciuntur in ſponſalibus. Reſol.23. *num.*65.
Sponſalia ſunt valida relata ad tempus, quo ceſſat impedimentum. Reſol.23. *nu.*79.

Media.

Mediis contemptis finem nullus conſequitur. Reſol.15. *num.*227.

Membrum.

Non debet capiti contraſtare. Reſol.12. *num.*14. E.

Merces.

*Qui ad onus eligitur non eſt repellendus à mercede. Præambul.*3. *num.*103. Reſol.8. *num.*58.
*Mercedes, & ſtipendia profluunt ex onoroſo opere. Præambul.*3. *num.*104.
*Militibus dantur ſtipendia. Præambul.*3. *num.*104.
*Merces argumentum eſt eximii laboris. Præamb.*3. *num.*304.
*Merces datur operariis in vinea Domini. Præambul.*3. *num* 104.

Meritum.

*Non dantur facienti opus cum timore. Præamb.*1. *num.*107.
Meritum ſemper pulſat ad præmium. Reſol.21. *num.*21.
Non exaltare meritum eſt animas interimere. Reſol.21. *num.*27.

Metus.

Eſt trepidatio mentis. Reſolut.13. *num.*11.
Quod fit per metum dicitur ſimpliciter voluntarium, & involuntarium ſecundum quid. Reſol.13. *num.*12.

Meum & tuum.

*Octava diſt.cap.*1. *& ſeq.cauſa* 12. *qu.*1. *cap.*1. 2.
*Meum & tuum fuſè. Præambul.*3. *num.*11.
*Meum dicitur quod commune cum aliis mihi eſt. Præambul.*3. *num.*11.
*Meum & tuum non erant in mundo. Præamb.*3. *num.*11.
*Si meum & tuum non eſſent, homines quietiſſimè viverent. Præamb.*3. *num.*14.
*Meum & tuum denotant proprietatem. Præamb.*3. *num.*14.
Sunt multorum cauſa malorum. ibid.

Monachi.

Habitant extra Urbem. Reſolut.2. *num.*1.
Monachorum inſtituta erant prævius gradus ad ſtatum Clericalem. Reſol.2. *nu.*1.
Qui ex Laicis ſumebatur ad Epiſcopa-

ſcopatum, prius in Monachum tonderi debebat. Reſol.1. num.1.
Monachi frequenter ad Clericalem ſtatum aſſumebantur. Reſolut.2. num.2.
Monachi ad curam animarum trahebantur. Reſol.2. num.3.
Orientalis Eccleſia neminem ad Epiſcopatum promovebat, niſi prius Monachus fuiſſet. Reſol.2. num.5.
Monachiſmus fuit ſeminarium Epiſcoporum. Reſol.2. num.6.
Vetitum illis ne proprio motu tenderent in Dignitates. Reſolut.2. num.7.
Requirebatur Superioris licentia. num.8.
Cap. ſi Religioſus de Electione in 6. *cujus fuit author Bonifacius VIII.*

Moralia.

Recipiunt ſpeciem ab eo, quod per ſe intendunt. Reſol.15. num.100.
In moralibus quæ veniunt formaliter & in recto ſpecificant actum. Reſol.15. num.100. 103.
In moralibus non poteſt ex conſideratione unius circumſtantiæ ferri generale Judicium. Reſolut.16. num.58.

Mors.

Motum & potentias deſtruit, & omnis finitur actio. Reſolut.15. num.240.

Moveri. Motu proprio.

Vid. Honor.
Qui non movetur, non agit. Reſol.15. num.240.

N

Natura. Naturale.

Quod eſt naturale facile retinetur, difficiliter mutatur. Reſol.22. num.1.
Difficilius naturalia, quàm accidentalia mutantur. Reſolut.22. num.1.
Rei natura non cognoſcitur, niſi per definitionem. Reſol.19. num.7.

Neceſsitas.

Vid. eleemoſyna.
Quot dentur neceſſitates ex Auguſtino Reſ.15. nu.116.
Neceſſitas ſpecifica, & neceſſitas numerica in ordine ad diſpenſandum. Reſolut.19. numer.30. *ſeq.*
Neceſſitas & utilitas in ordine ad diſpenſandum. Reſol.19. nu.32. & *ſeq.*
Quid veniat nomine neceſſitatis, & utilitatis. Reſol.25. num.24.
Quid ſit neceſſitas Eccleſiæ. Reſolut.25. num.25. 26.
Omnia ſunt communia neceſſitatis tempore. Præamb.3. nu.11.
Neceſſitas non habet legem. ibid.
Ad naturale Jus revocat omnia. ibid.
Tempore neceſſitatis cibaria omnia communia. ibid.
Neceſſitas pauperis quid & quotuplex. Præamb.3. num.18. 27.
Neceſſitas illicitum reddit licitum. Præamb.3. num.11.
Neceſſarium eſt triplex. Præamb.3. num.25.
Quod non eſt ex neceſſitate in uno, nec debet eſſe in alio. Reſolut.25. num.227.

Negativa.

Votum noſtrum continet duas negativas. Reſol.17. num.59.

Duæ negativa faciunt unam affirmativam. ibid.

Neophiti.

Reiciendi ab Epiſcopatu. Præamb.2. num.71. vid. Epiſcopatus.

Nihil.

Ex negatione entis non remanet ens, ſed nihil. Reſolut. 17. num.91.

Ex nihilo nihil fit. ibid.

Niſi.

Senſus particulæ niſi eſt valde difficilis intellectu. Reſol.17. num.2.

Dictio niſi quot ſenſus habeat. Reſol.17. nu.7. 58.

Exempla de particula niſi. Reſol.17. num.7. g.

Authores de hac dictione. Reſol.17. num.7. f.

Particula niſi triplicem poteſt eructare ſenſum. Reſol.17. num.9.

Referuntur ſententiæ. Reſolut.17. num.13.

Quomodo authores primæ ſententiæ explicandam eſſe velint. Reſol.17. num.16.

Peccati venia non datur, niſi correctis. Reſol.17. num.20.

Particula niſi inducit ſenſum affirmativum, abſolutum, vel ex propria natura, vel ex addito extrinſeco vel ex ſubjecta materia. Reſol.17. num.16.

Proponuntur probationes & fundamenta particulæ niſi ſecundum primam ſententiam. Reſolut.17. num.22.

Particula niſi ſemper eſt contradicere præcedentibus. Reſol.17.n.7.C. 49.

Votum per particulam niſi importat duas negativas. Reſolut.17. num.59.

Petrus promittens vendere equum niſi uni, ſi poſtea vendat alii tenet venditio. Reſol.17. num.110.

Durum videtur adverſariis quòd aliquis dicendo Voveo non ingreſſurum Religionem carthuſiam obligetur neceſſariò ad illam intrandam. Reſol.17. nu.39.

In propoſitionibus de præſenti & de præterito cum particula niſi non datur locus ad arbitrariam conditionem. Reſol.17. nu.39.

Arbitraria conditio ſemper intelligenda in particula niſi ſecundum adveſaries. Reſol.17. num.41.

Particula niſi etiam reſpectu futuri temporis facit ſenſum abſolutum. Reſol.17. nu.73.

Particula niſi eſt conditionalis relata ad futurum tempus. Reſolut.17. num.7. D.

Hæres meus ne des centum Titio, niſi mater mea moriatur. Reſol.17. num.21.

Eſt excluſiva caſuum præter nominatos. Reſol.14. num.25.

Nobilitas.

Quæ nobilitas ſpecialiter requirenda in Eccleſiaſticis. Reſol.10.n.83.

Nomen.

Nomen operi imponit Affectus. Præambul.1. num.3.

Nomen ſignificat independenter à tempore. Præamb.1. nu.40.

Nomen ſequitur ad eſſe. Reſol.22. nom.2.

Si re priveris, nec nomen habere mereris. Reſol.22. num.2.

Nominatio, & Præſentatio.

Vid. electio.

Nominatio & electio dant Jus ad rem. Præamb.4. num.12.

Nominatio & præſentatio idem ſunt Reſol.22. num.4. A.

Quid ſit nominatio aut præſentatio. Reſol.22. num.4. E.

Præſentatio, eſt quædam donatio.

Reſol.22. num.5.
Præſentatores dicuntur creatores. Reſol.22.num.5.
Præſentatio nullum dat Jus præſentato. Reſol.22. num.6.
Patronus poteſt mutare præſentationem antequam Epiſcopus inſtituat. Reſol.22. num.6.
Patronus ſi perſeveret, præſentatus habet Jus ad rem. Reſolut.22. num.7.
Jus præſentandi convenit etiam laicis, ſecus jus eligendi. Reſol.22. nu.11. 65.
Præſentatio non dirigitur præſentato. Sicuti dirigitur electio electo. Reſol.22. num.12.66.
Præſentatio non facit matrimonium, ſicut facit electio. Reſ.22. nu.12. 56.
Patronus Laicus etiam publicata præſentatione poteſt variare, non ſic electio. Reſol.22. nu.12.
Præſentatio non eſt intimanda ſicut electio. Reſolut.22. numer.13. 59.
Ad præſentationem non requiritur conſenſus præſentati. Reſol.22. num.13.
Præſentatus ſi ſit idoneus debet inſtitui ab Epiſcopo. Reſolut.22. num.14.
Ad validam præſentationem ſufficit unus præſentans. Reſolut.22. num.15.
Præſentatio & nominatio poteſt fieri de pluribus, non vero electio. Reſol.22.num.16.60.
Primo nominatus ſeu præſentatus videtur dignior, & magis dilectus. Reſol.22.num.16.
Definitio nominationis. Reſolut.22. num.17.
Ad nominationem ſequitur Inſtitutio. Reſol.22.num.38.
Inſtitutio eſt triplex. Reſolut.22. num.41.
Ejus eſt deponere, cujus eſt ordinare. Reſol.22.num.44.
Nominatio & poſtulatio non requirunt Conſenſum. Reſol.23.num.1.
Sine Conſenſu nominati non poteſt fieri inſtitutio. Reſolut. 23. num.14.
Nominatio & Inſtitutio ſunt termini connexi. Reſol.23.num.15.
Conſenſus in inſtitutionem refunditur in nominationem. Reſol.23. num.21.
*Nominatio eſt exhibitio &c.*Reſ.23. num.46.
Nominatus ad Epiſcopatum nihil poteſt facere. Reſ.23.num.48.

Nudatus.

Non poteſt exui. Præamb.1.num.7.

Nullus.

Compelli debet ad fidem. Reſol.25. num.218.

O

Obedientia Obedire.

Eſt vocantem audire. Reſol.11. num.21.
Obedientia quando habeat aliquid de ſuo. Reſol.11.num.23.
Quid ſit virtus obedientiæ. Mediat inter Prælatum & ſubditum, procedit ex reverentia. Reſolut.12. num.23.
Actus obedientiæ eſt duplex materialis eſt formalis. Reſolut.12. num.24.
Obedientiæ votum quid ſit. Reſ.12. num.25.
Obedientiæ votum ad obligandum pro ſuo formali reſpicit præceptum expreſſum. Reſolut. 12. num.26.
Non ſufficit præceptum internum, ſed debet eſſe ore prolatum. Reſ. 12.

Reſolut. 12. num. 26.
Plures ſunt actus, ad quos ſe extendit virtus obedientiæ, Reſol. 12. num. 27.
Ad obedientiam non requiritur præceptum expreſſum, ſed ſufficit tacitum, & umbra præcepti & ſimplex manifeſtatio voluntatis Superioris. Reſol. 12. num. 27. 106.
Erit actus virtutis obedientiæ, ſi ſit tantùm reſpectu Superioris in actu primo, ut potentis præcipere. Reſol. 12. num. 28. 105. 134.
Quid ſit Prompta obedientia. Reſ. 12. num. 29.
Actus obedientiæ eſt ſola conformatio ad voluntatem Superioris, Reſol. 12. num. 30.
Quilibet jure naturali & divino tenetur obedire Superiori. Reſol. 12. num. 30.
Conformitas ad Superiorem provenit ex inſtinctu naturæ, atque ſubordinatione. Et ſpectat ad virtutem obedientiæ, & habet rationem præcepti taciti. Reſol. 12. nu. 31.
Superior habet majorem vim movendi ſubditum, quàm purus amicus. Reſol. 12. num. 32.
Ad obedientiam ſpectat facere deſiderata à Superiore. Reſolut. 12. num. 33. 145.
Numerantur actus, ad quos ſe extendit virtus obedientiæ. Reſ. 12. num. 34.
Obedientia religioſa continet votum & traditionem. Reſol. 12. nu. 35.
Obedientia votum ſtare poteſt ſine traditione. Reſ. 12. num. 35.
Obedientia votum non dat Superiori juriſdictionis facultatem præcipiendi. Reſolut. 12. num. 46. 44.
Per promptam obedientiam ſupplemur majus meritum. Reſolut. 12. num. 105. 27. ſeq.
Obedientia exercetur ex motivo Religionis. Reſol. 12. num. 105.
Eſt omnium virtutum mater. Reſ. 12 num. 106. 28. 134.
Omne bonum per ipſam fit melius. Reſol. 12. num. 106.
Obedientia non requirit rigoroſum præceptum. Reſol. 12. num. 106 27.
Votum religioſæ obedientiæ obligat eos ad parendum, quoties Superior ſuam aperit mentem. Reſ. 12 num. 106. 143.
Obedientia perfectior inducit facere, quæ ſunt de Conſilio. Reſ. 12. num. 148.
Datur obedientia neceſſaria & perfecta. Reſ. 12. num. 148.
Objectum obedientiæ eſt tacitum præceptum. Reſ. 12. num. 149.
Operari ex affectu obedientiæ dat ſpeciem actui. Reſ. 12. num. 156.
Quid veniat nomine promptæ obedientiæ. Reſol. 12. num. 157.
Obedientiæ actus verificari non poteſt, niſi aliquod interveniat præceptum. Reſ. 12. num. 159.
Datur etiam umbra præcepti. Reſ. 12 num. 159.
Prompta obedientia nihil expectat, & non permittit excuſationem. Reſol. 12. num. 159.
In quo conveniant & differant præceptum tacitum, & prompta obedientia. Reſ. 12. num. 160.
Præceptum tacitum aliquando obligat: prompta obedientia nunquam. Reſol. 12. num. 161.
De perfectione promptæ obedientiæ. Reſ. 12. num. 164.
Ad meritum obedientiæ ſufficit operari ex affectu ſubjiciendi ſe voluntati Superioris. Reſolut. 12. num. 164.
Obedientia intelligi non poteſt, niſi per reſpectum ad aliquem Superiorem, utilia præcipientem. Reſ. 15. num. 84. 86. 91. 177.
Obedientia debet eſſe feſtinanter. Reſ. 15. num. 84.
Pontifici diligentius præſtanda. Reſ. 15. num. 84. 86. 91. & major num. 144.

Prom-

Prompta obedientia eſt quam facit ſubditus celeriter ſine mora ante praeceptum. Reſ.15.num.87. A.
Prompta obedientia eſt de illis actibus, qui certos fines habent. Reſ. 15.num.87.B.
Eſt temporaria actio affixa tempori Reſ.15. num.87.B.
Si non fiat in illo tunc, dicitur conſumpta. Reſ.15.num.87.B.
Inſtans prompta obedientia dicitur terminus peremptorius. Reſol.15. num.87.C.
Inſtans idem dicitur fatale. Reſ.15. num.87.D.
Omnis mora contra promptitudinem pugnat. Reſol.15.num 87.f.
Inſtans illud interpellat. Reſol.15. num.87. g.
Prompta obedientia deſcribitur. Reſ.15.num.88.
In duplici materia datur actus prompta obedientia. Reſolut.15. num.89.
Opera ſupererogationis non poſſunt fieri Coactè. Reſol.15. num.91.
Prompta obedientia eſt etiam in materia obligatoria. Reſolut.15. num.92.
Quomodo ex prompta obedientia proveniat coactio. Reſolut. 15. num.94.
An ſit idem conſentire coactè, ex prompta obedientia, & ex timore praecepti. Reſ.15.num.97.
Conſentire promptè & coactè formaliter ſunt diverſa. Reſolut.15. num.99.
Promptè non obedire in adverſis nullum eſt meritum. Reſolut.15. num.102.
Obedientia nulla eſt, quando multum habet de ſuo, ut in proſperis. Reſ.15. num.104.
Superiori eſt praeſtanda. Reſol.15. num.84. 91.
Prompta obedientia praeſtanda cunctis Principibus. Reſolut. 15. num.197.
Obedientia debetur cuicunque praecepto. Reſol.15.num.221.
Objectum obedientia eſt Praeceptum formale vel tacitum, quod datur.S.Tho. Suarez Reſ.12.n.136. ſeq.& 149. & 157.
Superior volens promptam obedientiam non vult praecipere. Reſ.16. num.21.
Hoc vel illud praeceptum per accidens ſe habet ad objectum virtutis obedientiae. Reſol.16.num.30.
Per Votum de prompta obedientia cogitur homo. Reſ.16.num.31.
Praeſumptio eſt in favorem voventis, quòd vovens conſentiat ex obedientia. Reſ.16.num.45.
Obedientia in proſperis ſecundum aliquos non debet eſſe prompta; ſed potius depraecandum, & expectandum rigoroſum praeceptum. Reſol.16.num.58.
Non in omnibus eſt adhibenda prompta obedientia.Reſol.16.num.59. *ſed ſolum in diſciplina regulari*. num.59.61.
Prompta obedientia ſtare poteſt cum precibus.Reſol.16.num.88.
Prompta obedientia de Moyſe. Reſ. 16.num.91.
Hoc vel illud praeceptum per accidens ſe habet ad objectum virtutis obedientia. Reſol.16.num.30.
Objectum obedientiae eſt praeceptum. ibid.
Obedientia reddit meritoria omnium virtutum opera etiam martirii. Reſ.18.num.14.

Oblatio.

Epiſcepatus. Vid.Epiſcopat.
Oblata pecunia non ſufficit pro Clauſula refectis expenſis. *Praamb.1. num.67.*

Obligatio.

Quid ſit. Reſol.25. num.253. *ex quibus Capitibus oriatur*. ibid.
Semper per Conſenſum oritur.

*Reſol.*25. *num.*254.*ſeq.*

Occaſio.

Occaſio delinquendi ſemper tollenda. Reſol.9.num.10.

Occaſio, & Cauſa multum diſſimilantur. Reſol.9.num.11.

Occaſio pro opportunitate temporis effectum ſortiri poteſt. Reſol.9. num.11.

Occaſio conſiſtit in facto, remotè influit. Reſol.9.num.11.

Quot ſunt bona in hac vita, poſſunt eſſe occaſio mali, vel in deteriorem exitum declinare. Reſol.9. num.12.

Odioſa.

Sunt reſtringenda. Reſolut. 15. num.165.

Quod eſt odioſum, damnum affert. Præamb.1.num.107. C.

Officiales Officium.

Officiali publico non permittitur ultra legem. Reſol.8.num.97.

Modum excedenti reſiſtitur. ibid.

Officiales majora mala perpetrant, quàm alii. Præamb.1.num.15.

Officia inſtituuntur ad proximorum utilitatem. Reſol.8. num.39.96.

Officium non juvat male ſervantes. Reſol.8.num.97.

Inſtituitur propter publicam utilitatem. Reſol.8.num.97.

Rex. Princeps Epiſcopus veniunt Officialium nomine. Reſolut. 8. num.97.

Officium nemini debet eſſe damnoſum. Reſolut.8. num.97.

Officium conſiſtit in adminiſtratione reipublicæ, & propter publicam authoritatem. Reſolut.8. num.97.

Officium paſtorale eſt angelicis Humeris formidandum. Reſolut.9. num.3.

Officium paſtorale requirit ſapientiam & fortitudinem. Reſ.9.n.3.

Eſt expoſitum multis ſalutis periculis. ibid.

Animarum ſanguis eſt de Paſtorum manibus requirendus. ibid.

Et non admittitur excuſatio, ſi paſtor neſcit, & lupus comedit oves ibid.

Officiales majora mala perpetrant, quàm perſonæ privatæ. Reſol.9. num.3.

Major diſpoſitio & idoneitas requiritur ad officia ſubeunda, quàm ad Sacramenta ſuſcipienda. Reſol.10.num.31.

Officia tantummodo danda ſunt à Deo Vocatis, Reſol.11.num.1.

Officium recipiendum propter charitatem. Reſol.15.num.117.

Semper debet eſſe aliquis, qui tale officium exerceat. Reſolut.15. num.118.

Officium adjunctam debet habere doctrinam, ne cum Bove homo conveniat. Reſol.21.num.24.

Non eſt contra perfectionem Religionis *recipere officia.* Reſol.21. num.24.

Officia publica non poteſt quis recuſare. Reſol.25. num.18.

Officia publica recuſantes & non acceptantes puniuntur. Reſol.15. num.159.ſeq.

Omnis.

Particula Non omnis *aliquid excludit.* Præamb.3.num.57.& *excipit aliquid.* Præamb.3.n.86.

Omnis *eſt dictio univerſalis nihil excludens.* Præamb.3 num.86.

Onera.

Semper vitanda. Præamb.3.nu.89.

Oneratus in uno, in alio relevandus eſt. Reſol.8.num.61.

Aptus ad onera ferenda. Præam.1. num.107.D.

Operatio.

Non debet eſſe propter delectatio-

 nem.

nem. Reſolut.8. num.77. 93.

Oportet.

Verbum oportet poteſt etiam importare Conſilium. Reſolut. 12. num.130.

Opus.

Induſtriam laborem ſignificat. Praamb.2.num.1.

Opus periculoſum non debet aſſumi ſine prudentum Conſilio. Reſ.16. num.22.

Epiſcopatus eſt opus difficile, & periculoſum. Reſol.16. num.22.

Opera Miſericordiæ quatuordecim. Præamb.3. num.3. vid. eleemoſyna.

Oratio.

Negativa nihil ponit. Reſolut.17. num.23.

Ordo.

Suſcipiens ordinem tacitè emittit Votum Caſtitatis. Reſolut. 12. num.146.

Ejus eſt deponere, cujus eſt ordinare. Reſol.22.num.44.

P

Parentes.

A filiis cogi non debent. Reſolut.21. num.10.

Pater habet regalem poteſtatem in filios. Reſol.12. num.10.

Pater tenetur neceſſaria miniſtrare filiis. Reſol.12. num.10.

Filius eſt res Patris, Reſolut. 12. num.11.

Filii tenentur ad parentum defenſionem. Illiſque ſuccurrere potius, quàm religionem intrare. Reſol.12. num.12.

Pater & filius de jure Civili ſunt una perſona. Reſol.12. num.13.

Ad invicem, non poſſunt obligari ibid.

Secus de Jure naturali, ibid.

Paria.

Sunt eſſe talem, & haberi pro tali. Reſol.25. num.168.

Paria ſunt aliquid non fieri, & inutiliter fieri. Praamb.1. num.107. C.fin.

Par in parem non habet imperium. Praamb.1. num.107. O

Paſtorale officium.

Paſtores ignari ſunt a grege arcendi. Reſol.21. num.5.

Tenentur docere alios ibid.

Niſi velint de ſolo nomine eſſe Paſtores ibid.

A Deo ſciant, quæ populum docere tenentur. Reſol.21. num.5.

Præcipuè ſacras paginas, & divina miſteria ibid.

Quæ non continentur in Codicibus humani juris ibid. & num.6.

Sed ex ſcientia ſpiritus ſancti. ibid.

In paſtoribus divinorum miſteriorum Ignorantia, eſt ignorare Chriſtum. Reſol.21. num.5.

Pauper Paupertas.

Grave eſt, quòd Domino ſerviat paupertas. Praamb.3. n.103. & Egeſtas. Vid. eleemoſina.

Peccatum.

Semper illa facienda eſt præſumptio, quæ excludit peccatum. Reſ.20. num.14.

Remiſſio peccati non fit ſine voluntaria retrattatione. Reſolut.25. num.164.

Peccatum originale ſicuti ſine propria voluntate contrahitur: Ita ſine propria voluntate deletur. Reſolut.25. num. 231. econtra actuale, unum peccatum mortale

ſine altero non poteſt remitti. Reſol.25. num.232. originale ſine actuali, & econtra. ibid.
Peccatum eſſe non poteſt niſi voluntarium.Reſol.12. num.14.
Peccatum remittitur a ſola Charitate. Reſol.25.num.229.
Peccata, quæ ex genere ſuo ſunt mortalia Contracta ad aliquam ſpeciem evadunt Venialia, & econtra.Reſol.8. num.84.
Vel peccata de ſe mortalia per accidens fieri poſſunt Venialia & econtra. Reſol.8. num.88.
Plus diſtat licitum ab illicito:bonum a malo: Peccatum a non peccato, quàm mortali a veniali. Reſ.8. num.89.
Finitum ab infinito ibid.
Peccatum fugiendum præ omnibus. Reſol.9. num.6.
Volens vitare pericula remota peccati, negligende proximo ſuccurrere, actualiter peccat. Reſol.9. num.8. S.Clem.
Occaſio peccandi ſemper removenda Reſol.9. num.10.
Ubi eſt majus periculum peccandi, ibi magis conſulendum. Reſol.9. num.10.
Pro abſolutione peccati requiritur determinata forma. Reſolut. 20. num.11.

Perfectum.

Illud eſt perfectum, quod conſtat ex omnibus partibus. Reſol.15. num.38.
Ubi plura ad perfectionem ex neceſſitate requiruntur. Si unum deſit, nihil agitur Reſolut.15. num.39. bonum ex Integra Cauſa &c.

Perfunctoriè.

Eſt levi cura aliquid gerere.Reſ.16. num.6.

Pietas.

Eſt in Parentes & filios. Reſol.12. num.23.

Plura.

Quando plura requiruntur ad aliquid,non ſufficit unum. Praab.3. num.60.

Pœna.

Sine culpa non datur. Reſolut.15. num.163.

Pontifex.

Non debet præcipere reſiſtentibus. Praamb.1. 125.
Præeſt omnibus. Reſol.14.num.2.
Urbanus VIII. reſervavit ſibi facultatem præcipiendi.Reſolut.14. num.2.
Omnes ſunt ſubjecti Summo Pontifici Reſ.14. num.11.
Urbani VIII. Conſtitutio. Reſol.15. num.6. 146. 185. 200.
Pontifex non cenſetur mutare voluntatem.Reſol.15. num.35.
Pontifex eligendo Titium,vult quòd conſentiat,aliàs ejus intentio eſſet contraria facto. Reſol.15. nu.36.
Pontifex raro labitur in praeceptum. Reſol.15. num.69.74. 110.
Sine Pontificis praecepto aliqui ſancti noluerunt Conſentire. S.Laurentius,Juſtin.S. Antonin.Reſ.15. num. 74.
Pontifici diligentius obedientia præſtanda. Reſolut. 15. num. 84. 86. 91.
Summi Pontifices tuentes humanam libertatem non præcipiunt. Reſol.15.num.110.
Pontifices mites renuunt imperio Dominicum gregem gubernare. Reſol.15. num.111.
Pontifex reſiſtentibus debet præcipere. Reſol.15. num.120.
Eſt Caput Eccleſiæ. Reſolut. 15. num.144. 84.

Conſtitutio Urbani. *Reſol*.15.*n*.146. 185. 200. 83.
Pontifex recognoſcit inferiorum Judicium.Reſol.15. num.146.
Confirmatio a ſolo Papa danda. *Reſol*.15.*num*.147.
Pontificis ſententia omnibus præferanda. *Reſol*.15. *num*.147. 149. 173. 177.
Si Papa offert pecuniam, *dat etiam licentiam licitè recipiendi illam*. *Reſol*.15. *num*.148.
Non eſt præſumendum, *quòd Pontifex & Principes velint fallere & decipere*.Reſol.15.*num*.149.173. 147.
Electio Papæ habet rationem virtualis præcepti . Reſolution. 15. *num*. 149.
Papa per electionem intimatam non remanet indifferens. Reſolut.15. *num*. 151. 65. 131. 158. 151. 162.
Pontifex non poteſt eſſe indifferens, *ſed tenetur cogere & punire renuentes*. *Reſol*.15. *num*.158.65. 131. 151. 162.
Puri nutus Pontificis feſtinanter exequendi & adorandi. *Reſ*.15. *num*.177. 86. 91.
Sententia . *Papa prævalet omnibus & toti Mundo*. Reſolution. 15. *num*. 177.
Papa judicat omnes, *& a nemine judicatur* Reſolut.15. *num*.177.
Electiones non fiunt a Papa Caſu, *ſed maxima diligentia ſecundum Trid*. Reſol.15. *num*.178.
Dictum Votum jugularet Pontificum, *ut præciperet*. Reſolut. 15. *num*.180.
Conſtitutio Urban.*VIII*. *& formula Voti* Reſolut.15. *num*.185. 146. 200. 83.
Quid Conſulendum Pontifici erga reſiſtentes. Reſol. 15. *num*. 169. 181.
Papæ voluntas magis recta præ quacunque alia. Reſolution. 15. *num*. 173. 147. 149. 161. 186. 177.
Electio intimata a Papa eſt voluntas Papæ, *quòd electus conſentiat* Reſol.15. *num*.174. 158.
Votum de non obediendo ſimplici Pontificis voluntati præjudicat ejus authoritati . *Illamque reſtringit* . Reſol.15. *num*.179.
Jugulat Pontificem . Reſolut. 15. *num*.180.
Eſt temerarium ibid. *num*.181.
Eſt Injurioſum Eccleſiæ num.183.
Eſt Injurioſum electis . 182.
Summus Pontifex ſibi ſoli reſervavit præcipiendi facultatem. *Reſolut*.15. *num*.188. E
Voluntas Inferioris recognoſcenda per Papam Reſ.15. *num*.189.
Major judicari poteſt a minori. *Reſol*.15. *num*.193.
Pontifex non poteſt alteri committere, *ut ipſum judicet* Reſolut.15. *num*.193.
Papa non poteſt cedere juri ſuo. *Reſol*. 15.*num*.192.
Non poteſt aliquem eximere a præſtando ſibi obedientiam Reſol.15. *num*.192.
Omnis Papæ Poteſtas non ab homine, *ſed a deo immediatè deſcendit* . Reſol.15. *num*.192.
Non poteſt quid minimum detrahere a ſua authoritate . *Reſol*.15. *num*.192.219.
Pontificem leges non ligant. *Et de ipſo ſemper fit exceptio*. *Reſ*.15. *num*.195.
Licèt legibus ſit ſolutus, *ſecundum leges tu vivere debet*. *ibid*.
Pontifici ſubjiciuntur Canones. *Non econtra* Reſol.15. *num*.195.
Adducuntur multa exceptiones, *quæ ſiunt de Pontifice*. *Reſolut*. 15. *num*.195.
Pontificis voluntas ſemper eſt recta Reſol.15. *num*.198. 186. 177.
Conſtitutio Urbani VIII. Reſol.15. *num*.200. 83. 146. 185.

Pon-

Pontifex non poteſt ſibi ligare manus. Reſolut.15. num.203. 192. 195.
Papa poteſt diſſolvere votum. Reſol.15.num.204.
Pontificis Poteſtas non ab homine, ſed a deo, nec poteſt diminui, Reſol.15. num.219. 192.
Papę voluntas eſt objectum obedientia electi. Reſolut.15. num.224.
Papa non cauſando Conſenſum electi eligeret hominem mortuum, Reſ.15. num.227.
Papa magis aſſiſtit ſpiritus Sanctus, Reſol.15. num.252.
Si papa offerret pecuniam non potenti illam licitè recipere; cenſeretur illi dare licentiam, ut licitè eam acceptaret. Reſolut.15.num. 262. A
Pontifex non poteſt reſtringere ſuam authoritatem. Reſol.15. nu.204. 192.
Non poteſt auferre obligationem a ſubdito, ut ſibi promptè non obediat. ibid.
Pontifex offerendo prælationem dat licentiam, illam acceptandi. Suarez. ibid.
Si Papa offerat, excludenda eſt omnis præſumptio peccati num.2.
Papa & Princeps ſcienter aliquem admittens ad actum prohibitum, cenſetur tacitè diſpenſare. Reſol.20. num.11.
Superiore vidente, & non Contradicente præſumitur approbatio. Reſol.20. num.4.
Quòd ſufficiat tacita licentia probatur exemplis Reſol.20. num.5.6.
Explicat.o de lege Barbarius. Reſol.20. num.12.
Pontifex & Princeps cenſetur habere omnia jura in ſerinio ſui pectoris. Reſol.20. num.2.
Pontifex nunc creat & eligit. Reſol.22. num.63.
Quando Papa eligit non requiritur Confirmatio Reſol.22. num.63.
Pontifex non poteſt facere, quòd id, quod alicui non eſt voluntarium, poſſit eſſe Votum. Reſol.24. n.9.
Pontifex ſine juſta Cauſa poteſt compellere Invitos ad dignitates. Reſol.25. num 38.
Non expedit, quòd Pontifex præceptis cogat, ad acceptandum dignitates. Reſol.25. num.44.
Reſol.15. num.204. 292. 227.203.
Pronunciatio Papa in Conſiſtorio ſe ſola habet vim electionis & Confirmationis. Reſol.25. num.131.
Papa creat epiſcopos ſolo verbo. Reſol.25.num.131.
Papa poteſt creare Cardinalem. & in re reddere talem etiam reluctantem, & diſſentientem. Reſ.25. num.136. ſeq.

Poſtulatio Poſtulare.

Poſtulare eſt poſcere, & quid ſit poſtulare Reſol.22. num.18. ſeq.
Poſtulatio eſt quaſi electio, & confunditur cum electione. Reſolut. 22. num.21.
Poſtulatio quomodo propriè in præſenti accipienda ſit. *Pro precibus eligentium*. Reſol.22. num.22.
Poſtulatio non exaudienda, niſi urgente Cauſa. ibid.
Definitur poſtulatio. Reſol.22.n.23. ſeq.
Poſtulatio fit de illo, qui aliquo juris impedimento eligi non poteſt, Differt ab elec. Reſ.22. num.25.
Poſtulatio eſt duplex ſolemnis & ſimplex. Reſol.22. num.26.
Poſtulatio in quot differat ab electione Reſol.22. num.28.
Per Poſtulationem nullum aequiritur jus Poſtulato Reſol.22. n.30.
Nullum fit matrimonium inter Eccleſiam & Poſtulatum. ibid.
Poſtulato acquiritur jus. *Poſtquam &c.* Reſol.12. num.32.
Poſtulatus conſentire debet in ſui poſtulationem. Reſol.22. num.35.
Poſtulatio admittitur. *Electio Con-*

firmatur. *Reſolut*.22. *num*.36.
Regulares *poſſunt poſtulari*. *Reſol*.24. *num*.5.

Poteſtas.

Vid. Superior.
Praeminentia duplex eſt poteſtatis & dignitatis Reſol.3. *num*.7. 24.
Praeminentia *in poſteſtate ut plurimum exereetur non ad bene faciendum, ſed opprimendum*. Reſol.3. *num*.12. 23.
Poteſtas eccleſiaſtica derivatur a deo in Eccleſiam. *Reſol*.12. *num*.6. 15. 17. 44. 45.
Datur Poteſtas Dominativa Reſ.12. *num*.21. 40. 61. *A*
Tertia Poteſtas *eſt Civilis & Politica* Reſol.12. *num*.41.
Quarta poteſtas provenit ex Voto obedientiæ. *Quæ inducit religionis ſpeciem*. *Reſol*. 12. *num*.42.
Poteſtas ex Voto debet ſupponere poteſtatem Jurisdictionis. *Reſol*.12. *num*.43.
Poteſtas Patris *familias ſolùm verſatur circa eduentionem filiorum & negotia domeſtica*. *Et Domini in ſervos*. *Reſol*.12. *num*.49.
Poteſtas ordinis deſignat actus. *Poteſtas jurisdictionis deſignat perſonas*. *Reſol*.12. *num*.52.
Poteſtas jurisdictionis non dat ſpeciem actui, ſed ſupponit. *Reſol*.12. *num*.53.
Quid nomine jurisdictionis & poteſtatis dominativa ſignificetur. *Reſol*.12. *num*.61. 40. *A*
Subjectio ad poteſtatem ſpiritualis jurisdictionis non eſt conditio neceſſaria ad ſtatum religioſum, ſed proprietas. Reſol.12. *num*.61. C
Poteſtas *gubernativa & Paterna*, *eſt neceſſaria ad ſtatum religioſum*. *Reſol*.12. *num*.61. *D*
Per poteſtatem ex voto Superior poteſt ſolùm præcipere, quæ cõtinentur in regulis. *Reſ*.12.*n*.64. 61. *E*
Quando Poteſtas ex Voto invenitur ſecundum regulas reſtricta, *& non poteſtas Civilis & dominativa, tunc non poteſt præcipi ex Voto*, *& in virtute obedientiæ*. *Sed ſolùm ex Juſtitia & pietate*. *Reſolut*.12. *num*.65.
Si res a Superiore præcepta Contineatur in Poteſtatibus Civili, dominativa, *& ex voto*: *tranſgreſſio erit reſpectivè contrà tres virtutes*. *Reſol*.12. *num*.68. 74.
Poteſtatem jurisdictionis non habet perſona privata. *Reſol*.12.*n*.83. 84.
Poteſtatem ſibi præcipiendi nullus alteri poteſt tribuere ſupra ſe. *Sed à Principe derivare debet*. *Reſolut*.12. *num*.43. 45. 85.
Poteſtas Civilis non ſe extendit ad actus Clavium. Reſol.12. *nu*.90.
Nec poteſt imponere ſpiritualia præcepta. Reſol.12. *num*. 118.
Quid nomine jurisdictionis & poteſtatis dominativa ſignificetur. Reſol.12. *num*.61. *A*
In ſtatu religioſo requiritur in Prælato poteſtas gubernativa a poteſtate jurisdictionis ſeperabilis. Reſol.12. *num*.61. *B*
Poteſtas gubernativa & Paterna eſt neceſſaria ad ſtatum religioſum. Reſol.12. *num*.61. D
Quæ poteſtas ſit quo ad vim directivam. *Quoad vim coactivam*. *Quoad vim irritandi*, *& quo ad vim diſpenſandi*. Reſolut. 12. *num*.122.
Poteſtas ſæcularis poteſt cogere invitum ad acceptandum officia. Reſol.25. *num*.41.
Poteſtas Coactiva debet eſſe in Eccleſia Reſol.25. *num*.42.

Præceptum.

Vid. Superior.
Præceptum *neceſſitatis*, *conſilium voluntatis*. *Reſol*.12.*n*.19. *n*.32.
Eſt de neceſſariis ad ſalutem. *Præamb*.3. *num*.76.

Quan-

Quando præcepta prævalent, tollitur libertas. Præamb.3. num.88.
Non multiplicanda. Præamb.3.num. 89.
Cauſant obligationem, & onus. Præamb.3. num.89.
Caſus præcepti, ut votum habens acceptet, rarus eſt. Reſol.6. nu.16.
Præceptum tacitum in quo conſiſtat. Reſol.11. num.9.
Formale præceptum ſemper inducit neceſſitatem Reſolut.11. num.20. Reſol.14. num.20.
Quando per rigoroſum præceptum obligetur quis ad præſtandum conſenſum. Suares. Reſolut.11. num.22.
Præcipere ſignificat inſtruere. Reſolut.11. num.33.
Præceptum rigoroſum obligat. Conſilium ſuadet. Reſol.11. num.34.
Præceptum temporale in materia gravi obligat ſub mortali. Reſolut.12. 19. 129.
Et ejus tranſgreſſio duas habet malitias ſacrilegii, & injuſtitiæ ex traditione. Reſol.12. num.19. 76.
Si fiat ex juriſdictione ſpirituali contrahit tertiam, hoc eſt contra virtutem, in qua eſt præceptum. Reſol.12. num.19. 32.
Conſilium eſt voluntatis. Præceptum neceſſitatis. Reſol.12. num.32.
Superioris manifeſtatio habet ſpeciem præcepti. Reſol.12. num.32. 136.
Differentia quæ reperitur inter præceptum ſpirituale, & temporale Reſol.12. num.70. 18.
Eadem res ut præcepta a poteſtate ſpirituali obligat ad culpam, a poteſtate laicali poteſt ad nullam obligare. Reſol.12. num.72.
Tranſgrediens præceptum poteſtatis temporalis non committit malitiam contra illam virtutem, in qua eſt præceptum. Reſolut. 12. num.77.
Præceptum ex voto obedientiæ non obligat niſi ex ſolemni formula & hoc habet ex inſtitutione non ex natura. Reſolut.12. num.86. 97.
Quæ ſint præcipiendi formulæ Reſol.12. num.96.
Præceptum eſt commune mortali & veniali Reſol.12. num.96. 128.
Præcipio, jubeo immediatè præceptum ſonant. Reſolut.12. num.97. 127.
Rigoroſum præceptum majus meritum auget Reſol.12. num.105.
Non expedit ex duplici titulo præcipere, nec per præcepta ſubditos onerare. Reſol.12. num. 121.
Tacitum præceptum obligare poteſt ſub mortali. Reſol.12. num.108. 115.
Quomodo ſubintret ratio taciti præcepti. Reſol.12. num.109. 110. 88.115. 107. 116.
Superiore omni modo tacente nullum datur præceptum. Reſolut. 12. num.109.
Præcepta ſpiritualia diriguntur ad finem ſpiritualem altiorem. Reſolut.12. num.110.
Præcepta ſpiritualia in virtute Spiritus Sancti &c. non imponuntur, a ſæcularibus Superioribus. Reſol.12. num.111.
Loco ſpiritualium præceptorum ſubintrant temporalia. Reſolut.12. num.118.
Quid veniat nomine Præcepti expreſſi. Reſol.12. num.124.
Præceptum expreſſum aliud ſolemne, aliud privatum. Reſol.12. num.124. 125.
Privatum quibus vocibus proferatur. Reſol.12.num 126.
Dantur voces communes, quæ non important præceptum. Reſol.12. num.126.
Præcipio. Jubeo. Impero. Edico. Mando. Veto. Interdico. Inhibeo ſunt præceptum formaliter expreſſum. Reſol.12. num.127.

Quam

Quam obligationem importent . Reſol.12.*num*.128.132.97.
Vox præcepti indifferenter importatur pro veniali & mortali. Reſol.12.*num*.128.129.96.
A quo deſumatur quantitas obligationis . Reſol.12.*num*.129.19.
Verba ſignificantia præceptum æquipollenter ſemper important aliquam neceſſitatem . Reſol.12. *num*.130.
Verbum oportet *poteſt etiam importare conſilium* . *Reſ*.12.*num*.130.
Verba Imperativa ſunt æquipollenter præceptum & important obligationem ſub veniali . *Reſol*.12. *num*.132.
Quę ſint verba communia monemus hortantur. Reſol.12. *num*.133. *An obligent ad culpam. Reſol*.12. *num*.134.
Aliquando verba importantia conſilium, ſumuntur pro præcepto, & econtra . Reſol.12 *num*.135.
Aliquando eadem res uno jure præcipitur alio jure poſtulatur . *Reſol*.12.*num*.135.
Quid veniat nomine taciti præcepti. Reſol.12.*num*.136.
Præceptum tacitum importat quid quid dicit expreſſum; & ejuſdem juris ſunt . *Reſol*.12.*num*.136.& *Reſol*.15.*num*.139.153.173.
Præceptum tacitum ſemper ſupponere debet aliquam manifeſtationem voluntatis Superioris . *Reſol*.12. *num*.136. *& ſeq*. 139.32. *ſeq*.
Manifeſtatio Superioris *imponit aliquam obediendi obligationem* . *Reſol*.12.*num*.140.
Quando intrat ratio præcepti taciti ſubditus tenetur obedire . Reſ.12. *num*.140.
Votum Religioſæ *obedientiæ obligat ſub veniali ad parendum Superiori ; etiam ſi ſuperior expreſsè non præcipiat, vel ſufficit ut quocunque modo præcipiat. Reſol*.12. *num*.143.
Superior faciens actum ad cujus complementum requiritur, ut ſubditus alium actum efficiat. Erit tacitum præceptum . *Reſolut*.12. *num*.144.
Electio alicujus facta per Superiorem eſt tacitum præceptum ad hoc, ut electus conſentiat. Reſ.12. *num*.144.

Pro tacito Præcepto.

Suſcipiens ordinem tacitè emittit Votum caſtitatis. *Reſ*.12.*n*.146.
Unus actus expreſsè factus alium tacitè inducit . *Reſ*.12. *num*.146.
Conſilium importat tacitum præceptum . *Reſ*.12. *num*.147.
Tacitum præceptum eſt objectum obedientiæ . *Reſ*.12. *num*.149.
Præceptum expreſſum de una re, eſt tacitum de alia. *Reſol*.12.*n*.150.
Tacitè contenta in regulis conducunt ad illam . *Reſ*.12.*num*.150.
Adducuntur capita ex quibus emergit tacitum præceptum . *Reſ*.12. *num*.151.
Pręcipio jubeo &c *ſimpliciter dicta ſunt tacitum præceptum* . *Reſ*.12. *num*.152.
Præceptum tacitum reſultat ex naturali inſtinctu ſubditi ad Superiorem, & ex conformitate ad illum.*Reſ*.12.*num*.153.
Id in quo Superior magis movet ſubditum , quàm purus amicus , eſt præceptum tacitum . *Reſolut*.12. *num*.154.
Reſpicere Superiorem in actu primo, ut potentem præcipere, fundat tacitum præceptum . *Reſolut*. 12. *num*.155.
Obedientiæ actus verificari non poteſt, niſi aliquod interveniat præceptum. *Reſol*.12.*num*.159.
Datur umbra peæcepti . *Reſol*.12. *num*.159.
In quo conveniant & differant præceptum tacitum , & prompta obe-

dien-

dientia. Reſol.12.*num.*160.
Præceptum imponit neceſſitatem. Reſ.12.*num.*161.*ſeq.*
Præceptum tacitum aliquando obligat: prompta obedientia nunquam. ibid.
Non poteſt dari obligatio ſine præcepto. Licèt poſſit dari præceptum ſine ulla obligatione.ibid.
Quando ſit obligatorium. Reſol.12. *num.*162.
*Præceptum expreſſum, licèt nullum, obligat.Reſ.*12.*num.*163.
Præceptum virtuale eſt mens Superioris quocunque modo explicata. Reſ.14.*num.*20.
Præceptum virtuale eſt intimatio. ibid.
Præceptum virtuale cogit. Reſ.15. *num.*7. 49.154.187.
Præceptum rigoroſum requiritur, quando Papa non immediatè eligit. Reſ.15.*num.*8.
Præceptum de conſentiendo debet innoteſcere electo. Reſ.15.*nu.*25. 22.
Præceptum virtuale & timor non obligat ad peccatum, ſed cogit. Reſ.15.*num.*28.49.154.187.
Præceptum rigoroſum obligat ſub mortali. Reſ.15. *num.*28. 129. 139.244.
Præceptum rigoroſum non eſt expectandum. Reſ.15.*num.*31.
Datur virtuale, relucens in facto. Et verbis &c. Reſ.15. *num.*33. 148.223.
Intimatio eſt factum aliquod, quod electionem confirmat. Reſol.15. *num.*33.
Præceptum virtuale cogit. Reſ.15. *num.*49.154.187.28.
Princeps rogando præcipit & jubet. Reſol.15.*num.*50.
Præceptum infert neceſſitatem. Reſol.15.*num.*58.
Etiam cum præcepto poteſt quis pravè conſentire. Greg. Reſol.15. *num.*85.
Durum eſt expectandum eſſe rigoroſum præceptum. Reſ.15.*num.*86.
Requirere præceptum eſt moleſtare Pontificem. Reſolut.15. *num.*4. 100.*I.*
Oraculum Clementis XI. non præcipiendum nolentibus. Reſol.15. *num.*100.*k.Reſ.*25.*num.*79.
Rarò legitur ſanctis renuentibus, fuiſſe impoſitum præceptum. Reſol.15.*num.*111.
Importat neceſſitatem. Reſolut.15. *num.*129.
Præceptum tacitum & expreſſum ejuſdem rationis ſunt. Reſ.15. *num.*134.173.
Magis urget præceptum formale, quàm virtuale. Reſol.15.*n.*139. 153.173.& Reſ.12.*num.*136.
Voluntas Superioris quocunque modo innoteſcat eſt tacitum præceptum. Reſol.15.*num.*151.*A.*48.
Præceptum rigoroſum magis cogit quo ad culpam. Reſ.15.*nu.*153. 139.173.134.
Virtuale præceptum cogit. Reſ.15. *num.*154.49.187.28.
Etiam Sanctorum præcepta ſunt diſcutienda. Reſol.15.*num.*157.
Præceptum genericè ſumptum referendum ad ſuas ſpecies. Reſ.15. *num.*188.C.
Et major vel minor ratio non excludit à ſpecie. Reſ.15.*nu.*188.C.
Præceptum cauſat coactionem. Reſol.15. *num.*188.C.
Potentia præcipiendi eſt facultativa. Reſ.15.*num.*188.G.
Præceptum rigoroſum datur in ſubſidium, ſi electus ex virtuali non conſentiat. Reſ.15.*num.*202.
Eſt impoſſibile, quando non eſt reducibile ad actum. Reſolut. 15. *num.*59.*E.*
Præceptum rigoroſum ad conſentiendum in dignitates requirunt Patres Societatis. Reſol.15.*nu.*255.
Hoc vel illud præceptum hoc eſt formale, vel virtuale per accidens ſe

habet ad proprium obiectum obedientia. Reſol.16.num 30.
Etiam cum præcepto rigoroſo in ordine ad proſpera ex Gregorio *poteſt ſtare obedientia de proprio,& pravus finis*. Reſol.16. num.70. 71.100.40.30.
Non eſt expectandum præceptum, niſi ex Inſtituto Religionis. Reſ. 16. num.29.
Præceptum tacitum, & expreſſum ſunt eiuſdem iuris. Reſolut.16. num.30.
Si præceptum expreſſum non ſtat ſine proprio motu & commoditate, neque tacitum. Reſolut.16. num.30.40.
Hoc vel illud præceptum per accidens ſe habet ad obiectum virtutis obedientiæ. Reſ.16. num.30.
Quod facit præceptum expreſſum facit tacitum, & prompta obedientia, Reſol.16.num.34.
Præceptum expreſſum non tollit ab Epiſcopatu commoditates, & proſpera. Reſol.16.num.35.
Præceptum expreſſum non facit, quod quis ſciat, ſe eſſe in charitate. Reſ.16.num.36.
Percuſſus formali præcepto poteſt etiam conſentire ex proprio motu. Reſolut.16. num.40.30.70.71. 100.
Poteſt quis velle rem proſperam ſolùm quia Superior vult. Reſ.16. num.42.
Ex præcepto interpretativo poſſumus errare. Reſ.16.num.48.
Præceptum ſi miſceatur cum proprio motu vitiatur ſicut utile per inutile. Reſolut.16.num.71.74. 100.
Præceptum non poteſt eſſe de illicitis Reſ.16.num.89.
Cum præcepto expreſſo etiam ſtare poteſt ex hominis malitia ambitionis affectus,& propria utilitatis. Reſol.16. num.100. 71. 74. 70.
Præceptum tacitum, tacita diſpenſatio, licentia tacita ſunt eiuſdem naturæ. Reſ.20.num.1.3.
Tacitum & expreſſum eumdem operantur effectum. Reſolut. 20. num.3.
Adducuntur exempla. Reſolut.20. num.5.6.
Scrupuloſum eſt per rigoroſum præceptum invitum cogere. Reſ.25. num.63.
Cogendum eſt non rigoroſis præceptis, ſed rationibus. Praamb.1.nu.98. ſeq.
Suares dicit requiri in ſua ſocietate rigoroſum præceptum ad conſentiendum in dignitates, Reſol.11. num.22.

Præeminentia.

Vid. Poteſtas.
Duplex eſt dignitatis & poteſtatis. Reſ.3. num.7.24.

Præeſſe Præſidere.

Quando ſit licitum appetere præeſſe. Reſ.8.num.83.
Præeſſe aliis eſt contra primam inſtitutionem naturæ. Reſolut. 8. num.84.
Præeſſe aliis in Epiſcopatu, dici poteſt modo licitum, modo illicitum. Reſ.8.num.94.
Præeſſe aliis reſpicitur dupliciter. Reſ.8.num.95.
Præeſſe non debet eſſe cum dominatione, ſed uti ſervus. Reſol.16. num.95.

Prælatus.

Vid.Superior Epiſcopus.
Prælatus inferior etiam cenſetur diſpenſare, etiam ſi cauſa cognitionem non permittat. Reſol.20. num.20.
Prælatio conſtituta eſt non contra bonos, ſed ad malos coercendos. Reſ.1.num.1.

Præmium.

Dicitur pravium, quia praponitur. Reſ.21.*num*.29.

*Vana reſpublica, ubi nec pramia nec ſupplicia. Reſ.*21.*num*.29.

Præparatio.

Semper debet pracedere praparatum. Reſ.15.*num*.22.

Præſumptio.

Praſumptuoſum eſt appetere praeſſe, ut quis ſubditis proſit. Reſol.8.*num*.48.

Vox praſumptuoſum vitium praſumptionis oſtendit.. Reſolut.8.*num*.50.

Praſumptio eſt genus probationis, & dicitur conjectura. *Reſol*.8.*num*.51.

Praſumptio culpam importat.Reſ.8.*num*.52.

Aliquando ſumitur in bonam partem,frequentius in malam.Reſ.8.*num*.52.

Moraliter accepta ſemper dicit culpam. Reſ.8.*num*.53.

Praſumptio eſt proprio motu aſpirare in honores. *Reſol*.6.*num*.4.

Præſumere.

Praſumere nemo debet habere qualitates ab Apoſtolo deſcriptas. Reſol.6.*num*.20.

Praſumptio eſt appetitus aggrediendi aliquid ſupra vires. Reſol.1.*num*.7.

Nullum agens naturale nititur facere id, quod excedit ſuam facultatem. *Reſol*.1.*num*.8.

Non praſumit de ſe ipso qui ſe exponit judicandum judicio Sancta Sedis. Reſol.9.*num*.19.

Praſumptuoſum eſt, quòd is,qui imperfecta virtutis eſt, facere velit, qua ſunt perfecta virtutis. Reſol.10.*num*.10.

Nemo praſumitur malus. *Reſ*.15.*num*.80.

Non eſt praſumendum, Principes velle fallere. Reſol.15.*num*.149.173.147.

Preſumptio eſt in favorem voventis. Reſol.16.*num*.45.

Nemo praſumitur malus, niſi evidenter probetur. Reſ.18.*num*.21.

Semper illa facienda eſt praſumptio, qua excludit peccatum. Reſ.20.*num*.14. *& minus peccatum*.

Praſumptio eſt quando minor facit id, quod ad Superiorem pertinet. Reſ.1.*num*.8.

Dicitur deordinata ibid.

Nullus perfectus debet praſumere. *ibid.*

Deus praſumptionem deprimit.ibid. Reſol.1.*num*.8.

Praſumere eſt ante ſumere, audere, tentare. Reſol.1. *num*.8.

Principale.

Vid. Acceſſorium.

Attendendum eſt ad id, quod eſt principale. Reſ.15.*num*.40.

Ad principale trahuntur acceſſoria. *ibid.*

Cauſa principalis eſt potior. Reſ.15.*num*.243.

Principes.

Vid. Honor.

Principes infelices ſi officiis onerant, & commodis non honorant.Reſ.8.*num*.60.

Illi ſunt, qui ex officio praſunt. Reſol.3.*num*.8.20.

Principes inſtituti ad hoc, ut bonum procurent. Reſ.3.*num*.10.

Principes quaſi lupi rapaces. Reſ.3.*num*.11.

Principes rogando jubent.Reſol.15.*nnm*.50.

Quod placet Principi,habet vigorem legis. Reſol.15.*num*.50.

Non eſt praſumendum, Principes velle fallere. Reſol.15.*num*.149.173.147.

Principes non præſumuntur ſimulare falſas voces, aut decipere. Reſ.15.num.161.149.173.
Princeps ſcienter aliquem admittens ad actum prohibitum cenſetur tacitè diſpenſare. Reſol.20. num.11.
Explicatio de lege Barbarius. Reſ. 20.num.12.
Princeps cenſetur habere omnia jura in Scrinio ſui pectoris. Reſ.20. num.2.

Principium.

Difficile eſt, ut bono peragatur exitu, quæ ſunt mala incboata principio. Præamb.2. num.77.
Principium malum impedit bonum exitum. Reſ.1.num.13.
Principium bonum, medium melius finis optimus. Præamb.1. num.16.

Privata.

Vita quid ſit. Reſol.21.num.32.
Privatus homo dicitur qui juriſdictione caret. Reſolut. 21. num.32.

Probatio.

Tanto eſt major, quanto majori nititur fundamento. Præamb.1. num.8.
Semel probatus reprobari non poteſt ſine nova cauſa. Reſol.15. num.206.19 233.A.

ProhibitioProhibere.

Vid. lex.
Prohiberi poteſt lex per nomen, & verbum. Præamb.1.num.40.
Prohibito generali, prohibentur omnia contenta in illo. Præamb.4. num.15.
Qui prohibet neceſſaria operi, & opus prohibet. Reſol.15. nu.39.
Prohibitum una via, non cenſetur alia permiſſum. Reſ.23. nu.41.
Hic textus intelligitur, quando voluntas, qua eſt domina ſuorum actuum, non reſtringit ſuam intentionem Reſol.23. num.43.
Prohibito uno, prohibetur omnia connexa cum illo. Reſ.23. num.19.
Et uno admiſſo, admittuntur connexa Reſol.23. n.20.

Promovere Promotio.

Vid. Honor.
Promotione prohibita, prohibentur omnes modi promovendi. Præamb.1. num.29.
Promotio fiebat opportuno tempore. Reſ.2. n.3.
Promotio eſt vox univerſalis cōprendens omnes vias. Reſol.23.n.39.
Promotio continet omnes vias aſcendendi ad dignitates. Reſolut.22. num.4.A.
Non debet promoveri ad majora, qui minoribus non eſt dignus. Reſol.25. num.21.
Ad dignitates invitus non eſt promovendus Reſol.25. num.22.
Promotus dici poteſt etiam Epiſcopus, qui non eſt conſecratus. Reſol.25. num.130.

Propria.

Vid. elemoſ. Præamb.3. num.11.

Proprio.

Motu aſpirare in dignitates. Vid. Honor.
Tendere proprio motu in proſpera evacuat meritum obedientiæ. Reſol.16. num.46.

Proteſtatio.

Eſt animi declaratio. Reſolut. 15. num.270.
Contraria facto non relevant. Reſol.15. num.172.
Cauſa ad licitè diſpenſandum. Reſol.15. n.268.

Proximè.

Futurum nihil diſtare videtur. Præamb.3.num.2.29.

Puer.

Recipiens baptiſmum vid. Baptiſmus.

Recipiens ordinem non obligatur ad onera Reſol.25. num.168.

Puer quamcitius baptizandus. Reſol.25.num.220.

Puerum rationis uſu Carentem, qui eum baptizat, rem ejus utiliter gerit. Reſolut. 25. num.220.

Pueri filii bebreorum non baptzandi invitis parentibus Reſolut.25. num.218.

Pupillus.

Eſt cujus ætas nihil decernere poteſt. Reſol.25.num.220.

Q

Quantitas.

Concurrens quantitas eſt, quæ utrinque æqua eſt. Reſol.18. num.1.

Querela.

Eſſe ſine querela eſt idem, ac eſſe ſine crimine. Reſol.10. num.3.

R

Ratificatio Ratificare.

Ratificatio conſenſum ſuplet. Reſol.25.num.10.

Ratio.

Ubi eſt eadem ratio, eſt eadem juris diſpoſitio Præamb.3. num.69.

Recuſare. Reſiſtere.

Dignitates vid. non acceptare.

S.Petrus reprabendit renuentes epiſcopatum, ut incumbant propriæ utilitati. Reſol.9. num.8.

Reſiſtentia non debet eſſe finalis. Ex S.Th. Reſol.15. num.128.

Cauſa recuſandi dignitates dicenda eſt ſuperiori. Reſol.15.nu.156.

Electi ad officia ſi reſiſtant compellendi. Reſol.15. num.159.208. 58.

Reſiſtentes acceptare puniantur donec de nolentibus fiant volentes. Reſol.15. num.162. 208.159.

Quid conſulendum Pontifici erga reſiſtentes. Reſolut. 15. num.169. 181.

Reſiſtens acceptare officium puniendus. Reſolnt.15. num.208. 159. 162.

Reſiſtere rigoroſo præcepto eſt ſacrilegium Reſol.15. num.244.

Moyſes recuſavit. Paulus promptè obedivit. Reſol.16.num.60.

Sanctiſſimi viri recuſarunt Reſol.16. num.59.

Peccatum puſillanimitatis eſt recuſare id, ad quod reputatur idoneus. Reſol.16. num.81.

Peccat, qui recuſat non volendo relinquere contemplationem. Reſol.16. num.82.

Clemens objurgatus ab Apoſtolo, quia nolebat acceptare epiſcopatum. Reſolut. 9. num.16. Reſolut. 16. num.56.

Aſſueti in clauſtris facilius recuſant dignitates Reſol.16. num.84.

Illa verba Moyſis, quis ſum ego. Non ſunt reſiſtentiæ. Reſolut.16. num.91.

Recuſantes officia puniuntur. Reſol.15. num.159. vid. ſupra.

Regimen.

Animarum ars artium Praamb.1. *num.*14.

In creaturis ſine regimine recta non poteſt conſiſtere adminiſtratio. Reſol.12. *num.*4.

Regula. Repugnantia.

*Eſt rectè agere. Praamb.*2. *num.*4.

Illa intelliguntur ſecundum regulam, qua tacitè vel expreſſè conducunt ad illam. Reſol.12.*num.* 51. 64.

Modi repugnantes, & inutiles vitiant. Reſol.15. *num.*222.

Relativa. Relatio.

Relativa poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. Reſolut. 23. *num.*8.

*Relatum eſt pars referentis.Reſ.*23. *num.*8.

Religio. Religioſi.

*Eſt inter Deum & hominem.Reſ.*12. *num.*23.

Religioſus ſtatus eſt perfecta abnegatio. Reſol.12. *num.*36.

Religioſus magis ſubditur Superiori, quàm ſervus Domino. Reſol.12. *num.*36.

In profeſſione oritur recipoca obligatio inter Religioſum, & Religionem. Reſol.12. *num.*38.

Religioſus obligatur ad obediendum, & religio ad elendum Religioſum Reſolut.12. *num.*38.

De eſſentia Religioſi ſtatus eſt, quòd aliquis conſtituatur Superior pollens Jurisdictione. Reſolut.12. *num.*43.

Religioſus per votum obediendi ſubditur Superiori quantum ad diſpoſitionem generalem ſua vita, non quoad omnes actus in particulari. Reſol.12. *nu.*50. 48. 63. 64.

Religionis jugum non debet reddi intollerabile. ibid.

Dignitates ſunt Religionum ornamentum. Reſol.18. *num.*19.

Religioſus non debet deſiderare dignitates, ſed facere opera dignitatibus digna. ibid.

Religio non poteſt à ſe abditare Sanctos honores. Reſolut. 21. *num.*23.

*Sed debet illuſtrari per illos.Reſ.*21. *num.*23.

Religio, & Religioſus non poteſt à ſe abdieare capacitatem & meritum ad Eeeleſiaſticas dignitates. Reſol.21.*num.*1.

Religioſi renunciant bonori ſaculari. Reſolut.21. *num.*16.

Religio tenetur non ſolum alere, ſed educare bonos operarios, ut reddatur fructuoſa. Reſolut. 21. *num.*23.

Religioſus in clauſtro inſiſtit bono privato: extra docens inſiſtit communi. Reſol.21. *num.*23.

Religioſus poteſt aſſumi ad Eccleſiaſticas Pralaturas. Reſolut.21. *num.*24.

Non eſt contra perfectionem Religionis recipere officia. Reſol.21. *num.*24.

Eſt contra Religionem *compellere aliquem ad baptiſmum.Reſol.*25. *num.*234.

Remedium.

Ordinarium, & extraordinarium quid ſit. Reſol.25. *num.*78.

*Quid ſit remedium. Praambul.*1. *nu.*107. *I.*

Res.

Ignota idem eſt, ac ſi non eſſet. Reſolut.15. *num.*26.

Res vacua effectu. Eſt quando mulier dicitur vacans, ideſt ſine viro. Reſol.15. *num.*236.

Reſi-

Reſiduum.

Conſiſtit in eo, quod remanet. Reſolut.15. *num.*1.

Reſtrictio.

De natura forma reſtrictiva ſemper eſt tollere, & diminuere. Reſ.14. *num.*29.

Si reſtringantur verba generalia ſuam amplitudinem deperdunt. Reſolut.14. *num.*29.

Reſtrictiva *verba minuunt pingue legatum.* Reſol.14. *num.*29.

Reverentia.

Eſt inter majorem, & minorem. Reſol.12. *num.*23.

S

Sacramenta.

Moralis certitudo ſufficit ad Sacramenta ſuſcipienda. Reſolut. 9. *num.*19.

Major diſpoſitio requiritur ad officia ſubeunda, quàm ad Sacramenta recipienda. Reſolut.10. *num.*31.

Ad dignam ſuſceptionem Sacramenmentorum ſufficit bona fides, & invincibilis ignorantia. Reſ.10. *num.*32.

Sacramenta, quorum materia ſunt actus ſuſcipientium, ſunt pœnitentia, & matrimonium. Reſol.25. *num.*178.

Sacramenta instituta ſunt non ad injuriam, ſed ad utilitatem hominum. Reſol.25. *num.*195.

Quædam Sacramenta habent pro materia actus ſuſcipientium, alia externam materiam. Reſol.25. *uum.*221.

Sancta Sedes.

Nemini permittit occaſionem peccandi. Reſol.11. *num.*15.

Saltem.

*Eſt particula ſubſidiaria, Prçamb.*3. *uum.*80.

Salus animæ.

*Curandum ſolùm eſt de his, quæ conferunt ad ſalutem. Præambul.*1. *num.*11.

Scientia.

*De propria ratione vivendi cuilibet eſt neceſſaria. Præambul.*4. *nu.*1.

Secundarium.

Ex ſua neceſſitate includitur in ſuo primario. Reſol.8. *num.*79.

Semper.

Eſt dictio univerſalis affirmativa. Reſol.10. *nu.*17.

Semper, & nunquam ſunt contraria. Reſol.10. *nu.*23.

Sententia.

Sententiam radicitus evellere. Reſol.10. *num.*39.

Sepoltura Sepellire.

*Mortale eſt negligere. Præamb.*3. *num.*4.

*Eſt maximum humanitatis officium. Præamb.*3. *num.*4.

Servus.

Liber eſt, qui eſt cauſa ſui. Servus, qui eſt, cauſa alterius. Reſolut.3. *num.*11.

Servus eſt, qui accipitur in pretium Reſolut.3. *num.*18, 26.

Inducere ſervitutem hominis ad hominem repugnat naturæ. Reſol.3. *num.*32.

Servitus non eſt contra ſecundam intentionem naturæ. Reſolut.3. *num.*33.

Servus ſeu famulus tranſgrediens mandatum Domini, ſi emiſerit votum de illi parendo, peccat contra Juſtitiam, & Religionem. Reſol.12. *nu.*75. 43. 83. 87. 80. *idem de Filio reſpectu Patris*, Reſol.12. *nu.*87.

Si.

Particula ſi *conditionem importat*, Reſol.23. *nu.*24.
Particula ſi. *Solùm aliquando ſervit ad determinandum tempus*, *Reſol.*23. *nu.*28.

Sic.

*Particula eſt continuativa. Praambul.*3. *num.*54.

Solitum.

Ad ſolitum ſufficit bis. Reſolut.23. *num.*75.

Solvere.

*Non poteſt ſolvi, qui non eſt ligatus. Reſol.*19. *num.*45. *Reſol.*24. *num.*12.

Sponſalia.

Indicunt obligationem ad contrahendum de futuro. Reſolut.17. *num.*110.
Obligant ſub mortali ibid.
Sunt futurarum nuptiarum fœdera. ibid.
Datur actio ad compellendum. ibid.
Petrus contractis validis Sponſalibus cum una, ſi matrimonium contrahat cum alia, valide contrahit ibid.
Petrus promittens vendere equum uni; ſi poſtea vendat alii, tenet venditio. ibid.
Sponſalia ſunt valida relata ad tempus quo ceſſat impedimentum. Reſolut.23. *num.*79.

Status.

Religi.*ſus eſt perfecta abnegatio.* Reſol.12. *nu.*36.
Status quid ſignificet, Reſolut.25. *num.*251.
Status ſignificat ſervitutem, vel libertatem, & obligationem perſonæ. Reſol.25. *num.*252.

Statutum.

*Eſt nullum, ſi non diſponit plus quàm Jus commune. Reſolut.*15. *num.*238.
*Caſus omiſſus à ſtatuto regulatur ſecundum Jus commune. Praambul.*3. *num.*91. *B.*

Subditus.

Nemo eſt alteri eſſentialiter Subditus, niſi ſoli Deo. Reſolut. 8. *num.*96.
Subditus aliquando poteſt licitè ſuo Superiori reſiſtere. Reſolut. 8. *num.*97.
Quod fit à Superioribus, à Subditis trahitur in exemplum. Reſol.9. *num.*3.
De ratione Subditi eſt, quòd Superiori gubernandum ſe tradat. Reſolut.12. *num.*5.
Nullus Subditus poteſt alteri concedere dominium ſupra ſe. Reſ.12. *num.*43. 83. 84.
Vid. Juriſdictio.
Subditus non tenetur obedire ſi præceptum excedit regulas. Reſol.12. *num.*48. 50. 63. 64.
Subditus recuſans obedire Prælato ex prigritia, non eſt tranſgreſſio formalis. Reſol.12. *num.*91.

Subſtantia.

Sine ſubſtantia nulla poteſt ſaltem naturaliter exiſtere qualitas. Reſol.12. *num.*54.

Superbia.

Quid ſit Reſol.8. *num.*85.

Super-

Superflua.

Vid. Eleemoſyna.

Superior.

Vid. Episcopus.

*Praeceptum virtuale eſt voluntas Superioris aliquo ſigno manifeſtata. Praamb.*1.*num.*73.

*Praeceptum ſub peccato mortali magis repugnat, quàm expediat. Praamb.*1.*num.*80.

*Pralatus debet ſe totum in utilitatem proximorum impendere. Reſ.*3.*num.*18.26.

Integritas praſidentium eſt ſubditorum ſalus. Reſol.9.*num.*3.

*Quod ſit à Superioribus trahitur à ſubditis in exemplum. Praam.*1.*num.*15.

*Caſus praecepti, vel quòd Superior pracipiat acceptare Episcopatum, rarò contingit. Reſ.*9.*num.*18.

*Superiores cenſentur ſemper ſe legibus conformare. Reſ.*10.*num.*36.

*Faciunt quantum poſſunt ne decipiantur, & errent. Reſol.*10.*num.*37.

*Superior malus datur propter peccata populi. Reſ.*10. *num.*42.

*Superiores loco Dei ſubintrant. Reſol.*10.*num.*43.

Manifeſtatio voluntatis Superioris ſit dupliciter. Reſ.11.*num.*8.

*Superioris voluntate intellecta, ſit vocatio. Reſ.*11. *num.*8.25.

*In Superiori regulari quatuor dantur Poteſtates. Juriſdictionis. Dominativa. Civilis, & ex voto. Reſ.*12.*num.*5.

*De ratione ſubditi eſt, quòd Superiori gubernandum ſe tradat. Reſol.*12.*num.*5.

*Specialiſſima Superioris Poteſtas eſt illa, qua dicitur eccleſiaſtica, & ſpiritualis juriſdictio, qua ab Eccleſia Superioribus conceditur. Reſ.*12.*num.*6. 15.17.44.45.

*Juriſdictio conſiſtit in gradu Superioritatis. Reſ.*12.*num.*6.

*Duo dantur juriſdictionum genera, ſpirituale, & temporale. Reſ.*12.*num.*7.

*Omnis juriſdictionis fons provenit à Capite. Reſ.*12.*num.*16.

Spiritualis provenit ab Eccleſia per Pontifices. *Reſ.*12.*num.*6.15.17. 44.45.

*Spiritualis eſt diverſa à ſaculari Reſ.*12.*num.*18.70.

*Superior regularis ſemper alterutra utitur. Reſ.*12.*num.*19.77.120.

Secunda Superioris Poteſtas *eſt dominativa. Reſ.*12.*num.*21.

Superior eſt major & Pater *reſpectu ſubditorum. Reſol.*12.*num.*23.41. 116.

*Superior habet ſpecialem vim movendi ſubditum, quàm purus amicus. Reſ.*12.*num.*32.

*Conformitas ad Superiorem provenit ex inſtinctu natura. Reſ.*12.*num.*31.

*Manifeſtatio voluntatis Superioris habet ſpeciem pracepti taciti. Reſ.*12.*num.*32.136.*ſeq.*

*Facere deſiderata à Superiore ſpectat ad virtutem obedientia. Reſol.*12.*num.*33.145.

Superior eſt Pater *familias, & rector &c. & habet facultatem miniſtrandi res temporales, & providendi.* Reſ.12. *num.*41. 23. 116.

*In quocunque Superiore datur duplex poteſtatis genus, unum determinativum rerum; alterum perſonarum. Reſ.*12. *num.*47.

*Superior non poteſt pracipere illicita, nec ad illa obligare. Reſ.*12. *num.*48.

*Superior non poteſt omnia indifferenter ſubditis jubere. Reſol.*12. *num.*49.

In Superiori regulari datur duplex poteſtas ſpiritualis, & temporalis. Reſ.12. *num.*54. & *num.*5. 15.17.18.19.70.77.120.

Poteſtates, quæ ſunt in Superiore aliæ ſe habent activè, aliæ ſe tenent ex parte rerum præcipiendarum, aliæ ex parte objecti ineſſe moris. Reſ.12.num.55.

Poteſtas juriſdictionis ſe tenet activè. Reſ.12.num.56.

Poteſtas Dominativa, civilis, & ex voto, ſe tenent ex parte rerum præcipiendarum, deſignantes materiam circa quam. Reſol.12.num.57.

Et dant ſpeciem actui. Reſol.12.num.58.

Ad quid ſe extendant præfatæ Superioris poteſtates. Reſol. 12.num.59.

Inferior Prælatus non impediat majoribus obedientiam. Reſolut.12.num.59.

Eo ipſo, quòd aliquis Superior habet aliquem ſub ſe, neceſſe eſt habeat alium ſupra ſe, excepto Summo Pontifice. Reſ.12.num.59.

Superior per poteſtatem Dominativam poteſt præcipere, quæ ad ipſam pertinent. Reſ.12.num.61. etiam ſi in regulis non contineantur. Reſol.12. num.63.

Religionis Conſtitutiones limitant Superiorum poteſtates. Reſ.12.num.63.48.

In his, quæ ſunt altiora regulis non tenemur obedire. Reſol.12.n.63.50.48.

Per poteſtatem ex voto poteſt solùm præcipere ea, quæ continentur in regulis tacitè vel expreſsè. Reſol.12.num.64.

In ſtatu religioſo requiritur in Superiore poteſtas gubernativa à poteſtate juriſdictionis ſeparabilis. Reſ.12.num.61.6.

An aliqua res pluribus titulis debita præcipiatur ſub omnibus à Superiore. Reſ.12.num.69.

Superior quando utitur juriſdictione ſpirituali cognoſcitur ex aliquo ſigno ex additione V.G. excommunicationis. Reſolut. 12.num.76.78.

Præſumptio eſt, quòd Superior solùm ex unico titulo præcipiat. Reſol.12.num.76.

Superior frequentius utitur poteſtate temporali. Reſol.12. num.19 120.

Tripliciter Superior poteſt imponere præceptum. Reſol.12.num.79.

Superior volens obligare ſub mortali cognoſcitur ex formulis præcipiendi. Reſol.12.num.96.

Quæ ſint præcipiendi formulæ. Reſol.12.num.96.

Superiores non utentes ſpirituali juriſdictione ex voto: poſſunt etiam obligare ſub mortali. Reſol.12. nu.97.100.101.107.110.115.116.117.140.

Superior dicens præcipio, jubeo &c. non obligat, neque ad veniale. Reſ.12.num.97.128.

Superior ſi ſuo præcepto adjungat gravem pœnam obligat ad mortale. Reſol.12.num.98.93.76.

Superior quando non obligat ſub mortali. Reſol.12.num.99.

Superiores carentes ſpeciali juriſdictione obligant ſub mortali ex gravitate materiæ. Reſolut.12.num.100.

Videtur etiam verum, quòd Superior quocunque modo præcipiens, vult obligare ſaltem ſub veniali. Reſol.12.num.101.

Superior præcipiens non vult solùm conſulere. ibid.

Superioris præceptum quando fit ex voto ad obligandum ſub mortali, non solùm debet eſſe ſub ſolemni formula, ſed etiam in materia gravi. Reſol.12.num.102.

Aliàs præceptum eſſet iniquum. Reſol.12.num.102.

Superior in materia gravi poteſt præcipere ſub veniali. Reſol.12.num.103.

Non expedit, quòd Superior præci-

piat

piat per formalia præcepta. Reſol.12.num.104.121.
Tacitum præceptum obligare poteſt ſub mortali. Reſol.12. num.108.
Superior præcipiens ſine juriſdictione ſpirituali ſe habet tanquam Pater,& ſi adſit Votum,& præceptum ſit de re ſecundum regulas tranſgreſſio eſt ſacrilega.Reſol.12 num.116.
Nolle obedire Superiori ut habenti civilem poteſtatem eſt mortale. Reſ.12. num.117.
Superior ſæcularis præcipiens rem ſpiritualem dicitur præceptum ſpirituale ex objecto,non ex cauſa efficiente. Reſ.12.num.119.
Superior regularis licèt habeat juriſdictionem ſpiritualem poteſt tamen præcipere non ex illa, ſed ex aliis Capitibus. Reſolut.12.num. 120.77.
Non expedit, quòd Superior præcipiat ex duplici titulo. Reſol.12. num.121.
Non expedit Subditos onerare per præcepta. ibid.
Superiores quo ad vim directivam utuntur poteſtate dominativa, & in ordine ad irritandum: in ordine verò ad cogendum, & diſpenſandum poteſtate juriſdictionis. Reſol.12.num.122.54.
Superior pluribus modis poteſt manifeſtare ſuam voluntatem. Reſol.14.num.24.
Superioris voluntas quocumque modo innoteſcat eſt tacitum præceptum. ibid.
Quando verificetur manifeſta Superioris voluntas. Reſolut.16. num.49.
Superior deſiderat, & petit à ſubditu, ut aliquid faciat, ſed non intendit obligare Suarez. Reſol.16. num.52.
An Superior teneatur præcipere,vel diſpenſare. Reſ.19.num.6.
Superior tenetur removere impedimentum, ut melior ſit Epiſcopus Reſol.19.num.12.
Superior non tenetur removere impedimenta ab electo, niſi in quantum voluerit. Reſ.19.num.25.
Illa ex delicto non teneatur removere. Reſ.19.num.26.
Superiore vidente, & non contradicente præſumitur approbatio. Reſol.20.num.4.
Ad Superiorem ſpectat facere judicium de idoneitate. Reſolut.10. num.38.

T

Tacitum.

Sub intelligitur quando eſt æque principale cum expreſſo. Præam.3.num.91.6.

Temeritas.

Temerè ſit quid ſine ratione ſit, Præamb.4.num.17.

Temporalia.

Quæ à ſpiritualibus proveniunt ejuſdem juris ſunt. Reſolut.23. num.15.

Tendere.

In dignitates.
Vid. Honor.

Terminus.

Aſſignatur ad conſentiendum in electionem, & dignitates. Reſ.25. num.128.132. B. 132.C. & 101. & Reſ.22. num.59.
Etiam in collatione, expectandus eſt conſenſus intra terminum. Reſol.25.num.132. C.
Præfigitur terminus ad conſentiendum in dignitates, quo durante non poteſt Superior alii conferre illam. Reſ.25.num.132.

Teſtimonium.

Ab his, qui foris ſunt multum juvat. Reſ.10. *num*.25.
Ab externis reportari debet. Reſol.10. *num*.43.25.

Textus.

Textus divini ſunt regula infallibiles agendorum, *Praamb*. 1. *num*.9.

Timor.

Fundamentalis ſemper ineſt. Reſ.15. *num*.28.55.56.
Timor coactionem infert. Reſol.15. *num*.54.68.
Actualis, & fundamentalis quando. Reſ.15.*num*.55.56.
Timor eſt inferioris partis affectio. Reſ.15.*num*.67.
Eſt mentis trepidatio, *Reſolut*.15. *num*.67.71.
Requiritur voluntatis adhæſio. *Reſol*.15.*num*.67.
Eſt una ex coactionis ſpeciebus. *Reſol*.15.*num*.68.73.
Timor actualis poteſt accidere. *Reſol*.15.*num*.69.
Timor habet ſuam latitudinem de juſto &c. *Reſ*.15. *num*.72.
Quantum creſcit de certitudine, tantum minuitur de timore, & è contra. *Reſ*.15.*num*.76.
Timor internus per verba demonſtratur. *Reſ*.15.*num*.81.
Timor eſt aliquod ſuperveniens, & ſeparabile. *Reſ*.15.*num*.65.
Timor fundamentalis nunquam de eſſe poteſt. *Reſ*.15. *num*.70.
Non omnis coactio provenit à timore. *Reſ*.15.*num*.73.68.
Timor præcepti fundari poteſt in neceſſitatibus Eccleſiæ. *Reſol*.15. *num*.121.
Levis timor eſt modica coactio. *Reſol*.15.*num*.50.

Traditio.

Eſt promiſſio facta Superiori de illi obediendo. *Reſ*.12.*num*.36.
Votum obedientiæ ſtare poteſt ſine traditione. Reſ.12.*num*.35.
Traditio eſt voto obedientiæ conſecrata, & firmata. Reſ.12.*num*. 36.37.
Ex traditione in profeſſione oritur reciproca obligatio inter religioſum, & Religionem. Reſol.12. *num*.38.
Quid ſignificent illa verba tradere ſe. *Reſolut*. 12. *num*. 39. 61. *A*.
Per traditionem jus aquiritur Religioni. Reſ.12.*num*.75.

V

Vel.

Particula vel *poteſt eſſe Copulativa Præamb*.3. *num*.51.

Vendere.

Petrus promittens vendere Equum Titio, ſi poſtea vendat ſempronio. *Tenet venditio*. *Reſ*.17. *nu*.110.
Venditio cum conditione ſuſtinetur. *L. ſi ſterilis*. *Reſ*.17. *num*.112.
Aliquid ſe babet tanquam unum ſine quo nec alterum provenit. *Reſol*.17. *num*.94.

Verba.

Verbum non ſignificat ſine tempore. *Præamb*.1. *num*.41.
Verba intelligenda in ſuo potiori ſignificato. Præamb.1. *num*.44.
Ut *particula importat cauſam finalem, ſeu efficientem*. Præamb.1. *num*.43.
Verba ſolùm improprianda, quando repugnant, *Præamb*.1.*num*.45.
Verba intelligenda ſecundũ mentem proferentis. Præamb.1. *num*.46.

Non ſubtiliter de illis dialecticandum. Præamb.1. *num*.46.
A forma verborum non eſt recedendum. *Præamb*.1. *nnm*.46.

Verba. Voces.

Generalia ſuam amplitudinem in ſignificando deperdnut ſi reſtringantur Reſol.14. *nnm*.29.
Verba reſtrictiva minuunt pingne ligatnm. Reſol.14. *nnm*.29.
Verbum libere idem importat, quòd ſine Cauſa Reſol.15. *nnm*.75.
Per *verba explicamus interna*. *Reſol*.15. *num*.81.
Intereſt reipnblice, homines noſſe voces Reſ.17. *nnm*.3.
Non eſt diſputandnm de vocum ſignificatione Reſol.17. *num*.3.
Voces dantur ad explicandum internos conceptus Reſol.17.*num*.4.
Aſtutia principaliter exercetur per verba. *Reſ*.17. *num*.4.
Non eſt loquendum per circnitionem verbornm. *Reſol*.17. *num*.4. *nec ſimulatè*. *ibid*.
Verbornm inculcatio admittitur etiam ſuperflua Reſ.17. *num*.6.
Voces propter ſignificandum inſtitutæ ſunt Reſol.17. *num*.66.
Non eſt recedendnm a propria, & vulgari verbornm ſignificatione. Reſol.17. *nnm*.69.
Voces articulatæ ſignificant ad placitnm Reſol.17. *num*.83.
Sunt ſigna Intellectnalium conceptnum Reſol.17. *nnm*.83.
Intentio non verbis, ſed verba intentioni deſerviunt. Reſolut. 23 *num*.12.
Quando de intentione non conſtat, ſtandum eſt communi verborum ſenſui. Reſol.23. *nnm*.12.
Vox univerſalis in ſnas particulares reſolvitur. Reſol.24. *nn*.14.
Vox generalis per ſnas ſpecies intelligitur. Reſol.24. *num*.14.

Via.

Leviorem viam qnis ſibi eligere poteſt. Reſol.15. *num*.2.12.
Probibit*a univerſali via probibentur particnlares contenta in illa*. Reſ.24. *num*.114.
Prohibit*nm una via, non cenſetur alia permiſſnm*. Reſ.24. *num*.14.

Vicariatus Vicarius.

Vicariatus eſt dignitas. *Reſolut*.15. *nnm*.10.16.
Quis electns Vicarins, babens noſtrum votnm, non poteſt conſentire, niſi coactns a Papa *per præceptnm*. Reſol.15.*num*.15.
Vicarins eſt ordinarius habens autboritatem a lege, non ab Epiſcopo. *Reſol*.15. *nnm*.16.
Vicarius eſt una perſona cum Epiſcopo. Reſol.15. *num*.17.

Videtur.

Dicit certitrdinem. *Reſol*.8. *n*.50.

Viduatio.

Non datur niſi per obitnm paſtoris, vel ſponſi. Reſol.22. *nnm*.46.

Vigilantia.

Eſt animi munus. Reſol.10. *nnm*.2.

Vindicta.

Advitandam vindictam delicti nemo debet ſe prodere, ſecus ſi ſit de vitando peccato, & qni tacnerit deponendus. *Reſol*.18. *nu*.24.

Violentum.

Vid. coactio.
Violentum ſimpliciter eſt illnd, in quo patiens nihil confert agenti. Reſol.13.*nnm*.4.
Volnntas in nullo caſu poteſt pati violentiam. *Reſ*.13. *nnm*.9.

Virtus.

In quacunque virtutis ſpecie datnr

duplex actus de Conſilio, & de præcepto, communiter factus. Et Heroicus, Præamb.3. num.74.
Nulla virtus opponitur alteri virtuti, Reſol.9. num.21.
Tota ratio virtutis ab interno originem trahit. Reſol.15. num.81.
Res ex duplici virtutis motivo facta, magis deo placet. Reſol.15. num.105.
Virtus Virtuti non debet eſſe contraria. Reſol.18. num.13.
Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Reſol.19. num.27.
Non poteſt credi virtus, quæ ſequeſtratur a præmio, Reſol.5, nu.9.

Vis, Vita Communis.

Vis quæ infertur ſemper retundit contrariam voluntatem. Reſ.14. num.27.
Ubi eſt vis, ſemper eſt coactio. Reſol.14. num.27.
Vis ſemper facit impetum. Reſ.14. num.27.
Vim vi repellere, Præamb.1. num. 107. *l.*
Vita communis, Præamb.3. nu.11. 100. *ſeq.*

Unctio Extrema.

Reſpicit hominem non ut eumque, ſed ut infirmum. Reſ.25. n.198.
Dicitur Sacramentum exeuntium, Reſol.25. num.179.

Univerſitas.

Aliud ſunt ſinguli homines, aliud univerſitas. Præamb.3. n.91. A
Univerſitas, *Collegium*, *communitas non venit appellatione ſingularis perſonæ*. *ibid.*

Vocatus.

Apoſtoli acceſſerunt ad Chriſtum vocati. Reſol.4. num.7.
Quid veniat nomine vocationis, Reſol.11. num.3.
Vocatio eſt quando jura in partem admittunt. Reſol.11. num.3.
Theologicè ſemper dicit adductionem quamdam ad aliquam rem. Reſol.11. num.4.
Vocationi reſpondet electio, Reſol.11. num.4.
Datur vocatio externa per ſermonem loquentis. Reſol.11. num.5.
Vocatio ſemper dicit terminum ad quem. Reſol.11. num.5. B
Vocatio & electio nunquam ſeparantur. Reſol.11. num.6.
Et ratione differunt. *ibid.*
Vocatio ſubditi eſt manifeſtatio voluntatis Superioris. Reſolut. 11. num.7.
Vocatio fit voluntatis Superioris intellecta. Reſol.11. num.8.
Vocatio & conſenſus ſunt termini correlativi. Reſol. 11. num.11.
Vocatio eſt duplex generalis & ſpecialis. Reſ.11. num.17.
Vocatio ſpecialis quot modis evenire poſſit. Reſol.11. num.18.

Vocatio.

Vocantem audire eſt obedire. Reſ.11. num.21.
Ad vocationem non requiritur neceſſariè rigoroſum præceptum. Sed ſufficit virtuale Reſol.11. nu.25.
Vocatio eo erit perfectior, quo magis disjungitur a rigoroſo præcepto. Reſol.11. num.28.
Apoſtoli non fuerunt poſt Chriſtum vocati per rigoroſum præceptum. Reſol.11. num.32.
Vocans Chriſtus Apoſtolos non præcepit, ſed invitavit. Reſolut.11. num.33.

Voluntas.

Ad oſtendendam hominum voluntatem magis conducunt facta, quàm verba. Reſol.12. nu.145.
Suſcipiens ordinem tacitè emittit votum Caſtitatis Reſol.12. n.146.
Voluntas in nullo Caſu poteſt pati

vio-

violentiam. Reſol.13.*num*.9.

Voluntas datur intelligi ex facto. Reſol.15.*num*.33.

Nemo pro parte poteſt velle, & pro parte nolle. Reſol.15.*num*.33.

Quod eſt voluntarium ante factum. Poſt factum redditur neceſſarium. Reſol. 15, *nu*.35., *& Praamb*.3. *num*.41. *in fin*.

Voluntas Superioris quocunque modo innoteſcat eſt tacitum praeceptum. Reſolut.15. *num*.48. 151.

Voluntas Principis habet vim pracepti Reſol.15,*num*.49. 50.

Voluntas mortua eſt, qua quis uti non poteſt Reſol.15. *num*.240.

Ad voluntatem pertinet praſigere ſibi finem. Reſol.16. *n*.43.

An voluntas Papa electiva ſit voluntas requirens electi conſenſum. Reſol.16. *num*.57.

Voluntas voventis ſubrogat Superioris voluntatem. *Reſolut*.18. *num*.20.

Voluntas obſoluta, importat diſpoſitionem plenam, *Reſolut*.23. *num*.40.

Sola voluntas excludit juris neceſſitatem Reſol.23. *num*.40.

Voluntas non fertur in incognitum. *Reſol*.15. *num*.59.

Voluntas ultima pro lege ſervatur. *Praamb*.1.*num*.107.O

Voluntas eſt deambulatoria. *Praamb*.1. *num*.107.Q

Ultima voluntas antecedentes infirmat, *Praamb*.1. *num*.107.O

Votum.

Vide etiam juramentum.

Voti obligatio potius ab intentione, quàm à verbis dependet. *Praamb*.1. *num*.4.

Obligatur quis quantum intendit & non ultra. *Praamb*.1.*num*.4.37. 36. 46. 66.

Sine verbis non percipitur quid interius homo intendat. Praamb.1. *num*. 5.

Voti formula referuntur. *Praamb*.1. *num*.17.

Votum non ambiendi promittit duo non procurare, & non conſentire. *Praamb*.1. *num*.26.

Voti formula probibent conſenſum, vel univerſaliter, vel reſtrictivè. *Praamb*.1.*num*.27.

Voti formula probibens conſenſum per unã viam, non cenſetur probibere per aliam. Praamb.1.*n*.32.

Per votum, promotione probibita, probibentur omnes via ad illam. *Praamb*.1. *num*.29.

Votum à voventis intentione robur deſumit, *Praamb*.1. *num*.4. 36. 40.

Votum de non acceptando dignitatem oblatam, non eſt de non acceptando illam actu datam. *Praamb*.1. *num*.66.

De ratione Voti non eſt immutare rerum ſpecies. *Praambul*. 1. *num*.81.

Votum magis obligat tanquam lex particularis. *ibid*.

Votum magis obligat, quia ejus tranſgreſſio importat ſacrilegium. *Praamb*.1.*num*.82. & 120.

Per Votum voluntas firmatur in bono. *Praamb*.1.*num*.121.

Votum non minuit libertatem. *Praamb*.1. *num*.122.

Magis meritorium è facere aliquid ex voto. *ibid*.

Quãdo catera requiſita ſunt paria, votum habens eſt preferendus. *Praamb*.1. *num*.124.

Voti formula eſt lex, ad quam debet attendi. Reſol.15.*num*.62.

Noſtrum votum reſtringit ad obedientiam, ſed non reſtringit latitudinem obedientia, Reſolut.15. *num*.96.

Non obſtat nominationi, ſed potius auget meritum nominati, & obligationem nominantium ad no-

mi-

minandum voventes. Praamb.4. num.8.
Religioſus *ſivè habeat ſivè non habeat votum de non conſentiendo, non poteſt licitè, & validè conſentire, niſi de Superioris licentia. Praamb.4. nu.9.*
Superior compellendus, ſi non dat licentiam. Praamb.4. num.10.
*Hodie licentiam cōſentiendi dat ſolùm SummusPontifex.*Res.1.n.10
Authores qui reprobant dictum votum. Praamb.4. *num.16.*
Votum impedire poteſt conſenſum vel, per unam viam tantum, vel per omnem viam. Praambul.4. num.15.
An votum obſtet nominationi. Reſol.1. num.16.
Gregorius mandat inquirere contra Archidiaconum, qui juravit non aſcendere ad Epiſcopatum. Praamb.4. *num.16.*
Votum, & Juramentum paribus paſſibus ambulant. Praambul.4. *num.16.*
Juramentum reddebat indignum & cauſabat demeritum. Praamb.4. *num.16.*
Nemo propria authoritate poteſt venire contra proprium Juramentum etiam illicitum. Praambul.4. *nu.18.*
Juramentum non aſcendendi ad Epiſcopatum dicitur nullum. Praamb.4. *num.17.*
Juramentum tale dicunt eſſe delictum. Praamb.4. num.18.
Authores putantes dictum Juramentum eſſe nullum. Praamb.4. num.20.
Juramentum non acceptandi honores ſpectat ad Evangelica conſilia. Praamb.4. num.23.
Votum non nocet ſed juvat. Praambul.4. num.22.
Juramentum eſt bonum ad firmandum propoſitum. Praambul. 4. nu 19.
Votum validè datur contra perverſum honorem. Reſol.8. *nu.26.*
Ubi eſt inſeparabilitas terminorum, non poteſt fieri votum de uno, & non de alio. Reſol.8. *nu.43.*
Votum de nolendo Epiſcopatum reddit Miniſtros digniores, & aptiores. Reſol.6. *nu.20.*
Votum nolendi Epiſcopatum non tenet ſi perſona ſit neceſſaria. Reſolut.6. *nu.26.*
Duobus modis effingi poſſunt formula noſtri voti. Reſolut. 7. *nu.4.*
Quod nam ſit melius bonum an votum affirmativum de aſcendendo ad Epiſcopatum, vel negativum. Reſol.7. *nu.11.*
Votum de non accedendo ad Epiſcopatum excuſatur à nullitate per particulam niſi. Reſolut.7. *nu.25.*
Quo modo intelligendum, quòd votum debeat eſſe de meliori bono. Reſol.7. *nu.26.*
Votum validè fit contra perverſum honorem. Reſol.8. *nu.26.*
Votum de non ambiendo reddit homines digniores & aptiores. Reſol.9. *nu.5.*
Votum de non acceptando Epiſcopatum non legitur, Sanctos Patres *feciſſe.* Reſol.9. *nu.17.*
Votum negativum de non aſcendendo ad Epiſcopatum prohibet etiam actus licitos. Reſolut.9. *nu.23.*
Contrarium probatur. Reſolut.9. *nu.26.*
Voti *obligatio ſemper reſtringenda* Reſol.9. *num.26.*
Votum de non ambiendo plura continet cognoſcenda. Reſolut. 12. *num.2. 3.*
Votum obedientiæ ſtare poteſt ſine traditione. Reſol.12. *nu.35.*
Votum nihil addit actibus præceptis, niſi Religionis *ſpeciem. Sicuti ſi Filius voveret obedire parenti-*

bus

bus tunc virtuti pietati adderet Religionis. Reſol.12.num.43. 46.

Votum non habet reddere voventem ſub peculiari alicujus Juriſdictione. Reſolu.t12. n.44.46.

Votum obedientiæ ſolùm obligat ad ea, quæ continentur in regulis. Reſolut.12. num.61. E. 64.

Per votum obedientiæ poteſt quis ſe obligare ad obediendum etiam fœmina, vel laico. Reſ.12. nu.87. 83. 75.

Quando violetur votum tranſgreſſione formali, vel materiali. Reſol.12. nu.91. 92. 24.

Quando violatio voti obedientiæ ſit mortalis. Reſol.12. nu.93.

Votum, & Juramentum in materia levi non obligant ad mortale. Reſol.12. num.102.

Votum Religioſæ obedientiæ obligat etiam ad parendum, quoties Superior ſuam aperit mentem. Reſ.12. num.106. 143.

Votum determinat, & reſtringit. Reſol.14. nu.28.

Qui non habent votum etiam peccant cōtra obedientiam, non acceptando Dignitates. Reſolut.15. nu.100. M.

Votum habentes, & digniores ſe retrabunt à dignitatibus. Reſol.15. num.112.

Votum non obligat concurrentibus neceſſitatibus. Reſol.15. nu.116.

Quis non poteſt licitè vovere facere culpam. Reſol.15. nu.163.

Turpe eſt vovere nolle obedire ſimplici Pontificis voluntati. Reſ.15. num.172.

Tale votum ex pluribus Abſurdis ſuſtineri non poteſt. Reſolut.15. num.174.

Qui nam ſit ſenſus noſtri voti. Reſol.15. nu.186.

Non requirit rigoroſum praeceptum. ibid.

Votum in alicujus præjudicium, & reſtringens Pontificis Poteſtatem non eſt ſuſtinendum. Reſol.15. num.219.

Votum de non quærendo Epiſcopatu eſt validum. Reſolut.16. num.10.

Per votum de prompta obedientia cogitur homo. Reſ.16.nu.31.

Præſumptio eſt in favorem voventis, quòd vovens conſentiat ex obedientia. Reſol.16. nu.45.

Votum non obligat ſi adſit neceſſitas. Reſ.16. nu.47. Reſ.15. §.6. per tot.nu.116.

Votum noſtrum continet duas negativas. Reſol.17. num.59.

Duæ negativæ faciunt unam affirmativam. Reſol.17. nu.59.

Voventis voluntas loco ſui ſubrogat Superioris voluntatem. Reſol.18. num.20.

Pontifex tenetur reſtituere voventem in ſuam priſtinam libertatem, ut licitè conſentire poſſit. Reſol.19. nu.11.

Votum eſt latriæ actus. Reſol.19. num.27.

Votum habens tenetur acceptare Epiſcopatum in neceſſitate nullo impoſito praecepto. Reſolut.19. num.41. Suarez.

Votum non debet reddi odioſum Papæ, & Eccleſiæ, ut non eligant digniorem votum habentem. Reſolut.19.num.42.

In voto invalido diſpenſatur ad cautelam. Reſ.19. num.45.

In duobus Caſibus noſtrum votum ceſſat. Reſol.19. num.46.

Votum eſſet nullum, ſi vovens intenderet non obedire Prælato. Reſ.19 num.47.

Prima neceſſitas reddit votum licitum, & diſpenſabile. Reſol.19. num.48.

Secunda neceſſitas reddit votum nullum. Reſol.19. num.48.

Homo non poteſt facere votum,

quòd non honoretur. Reſol. 21. num.9.
Uti temporalibus & venereis eſt in poteſtate poſſidentis, & ita de his poteſt fieri votum. Reſolut.21. num.10.
Votum non ambiendi non impedit, ſed facilitat ad dignitates. Reſol.21. num.32.ſeq.
In Votis non facienda eſt extenſio de Caſu ad Caſum. Reſ.23.n.11. 37.41.
Nec de una re ad aliam quantumcumque ſimilem. Reſ.23.num.11. 37.41.
Votum non obligat ſupra voluntatem voventis. Reſ.23.num.11.
Votum non eſt validum, niſi ſit voluntarium. Reſ.23.num.11.
Voti reſtrictio causatur à voluntate. Resol.23. num.11.
Votum recitandi Coronam genibus flexis, cum extenditur ad alios modos. Reſ.23.num.23.
Affectus voventis aliquando non eſt in rem promiſſam, ſed in conditionem. Reſ.23.num.29.
Votum de non comedendo ova non prohibet lacticinia. Reſol.23. num.37.
Votum de non nubendo non prohibet alias carnales copulas. Reſol.23. num.37. Reſol.24. num.18.
Non licet extendere obligationem Voti de una re ad aliam. Reſ.23. num.37. 11.41.
Votum interpretandum, ut minus obliget, & tollatur peccatum. Reſol.23. nu.40.
Votum de non nubendo eſt validum. Reſol.23. nu.43.
Votum habens de non nubendo, ſi fornicationem committeret non faceret contra votum. Reſolut. 43. num.43.
Vota ſunt gratuita, & benignè interpretanda. Reſol.23. nu.50.
Vota ſunt odioſa, & reſtringenda. Reſol.23. nu.51.
Votum benignè interpretandum. Praamb.1. num.107. p.
Votum non Ambiendi patrum Societatis propter concomitantiam, quàm habet cum miſſionum voto requirit pro licito conſenſu rigoroſum Papæ præceptum. Praambul.1. num.107. B. ſeq.

Vox.

Generalis comprahendit omnes ſpecies. Reſol.14. num.18.

Utilitas.

Quid veniat nomine utilitatis, & neceſſitatis. Reſol.25. num.24.
Quid ſit utilitas Eccleſiæ quo ad ſpeciem. Reſol.25. num.25.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google